ma & corpore sempiternis pœnis est deputatus: & recipit simul cum peccatis suis pœnas propter peccata omnium, qui res suas, & facultates in honore & amore Domini ad sanctorum loca in luminaribus diuini cultus, & alimonijs seruorum Christi, ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reuersus S. Bonifacium, & Fuldradum abbatem monasterij S. Dionysij, & summum capellanum regis Pipini ad se vocauit, eisque talia dicens in signum dedit, vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperissent, ea quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictū monasterium, vbi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque ipsius aperientes, visus est subito exijsse Draco, & totum illud sepulcrum interius inuentū est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autē illos vidimus, qui vsque ad nostram ætatem durauerunt, qui huic rei interfuerunt & nobis viua voce veraciter sunt testati, quæ audierunt, atque viderunt. Quod cognoscens filius eius Pipinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio legatus Apostolicæ Sedis Gregorius nomine. Nam & synodum ipsam habemus, & quantūcunq; de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesijs reddere procurauit. Et quoniam res ecclesijs, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationem, quam cum Vvaifaro Aquitanorum principe habebat, non præualuit; precarias fieri ab episcopis exinde peti, & nonas, ac decimas ad restaurationes terram, & de vnaquaque casata duodecim denarios ac ecclesiam vnde res erant beneficiatæ (sicut in libro capitulorum Regum habetur) dari constituit, vsque dum ipsę res ad ecclesiam reuenirent. Vnde & Dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine constitutus edictum fecit, vt nec ipse, nec filij eius, neque successores, huiusmodi res agere attentarent. Quod manu sua firmauit, cuius plenitudinem habemus, & de quo capitulū exceptum in libro capitulorum eius, quicunque librum illum habet, & legere voluerit, inuenire valebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrum etiam viua uoce Dominum Ludouicum Imperatorem patrem vestrum referre audiuimus. *Huius historiæ mentio etiam est in vita B. Eucherij episcopi Aurelianensis, & B. Rhigoberti archiepiscopi Rhemensis. Qualis vero esset huiusmodi ecclesiasticorum bonorum diuisio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem, & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo capitularium ante capitulum istud 83. sic exponitur:* Tempore Hadriani Papæ, & Caroli magni Imperatoris, quando Paulinus episcopus tenuit vices Apostolicę sedis in Aquis fuit factum istud capitulum propter hoc, quia laici homines solebant diuidere episcopia, & monasteria ad illorum opus: vt non remansisset vlli episcopo, nec abbati, nec abbatissæ, nisi tantum, vt velut canonici, & monachi viuerent.

Cum ergo præter conscientiam episcopi, vel eius, cui officia huiusmodi commissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesiæ distribuere; liquido apparet, quod cum episcopi consensu, quibuslibet ecclesijs possint distribui.

Huic interpretationi videtur contraire auctoritas illa Toletani concilii 4. cap. 32.

¶ Nihil de iure suæ diœcesis episcopi præsumant auferre.

C. LX.

Constitutum est à pręsenti concilio, episcopos diœceses suas ita regere, vt nihil ex earū iure pręsumant auferre [a]: sed iuxta priorū auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quàm de tributis, † ac frugibus, tertiam [b]

† *al. decimis tributis*
Burc. l. 3. c. 203.
Iuo p. 3. c. 255.

dicitur, q̄ quartam. 12. q. 2. concesso. alibi, q̄ medietatem. 10. q. 1. antiquos. sed loci consuetudo est obseruanda 1. vt dicit Grat. in seq. §. & 10 q. 3. cathedraticum. Vel dic, diuersitas temporum soluit contrarium. 2. q. 1. si peccauerit.

1 De hoc satis not. 10. q. 1. de his. ibi videas. Arc.

a ¶Quòd

hoc nullo modo fiat, nisi in tribus casibus. s. clericis benemeritis, vel monasteriis religionis intuitu, vel peregrinis si largiri necessitas suaserit, & hoc faciant non perpetuo, sed ad tempus.

d ¶Non perpetuo.] Hoc verbum perpetuo, spectat tantū ad clericos, secundū q̄d exponit Gra. inf. e. §. sed illud. Sed hæc veritas est, q̄ monasteriis, & piis locis p̄t dari aliq̄d perpetuo, vt if. 1. q. 2. visis, & 12. q. 2. si quos & c. ecclesiasticis. Si aūt simpliciter dat̄ aliquid personæ, intelligo personaliter esse datum. su. 10. q. 2. hoc ius. si ecclesię dat̄, intelligo donationem esse ꝑpetuā, vt inf. ea. c. vlt. extra de iust. cū venissent. nam cum res intelligatur data vsque ad mortem hominis, & ecclesia n̄ possit mori. 12. q. 2. liberti. sēper intelligitur perpetuo esse datum, q̄ ecclesiæ datur. Sed si quis dederit ecclesię tantum vsum rei, nō proprietatē: in hoc casu vtitur ecclesia rē illa vsque ad centum annos, quia hęc ætas longæui hominis est. ff. de vsufruc. an vsusfructus, & C. de sacros. eccl. l. vt inter. Sed nunquid episcopus sine canonicis temporalem donationem facere potest? Dico q̄ sic, quia tantum perpetuæ cōcessiones spectāt ad alienationem, vt extra de his quæ fiūt a præla. sine consensu c. tua 2 12. q. 2. bonę

Vsus fructus ecclesiæ relictus durat cētum annis.

2 Ad idē extra lib. 6. de reb. eccl. nō alien. duo vbi de hoc.

consequantur. Quòd si amplius [a] quidpiam ab eis præsumprum extiterit, per concilium restauretur: appellantibus aut ipsis conditoribus [b], aut certe propinquis [c] eorum, si iam illi a sæculo discesserunt.

Item Symmachus Papa ad Cæsarium fratrem, c. 1.

¶Possessiones ecclesiæ derelictas nulli sit alienandi licentia. C. LXI.

Poly. l. 4. tit. 21. Ans. l. 6. c. 166.

POssessiones, quas vnusquisq; ecclesiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis, atq; distractionibus, vel sub quocumque argumento non patimur: nisi forte aut clericis bonorum † meritorum, aut monasterijs religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit; sic tamen, vt hæc ipsa non perpetuo [d] sed temporaliter perfruantur.

† *al. honorum meritis.*

Sed illud Toletani concilij ita intelligendum est, vt episcopi præter quartam, vel tertiam, quæ secundum locorum diuersitates eis debetur, nihil contingant.

Vnde in concilio Leonis Papæ IV. c. 26. statutū est.

¶A clericis, & pijs locis vltra statutum patrum aliquid episcopus non exigat. C. LXII.

Poly. l. 3 tit 12. Ans. l 5. c. 47.

NVlli episcoporū liceat a subiecto sacerdote, vel alio quolibet clerico, & pijs locis dationes vltra statuta [e] patrum exigere, aut super † posita in angariis inferre. Sed cum optimus sit perspector, ita prospiciat †, vt vniuersæ sibi oues commissæ a se maximè alantur, atque in necessitatibus [f] adiuuentur, non illicitis exactionibus † opprimantur, quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis luctis, vel auaritiis delectari.

† al. perspiciat.

† in vulgatis grat. *supposita.*

† *al. exactis dationibus.*

Item Gregorius Leoni episcopo Catanensium †, lib. 7. epist. 8.

† *al. Catinensi.*

a ¶Quòd si amplius] Et si fecerint, quasi concussores sunt in quadruplum puniendi. arg. 13. d. quoniam quidē 24. q. 1. militare. C. de assesso. l. 3.

b ¶Conditorib.] Idest patronis, qui possunt male alienata repetere, vt inf. ead. q. 7 filiis. immo quilibet de populo hic admittitur. 12. q. 2 non liceat. Sed nunquid patronus laicus potest criminaliter clericum accusare de dilapidatione, cum suam iniuriam persequatur, argu. q̄ sic. inf. q. 7. filiis, & arg. 22. d. illud,. Nam ipsorum interest, vt inf. e. q. 7 quicumq;. Simili ratione videtur, q̄ quilibet de populo, quia publice interest ne res ecclesiæ male tractentur, vt 2. q. 1. prohibentur. in fi sed tamen secus est, vt notaui 2. q 7. in summa. & c. præsumunt. Et est ad hoc 28. d. consulendum.

Patronus laicus, an possit clericum de dilapidatione criminaliter accusare.

c ¶Propinquis.] Ius enim patronatus transit ad filios, vt inf. ea q. 7. filius. etiam quamuis hęredes nō sint. arg. ff. de iure pat. filii. ff. de religio. quod patet. & ad hæredes extraneos, vt inf. quæst. 7. si plures. ff. de ope. lib. fabriles. & argu. contra. ff. eo. si operarum, & C. eo. liberti. Ioan.

POssessiones.] CASVS. Episcopi alienabant possessiones ecclesiarum, quas quis dederat in vita, vel in morte reliquerat: sed Papa Symmachus prohibuit, vt

secus fit in concessionibus ecclesiarum, quæ licet temporales sint, tamen solis non concedet, nisi hoc habuerit ex consuetudine, vt extra de his quæ fin. a præla. ea noscitur. ar. tamen contra. 12. quæst. 1. episcopus, vbi nec fructus potest episcopus dare sine conscientia cleri sui. Ioan.

SED ILLVD. CASVS. Quia sup. in cap. constitutum. facta est mentio de tertia quām episcopus debet percipere de rebus ecclesiarum: ideo idem nunc ostendit, & de quarta. s. vt episcopi præter tertiam, vel quartam secundum diuersas consuetudines nihil auferre præsumant.

NVlli episcoporum.] CASVS. Quidam episcopi vltra quam eis a canone permittebatur clericos sibi subiectos multis angariis fatigabant, exactiones plurimas faciendo in eos, & ideo statuit Leo, vt hoc de cætero nō faciant. sed proprias oues alant tanquam boni pastores, & hoc probat auctoritate Domini, qui nos docuit pascere, & docere.

e ¶Statuta.] Si ergo ep̄s aliquid exigit a subdito suo, negari potest ei, nisi ostendat hoc a canone ei concessum esse, vt 18. q. 2. & hoc tantum, & 9. q. 3. conquestus. 3

f ¶Necessitatibus.] a pauperibus enim nihil petet, vt 1. q.

3 Et arg. 10. q. 3. quia cognouimus. vbi de hoc. & extra de pœnis, in gl. bus. in gl. 1. 1. r missum, &c.

Patria, si tenuis sit, potius iuuanda q̃ spolianda.

1.q.2. placuit. sic dicit lex, ꝙ si patria tenuis est, potius est iuuanda, quàm spolianda, vt C. noua vectig. insti. non pos. l.1.

AD hoc locorum.] CASVS. Leo episcopus redditibus, vel oblationibus ecclesiæ integram quartam canonicis suis non distribuebat, & iō Grego præcepit, vt illam quartā sine diminutione prout sibi visū fuerit cum discretione inter canonicos distribuat, q̄a adhoc sunt ordinati gradus locorū, & distincti, ne prælati opprimāt iniuste subiectos; nec subiecti contra prælatos superbiant effrænate.

a ¶ Ad hoc.] Si. C. de Iudæ nullus.

b ¶ Et iudicia.] sup. 89 d. ad hoc.

c ¶ Vel quolibet.] Ergo non solum de decimis, & oblationib. fiant quatuor portiones, sed etiam de pēsionibus, & aliis redditibus 12.q.2. quatuor.

d ¶ Visum.] Ergo episcopus pro arbitrio suo pōt bona ecclesiæ diuidere. 12.q 2. Vulterranę. inf. eo. q. 7. decimas. contra. Sed ibi soluitur, hoc cap. loquitur quando bona nō sunt separata: alias contra. 12.q.1. §. vl. quod potius concordat.

Quatuor portiones non solum de decimis fiunt, sed ēt de pēsionibus, & aliis reditib.

l ¶ Ait enim.] In secunda epistola ad Corinthios.

m ¶ Thesaurizare.] Superficialis est ista argumentatio, quia, & filii thesaurizant parentibus, quia parentes succedunt eis si aliquid habent, vt sup. 3. q. 4 hi qui. & infra 35. q. 8. hæc salubriter. Non est superficialis, q̄a non succedunt

¶ De redditibus ecclesiæ quarta pars clericis est distribuenda. C. LXIII.

AD hoc [a] locorum gradus rationis ordo distinxit, & iudicia [b] esse constituit; vt nec præpositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos; nec subiectis iterum contra suos præpositos effrænata sit resultādi licentia. *& infra.* ¶ Volumus igitur, vt quidquid ecclesię tuæ ex redditu, vel quolibet [c] alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque eam secundum Dei timorem presbyteris, diaconis, ac clero (vt tibi visum [d] fuerit) discrete diuidere. Ans. l. 5. c. 67.

Item ex septima synodo, c. 4.

¶ Episcopus turpis locri gratia nihil a monachis, vel clericis suis exigere debet. C. LXIIII.

PRædicator [e] veritatis Paulus diuinus [f] Apostolus, ac si canonem ponens Ephesiorum presbyteris, immo vero [g] & omni sacratæ multitudini † [h] ita fiducialiter perhibuit; [Argentum, & aurum [i], aut vestem nullius concupiui. Omnia ostendi vobis, quoniā sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans † [k] dare, quàm accipere.] Propter quod & nos edocti ab eo definimus episcopum nullatenus turpis lucri gratia excogitate *a* ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab episcopis, vel clericis, vel monaehis, qui sub ipso sunt. Ait enim [l] Apostolus; [Iniqui regnum Dei non possidebunt: nec debent filii thesaurizare [m] parentibus [n], sed parentes filiis.] *& infra.* Præcepit enim & Petrus Apostolorum summus, [Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coacte [o], sed spontaneè secundum Deum; non turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam:]

Ans. l. 6. c. 167. Poly. l. 4. tit. 21. Act. 20.

† *al. plenitudini* πληρώματι.

† *existimantes.*] orig.

In scriptura autem citatur tāquàm sententia Domini. Psal. 140.

1. Cor. 6.

2. Cor. 12.

1. Pet. 5.

¶ *Caput hoc antea citabatur ex sexta synodo. Est autem in septima ex versione Anastasii, ex qua nonnulla hic sunt addita, dempta, emendata.*

PRædicatur.] CASVS. Quidam episcopi turpis lucrigratia a subiectis suis iniustè pecuniam exigebāt sed sexta synodus ostendit, quòd hoc facere nō dēnt: quia non debent res subditorū iniuste desiderare: sed potius illos alere. Et hoc ꝓbat tribus auctoritatibus, scilicet duab. Pauli, & tertia Petri,

Prælatus a subditis aurū, vel argentum non exigat.

e ¶ Prædicator.] Probat sexta synodus auctoritate Petri, & Pauli, quod prælatus a subditis non debet exigere aurum, vel argentum: sed potius eos erudire: nam beatius est dare quàm accipere. extra de cele. mis. cum Marthæ.

f ¶ Diuinus.] Quandoque ponitur in mala siguificatione, vt 1. q. 1. nunquam.

g ¶ Immo vero.] Si iudex dicit condemno te: immo absoluo te: vlt. mo. verbo standum est 1 de pœnit. d. 2 si enim.

1 Ar. ad hoc ff. de manu. test. stichus, ff. de hęr. insti. si ita scriptum.

h ¶ Multitudini.] Arg. ꝙ vbi præcipitur, ad omnes extēditur 61. d miramur 38. d. ignorantia, & sup. d 5. ad eius vero.

i ¶ Aurum.] Verba Pauli.

K ¶ Existimans.] Verba synodi: immo verba fuerunt Domini, vt extra de cele. Miss. cum Marthæ.

cedunt parentes filijs, nisi in defectu aliorum.

n ¶ Parentibus.] Etiam spiritualibus, & respexit Apostolus naturam, & votum parentum, prout zoto parentum hæreditas filiis debetut, sed filiorum hæreditas sola pietatis causa parentibus debetur, vt ff. vnde lib. scripto hærede. §. vlt. ff. de inoffi. test. nam & si iuxta illud: Ordine turbato succedis Bulgare nato. Item dicit lex, ꝙ omnia quæ nostra sunt, ex voto filiis paramus, vt ff de bo. lib. l. pen. 1. respon. & hæreditas parentum quasi debita obuenit nobis, vt ff. pro soc. l & quia, & filii pene ad propria bona veniunt, ff. de succ. edi. l. 3. §. pen. Et dicit Imperator, cogitare debent parentes, ꝙ & ipsi fuerant filii, & ea quæ a suis parentibus sperabant, suis filiis facere debent. in Authen. vt cum. de app. cognos. §. considerare. coll. 8.

Hęreditas parentum debetur filiis.

o ¶ Non coacte.] Idest, pro lucro terreno.

ILLVD AVTEM. CASVS. Iste §. respicit illud cap. possessiones. & dicit ꝙ illud verbum temporaliter perfruatur, non refertur ad monachos, qui perpetuo possessiones illas poterant possidere, sed refertur tantum ad clericos pauperes. Postea probat, quod graue peccatum

effusionis.verba tamen interponuntur, quæ sunt Hieronymi, scilicet nunc sequamur ordinem prophetę, deinde exponit verba prophetæ secundum literam, usque ad illud verbum: Si q̃s doctus, exinde ea moraliter exponit vsq; ad fin.c.& ita si velles casum breuiter ponere, incipies ibi. [Procedit ergo.] Hieronymus.

a ¶ Excogitare.] *Verba Græca, ὁρίζομεν μὴ ὅλως αἰσχροκερδῶς ἐπινοεῖσθαι ἐπίσκοπον προφασιζόμενον προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ἀπαιτεῖν χρυσοῖ, sic clarius verterentur*, itatuimus ne vllo modo turpis lucri gratia in mentem veniat episcopo excusanti excusationes in peccatis poscere aurum, &c.

Illud autem, quod in fine capituli Symmachi ponitur. [*Hæc ipsa non perpetuo sed temporaliter perfruantur.*] *ad personales tantū possessiones, clericorū videlicet & pauperum, non ad monasteriales referendum est.*

7 *Quàm vero sit graue apud Deum decimas, & oblationes, ac primitias sacerdotibus non soluere, auctoritate Hieronymi & Augustini apparet.*

Ait namque Hieronymus in comment. ad c. 3. Malachiæ.

Mal. 3.

¶ Reus apud Deum habetur, qui decimas sacerdotibus non soluerit. C. LXV.

REuertimini [b] ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus exercituum: & dixistis, in quo reuertemur [c] Si affliget homo Deum: quia vos configitis me: & dixistis, in quo configimus te? In decimis [d], & primitijs. In penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota [e]. [Nunc sequamur ordinem prophetiæ.] Quia mihi nō reddidistis decimas, & primitias; idcirco in fame, & penuria maledicti estis: & vos me supplantatis [f], siue fraudatis, atque priuatis gens tota.] Pro α gente, quæ in hebraico scribitur, annum, lxx. transtulerunt, ἔτος pro ἔθνος, & est sensus. Ecce annus expletus est [g], & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea comportastis; & pro decimis, & primitijs †, quæ parua erant, si à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundātiam perdidistis [h]. Vt autem sciatis me hoc irascente perfectum, quia fraudastis me parte mea: hortor vos, atq; cōmoneo, vt inferatis decimas in horrea † [i], hoc est in thesauros templi: & habeant sacerdotes, atque leuitę, qui mi

† al. primitiuis

† al. horrea mea.

b ¶ Reuertimini.] In prima parte ponit Hierony. verba prophetę vsque ad illud verbū effusionis. In 2. parte exponit ea ad literam vsq; ad illud, si quis doctus. Ab inde mystice siue moraliter.

c ¶ Reuertemur.] Quæ si dicant, nō discessimus. immo in hoc recessistis, quia cōfixistis me: hac tamen conditione, si homo affligit, idest, potest affligere Deū, & ideo dicit cap. si affligeret: quia naturæ Dei nihil nocere potest. 11 q. 3. secundū catholicam, quia impossibilis est 22. q. 4. incommutabilis.

d ¶ In decimis.] No. Deum dici affligi, cū eius subditi affligūtur 1. si. 2. q. 4. habet hoc proprium. & 3. q. 1. nulli. in fi.

d ¶ In decimis.] Scilicet non solutis.

e ¶ Gens tota.] i. ex toto gentiliter uiuētes: vel aliàs quilibet de proprio.

f ¶ Supplantatis.] Arg. contra infra de conse. dist. 2. panem. sed intellige quantū in vobis est 2. 11. q. 3. inter verba. Vel ita defraudant subtrahendo ista pauperibus.

g ¶ Ann' explet' est.] Nō ī finis anni spe

Deo nihil nocet.

1 Arg. ext. de prob. licet in fine.

2 Ad hoc su. 1. q. 1. ꝙ qui dā iuxta fin. & ca. multi. circa fin.

tum est decimas & primitias, & oblationes nón reddere. & ad hoc inducit seq. c.

a ¶ Capituli.] Sup. ca possessiones.

QVAM VERO. Hic est 7. pars q. in qua probat magister, ꝙ decimæ sunt dandæ clericis pro labore suo: & qui eas non dat, peccat mortaliter, clerici autem debent eas diuidere iusto modo cum pauperibus & religiosis & hospitibus, & hoc probat per 4. cap. Ioan. de Fant.

REuertimini] CASVS. Casum hunc sic attende. Iudæi decimas sacerdotibus & leuitis non tribuebāt, propter quod penuria & sterilitate sunt puniti. nam in pœnam eorum cataractæ cęli clausæ sunt, nec pluuias effundebant, & locustæ, brucus, & ærugo labores suos deuastabant. Hortatur itaque Malachias propheta Iudæos, vt reuertantur ad dominum, quia si soluant decimas & primitias, cataractæ cęli aperientur, & usque ad abundantiam benedictio super eos effundetur. Procedit ergo Hiro. hoc ordine, in hoc c. Primo ponit verba Malachiæ prophetæ, vsque ad locum illum, uerbum

standus est, vt tunc decimæ præstentur, sed præstandæ sunt cum fructus colliguntur, extra de deci. cum homines. immo si agerbis in anno det fructus, toties dandæ sunt decimæ, vt extra eo. ex parte 2. hic ergo sugillauit eos, qui tam tarde dederunt. In personalibus tamen decimis posset dici, ꝙ in fine dandæ sunt propter lucra minima: inconueniens enim esset ꝙ scripto vel aliquis nē gotiator singulis diebus deberet decimam partem lucri dare ecclesiæ. arg. ad hoc tale quale, ext. de pig. ex literis. ibi, propter possessionum minutias: & quia talis solutio incommoditatem haberet, vt ff. fam. erci. plane. idem dicendum de caseo & lacte. Io.

h ¶ Perdidistis.] Argu aliquem debere puniri in eo in quo deliquit. 12. q. 2 & qui humanis. & qui negat, quod debet, negari ei debet quod sibi debetur. ext. de vsur. qa frustra. C. fideic. li l. si quis in suo. 95. d. esto.

i ¶ In horrea.] Arg. ꝙ ipsi rustici debent deferre in hoc rea decimas ad ipsas ecclesias, arg. inf. q 7. decimas. C. de annonis & trib. l. pro locis. lib. 10. non ergo a clericis vel eorum nunc ijs sunt colligendæ in agris.

Decimę quo tēpore sint dandæ.

a ¶ Ad abundantiam.]inf.q.7.maiores.
b ¶ Verbum.] Hæc sunt uerba Hieronymi.
c ¶ Ostendit.] Hic, & C.de inoff.don.l.v.Quandoque etiam notat vitium,41.d.sæpe.
Effusio duo notat.
d ¶ Aut ærugo.]Ærugo est ros, qui cadit super teneras spicas,& ꝓpter hoc sole veniente marcescunt. Eruca est vermis, qui ibi nascitur ff.locã. ex conducto.
A erugo.
Eruca.

si ergo decimæ sunt tributa, ergo non possunt pręscribi, vt 1.q.3.§.porro,& C.de præscip. xxx an. competit. quod falsum est extra de præscrip.de quarta.Item si sunt tributa: ergo compensatio in eis non admittitur. C. de compen.l.3.Præterea si sunt tributa, ergo si quis appellat

mus egẽtiũ animarum, vt sonat ad hoc sup e.q. in canonib. Vel dic agentiũ aĩarũ s. filiorum Leui,qui partẽ pos.cũ cæteris non acceperũt,nã clerici sunt de numero pauperũ, vt 23. q.7.ꝙ autẽ su.1.q.2.sacerdos. Ar

e ¶ Ex Dei ira.]Homo enĩ ꝓpter peccata sua affligitur, vt 7.q.1.sciscitaris.56. dist.si gens.inf 23.q. 4.si quos.
f ¶ Suas.] Si ergo suæ sunt, rei vẽdicatio ĩ tentabitur pro eis. C.de sacrosan.ecc. vt inter.
g ¶ Interpretari.]Id est, moraliter exponere.
h ¶ A quib.] Arg. ꝙ discipuli debẽt referre gratias magistro, non tantum verbis, sed etiam reb.vt 99. dist.ecce.
i ¶ Vendicauerit.] i. sibi adscripserit.
K ¶ Catharactæ.]Id est, fenestræ.
l ¶ Nubibus.]Id est, prædicatoribus.
m ¶ Imbrem.]Grã, & sciẽtiæ,quæ in eo augebitur,de pę.dis. 3.si sermo.lo.

hi ministrant, cibos,& probate me, si non tantas pluuias effudero,vt cataractæ cęli apertę esse credãtur:[Et effundam vobis benedictionem vsque ad abundantiam [a].]Verbum [b] effusionis,nomen largitatis ostendit [c].Sed fieri potest, vt agris, irrorantibus pluuijs, fit quidem fertilitas, verum aut locusta,aut brucus,aut ęrugo [d],aut eruca eos destruant,&labores hominũ pereant.Propterea iungit,& dicit:Et increpabo pro vobis deuorantem.]locustam videlicet,& reliqua,quæ diximus:[Et non corrumpet fructum terræ vestræ.] *& infra.* ¶Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundum; sciamus hoc ex Dei ira [e] descendere: qui in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur: & suas β [f] possessiones possumus decimas,& primitias interpretari [g]. ¶ Si quis doctus,& eruditus legem Dei,potest cæteros erudire,non debet suæ assignare prudentiæ, ingenioque, quod possidet, sed gratias agat primum Deo, qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus eius, ac magistris,à quibus [h] doctus est.Si enim non egerit gratias,sed sibi scientiã vendicauerit [i],in penuria maledicetur.Quod si intelligens largitorem Deum, & agens his gratias per quos à Deo eruditus est, humiliauerit se, & in horreum Dei intulerit cibos, hoc est, scripturæ sanctæ alimenta in ecclesia populis ministrauerit; statim aperientur super eum cataractæ [k] cęli & effundetur pluuia spiritualis: & mandabit Deus nubibus [l] suis, vt pluant super eum imbrem [m]:& abundantia rerum omnium perfruetur.

α ¶ pro gente.] *Hæc vsque ad vers.* Ecce annus, *addita sunt ex B. Hieronymo ad sententię integritatem.*
β ¶ Et suas.] *In originali sic legitur.* fraudari se loquitur,& sua portione priuari. Possumus decimas,& primitias & sic interpretari. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia vtro quadã emendata sunt.*

DEcimæ.]. CASVS. Hoc diuiditur in duas partes. In prima parte docet.Aug.decimas esse tribuendas.de militia,negotio,& artificio,& sine tarditate,&ostendit ex hoc triplicem sequi commoditatem.s. abundantiam fructuum, corporis sanitatem, & pręmij cœlestis retributionem,quas si quis non dederit,ad decimam partem reuocabitur, & quod Christus non accipit;impi⁹ miles vsurpabit. In secunda parte dicitur, quod decimæ ex debito requirantur,& qui eas non dederit, tot homicidiorũ in die iudicij reus apparebit, quot Pauperes In locis illis fame perierunt quorum pœnam si vult euitare, decimam reddat, & de nouem partibus faciat eleemosynam.Seq.c.patet.

Item Augustinus serm.19.de tempore.

¶ Quòd decimæ sacerdotibus sunt tradendæ.
C. LXVI.

DEcimæ tributa [n] sunt egentium animarum.Quod si decimas dederis,non solum abundantiã fructuũ recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris. Non igitur Dominus Deus præmium [o] postulat, sed honorem. Deus enim noster, q dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere,nõ sibi,sed nobis sine dubio profuturam: sed si tardius dare peccatum est;

Ans.l.3.c.34.
Poly.l.3.tit.18.

Decimæ sũt tributa egentium.
1.Secundum hoc accipi-

n ¶ Tributa.] Idest, debita animabus agentibus diuina gratia. Vel melius dicas, quòd datur agentibus clericis, non tamen ideo minus dandæ sunt etsi diuites sunt, non enim intuitu personarum dantur ecclesijs, lat vt eas retineat,non auditur,vt 2.q.6,quoties fiscalis, & est expressum extra de deci.tua,in fi.
o ¶ Præmium.].i.gratis vult beneficium suum concedere, non pro pretio, sed tamen in honorem vult habere, arg.ff.man si remunerandi & est si.1.q.1.iudices.vbi dicit ꝙ non sunt dicenda munera,sed sumptus.& facit ad hoc quod dixi 32.q.2.honorantur.

a ¶ De

quanto peius est non dedisse? De militia [a], de negotio [b], de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando & terrena, & cœlestia possis præmia promereri; quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? Hæc est enim Dei iustissima consuetudo: vt si tu illi decimam non dederis; tu ad decimam [c] reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est: sed hominum malitia prohibetur [d]. Decimæ enim ex debito [e] requirãtur: & qui eas dare noluerit; res alienas [f] inuasit [g]. Et quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat: illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum [h] reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium [i] comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam: etiam de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus.

¶ *Caput hoc confectum est ex locis B. Augustini in sermone 319. (qui est primus Dominicæ 12 post festum Trinitatis, & forte verborum, & verbis ipsis sæpe mutatis, eodemque modo apud Anselmum habetur.*

Item Hieronymus in comm. ad c. 3. epistolę ad Titum, in fine.

¶ Seipsum condemnat, qui Euangelizantibus necessaria subtrahit. C. LXVII.

APostolicis viris, & Euangelizantibus Christi in necessarijs [k] vsibus nolle tribuere, sterilitatis seipsum est condemnare.

Quòd autem decimę, episcoporum consensu monachis licite tribuantur, beatus Hieronymus Damaso Papæ scribit dicens.

¶ Liberum est clericis decimas monachis concedere. C. LXVIII.

QVoniam

a ¶ De militia.] Licita. ergo & clerici si militent 23. q. 1. militare, tenentur dare decimas.

Negotiatio vix potest esse sine peccato.

b ¶ Negotio] Dummodo licita sit negotiatio, vt extra eo. ex transmissa. & tamen vix aliqua negotiatio sine peccato potest expediri, vt de pę. dist. 5. qualitas. dicitur tamen licita quo ad laicos in quibusdam rebus, vt 88. d. fornicari. Sed numquid de illicite acquisitis debeant dare decimas, no. 14. q. 5. in princ. Sed nunquid de furto, vel latrocinio dandæ sunt decimę? Dicunt quidam quod sic, ne apud eos ita remaneant. ar. ad hoc 22. q. 1. considera, alii negant, ne ecclesia videatur approbare delictum. Sed dico, quod à rure, vel à raptore bene petitur decima, non ratione negotiationis suæ, cũ illa sit reprobata. sed quia inuenitur in possessione: quia decima sequitur quemlibet possessorem, siue Iudæum, siue excõicatum, vt extra de deci. de terris extra de vsu. quanto. extra de sen. exc. si vero. alioquin esset prædo melioris conditionis, quàm bonæ fidei possessor: quod esse non debet, vt ff. de peti. hære. si à dño. § vl. Item nunquid Iudæi personales decimas dabunt? V. r quod sic, vt extra de vsur. quanto. circa fi. de deci. ad audientiam, quia dr ibi, quod de omnibus prouentibus dabunt: quod concedo. Tã tñ & B. narrant cõtrariũ p decr. illam extra eo tit. de terris. & per decre. extra de vsur. quanto. quod cõcedo. Item ex omnibus quæ ex lucratiua causa habentur, dabuntur decimæ, vt de donatione ex legato; vel si extraneus instituitur in testõ. aliud est si quis ab intestato succedit, quia tali debita est hæreditas iure naturæ: vnde potius debitum est quàm lucrũ, vt ff. vnde lib. scripto. §. vlt. idem dico per quascumque manus ambulauerit, quod quilibet teneatur ad decimã de lucro suo 1. Sed nunquid doctor de collecta vel aduocatus de patrocinio, vel mercenarius de eo quod meretur, dabit decimam: non vr, cum illud non sit lucrum, sed debitum. Credo tñ quod sic: quia scriptum est: Honora dñm Deum tuũ de tuis iustis laboribus, vt 1. q. 1. non est putanda. Item quia hic dicitur, de omni artificio dandæ sunt decimæ, vt extra eo. non est in potestate.

Decimæ an sint de illicite acquisitis dandæ.

Iudæi tenentur ad decimas personales.

1 Alii cõtra, & melius secundum B. prout no. extra de deci. pastoralis, quod omnia cõmuniter approbatur, 1. sed dictũ Ioan. est iustius. & ibi no. Ho. Aduocatus an teneatur ad decimas patrocinio.

c ¶ Tu ad decimam.] Id est, tantum decima remanebit ibi, vel dæmonib. sociaberis, qui sunt decima pars Angelorum.

d ¶ Prohibetur.] Inf. de pœn. distinct. 1. si agamus sup. 76. dist. ieiunium,

e ¶ Ex debito.] Ergo videtur, quod actio personalis competat pro decimis petendis.

f ¶ Alienas.] Ergo ante separationem sunt ecclesiæ, vt no. su. ea. quæst. moderamini.

g ¶ Inuasit.] Not. quod idem est iniuste detinere: quod rapere, vt hic, & extra de resti. spol. sępe. Et idem est auferre quod non dare. 47. dist. sicut. & 12. q. 2. indigne.

h ¶ Homicidiorum] su. 11. q. 3. præcipue. & su. 86. d. pasce.

i ¶ Præmium.] Infr. 27. q. 2. sunt qui.

K APostolicis] ¶ Necessariis.] idest, in victu & vestitu, vt 10. q. 2. episcopus. Ioan.

QVOD AVTEM. CASVS. Supra dictum est in §. de his. monachos de propriis prædiis, quæ ad proprium vsum colunt, non debere decimas dare: nunc ostendit Gratianus, quod episcopis consentientib. recipere possint.

QVoniam quidquid.] CASVS. Hoc cap diuiditur in tres partes. In prima parte quæsiuit Damasus à Hierony. an clerici intuitu pietatis partem decimarum suarum, & oblationum possint concedere cœnobiis, & xenodochiis ad sui sustentationem, & an possessiones aliquas suas in dñium eorũ trãsferre possint? & rñdet quod sic. In secunda parte q̃siuit vtrũ laici possint vsum decimarum, & oblationum habere. Et respondet, quod non, sed

si aliquando decimæ ab eis fuerunt detentæ, & consentiente episcopo loci transierunt in vsum monachorum, constabunt eis firmitate perpetua. In tertia parte quæsiuit qui clerici de bonis ecclesiæ sint sustentandi. Et rñdet ꝙ pauperes, & qui parentum opibus sustentari non pñt. si vero sunt diuites, & quod pauperum est, accipiunt; sacrilegium commitũt, & per abusum talium bonorum iudicium sibi manducãt, & bibunt. Secunda pars ibi. [Quod aũt.] Tertia ibi, [Clericos.] Sequẽs ꝫ patet.

Ecclesiastica res sunt pauperum.

a ¶ Quidquid.] Res ecclesiæ sunt pauperum, vt 23. q. 7. ꝙ autem. Similiter res clericorum sunt pauperum, vt 23. q. 8. conuenior. & dicuntur esse pauperum quia tempore necessitatis sunt pauperibus communicandæ, vt 47. dist. sicut hi.

b ¶ Omnibus] Not. quæ ecclesia dicatur sufficiens ad hoc vt quis debeat esse contentus vna, idest, quæ posset omnes recipere, vt 42. dist. quiescamus. extra de præben. de monachis. arg cõtra. 10. q. 2. episcop*. vbi dicitur quod erit contentus victu, & vestitu.

c ¶ Concedere.] Cum consensu episcopi alias si prælatus pter auctoritatẽ episcopi concederet, post eius mortem reuocaretur. ext de trans. decreto.

d ¶ Non licere.] Hoc est certum, ꝙ ius decimarum laicus possidere non potest cum sit spirituale, vt extra de præscrip. causam extra de deci. prohibemus. Sed nunquid fructus decimarum possunt concedi laicis? sic ad tempus, vt extra ne præla. vices suas. querelam. & vsq; ad finem vitæ ipsorum 1. arg extra de ijs quæ fiunt à præla. cum Apostolica. in fi. ar. contra 10. q. 1. hanc.

Decimæ an possint concedi laicis.

3 Ad hoc facit quod no. infra ead. q. 7. §. sic et. & supra 1. q. 3. peruenit ad nos. extr. de decim. quãuis. ibi videas. & inf. ea. q 7. c. 1. in prin.

e ¶ Diuinis.] Not. generalem sermonem non generaliter intelligendum. 88. d. fornicari 75. dist. ꝙ die. 79. d. si q̃s [illegible] 1. inf. ea. q. 3. dilectio & q. 7 decimas Deo. 12. q. 2. fine. 14. q. 2 super. de consec. dist. 2. reuera dist. 95. ecce. arg. 19. dist. c. 1. contra. dist. 18. propter 1.

f ¶ Episcopo] Et sufficit auctoritas solius epi ad talem alienationem, vt extra de ijs, quæ fiunt à præla. cũ Apostolica. contra. 12. q. 2. fine. Non. n. vr̃ ꝙ solus eps possit concedere sine capitulo. Sed hoc soluitur extra de ijs q̃ fiunt à prela cum Apostolica. Hic ergo laicus, qui capax non est, facit locum capaci. ar C. de natu lib. Auth. licet. ff. de [illegible] penul. & ꝙ nullus religiosus debeat recipere ecclesiam de manu laici, est expressum extra de [illegible] & plantare & 1. q 7. si quis.

Ecclesia de manu laici non potest recipi.

g ¶ Consensum.] Arg. ꝙ ratihabitio epi retrahitur: & confirmat illud quod per se inualidum erat 2. arg. extra de iure patro. cura pastoralis inf. e. q. 7. decimas. arg. contra extra de electio. auditis.

1 Ad hoc 32. q. 2. ca. 1. de consec. dist. 2. tunc.

h ¶ Bonis.] Supra 1. q. 2. clericos & cap. pastor. ecclesiæ. & c. sacerdos.

i ¶ Parentum.] Videtur loqui de illis clericis, qui ecclesiæ non seruiunt. sup. 10. q. 3. cauendum supra 12. q. 1. illi autem, infra 31. q. 1. quomodo.

quidquid [a] habet clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus [b] debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent; maximè curandum est illis, vt de decimis, & oblationibus, cenobijs, & xenodochijs, qualem voluerint, & potuerint, sustentationem impendant. Liberum est enim monachis, & spiritualibus viris Deum timentibus, & colentibus decimas, & oblationes, cunctaq; remedia concedere [c], & de iure suo in dominium illorum, & vsum transferre; nec tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. Quod autem beatitudo tua quæsiuit, vtrum vsus decimarum, & oblationũ sæcularibus prouenire possit; nouit vestra sanctitas omnino non licere [d], protestantibus hoc diuinis [e] auctoritatibus paternorum canonũ: Quamobrem, si aliquando fuerint ab his male detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum transierint monachorum, & seruorũ Dei, episcopo [f] tamen loci illius præbente consensum [g], cõstabunt eis omnia perpetua firmitate, & stabilitate subnixa. ¶ Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur. Qui autẽ bonis [h] parentum [i], & opibus sustentari possunt: si quod pauperum est, accipiunt; sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt.

1. q. 2. clericos. In regula monachorum. ca. de paupertate habentur quædam similia.

¶ Supra et 1. q. 2. clericos pars huius capitis citatur ex B. Hieronymo, in cuius quæ extant scriptis nihil huiusmodi inuentum est.

De prædijs autem, quæ à colonis eorum coluntur, sic definitum est in Moguntino concilio [Quæsiti sunt præterea, & c.] supra ead.

QVAESTIO II.



E capellis vero, quæ ab eis possidentur, ꝙ per eorum institutionẽ à sacerdotibus sint gubernandæ, Ioannes Papa probat scribens Isaac Syracusano episcopo.



E capellis.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In prima probatur per c. sequens, ꝙ si monachi habent ecclesias pleno iure, possunt in eis capellanos instituere, & destituere. Scd̃a ibi, [Hac auctoritate.] Io. de F.

CASVS Hic intitutatur 2. q. qua quæritur, an capellæ, quæ conceduntur monachis ab episcopis, sint per monachos instituendæ. Et respondetur, si pleno iure, scilicet quantum ad temporalia, & spiritualia capellæ pertinent ad monachos, per ipsos sunt instituendæ, vt inf. c. visis. Si vero ad ipsos pleno iure non pertinent, sed tantum quantum ad temporalia, per episcopos sunt instituendæ. ita tamen vt monachis respondeant in temporalibus, episcopo vero in spiritualibus, vt inf. ead. sane. De hoc plenius notatur in summa huius quæstionis.

K ¶ De capellis.] Hæc est secunda quæstio, an in capellis

¶Presbyteri in monasteriorum ecclesijs per abbates instituantur. C. I.

VIsis literis charitatis vestræ, quibus satis perpēditur quanto studio huic sanctæ sedi reuerentiam exhibetis, non modice grauisi sumus. Nunc itaque super ea, quæ consuluistis, vt charissimo fratri benigne discretum consilium damus. Delegauit [a] enim nobis pia mansuetudo vestra, vtrum ecclesiæ pro quiete [b] monachorum à sanctis concilijs, catholicisque episcopis eis traditæ, per sacerdotes ab eis ordinatos, & inuestitos debeant institui. Addidit quoque fraternitas tuas, litem, & seditionem inter clericos, monachosque ex hac causa non modicam esse ortam: quod instigatione versuti hostis esse factum nemo ambigat. Habet enim mille nocendi modos; nec ignoramus astutias eius. 2.Cor.2. Conatur namque à principio ruinę suę vnitatem ecclesiæ rescindere, charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanū genus euertere, & perturbare. Dolet enim satis, & erubescit, charitatem, quam in cœlo nequiuit habere, homines constantes [c] ex lutea materia tenere in terra. Vnde oportet (quantum fragilitati nostræ conceditur) vt omnes aditus nocendi eius versutiæ diligentissime muniamus: ne mors ingrediatur per portas [d] nostras. Consilio itaq; multorum fratrum diligēter exquisito decreuimus, vt amodo ecclesiæ monachis traditę [e] per

Monachi qd iuris habent in suis capellis.

pellis monachorum presbyteri sint instituendi per monachos, quod vt melius pateat, videndum est quid iuris habent religiosi in suis capellis. Et not. quod duob. modis fiunt capellæ religiosorum, ædificatione. s. & collatione. Si ædificatione, habent institutionem temporalium

lium, & episcopus spiritualium, vt infra eadem sane, & capitu. vlt. Si autem collatione: aut collatæ sunt eis ab episcopo: aut à patrono. Si ab episcopo, aut sub certa forma, aut cum omni iure, aut simpliciter. Si sub certa forma, non habent ibi plus iuris quàm forma contineat. Si vero cum omni iure, tunc habent, & temporalem & spiritualem institutionem. inf. ead. visis. Et sic intelligitur illud: cuius est possessio, eius est & institutio 1. In hoc casu loquitur extra de capel. mon. in ecclesijs. remanet tamen ius episcopale in ordinatione clericorum, iudicio, altarium consecratione, & visitatione. 9. q. 3. per singulas. Si autem concessit episcopus simpliciter, quid iuris sit, habetur extra de dona. pastoralis. Si vero patronus concessit capellam domui religiosæ, non plus iuris habet acceptor, quàm dator. arg. su. ea q. 1. si quis laicus. extra de dona. inter vir. & vxor. nuper. ff. de re. iu. nemo plus. nisi hoc factum sit de consensu diœcesani episcopi, in quo casu cedit in dominium religiosorum ext. de iure pat. quod autem. ext. de do pastoralis. Quæ autem dicta sunt, intelligas de monasterijs nō exemptis. In exemptis enim & eorum capellis qđ Principi placet legis habet vigorem. Et no. ꝙ Io. de Fant dixit ꝙ ecclesia quę nōdum est consecreta: tantā in ea hēt patronus ptātem, ꝙ præter epi licētiam potest religioso loco concedere non solū iuspatronatus, sed etiam ipsam ecclesiam. argu. inf. ea. q. vl. nemini. Sed hæc opinio corrigenda est, cum religiosus locus iam sit, maxime ꝓpter solennitates, quæ ibi fiunt ab episcopo, de consecr. dist. 1. nemo Et quod religiosus locus sit, habes extra de reli. do. ad hæc vnde iam in episcopi potestate cōsistit, cum lapis benedictus ibi iam sit positus. inf. ea. q. 7. omnes. nam à laico potest aliquis institui. inf. ead. q. vlt. si plures, multo minus supponi potest loco religioso per

1 Intelligit L. cuius fuit tota ista glo. ꝙ epo seruatur, ut sacerdos ibi instituendus curā ab eo recipiat aīarū, & in hoc casu, & c. ut sequit sed forte non sine causa. Ioan. hoc remouit. Arch.

laicum, cum institutio sit temporalis. suppositio vero perpetua. Item est contra eum 10. q. 1. nouerint. vbi dicitur, quòd postquam Deo dederit, quòd nihil habet iuris in re illa patronus. Io.

VIsis literis.] CASVS. Beneuen. hunc casum sic ponit, & bene. Quidam episcopus pleno iure quo ad spiritualia & temporalia monachis dedit quasdam capellas postea instigāte diabolo humani generis inimico, inter monachos & clericos est orta seditio propter inuestituram illarum ecclesiarum, & ad suggestionem clericorum episcopi nitebantur inuestituras reuocare. Propter hanc ergo altercationem Isaac Syracusan⁹ epe cōsuluit Papam Io. vtrum præfatæ capellæ monachorum debeant gubernari ꝑ presbyteros à monachis inuestitos? & respondet ꝙ sic. & hoc probatur quatuor rationibus: quarum prima est, quia diuinæ leges & seculares præcipiunt, vt cuius possessio est, eius fiat institutio. Secunda est: quia sicut charitas eporum fuit facilis in dādo, qđ mai⁹ est. s. possessiones: sic & facilior erit in concedēdo, quod minus est, scilicet inuestituram. Tertia est: quia sua iura vel tributa monasterio non redderentur. si inuestitura per alterum daretur. Quarta est: quia episcopus priuatur mercede, quam fuerat consecutus, ex quo facta charitate vult reuocare quod dederit, monachis; tamen si ea quę sunt episcoporū, vsurpare præsumpserint: eporum fęlici mucrone puniantur. [Institui,] .i. regi & gubernari. [Instituantur.] .i. regantur & gubernentur. Vel potest dici, ꝙ Isaac quærebat (vt dixit Hu.) vtrum capellæ tales debeant institui per monachos.

a ¶ Delegauit.] Idest, insinuauit. Vel dic melius, idest, quæsiuit.

b ¶ Pro quiete.] A curis temporalibus, vt sup. ea. q. 1. de præsentium.

c ¶ Constātes.] Inf de pę. d. 2. principium. §. si uero. inf. 27. q. 2 §. ex his omnibus. contra. Sed dic, ꝙ non potuit habere charitatem perseuerantem. arg. extra de verb. sign. nam & ego.

d ¶ Per portas.] .i. per sensus corporeos, quibus mediantibus peccatum transit ad nos.

e ¶ Traditæ.] Pleno iure. Idem intelligunt quidam vbi episcopus simpliciter concedit. arg. ff de ser. si cui. & ff. de usu & hab. si ita. Sed contra extra de do. pastoralis & 1. q. 1. sunt nonnulli. cum autem monasterio priuilegiato cum capellis suis habitis, & habendis cōcedit eps ecclesiam, etiam plenissimo iure secundum plerosque peruenit ad monasterium, etiam quo ad correctionem excessuum. sed tamen abbas ille nō deponet aliquē, nec suspendet in perpetuum, nisi hoc haberet ex priuilegio aliquo, ut inf. in fi. cap. Sed nūquid episcopus ita potest eximere ecclesiam aliquam, ꝙ nihil retineat in ea? Dico ꝙ non; quia episcopus non pōt alium iudicem facere ordi-

Eps ecclesiã à se non pot totaliter eximere.

1 Licet eps concedat inuestituram: non tñ correctionẽ. ar. ff de ser. vrb. pręd l. si domus fm L.

ordinarium in diœcesi sua: nec ita plene posset episcopus remittere ius episcopale, vt hic, in fi. quia sic posset a se reiicere iurisdictionem episcopalem. nam quantumcunq; generaliter eps eximat aliquam ecclesiam, semper retinet correctionem 1, visitationem procurationẽ, & cathedraticum, vt ext. de censi. cum venerabilis. & de don. pastoralis. nec etiam in præiudicium archidiaconi potest episcopus aliqua iura remittere ecclesiæ, vt ext. de excess. prel. c. 1 & 2. Si obijcis id quod est extra de relig don constitutus. vbi dr, ꝙ episcopus possit plene eximere aliquam ecclesiã, dicas ꝙ illa exẽptio fuit confirmata à Papa, sicut patronus quantumcunque generaliter remittat ius patronatus. tñ quædam iura retinet in liberto. C. de bon. lib. l. fi.

dolo ne res donata benigne, fraudis consilio reuocetur, ff. de ædil. edic. l. ad res.

HAC AVCTORITATE. Hæc est secunda pars qõ, in qua dicitur quod in §. ecce Vrbanus qui sequitur. continetur, & probatur per c. sequens Io: de Fant.

CA-

suos [a] sacerdotes instituantur. Diuinæ enim leges habẽt, & seculares, vt cuius est possessio [b], eius fiat institutio [c]: & si in dando, quod maius est [d], facilis fuit charitas; sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas. Maius enim fuit possessionem dare, quàm sit inuestiturã concedere [e]. Quomodo possessoris iura cognoscentur, & suarum † rerum sibi tributa reddentur, vbi quod suum est, per alterum datur; & cum voluerit, aufertur? Humani moris [f] est illum vereri, cuius iudicio [g] & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Vnde fit, vt in partem episcopi ad seruiendũ sacerdos procliuior fiat: & sic episcopus, qđ sancte, & religiose dederat, quadam simulata auctoritate ad se trahat † [h]. Sic itaque priuatur mercede, quam consecutus fuerat: tum quia ficta charitate aufert quod dederat; tum quia prauorum sacerdotum discordias, & scissuras amantium, lites, & dissensiones inter episcopos seminantium verbis nimis factus credulus [i], quod prius fucate moliebatur lucrari, post detecta fraude [k] conatur quadam vsurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes † calliditates, & hostis versuti suasiones, deinceps omnibus licentiam monachis damus suarum ecclesiarum inuestitores fieri: ita tamen vt iudicio synodi, si cõtra sacerdotium agere præsumpserint, multentur, & fęlici mucrone episcopi sacerdotium piacula resecentur.

† *al. suorum sibi.*

† *al. retrahat.*

† *al. aduertentes.*

¶ *Caput hoc est cum alijs, quæ ex antiquo codice monasterij Populeti sunt habita: ex cuius codicis exemplo, & vetustis Gratiani aliqua sunt emendata.*

2 *Hac auctoritate monachis conceditur inuestitura suarum ecclesiarum. Sed videtur contrarius Vrbanus Papa secundus dicens.*

¶ *Post hæc verba in exemplaribus, in quibus non sunt paleæ sequitur c. sane. In quattuor autem his interpositis paleis nihil de monachis agitur, & hæc prior est in concilio Moguntino primo, c. 38. & sententia repetitur in 2. c. 10. & in 3. c. 17.*

PALEA. C. II.

ADmonemus, atque præcipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipse Deus dari cõstituit: quia timendum est, vt quisquis Deo debitum suum subtrahit †, nec forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Burc. l. 3. c. 131. Iuo p. 3. c. 197. Pann. l. 2. c. 57.

† *al. abstrahit.*

[*Item Nicolaus Papa ij. epist. vnica, c. 5.*]

dist. 32 propter hoc. §. deinde.

¶ De eodem. PALEA. C. III.

PRæcipimus, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes † viuorum, & mortuorũ ecclesijs Dei, fideliter reddantur à laicis: & vt in dispositione episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ cõmunione separẽtur.

† *al. quæcunque oblationes.*

a ¶ Per suos.] Inf. q. px c. 3 ĩ. 18. q 2 cellulas s̃. d 54 abbati.

b ¶ Possessio.] i. res possessa ar. ff. de ver. sig. interdum.

c ¶ Institutio.] i. ordinatio. nm cuique est res sua committenda. C. de iudæ. l. nemo.

d ¶ Quod mai' est.] Arg. ꝙ cui conceditur maius, & min', vt 12. q. 1. præcipimus. & ext. de deci. ex parte. Item cui ꝓhibetur mai', & minus, vt 14. q. 5. pęnale. & 44. d. nulli. & su. eo. q. 1. & ipis. & ca. postquã. ff. đ adu. ne. in ead. maius enim est dare id ad quod quis non tenetur, quam permittere vti datis, ad quod quidlibet tenetur.

e ¶ Concedere.] Idest. permittere concessa vti.

f ¶ Moris.] Argu. ꝙ aliquid solet fieri, vt 28. dist. de Siracusanæ.

g ¶ Iudicio.] Sup. 8. q. 2. c. 1.

h ¶ Ad se trahat.] su. 1 q. 3. quęsitum. sup. 12. q. 2. sacrorum. sic C. de don si quis argentum.

i ¶ Credulus.] Arg. ꝙ imputatur alicui ꝙ nimis est credulus, 11. q. 3. non solum 86. si quid & 23. q. 4. quàm magnum, arg contra. 22. q. 4. innocens.

K ¶ Fraude.] Immo donator cauere debet donari de

CASVS. Dictum est sup. in præcedenti ca. ꝙ inuestitũra suarum capellarum pertinet ad monachos. Nunc Grat. vult probare contrarium s. ꝙ capellę monachorum per episcopos sunt instituendæ.

Sane

SAne quia.] CASVS. Quidam monachi vsurpabant inuestituras ecclesiarum, quæ ad eos pleno iure non pertinebant: & ideo quidam episcopi de hoc conquesti fuerunt Papæ Vrbano: quare Vrbanus statuit, vt ecclesiæ monachorum, quæ ad eos pleno iure non spectant, cum abbatum consensu per epos instituantur. sed sic instituti abbatibus de temporalibus respondeant: epis vero respondeant de cura animarum. & de eadem materia loquitur sequens cap. cuius casus patet.

[*Item Leo Papa.*]

¶De eodem. PALEA. C. IIII.

NVllus decimas ad alium pertinentes accipiat.

[*Item Ambrosius serm. 1. de Quadragesima.*]

PALEA. C. V.

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non studet reddere, quod iniuste ab eo abstulit; non timet adhuc Deum, & ignorat, quid sit vera pœnitentia, veraque confessio. Iste talis homo non potest veram † facere eleemosynam.

† al. bonam.

¶ Habetur in sermone primo de Quadragesima, cuius initium, Ecce nunc. *qui cum alijs B. Ambrosii nomen præferentibus seruatur in bibliotheca Vaticana, ac monasterij Mediolanensis eiusdem B. Ambrosii.*

Item Vrbanus II.

¶ Abbates absque episcopi consilio in parochialibus ecclesijs presbyteros non ordinent. C. VI.

SAne quia monachorum quidam episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus, ne in parochialibus ecclesijs, quas tenent, absq; episcoporum [a] consilio presbyteros collocēt: sed episcopi parochiæ curam cum abbatū consensu sacerdoti committant: vt eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis rationem reddant abbati vero pro rebus temporalibus [b] ad monasteriū pertinētibus debitam subiectionem exhibeant: & sic sua cuiq; [c] iura seruentur. *Idem.* ¶ In parochialibus ecclesijs presbyteri per episcopos instituantur †, qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad episcopum pertinent.

† al. constituantur

Item ex concilio apud Fauentiam habito.

¶ Quorumcunque monachorum ecclesiæ episcoporum subdantur regimini. C. VII.

α ¶Nunquam enim.] *Sic in vetustis etiam codicibus Gratiani, & in codice conciliorum Lucensi regio. In duobus Vaticanis est quidē dictio,* tricennium, *sed in cæteris verbis aliqua varietas. In concilijs vero impressis legitur.* Nunquam enim ad trienniū temporis pertinebit potestas irritum (al. irrite) hoc iudicantis. *& ab aliquibus editionibus abest vox,* potestas.

5 *Item ea, quæ beneficijs possidentur, siue quæ metu hostilitatis interueniente diutius possessa fuerint, præscribi non possunt.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 59. definitum est.

Est in Epaunensi, c. 18.

¶Quæ in beneficijs possidentur, præscribi non possunt. C. XI.

CLerici quilibet quantacunq; diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius

Iuo p. 3. c. 166.

ITEM EA. Hæc est 5. q. pars q. in qua dicitur. ꝙ si episcopus concedit alicui clerico vineas vel terras ecclesiæ, tamen non præscribit eas possessor, & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Supra ostensum est, ꝙ res inuasæ, & quæ sunt in limitibus præscribi non possunt. Idem dicit nunc Grat. de beneficiis, & de rebus per metum possessis, quæ præscribi non possunt. [Beneficiis.] i. de reb. quarum vsus conceditur, vel quæ gratis conceduntur. De beneficiis probat per duo prima c. De metu hostilitatis, probat per c. prima actione, & per c. porro.

CLerici.] CASVS. Quidam clerici possidebant quædam beneficia ab ecclesiis sibi concessa per xxx. ann. quæsitum fuit in Concilio Agathen. vtrum ratione præscriptionis clerici proprietatem illorum beneficio sum possint sibi vendicare. Et respond. quod non, dummodo res . onstet fuisse ecclesiæ, & hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia si præscribi possent: nec episcopi, nec alii prælati precarias facere deberent: & quia prælati secundum hoc in rebus ecclesię diu retentis, proprietatem sibi possunt vendicare.

a ¶In

Præscribere non possunt aliquæ personæ. I. Ad idem quod leg. & not. 12. q. 2. sæpe sit, ibi videas.

a ¶ In ius proprium.] Hic patet, & in seq. c. q. coloni & precario possidentes nullo tempore præscribunt I, ut 10. q. 3. quia cognovimus extra de possu. bonæ 2. ita nec aliquis, qui alieno nomine possidet ut extra de præsc. si diligenti. Item nec usufructuarius, ut insti. per quas person. præscribi, nõ ab ipso, cũ malam fidẽ habeat: sed à suo successore. Nunc habes, quæ personæ non possunt præscribere. Sunt etiã quædam res imprescriptibiles, ut ǧ. jura libertatis nõ præscribitur, ut in ead. §. pot. Itẽ nec in tributis prescribitur, ut in §. porro. C. de prescr. XXX. an. competit. Item nec in matrimonio 33. q. 5. quod Deo. Item nec decimæ à laico, extra de præscri. causam. Itẽ videtur quod non præscribitur in repetitione rerum peculij, ut C. ne de sta. defun. l. repetitio. Item & in servitutibus, quæ continuam causam non habent, ut ff. de servi. servitutes. Item in limitibus. §. ea c. licet. Item in procurationibus debitis ratione visitationis, extra de pr. cum ex officij. Item & in obedientia, ut extra eo. cum non liceat.

† al. vocentur

proprium[a] præscriptione temporis nõ revocentur †[b], dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: nec videatur[a] etiã Episcopi tempore administrationis prolixæ aut precarias cum ordinati sint, facere non debuisse[c], aut diu retentas facultates in jus suæ proprietatis posse transcribere.

a ¶ Ne videantur.] *In concilio impresso, & apud Iuonem legitur, ne videantur episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt facere debuisse †. In Epaunensi autem locus manifesto corruptus est.*

† al. nõ debuisse

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 25.

¶ Quæ humanitatis intuitu aliquibus præstantur, præscribi non possunt. C. XII.

Ans. l. 5. c. 87.

Si episcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas vel terrulas clericis, aut monachis, vel[β] quibuslibet præstiterit excolendas[d], vel pro tempore tenendas: etiã si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia præjudicium patiatur: nec sæcularis legis præscriptio, quæ ecclesiæ aliquid impediat, opponatur.

β ¶ Vel quibuslibet.] *Hæ voces sunt etiam apud Anselmum, sed absunt à concilio impresso, & manuscripto.*

b ¶ Non revocent.] Argu. q. quæ de libertate ab aliquo facta sunt, ei præjudicium non faciunt. supra I. quæst. I. nullus episcopus. 2.

c ¶ Non debuisse.] Si enim præscriberent clerici, retardaretur epi ad conferenda beneficia, ut C. de bo. quæ libe. I. I.

Si episcopus.] CASUS. *Aliquis episcopus pietatis intuitu concessit possessiones, vel mancipia toto tempore vitæ suæ, vel ad certum tempus quibusdam clericis vel laicis, ut ex eis usumfructum haberent: quæ post longa tempora dicebant ad se pertinere, quare statutum fuit in concilio Aurelian. ut etiam post multa tempora præscriptio legis sæcularis non possit opponi.*

Item ex concilio Hispalensi 2. cui interfuit Isidorus, c. I.

¶ Temporalia præscriptio non obijcitur, ubi hostilitatis metus intervenerit. C. XIII.

6. Prima actione[e] Theodulphi Malacitanæ ecclesiæ antistitis ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam eiusdem urbis parochiam militaris quondã † hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab ecclesijs Astigitanæ, Eliberitanæ, atque Aegabrensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit, ut omnis parochia, quam antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisque comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem ijs, quos barbarica feritas † captiva necessitate transvexit, postliminio[f]

† al. quodam

† al. severitas

person. no. aqui. §. fructuarius. Itẽ nec creditor. ff. de usucap. nõ solũ. §. qui pignori, & hoc ideo quia omnes isti alieno nomine possident. unde illi tantũ dicuntur possidere quorum nomine possidetur, ut extra de restit. spo. cum venissent. Si ergo usque ad centũ annos posses probare initium possessionis, idest quod tuo nomine possessum est, non obstat tibi aliqua præscriptio, ut hic patet & C. de pig. act. nec creditores. & C. de præscr. XXX an. male & hoc verũ est nisi velis dicere quod per longam oblivionem aliquis perdet possessionem per id quod est ff. d. usuc. furtum. vel si tantũ tẽpus effluxit quod ignorat dominus ubi sit possessio illa sita, ut ff. de acquir. pos. si id quod in princ. Vel nisi illa persona quæ possedit nomine alieno alij postea tradat possessionem ut ff. de acquir. poss. possideri. §. quod si servus. aliter nunquã præscribunt tales, nisi forte domino repetenti nõ reddiderint possessionẽ: tunc possunt res tales

Præscriptio nõ habet locum in multis rebus.

d ¶ Excolendas.] supra ead. q. I. possessiones.

Prima.] Hæc est 6. pars quæst. in qua probatur quod tempore hostilitatis non currit præscriptio. & hoc. probat per duo c. 10. de Fant.

CASUS. Theodulphus Malacitanæ ecclesiæ episcopus de suo episcopatu p. Sarracenos est expulsus vel captivatus: cujus episcopatu parochiã Astigitanus, & Elibertanus & Egabrensis episcopi inter se diviserunt. cũ vero redisset hostilitate repulsa, jura sua sibi reddere contradicebãt. statuit ergo conc. Hispalen. ut omnia sibi reddantur jure postliminij: sicut per legem civilem restituuntur universa de captivitate reversis. Nam non est obijcienda præscriptio ubi necessitas interfuit hostilitatis.

e ¶ Prima actione.] idest, in tractatu primi diei ipsius concilij. §. dist. I. ius gentium. & 34. q. I. c. I.

f ¶ Postliminio.] Postliminium est jus amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statũ pristinum restaurandæ.

Postliminij diffinitio.

ff. de cap. & postli. rever. postliminium datur autẽ secundũ leges postliminio revertentibus rescissoria intra quadriennium. Insti. de ac. § rursus. C. de integ. resti. l. ult. si tamen non potuerit agere in hoc quadriennio per aliquot dies, restituitur ad eos. ff. ex quib. cau. ma.

la tempora currunt. unde omnia præfatis ecclesijs sunt restituenda: & hoc probat duobus exemplis Domini, qui post cccc & xxx an. Iudæos de servitute Pharaonis liberavit, & genus humanum, de inferni claustris post annorum millia redemit.

d ¶ In

revertentibus[a] redditur antiqua possessio; non aliter & ecclesia receptura[b] est parochiam, quam ante tenuit cum rebus suis: sive ab alijs ecclesijs possideatur, sive in cuiuslibet possessionem trasfusa sit. Non enim erit objicienda præscriptio temporis, ubi necessitas[c] interest hostilitatis.

Item Joannes Papa VIII. Paulo episcopo fungenti legatione in Germania, & Pannonia.

¶ Temporis non currit præscriptio, ubi furor hostilitatis incumbit. C. XIIII.

Porro, si de annorum numero forte quis causatur, sciat, quia inter Christianos, & eos, qui unius fidei sunt, numerus certus affixus est. Ceterum ubi paganorum, & incredulorum furor in causa[d] est; quantalibet prætereant tempora, iuri non præjudicant ecclesiarum: quæ corporalia nescientes arma[e] solum Dominum, & propugnatorem suum, quando ei placuerit misereri, patienter expectant. Verum si annorum prolixitas in talibus impediat; Deus ipse reprehendendus est, qui post quadringentos, & triginta annos filios Israel de durissima servitute[f] Pharaonis, & fornace ferrea liberavit: sed ipse per se noster redemptor fuit, qui humanum genus post tot annorum millia de inferni claustris eripuit.

Poly. l. 1. tit. 11. Deus dedit p. 1 Ans. l. 2. c. 73.

Præscriptio non currit in aliquibus casib.

Deu. 4.

¶ Tolluntur, etiam præscriptione illa diœceses, quas proprijs episcopis negligentibus alij ab hæresi ad fidei integritatem revocaverunt.

Unde in Africano Concilio, c. 88. legitur.

Et in Milevit. c. 24. & in Carth. græco, p. 8.

¶ Si qui episcopi diœceses suas lucrari Deo negligunt; post triennium eis constabunt Episcopis, quorum studio fidei sunt reconciliatæ. C. XV.

Burc. l. c. 6. 8. Iuo p. 8. c. 176.

Placuit, ut quicumque Episcopi.

sed § si p. præsorem § si feriæ secundũ canones, cum non currat in hoc casu præscriptio: non dabitur rescissoria. Hic est ergo unus casus, s. hostilitas, in quo nõ currit pscriptio. Alius dũ vivit iniquus alienator. ʒ. e. si Sacerdotes. Tertius cũ vacat ecclesia. extra de pscri. c. quarta. Vel cũ quasi vacat ecclesia, plato s. lapso in hæresim. extra de præscri. c. I. Alius est in pupillari ætate. C. qbus ex cau. in integ. resti. non est ne. l. ult. Alius est cũ quis est in potestate patris, et C. de bo. quæ lib. quicumque. Alius est cum muliere est in matrimonio, quoad dotem. C. de jure do. in rebus. quia non præscribitur contra mulierem in dote repetenda nisi soluto matrimonio, ut ibi dicitur. Septimus, cũ quid debetur ad diẽ, vel sub conditione: tunc enim non currit præscriptio, nisi à tempore diei, vel extantis conditionis. C. de præscri. XXX. an. cum notissimi. § illud. Item & tempore excommunicationis non currit præscriptio. extra de conces. preb. & ec. non va. quia diversitatem. Item & in tempore illo, quo quis impeditus est iusto impedimento, non potest agere, ut extra de elect. ne pro defectu. & extra de appe. ex ratione. & C. de inoffi. testa. contra maiores & ff. ex quibus cau. ma. l. quod quidem. & l. non enim.

a ¶ Revertentibus. supra 3. q. 1. redintegranda. 7. q. 1. pastoralis. C. de postli. re. l. ab hostibus.

b ¶ Receptura.] Nam jus redit ut pridem, cum reddatur status idem ut extra de elect. quia diligentia. ff. si ser. vend. & si forte. l. respon. ff. de servi. rusti. prædio. l. & Attilicinus.

c ¶ Necessita.] Argu. q. non præiudicat patrono investitura tempore hostilitatis facta 34. q. 1. cum per bellicam. & 3. 7. q. 1. Pontifices.

Porro.] CASUS. In Germania & Pannonia, hostilitate Sarracenorum interveniente, per centum, vel forte per plures annos, aliqui possessiones ecclesiarũ detinuerunt: quas cum prælati reddita tranquillitate repeterent. tutos se præscriptione dicebant: misit ergo Joãnes Papa Paulinũ, qui legatus erat in partibus illis, ut de causis illis cognoscat, instruens eum quod inter Christianos, certus annorũ numerus est præfixus ad præscribendũ: si vero furor intervenit paganorum, mul-

d ¶ In causa.] Secus si mansueti sunt Judei vel Sarraceni: tales bene præscriberet. arg. 23. q. ult. dispar. Quidam tamen dicunt esse ecclesiæ privilegium, q. etiam domini non possunt præscribere: cũ lege ecclesiastica regantur l., licet possint rem privati præscribere, dummodo legibus Romanis regantur.

e ¶ Arma.] An clericos non debere movere arma corporalia, etiam contra hostes. argum. 23. quæst. 8. quicumque. nam lacrymæ & orationes sunt arma clericorum ut 23. q. 8. convenior.

f. ¶ Servitute.] Argum. contra libertatem nõ præscribi. j. ead. § potest.

TOLLUNTUR. Hæc est 7. pars q. in qua probatur, q. si aliquis negligit loca sua, & alius episcopus ea liberat ab heretica foeditate, post triennium præscribit: & hoc probat c. seq. Ioan. de Fant.

CASUS. Ponit adhuc Grat. alium casum, in quo res ecclesiæ præscriptione tolluntur, scilicet cũ aliquis episcopus negligit populum suum ab hæresi revocare, & alius episcopus eum revocat, præscriptione contra alium tutus erit.

Placuit.] CASUS. Quidam episcopi intra suas diœceses parochias hæreticorum convertere negligebant.

l. Nã non ligant' canonib. 15. q. 1. § I. Ver. porro. ubi de hoc & extra de divor. gaudemus.

vn

vnde quæsitum fuit in concilio Africano quid esset de hoc faciendum. & responsum fuit vt à vicinis episcopis commoneantur: & si intra sex menses à die cōmonitionis non effecerint. perueniant ad ipsum qui eas lucrari poterit: ita tamen vt si episcopus, in cuius erant diœcesi,

negligunt [a] loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur [b] a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses [c] à die conuentionis non effecerint; qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant [d]: ita sane α, vt si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit [e], magis illius electam negligentiam, ab hæreticis, vt impune ibi sint, & suam diligentiam [f] fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solicitior † vitaretur †, cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituantur †.

† al. solertior.
† al. vetaretur
† al. restituant.

α ¶ Ita sane.] *Græcus canon in emendatis codicibus hoc loco sic habet.*

Οὕτως μέντοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δεικνύωνται ἀνήκειν οἱ τοῦτοι, ἐξεπίτηδες διά τινα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐπιλεξαμένων, ὥστε ἀθορύβως αὐτοὺς παραδέξασθαι, καὶ ἐν τοσούτῳ ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ἀπὸ ἑτέρου προεληφθῇ, ᾗ τινι εἰ κατεχρήσατο, τοὺς αὐτοὺς αἱρετικοὺς πλέον ἐνάκιζεν, τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων διαγινωσκομένου.

id est, Ita sane, vt si ille, ad quem hi pertinere ostenduntur, de industria ad rem commodius tractandam negligenter agere visus fuerit, id probantibus hæreticis, vt sine tumultu reciperentur, atque interea suam diligentiam alius occuparit: qua quidem si vsus esset, ipsis hæreticis maius damnum attulisset, cum hoc iudicantes episcopi cognouerint, &c.

Potest etiam aliter intelligi præscriptio illa longi tempo-

diœcesi, probare potuerit suam diligentiam fuisse præuentam, & alterius negligentiam electā, vt apud alium impune remanerent: suæ cathedræ loca restituantur.

a ¶ Negligunt.] Arg. φ delictum personæ, quod est in omittendo, redundat in damnum ecclesiæ. Illud autem quod consistit in faciendo, non nocet ecclesiæ, vt inf. q. 6. si episcopum 1. arg. cont. sup. ea. licet sup. dist. 35. ecclesiæ. Sed ibi nocet delictum quod consistit in omittendo Argu. contra. C. de acquir poss. l. vlt. ibi. n. non nocet delictum etiam quod consistit in faciendo.

b ¶ Conueniantur.] Auctoritate huius canonis. si. 65. dist. cap. vlt.

c ¶ Sex menses.] Deputatos ad admonitionē faciendā 2.

d ¶ Pertineant.] Expleto triennio, vt hic in hac rubrica & extra de præscrip. cap. 1. vnde illud triennium est hic intelligendum, sicut ibi intelligendi sunt isti sex mēses, qui dantur ad admonitionem faciendam dicit tñ H. φ perueniant statim. tamen vsque ad triennium potest episcopus suus locum illi repetere, vt extra de præscri. c. 1. & est hic speciale fauore fidei, vt per trienniuin cont. ecclesiam præscribatur ius episcopale. & etiā limes & excusatur præscribens hic auctoritate canonis, licet habeat conscientiam rei alienæ. argumen. ff. de noxa & generaliter. & si rem pro derelicto habitam mihi vendas: licet sciam eam in bonis tuis non fuisse: ipsam vsucapio. ff pro derelic. l. vltima. argum. ff. de fundo dot. lege prima. Sed nunquid ecclesia læsa in hoc casu potest petere in integrum restitutio-

1 Ad idem extra de do. cap. 2. vbi de hoc. & extra de præscri. c. 2 in gl. vlt.
2 Hæc est expositio H. & Lau.
3 Præscribitur quandoq; ex triennio ius episcopale.

nem? Potest dici quòd sic. nisi fuerint negligentes clerici & episcopus argumen. ff. de mino. verum. §. item quæritur. vel si vult ipsum negligentem conueniat. 12. q. 2 monemus. & consequitur ab eo indemnitatem. C. de arbi. tu. quidquid alienauit enim qui vsucapere permisit. ff. de ver. signi. alienationis.

e ¶ Potuerit.] Intra 30 annos à sententia.

f ¶ Diligentiam.] ff. de mini. ff. ad se. cō Tertu. l. 2. § si mater. & extra de appell. oblatę.

POTEST ETIAM ALITER CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima parte exponit G. tertio modo illud c licet in regulis: dicens ipsum posse intelligi de pręscriptione longi temporis: scilicet decem vel viginti annorum, quę ecclesijs obijci non potest postea ponit distinctionem de pręscriptione, dicēs: φ pręscriptio decennij vel vicennij introducta est odio parentis, & fauore possidentis. vnde si quis rem præsentis bona fide & iusto titulo per decennium, absentis vero per vicennium tenuerit, tutus est aduersus omnes si in aliquo casu rem amiserit, potest eam ab omnib. vendicare. Idem erit si per xxx. annos rē alterius sine titulo, bona tamen fide possederit: quam bonam fidem in initio sufficit habuisse. Præscriptio vero triginta annorum, cum quis mala fide possidet, introducta est tantum in odium negligentium. Vnde si quis mala fide rem alterius 30. annis possederit, tutus erit aduersus eum: & si aliquo casu malæ fidei possessor rem illam amiserit, repetere nō potest; nisi per violentiam inde expellatur & si ad dñm, vel creditorem sine violentia peruenit, tuti sunt aduersus malæ fidei possessorem. si vero peruenerit ad alios, dominus vel creditor aduersus eum habet actionem. In secunda parte dicitur, φ ea quæ dicta sunt de præscriptione decem vel viginti annorum vera sunt, si sine interruptione possideant: sed si possessio naturaliter interrumpitur, noui 30. anni in omnib. præscriptionibus numerantur a die recuperatæ possessionis. si vero possessio per lit. cont. interrū pat, ab vltimo die litis 11 anni cōputabantur. si vero ille, cuius res præscribitur, non pōt litē cōtestari propter absentiam vel furorem, vel infantiā, vel potestatem aduersarij intra tempora præscriptionis adeat presidem, quem si adire non potest, vadat ad episcopum loci, vel consulem ciuitatis, vel potestatem: qui si defuerint, adeat domum aduersarij, & in præsentia tabellionis, vel cum subscriptione trium testium, si tabellione habere non potest, suum ius protestetur: & hoc modo interrumpet omnem pręscriptionem. In tertia parte dicitur. quod supradicta vera sunt inter laicos: sed aduersus ecclesias non currit pręscriptio, nisi quadragenaria & ad hoc probandum inducit duas authenticas. inf eo,

ris, qua Gelasius negat statum parochiarũ posse mutari. Longum enim tempus, sicut ex legibus habetur, decennium [a], *vel vicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis præscriptio auctoritate Gelasij, & sæcularium legum ecclesijs obijci non potest* [b].

8 *Præscriptionum aliæ sunt introductæ odio petentis, & fauore possidentis: aliæ tantum odio petentis. Qui enim bona fide, & iusto titulo rem præsentis per decennium* [d], *absentis vero per vicennium tenuerit; perpetua* [e] *exceptione tutus erit non solum aduersus alios, sed etiam aduersus creditores* [f] *quibus res ipsa obligata fuerat, etiam aduersus verum dominum. Si vero aliquo casu à possessione ceciderit; etiam aduersus verum dominum vtiliter* [g] *rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricennium rem alicuius possederit; simili gaudebit præsidio. Bona vero fides non ad tractum medij temporis, sed ad initium possessionis refertur. Sufficit enim in initio* [h] *cuique bona fide possidere cœpisse, etiã si medio tempore scientiam † rei alienæ habuerit. ¶ Hæ præscriptiones introductæ sunt fauore possidentis, & odio petentis: quia lex fauet his, qui bona fide, & iusto titulo, vel bona fide tantum possident: odit autem & punit circa rem suam negligentes* [i], *& desides. ¶ Quod si mala fide rem alienam quis possidere cœperit, post triginta annos aduersus omnem petentem exceptione tutus erit. Si vero aliquo casu à possessione ceciderit; actionem non habebit: quia hæc præscriptio non fauore malæ fidei possessoris, sed odio tantum rem suam prosequi negligentis introducta est. Si aũt res ad creditorẽ suũ, vel ad dominũ peruenerit: detentionis commodum* [k] *habebit: Si vero ad aliũ; creditor, vel alius dominus aduersus eũ experiri poterit: nec sibi proderit exceptio medij temporis possessoris: quia non ab eo habuit causam possidendi. Quod si violenter possessio ad eos peruenerit; malæ fidei possessor indistinctæ possessionis* [l] *commodum recipiet. ¶ Hæc de præscriptionibus decennij, vel vicennij, vel tricennij intelligenda sunt, si sine interruptione possessa probentur. Quod si per naturalem detentionem possessio interrupta* [m] *fuerit;*

† al. conscientiam.

quas actiones: & in nouellis, auth. neq; vicennij. Sed si laicus decimas, vel primitias, siue cum titulo, siue sine titulo possederit: nunquam præscriptione tutus erit, qđ enim ab initio de iure non habet effectum, tractu temporis non conualescit. & hoc probatur ad instar liberi hominis, qui si pro seruo detinetur, ẽt xl. annis, sibi nõ obest: nam primitiæ & decimationes præscribi non possunt, sicut nec ciuiles sanctiones, quarũ instar obtinẽt: sic ut ecclesia obtineat ad instar Reipublicæ. Secũda pars ĩcipit ibi, [Hæc de præscriptionib.] Tertia pars ibi, [Hæc de præscriptionib. inter priuatos. [Libellum.] conuentionalem. [Quod dicitur,] in canonib. antiqs: qa sec⁹ hodie.

a ¶ Decenniũ.] C. de pscr. decẽ uel uiginti annorum. l. ul. io.

b ¶ Nõ potest.] Post hoc statim lege illũ § sed sola. cũ c. seq. nemo ad hoc postea reuersurus dr̃ n. ꝙ dñs Iacobus interposuit istas leges qđ ẽt conuincitur ex eo, ꝙ illæ concordantiæ bis ponuntur.

PRAESCRIPTIONVM. Hæc est octaua pars quæst. ĩ qua ponit mẽtes legum de præscriptionib⁹: quas tamen ecclesia non recipit cõtra se. Io. de Fant.

Præsens & absens qui dicantur.

c ¶ Præsentis.] Præsens dicitur, qui in eadem prouincia est. Absens, qui in alia. C. de præscript. decem uel uiginti anno. l. ult. tamen absens dicitur quandoque, qui in iure non apparet. ff. de dam. ĩfect. l. 4. §. abesse. præsens etiam dicitur quandoque qui in hortis est. ff. de procura. præsens.

d ¶ Per decennium.] Fit etiam alio modo interruptio, ut ff. de usuc. ei à quo. ff. de dona. qui pro donato. & C. ubi in rem ac. l. ult. & C. de præscri. xxx. ann. cum notissimi.

e ¶ Perpetua exceptione.] Hoc habes. C. de præsc. xxx. ann. si quis emptionis.

f ¶ Creditores.] Hoc si fuerit alius à debitore, aut eius herede: uel de secundo uiuente debitore, debitor enim uel eius heredes non possunt se defendere contra creditorẽ, nisi xl. an. ut C. si aduer. credi. l. 1. & C. de præscript. xxx. an. cum notissimi. Vsucapio autem nunquã currit contra creditores, quia causa dominij semota est à quæstione pignoris. C. de pigno. usucapio.

Vsucapio non currit contra creditores.

g ¶ Vtiliter.] Arg. pro Io. & alijs, qui dicunt ꝙ per præscriptionem acquiritur dominium secundum directè potest vendicare: quia secundum eum dominium acquiritur præscriptione. unde illud aduerbium, utiliter, non est de textu, uel si est de textu, expone, utilitas idest, indubitanter, uel efficaciter.

h ¶ Initio.] Hoc non tenet secundũ canones: qa oportet ex omni parte præscriptionis habere bonam fidem ut extra de præscr. quoniam.

i ¶ Negligentes.] Vigilantibus enim, non dormientibus subueniunt iura. vt ff. ex qui cau. ma. l. non enim. ff. de ijs quæ in frau. cre. l. pupillus.

K ¶ Commodum.] Quia ab eo rem illam non poterit euocare, qui mala fide eam possedit.

K ¶ Commodum.] Non ꝙ uolendo detentori uel malæ fidei possessori, res uiolenter auferenda nõ est: nisi incõtinenti. arg. 3. q. 1. §. ult. nec ei tunc dicitur interrumpi præscriptio. ff. de ui, & ui ar. qui possessionem.

l ¶ Possessionis.] Arg. aliqua ex quo cõiũgantur ualida esse quorũ quodlibet per se separatim inualidum est. 1. ut fama & testimoniũ unius testis. arg. cont. 23. d. quorũdã.

m ¶ Interrupta.] Est aũt interruptio duplicitér naturaliter, & ciuiliter 2. Naturaliter fit occupatione aquæ, & alijs

2 Ad hoc ... qõ. 1. nihil ... ubi de hoc in glo. presbyter. ergo in fi.

Interruptio fit dupliciter 2 Cox cor. ... naturaliter & ibi Bar. ... de præsc. glo. est similiter. interruptio, in c. ... iud. de psc.

& alijs modis, vt ff. de acquiren. possess. qui vniuersas. §. 1. & 2. Item si longo tempore omittitur possessio. ff. de vsucap. furtum. Item per corporalem compulsionem: & hoc nocet, vel prodest omnibus. ff. de vsucap. naturaliter. Ciuiliter fit libelli oblatione, & hoc habet locum in anna non interponitur præscriptio: sed dormitat, uacante, scilicet ecclesia: & in pupillari ætate, & in alij casib. quos dixi supra ead. prima actione.

a ¶ Triginta.] Ergo naturalis interruptio non valet tantum, quantum litis contestatio: quia litis contestatione perpetuatur actio vsque ad quadraginta ann. vt C de præscri. triginta an. l. vlt. sed in naturali interruptione non, vt hic. Similiter dico quod nec illa conuentio, quæ fit per excusationem, perpetuatur ad quadraginta an. cum generaliter dicatur, quod omne ius, & oīs actio tollitur spatio triginta ann nisi vbi speciale aliquid reperitur, vt C. de præscri. triginta ann. cum notissimi. — *Actio perpetuat litis contestatione.*

à die recuperatæ possessionis noui triginta [a] anni in oīb. præscriptionib. numerabuntur. Si per litis cōtestationē; ab vltimo die litigii. xl. anni computabuntur. Quòd si ab eo, qui in causa præscribēdi erat, possessionē aliquis nanciscatur; tempus præcedens cum suæ possessionis tēpore continuare [b] poterit.] Is aūt, cuius res præscribitur si litē contestari [c] non poterit, vel propter aduersarij [d] absentiā †, vel infantiā, vel furoris laborē, cum neminē tutorē, vel curatorē hēat, vel quia [e] in magna ptāte cōstitutus est; intra constituta tempora præsidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniā deducat; & sic tpis interruptionem faciat. Si autē præsidem adire non poterit; saltē ad episcopum locorum, vel defensorum ciuitatis eat, & suā manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Qd si præses, vel eps, vel defensor abfuerit; liceat ei publice proponere vbi domicilium [f] habet possessor, seu cum tabulariorū subscriptione: vel si ciuitas tabularios nō habet, cum trium testium subscriptione [g]: & hoc sufficiat ad omnem temporalem interruptionem siue triennij, siue longi temporis, siue triginta, vel quadraginta annorum sit.

† Adde quod ille dr absens, qui nō est in prouincia. l. præsens. ff de proc. l. fi. C. de pręs. lōg. temp.

l. vlt. C. de episcopali audien.

l. vt perfectius. C. de an. excep.

¶ Hæc de præscriptionibus inter priuatos. Cæterū aduersus loca religiosa non nisi quadraginta annorum præscriptio currit. Vnde in authenticis. ¶ Quas actiones tricennalis præscriptio excludit, si loco religioso competat, quadraginta annis excluduntur.] Et in nouellis. [Neque decennij [h], vel vicennij, &c.] In canonibus vero ecclesia aduersus ecclesiam triginta annis [i]: monasterium aduersus ecclesiam non nisi quadraginta annis præscribere pmittitur [k]. Quòd si priuatus [l] primitias, & decimas siue cū titulo, siue sine titulo possederit; nulla tēporis præscriptio ne tutus esse poterit. Quæ enim ab initio de iure fortiri effectum non possunt, tractu temporis non conualescunt [m]. Vnde si liber homo longo tēpore pro seruo detineatur: ēt si quadraginta [n] annorū curicula excesserint, sola tempo

C. de sacros. ecc. auth. quas actiones. Nouella 131. §. pro temporalib. & ead. apud Iulianum, c. 6. Inf. ead. q. q. c. fi.

Dig. de reg. iur. qđ initio.

b ¶ Continuare.] Licet reuera aliquo tēpore intermedio vacet possessio, ius tamen fingit eam coniunctim peruenire ad alium locum, vt ff. ex quibus cau. ma. cum miles. & . est si. ff. de acq. hæred. placet, & sic tēpus præcedens dicitur cōtinuari tempori sequenti, quo alter incipit possidere 3: sed contra est quod legitur, ff. de acq possess. l. Pomponius. §. vltimo. vbi dicitur, quòd vitiosa possessio non continuatur non vitiose: sed illud verum est in longa præscriptione. secus in longissima. — 3 Et sic hēs quod quis pōt vti accessiōe tps ex auctoris sui persona, cum cā sua suisq. vitijs. ff đ acq. poss. l. Pomponius. §. cū quis. fm La.

c ¶ l. item contestari] C. de anna. excep. vt perfectius.

d ¶ Vel ppter aduersarij.] Hoc bene tra-

annalibus actionibus tātum: quo interruptione tali ppetuantur. C. quando libellus princ. l. 2. Itē fit per lit. cōtestationem quæ locum habet in perpetuis actionibus. C. de præscriptio, triginta an. sicut in rem. & hoc prodest tantum ei, qui eam facit. & obest illi tantum, contra quem fit, vt ff. de diuer. & temp. præscript. inter quatuor ei tamen tantum prodest, qui eo animo contestatur litem, vt ducat causam ad finem, sed impeditur propter fortuitos casus: aliàs, non 1. prodest. argum. à sensu contrario. C. de præscript. triginta ann. l. vltima, & in authent. de litigio. §. omnem, circa finem, collatio. 8. Item litis contestatio tunc tantum interrumpit cum fit coram iudice suo 2. aliàs non, vt C. ne de stat. defun. l. penul. Interrumpitur etiam præscriptio synodali proclamatione, vt extra de præscriptione sanctorum. Item cum exponitur secunda cautio, vt C. de præscriptio. triginta annos. cum notissimi. §. sed & si quis. Item cum quis soluit vsuras. C. de præscriptio. triginta ann. l. pen. Item alium habes infr. eadem quæstio. versic. is autem cuius res. & extra de off. ord. pastoralis. Item alium casum habes extra vt litē non contesta. quoniam in fine. Quandoque autem

1 Aliàs non, Idē Curt. in tract. de seq. col. 15. Ias. in l. ex hoc edicto. in prin. col. 3. de eo per quem factum erit. vt § annales. col. vl. n 34. instit. de act. Hipp. Marsi. sin. 291. An. Alc. de verb. si char. 26.

2 Iudice suo. Idem Bal. c. illud. de præscr. vbi ēt tenet, quod citatio non prosecuta non interrumpit: secus de contestatione, & bene.

ditur, extra de off. ord. c. pastoralis.

e ¶ Vel quia.] Sup. 2. q. 1. prohibentur. C de episcopali aud. l. vlt.

f ¶ Domicilium.] Domicilium large dicitur quandoq; habitatio ff. de damno infec. l. 4. §. prætor. argu. ff. de lib. agno. l. 1. in prin. & est si. ext. de cler. non resi. ex tuæ.

g ¶ Subscriptione.] Argumentum, quod instrumento habenti subscriptionem trium testium, standum est. etiam si per tabellionem confectum non sit arg. C qui po. in pig. ha. l. pen Hodie autem duo testes æquippollent tabellioni, vt ext. de probationib. quoniam contra. De hac materia nota 11. q. 3. curæ. — *Testes duo æquipollent tabellioni.*

h ¶ Neque decennij.] Inf. ea. q. 4. neque.

i ¶ Triginta annis.] Hoc hodie non tenet, vt extra de præscrip. de quarta.

K ¶ Permittitur.] inf. ea. q. 4. possessiones.

l ¶ Priuatus.] Vt ext de præscr. causam.

m ¶ Non conualescunt.] Sic 1. q. 1. principatus. Ar. contra ext. de ma. contrac. contra interd. eccl. c. vlt. & ext. de conuer. coniu. placet.

n ¶ Etiam si quadraginta.] C. de long. temp. præscrip. l. vlt.

l. vlt. C. de præscrip. xxx. vel xl. an. competit.
a ¶ Mutilabuntur.] Nec cõfessio ei præiudicaret, si confiteretur se seruum, nisi instrumento hoc fecerit, vt C. de agri. & cen cum scimus.
b ¶ Functiones.] idest, pensiones i agrorum.

tuale: nec ratione illius iuris posset præscribere: quia alieno nomine possidet. si vero vellet inuertere possessionem, iam inciperet esse malæ fidei: extra de præscrip. si diligenti: & ita non posset præscribere eas: quia licet laicus sit, tn super decimis in foro ecclesiæ conueniretur

1 Scilicet q̃ deb entur rei publ. H.

IVbem'] CASVS. Quidã rustici possederũt quasdã possessiones sine legitima interpellatione per xl. an de quibus possessionibus neq; functiones, neq; ciuilem canonem neque publicam collationem persoluunt. quæsitum est vtrum sint tuti præscriptione, & respondetur q sic quantum ad dominium, vel possessionem prædiorum: sed quo ad functiones, vel ciuilem canonem vel publicã collationẽ, non sunt tuti.
c ¶ Possederint.] C. de præscrip. xxx. vel xl. an. competit.
d ¶ Parti.] C. de sũ. parti, l. vl. contra sed ibi priuilegium habuit ab Imperatore: & pręterea in xl. an. nõ soluit, inde tutus est p illa duo, sup e. ver. quod si ab eo.
SIC ETIAM. PRAEDIA. CASVS. Sup. fuit assumptio ibi, vbi dixit porro, hic est mõ conc usio. Dictũ est sup. in illa l. iubemus. q prædia tolluñt i pręscriptione xl. annorum, sed functiones non. Nũc dicit Grat. q eodem modo prædia ecclesiarum, vel priuatorum p̃scriptione tolluntur. sed decimæ, vel primitiæ nõ præscribuntur etiam si à summo Pontifice rescriptum sup hoc impetretur. Et hoc pbatur duab. rõnib. Prima est, qa rescripta contra ius nõ valent, nisi talia sint, q̃ alicui prosint, & nulli obsint. Secunda ratio est, quia contra Domini mandatum esset, qui non laicis, sed leuitis decimas dari præcepit: & ita laicis nullo priuilegio concedi possunt: ne præceptis Dei præiudicium fiat.

ris lõginquitate libertatis iura minime mutilabantur[a]. *Ad hæc ecclesia, reipublicæ primitiæ, decimationes ciuilium functionum instar obtinent.* ¶ *Porro publicæ functiones* [b] *præscribi non possunt.*

Vnde in 7. lib. Codicis tit. de triginta, vel quadraginta annorum præscriptione, Imp. Anastasius. tit 39. l. 6.

α ¶ Vel alius dominus.] *In duobus vetustis exemplaribus nõ est dictio,* alius, *in vno autem legitur,* vel alius. scilicet dominus.
β ¶ Medij temporis possessoris.] *A vetustis codicibus partim abest dictio,* temporis, *partim dictio,* possessoris.
γ ¶ In omnibus præscriptionibus.] *Hæ voces in aliquot manuscriptis non sunt.*
¶ δ Ecclesia, reip.] *Emendatum est ex manuscriptis. Nam antea legebatur,* ecclesia respublica. *Omittit autem interdum, & mutat nonnulla verba Gratianus earum legum, quas refert.*

C. XVI.

IVbemus eos, qui rem aliquam per continuum annorũ quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint[c]; de possessione quidem rei, seu dominio nequaquam remoueri: functiones autem, seu ciuilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem impositam eis dependere compelli, nec huic parti[d] cuiuscũque temporis præscriptionem oppositam admitti.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori.*

Sic etiam prædia, siue sint priuati, siue ecclesiæ, possunt præscribi. Prouentus primitiarum, & decimationũ præscriptione tolli non possunt: etiam si inscriptum[f] *a Romano Pontifice quilibet laicus super his rescriptum impetrauerit.* ¶ *Rescripta enim quæ contra ius scriptũ*[g] *impetrata † fuerint, nisi talia sint, quæ illis, quibus data fuerint, prosint, & nulli obsint; nullius momenti esse censentur.* ¶ *Item. Decimæ Deo mandante sacerdotibus, & leuitis separatæ sunt, vt de sorte Domini viuerent, qui in eius sorte connumerantur. Non ergo cuiusquam priuilegio laicis*[h] *concedi possunt: ne diuinis mandatis auctoritas humana præiudicium inferat.*

25. q. 2. rescripta ex l. rescripta. Cod. de prec. b. Imp. offerendis sup. ea. q. 2. decimas.

† Conc. tex. C. de iurisd. om. in. l. priuatorum: & l. nec ex prætoris. & l. neque pignor. §. priuatorũ. ff. de re. iur.

Num. 18.

Vnde Impp. Valentinianus, & Theodosius.

Decimæ an possint p̃scribi per laicos
2 Quod dic vt not. su. ea. q. 2. c. vlti de deci. quãuis. sup. j. q. 2. p venit.

e ¶ Decimationũ.] Videtur quòd laicus possit decimas præscribere, nam ius habet percipiendi & petendi eas: ex quo ei conceduntur ab episcopo: puta in feudum, vel beneficium ad tempus 2. Ad hoc dicunt quidam, quod laicus nullum ius habet in eis: nec habere potest. 1. quæst. 3. peruenit & secundum istos planum est. Alij dicunt, quod cum sic conceduntur laico ab episcopo, laicus habet ius possidendi: sed illud ius non est spiritur. Sed nonne ius spirituale percipiendi decimas habent leprosi vt extra de eccl. ædi. c. 2. & templarij, qui sunt laici? Dic q non, sed tantum à præstatione sunt liberi. quod ex eo patet: quia si prædium, de quo ipsi non præstant decimas, deuoluitur ad ecclesiam vel ad priuatum, statim ecclesia vtitur iure suo: & soluet priuatus decimas.
f ¶ Etiam si inscriptum à Romano.] Quia in talibus Papa non vult dispensare, inf. 25. q. 1 sunt quidam.
g ¶ Ius scriptum. 25. q. 1. rescripta.
h ¶ Laicis.] inf. ea. q. 7. decimas. & cap. peruenit. nisi forte leprosis, si huiusmodi causa paupertatis, & intuitu elee-

eleemosinæ remittantur. 25. q. 1. §. his ita. versic. quæcumque.

VNIVERSAS. CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum. quod præter supradicta sunt quædam, quæ præscribi non possunt, ne fiat ecclesiæ præiudicium.

c ¶ Partium.] Sup. 12. q. 2. quisquis. sup. 12. q. 2 Vulterranæ contra. sed hic fuit male fidei possessor. hoc not. supra 10. q. 2. §. qui vero.

d ¶ Quidem.] Hoc notatur sup. 10. q. 2. hoc ius in fin.

DE PRAESCRIPTIONIBVS. Hæc est 9. par. q in qua dicit̄ q̄ præscriptio contra ecclesiā nō currit nisi xl. an. Ioan De Fan.

Cod. l. 7. tit. 38. l. 2. Anſ. l. 4 c. 38.

¶ *Vniuersas terras, quæ à colonis, seu empytheuticarijs dominici iuris reip. vel iuris sacrorum templorū in qua libet prouincia venditæ, vel vllo alio pacto alienatæ sunt ab his, qui perperam, atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis*[b] *præscriptione officiente iubemus restitui: ita vt nec pretium*[c] *quidem*[d] *iniquis comparatoribus reposcere liceat.*

Cod. de sacrosſ. eccl. l. fin. Nouella 131. vt sup.

9 De præscriptionibus vero longi temporis in authenticis inuenitur collatione octaua, cōstitutione sexta. ¶ *Quas actiones aliàs tricēnalis, decennalis, vicennalis præscriptio secludit, si loco religioso competunt, quadraginta annis clauduntur, vsucapione*[e] *& quadriennij*[f] *præscriptione suum locum habentibus*[a].

10 Sed sola præscriptio triginta annorum, & deinceps: a qua tamen præscriptione priuilegia Romanæ ecclesiæ sunt exclusa: quæ non nisi centum annorum spatio præscribi possunt.

a ¶ Habentibus.] *In plerisque vetustis exemplaribus sequitur,* sed sola præscriptione triginta annorum, &c. *In una autem hæc sequuntur.* Huius ergo longi temporis præscriptio auctoritate Gelasij, & sæcularium legum, ecclesijs obijci non potest, sed sola præscriptio triginta annorum, &c. *Cod. autem de sacrosan. eccle. l. fin. locus authent. ita habet.* Quas actiones alias decennalis, aliàs vicēnalis, alias tricēnalis præscriptio excludit; hæ si loco religioso competāt, quadraginta annis excludūtur, vsucapione triennij, vel quadriēnij præscriptione in suo robore durantibus, sola Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio, vel priuilegio.

Unde Ioannes octauus scribit Ludouico regi.

¶ Priuilegia Romanæ ecclesiæ non nisi centum annorum præscriptione tolluntur. C. XVII.

Anſ. l. 4. c. 45.

NEmo de annorum numero resultandi sumat fomentum: quia sancta Romana (cui Deo auctore seruimus) ecclesia priuilegia, quæ in firma Petri stabilitatis petra suscepit, nullis tēporibus angustantur[g], nullis regnorū partitionibus præiudicantur[h]. Sed venerandę Romanę leges diuinitus per ora priorum principum[i] promul-

locis in superiore c. allatis.

QVAS ACTIONES CASVS. Antiquitus p̄scriptio 10. vel. 20. vel 30 annorum ita opponebatur ecclesiæ sicut in priuato. Iustinianus vero statuit, quòd tantùm p̄scriptio quadragenaria loco religioso obijciatur, vsucaptione triennij, & p̄scriptione quadriennij in suo robore duraturis. Postea dicit Gratianus quod aduersus ecclesiam tātū præscriptio triennalis secūdum antiqua tēpora, vel quadragenaria secundū moderna opponuntur ecclesijs: à qua p̄scriptione res Romanæ ecclesiæ excludūtur, quę non præscri bunt, nisi spatio centum annorum & ad hæc inducit sequens cap.

e ¶ Vsucapione] Videtur q̄ res ecclesiæ non possunt vsucapi, nec res fisci. insti. d̄ usucap § res fisci. C d̄ vsuca l. 1. Item res ecclesię cēsentur iure reipublicæ. C. d̄ sac. sanc eccles. vt inter. præterea cum ecclesia restituat̄ iure minoris 2. melius est intacta iura eius seruari, q̄ post causā vulneratā remediū q̄rere. C. in quibus cau. in integ. rest. nō est ne. l. vlt. quidā tamen dicunt contra.

Vsucapi nequeunt res aliquæ.

2 Vt nota. extra de in integ. rest. c. 1 & c. auditis.

f ¶ Quadriēnij.] Hoc nō approbo, vt patet per contraria. supra 12. q. 2. quicumque militum. sup. ea q. 1. in canonibus, ut dixi suprà ea. placuit.

diciū. est ergo casus. Coloni vel Emphyteuticarij Imperatoris, vel reipublicæ, vel ecclesiarum, vendiderunt res Dominicas, vel reipublicæ, vel ecclesiarum: quæsitū est vtrum emptor longi temporis præscriptione possit se tueri? & respondet q̄ non: nec iniquis comparationibus pretium repetere licet contra leges: quia contra leges facta fuit alienatio.

a ¶ Templorum] idest, ecclesiarum.

b ¶ Longi temporis.] Non dicit longissimi, unde bene præscriberet, qui a colonis emeret. & longissimo tempore: licet sit argu contra 96 dist. bene quidem. nam malæ fidei est possessor, ex quo emit rem illam ecclesiæ contra legum interdicta, ut C. de agricol. & censi. quemadmodum 1.

2 Pro isto ultimo dicto facit qd̄ no. extra de his quę fiūt à præl c 2. & vide qd̄ not. 96. dist. bene quidem. in gl. nā si quis emit, &c.

SED SOLA. Hæc est decima pars quæstionis. in qua p̄bat quòd contra Romanam ecclesiam non currit præscriptio nisi centenaria. Io. de Fant.

NEmo.] CASVS. Rex Ludouicus dicebat se tutum esse contra Romanam ecclesiam, quia eius possessiones per longa tempora possederat. Sed Ioannes Papa scribens aduersus ipsum, ostendit quod nulla præscriptio Romanæ ecclesiæ obijci potest, nisi centum annorum.

g ¶ Angustantur.] In suis priuilegijs.

h ¶ Præiudicantur. Sup. 40. dist. c. 1.

i ¶ Principum.] Sup. 1. q. 3. Imperator.

gatæ rerum eius præscriptionem non nisi per centum annos [a] admittunt.

QVAESTIO IIII.



Ostensum est [b] quando ecclesia aduersus ecclesiam prescribere possit. Nunc videndum est, si monasterium aduersus ecclesiam prescribere valeat. Quod Vrbanus Papa II. prohibuit dicens.

¶ Tricennio temporis aliquid præscribere abbates, vel monachi non valent. C. I.

POssessiones ecclesiarum, & episcoporum [c] tricennales, abbates [d], vel monachos habere omnimodis prohibemus.

Sed si eis tollitur tricennalis possessi, à beato Gregorio conceditur eis quadragenalis præscriptio.

Ait enim Petro subdiacono, lib. 1. epist. 9.

¶ Quadraginta annorum præscriptio religiosis domibus conceditur. C. II.

VOlumus accedentem te ad Panormitanam ciuitatē, quæstionem ipsam tali ratione discutere (dominio [e] rei apud possessorem, sicut hactenus possessum † [f] est, videlicet permanente), vt si monasterium præfatum sancti Theodori fines [g], de quibus causatio mota est, inconcussos † Quadraginta annis possedisse repereris; nullam deinceps (etiam si cui sanctæ Romanæ ecclesiæ [h] competere potuit) patiaris sustinere calumniam: sed quie-

Ans. l. 6. c. 78.

† *al. possessa.*

Iuo p. 3. c. 146.

Pann. l. 2. c. 66.

† *inconcussis.*] orig.

Vsus fructus ecclesiæ relictus durat cētum annis.

a ¶ Per centum annos.] Similiter vsufructus ciuitati relictus spatio centum annorum perditur. ff. de vsufruct. an vsusfructus. Hæc præscriptio centum annorum olim locū hēbat in qualibet ecclesia. C. de sac. san. eccl vt inter. sed hodie tantū Romanę ecclesię appropriata est in authen. hæc constitutio innouat constitutionē. col. 8. extra de præscri. cum nob is. Io.

OStensum est.] CASVS. Hic ponit 4. quæstio, vbi quærit, an monasteriū præscribat aduersus ecclesiam spatio 30. ann. Et respon. quod nō, vt infra ea. ca. 1. sed spatio xl. annorum, sic vt infra eod. volumus. nam monasteriū & ecclesia ꝑ noua iura nō ad imparia iudicantur. Qđ sequitur, patet vsq; ad c. volumus.

b ¶ Ostensum est.] Hæc quæstio quarta patet per ea quę dicta sunt de prescriptione. dictū est enim ꝙ & monasteriū cōtra ecclesiā, & ecclesia cōtra monasteriū xxx. annis nō pscribit. quo ad hoc enim nō ad imparia iudicantur: sed secūdum antiquos canones monasterium & ecclesia ad imparia iudicātur in prescriptione cōtra alios, vel ab alijs: nam ecclesia contra ecclesiam, vel contra laicum xxx. annis præscribebat, & eandem præscriptionē ab eis patiebatur, sed monasterium non, vt infra e. c. 1. innuitur.

Pręscribi pōt res episcopi. à Laici, & bene quia patrimonialia clericorū nō gaudent priuilegio rerū ecclesiæ nisi in casibus à iure expressis. Pā. c. ecclesia S. Mariæ. de const.

c POssessiones.] A Episcoporū.] Res ergo episcopi gaudent eodem priuilegio quo & res ecclesiæ. ar. sup. ea. q. 1. similiter. quod non credo. rem enim clerici vel episcopi præscribunt laici à xxx. ann. vt extra eo. sanctorum. Sed res ecclesiæ non infr. e. neque hoc ego intelligo de rebus ecclesiæ, quæ episcopi sunt.

d ¶ Abbates.] Idest, eos esse præscriptione triennij tutos, scilicet, quia posederunt rem alicuius ecclesiæ vel episcopi xxx. annis hoc enim expeditum est hodie ꝙ non. Item in ecclesijs locum non habet præscriptio nisi xl. annis, vt extra de præscriptio. de quarta, Ioan.

VOlumus.] CASVS. Quoddam monasterium Siciliæ sancti Theodori possederat quasdam possessiones spatio xl ann. quas Papa prius dederat cuidam ecclesiæ, quæ erat in partibus illis, super quibus cum inter monasterium & ecclesiam questio moueret, præcepit Greg. Petro subdiacono, vt iret ad Panormitanam ciuitatem, & possessionibus remanentibus ad monasterium si posset probare illas xl. annis inconcusse possedisse, monasterio adiudicaret. Si vero syndici ecclesiæ probauerint intra xl. ann. super illis questionem motam fuisse electis arbitris legaliter quæstio sopiatur. [Arbitris.] Idest, inspectoribus, qui debēt locū videre, Vel arbitris electis si iudicem habent suspectum: vel arbitris, idest, iudicibus delegatis, qui de interruptione cognoscant & ita continentia causæ diuiditur; quia sic placuit Papæ.

e ¶ Dominio.] Idest, possessione, sicut aliàs possessio pro dominio ponitur. sup. ea. q. 2. visis. ff. de ver. sig. inter dum Ioan.

f ¶ Possessum.] Sic patet ꝙ ille, qui est in possessione, vsque ad finem causæ manebit in possessione 2, vt 8. q 4. nōne. sup. 2. q. 6. quoties 2. contra. sed ibi erat persona suspecta arg. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. § vlt. vnde tunc fructus sequestrari debent, vt ff. de app imperator. in fi. sup 2. q 6. appellatione. aliàs res ante sententiam auferenda possessori, vt 11. q. 1 quia res.

2 Hoc intellige secundū determinationem eius qđ habetur extra lib 6. de priuileg. cū personā §. vlt. nam vbi qs fundat suam intentionem, de iure communi: secus videtur, vt ibi.

g ¶ Fines.] Prædiorum, nō parcchiarum. Illi enim non præscribuntur. sup ea. q. 3. licet. & c. inter memoratos.

h ¶ Ecclesiæ.] Supra. ead q 3. nemo contra sed hic monachi possederunt tantum ius emphyteuticarum; & præscripserunt ius quod clericis competebat: quia erant emphyteutæ Romanæ ecclesiæ. Vel dic, quòd licet ius Romanæ ecclesiæ non possit per se præscribi: præscribitur tamen cum vniuersitate argum. extra de iure natu. ex literis. ff. de contrahend. empt. in modicis. Vel licet confirmetur hæc sententia quoad ipsos litigantes, non ideo præiudicabitur Romanæ ecclesiæ, cum voluerit ius suum prosequi. extra de cap mo. dilectus argumen. extra de sentent. & re iudic. cum super controuersia, & capit suborta. vnde non est inconueniens. quod contra ecclesias subiectas soli Papæ præscribatur in rebus aliquibus: quia hoc non fit in præiudicium Romanæ ecclesiæ: quia eodem iure

Præscriptio vtrum possit currere contra Romanā ecclesiam.

iure tenetur nunc illa Romanę ecclesiæ, quo prior tenebatur. Et si verè velimus loqui: nec Romana ecclesia aliquid præscribit, nec aliquis contra eam præscribit: quia Romana ecclesia cum aliquid contra aliam præscribit, non plus iuris propter hoc habet, quàm prius ha-

NEque decennij.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ xl. ann. pręscriptio currit aduersus ecclesias, non solum in possessionibus proprijs & diu habitis, sed etiam in legatis, & hæreditatibus sibi relictis; sed præscriptio decennij, vel vicennij, vel xxx. ann. non opponitur ecclesijs.

tem eorum inconcussam [a] omnibus modis procurare. Sin vero actores † ecclesiæ non eos possedisse quadraginta annis inconcusso iure monstrauerint, sed aliquam intra tempora hæc motam aliquando fuisse quæstionem eorundem finium; electis arbitris [b] tranquille, & legaliter sopiatur.

† al. auctores sanctæ ecclesiæ.

Item ex nouellis Iustiniani, nouel. 131.

Apud Iulianũ ead. nouel. cap. 6. & 5. cap. c. 236.

¶ De eodem. C. III.

NEque decennij, neque vicennij, vel triginta annorum præscriptio, sed sola quadraginta [c] annorum curricula religiosis domibus opponantur, non solum in cæteris rebus, sed etiam in legatis, & hæreditatibus.

¶ Hic neque nouella, neque Iuliani antecessoris, neque capitularis propria omnino verba referuntur.

Sicut ergo religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est obijcienda præscriptio, ita & auctoritate Gregorij aduersus alias ecclesias præscribere possunt eodem spatio temporis.

QVAESTIO VI.



QVod autem [d] ea, quæ ecclesiæ debentur, rectores † eiusdem sua auctoritate iudicijs prætermissis repetere non valeant; beatus Gregorius testatur lib. 4. cap. 88. dicens.

† al. actores] al. auctores.

¶ Capitulum hoc sumptum est ex concilio à B. Gregorio habito, quòd in regesto ipsius bis habetur, semel lib. 4. post epist. 43. iterum post librum 12. eiusdem regesti.

Quod sequitur planum est vsq; ad quęstionem.

a ¶Communi.] Ergo non statur hic iudicio maioris partis, vt extra eo. quoniam sic extra de resc. pastoralis. similiter videtur, q in delegatis a principe nō statur sententiæ maioris partis, vt C. de app offerendis, & l. iubemus. similiter in discordia creditorum, vt C. qui bo. ce. pos. l. vltima, similiter in causa liberali, vt C. de commu ni. ser. ma. l. 2. §. hic valet. similiter in omni re communi vt ff. de commu. diui Sabini, & hodie in electione episcopi, vt extra de elect. quia pp. 2 Sed queritur si duo sunt patroni, & vnus reliquit plures filios, & alter vnicum, an iste vnus pars ius habeat cum illis pluribus? Videtur, q sic, cum ex pluralitate successorum non debeat variari obligatio, vt ff. de ver. obl. l. 3. vnde oēs illi debēt reputari pro vno, cū in loco vnius succedāt, vt ff de cōd. & demon. cui fundus quemadmodū si plures sunt modo canonici in ecclesia quam prius fuerunt, non plus iuris hēnt modo multi quā prius habuerunt pauci. Sed cōtra quilibet istorum est patronus in solidum, ergo isti plures plus hnt iuris quā ille vnus, & hoc probat, ff. de bo. lib. si libertus. item fm hoc non plus iuris haberet cui concessa est pot. stas eligendi, quàm prius per se habuit: quod falsum videtur, vt ext. de elect. ne pro defectu, & c. quia pp & ff de vsig. lib. l. 1. in fi. Dic q sunt omnes æqualiter patroni, quia ius est indiuisibile, vt ex. eo. c. 1.

2 Hoc plane itelligas, sed dic ad huius declaratione vt ex. de cle. l. 6. ca. si quis iusto. Arch.

INuentum.] CASVS. Dictum fuit in concil. Cabilon. q quidā laici sine consensu epi: propria auctoritate ecclesias dabant presbyteris, vel auferebant, & iō statutum fuit in eodē concilio, vt nullus det ecclesiam presbytero sine consensu episcopi, & postquam ipsam iuste fuerit adeptus: non nisi graui culpa interueniente coram episcopo ordine iudiciario probata, eam perdat.

b ¶Nisi graui] Non est ergo quis pro qualibet culpa deponendus, vt 68 d. c. 1. Item arg. q nullus debet priuari suo beneficio sine culpa sua, vt 56. d. satis peruersum, & ext. de const. cognoscentes. Argum. contra, extra de cler. ægro. c. vlt. Sed illud propter scandalum, pro quo multa omittuntur, vt 50. vt constitueretur. extra de nou. oper. nun cum ex iniuncto.

c ¶Coram episcopo.] Ergo solus 3 eps potest cognoscere de crimine vbi agitur de priuatione beneficij siue ad aliā pœnam: dummodo nō agatur ad depositionem ordinis, vt no. 15. q. 7. in summa. licet autem non remoueatur aliquis ab administratione nisi pro graui culpa tamen regulares prælati pro leui culpa remouentur, vt ext. de sim. per tuas. in fi. & sup. ea q. 1. vlt.

SICVT ERGO. CASVS. Iste § respicit illud, cap. quod est. sup. ea q. 1. quoniam quidquid, & concludit Grat. ex eo, dicens q sicut monachis licet decimas de manu laicorum cum episcopi consensu recipere. ita & ecclesias. Sequens c. planum.

d ¶Hieronymi.] Vt sup. ea. q. 1. c. vlt.

Bñficio sine culpa sua nemo priuari debet.

3 Idest, sine alijs epis, sed sine suo capitulo, fm H. sic ēt dēt intelligi qd̄ le. & no. su. c. q. 7. ca. epi. ibi dixi. A. Regularis pro culpa leui remouetur.

Nemi-

¶ Sine voluntate episcoporũ decimas, vel ecclesias à laicis monachi non suscipiant. C. XXXIX.

4 DEcimas, & ecclesias à laicis monachi non suscipiant absque consensu & voluntate episcoporum. Quòd si aliter præsumptum fuerit, canonicę vltioni subiaceant.

† al. Syluerij

In capitul. lib. 5. c. 233.

Item ex decreto Syluestri † Papæ.

¶ Nulli liceat in ius suum monasterium conuertere, alij tamen ad ordinandum tradere illud valet. C. XL.

† al. proprium liceat

Poly. l. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 23. Iuo p. 3. c. 28. Ansel. l. 5. c. 90.

† al. commento] al. commodo

NEmini [a] regum, aut cuiquam hominum in proprium † [b] ius liceat monasterium [c] tradere, nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, vel quocunque commercio † vendere α. Quod si factum fuerit, non valebit: sed ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

¶ *In capitularibus sic habetur*: Nemini regum aut cuiquam hominum liceat monasterium tradere, vel commutare, vel quocunque comite vendere.

α ¶ Vendere.] *In locis indicatis hæc sequuntur*: Hoc etiam diuina, & Apostolica, atque canonica sub anathematis pęna sanxit auctoritas.

† al. ex eodem

Item ex † decreto Bonifacij.

¶ Episcopi, & fratrum consilio monasterinm ad meliorandum alij supponere nullus prohibeatur. C. XLI.

Poly. l. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 26. Iuo p. 3. c. 31.

5 SI quis vult monasterium suum ad meliorandum [d] in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi, & fratrum suorum, & dimittat presbyterum in priori loco ad ministeria ecclesiæ.

In Cabilon. 2. c. 7. 20. q 4. constituit.

Item ex concilio Moguntinensi.

¶ Publicę pœnitentiæ subijciantur, qui circumueniendo aliquos tondere præsumat. C. XLII.

Burch. l. 8. c. 93. Iuo p. 7. c. 111.

6 COnstituit [e] sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentiæ canonicæ, vtpote turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi vero, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cęperunt, perseuerare cogantur: res vero eorum hæredibus reddantur.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone recitatur ex Moguntino, & multo plenius, eodemque planè modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. c. 7.*

† al. ex eodem] id est Moguntino

Item ex concilio † Toletano.

NEmini.] CASVS. Dr̃ in hoc c. ꝙ nulli principi, vel laico alij, licet tradere ecclesiã alicui in proprium vsum: sed alij ecclesiæ potest eam tradere, vel commutare cum alia ecclesia: vendere verò nullo modo licet. & si contrafactum fuerit, irritetur. [In proprium ius.] id est, in proprium vsum, id est, vt eo vtatur tanquam de re propria, vel vt ibi fiat commune habitaculum. Et dicit Beneuen. quòd hoc cap. loquitur de laicis, qui priuilegio Papæ ecclesias possidebant: sed póstea propter mala, quæ inde oriebantur, est immutatum, vt supra ca. quoniam. quidam tamen intelligunt cap. de iure patronatus, & non de ipsa ecclesia.

a ¶ Nemini.] Quidam sic ponunt casum: Nulli licet dare iuspatronatus priuatæ personę, vel etiam commutare cum priuata persona: sed dari potest pro monasterio, vel commutari cum monasterio: vendi autem nulli potest. pro istorum casu facit quod legitur extra eo. ti. de iure. Sed eis obstat ext. eo. ex insinuatione, ĩ prin. Sed põt dici, ꝙ ibi vnus alij cessit administrationẽ solidam. nõ enim dedit iuspatronatus, cum prius fuisset patronus. H. autẽ intelligit de ipsa ecclesia, quod nullus potest dare ecclesiam priuato, vt inde faciat habitaculum, vt 19. q 3 quę semel. De permutatione ecclesię planũ est, quia nõ potest ecclesia pmutari, nisi cum alia ecclesia, vt extra de re. permu. ad quęstiones. Satis credo, ꝙ siue sit ecclesia, siue iuspatronatus, bene potest cõcedi monasterio: dum tñ habeatur consensus episcopi, vt extra eo. consulationibus, in fi & c nullus. similiter & ecclesiæ sæculari, vt ext. de rest. spol. cum venisset. Io. Ego credo, quod iuspatronatus possit concedi sine episcopo. 1 extra ea. illud. B Facit c. 1. de iure patr. lib. 6.

Ecclesia cũ ecclesia permutari põt.

1 Idẽ not. s̃. ea. q. 3. in su. & idem tenet hic Ioã. de Fan.

b ¶ In proprium.] Id est, priuatum.

c ¶ Monasterium.] id est, ecclesiam.

d SI quis.] ¶ Ad meliorãdum.] Hæc est vna de trib⁹ causis, propter quas transferunt̃ ecclesiæ de loco ad locum, vt de consecr. dist. 1. tribus. s̃. 7. q. 1. temporis. & est contra regulam illam. 19. q. 3. quæ semel. & perdit prior ecclesia priuilegium suum, vt s̃ ea. & hoc diximus.

COnstituit.] CASVS. Quidam epi, vel abbates res, vel hæreditatẽ quorundã cupientes, eos allexerũt in tantum, vt habitum monasticum induerent. Vnde quæsitũ fuit in concilio Mogunt. quid esset de hoc faciendum. Et rñdet vt epi, vel abbates sicut turpis lucri sectatores, canonicæ pœnitentiæ subiaceant: illecti vero in monasterio perseuerantes: res vero ipsorum hęredibus reddantur.

e ¶ Constituit.] Hoc cap. legitur 20. q 3. constituit.

Congre-

Congregatio.] CASVS. Tria dicuntur in hoc c. Primũ est, vt congregatio monachorum eligat sibi abbatem defuncto antecessore, vel deposito propter delictum, vel causa aliqua recedente. Secundum est, vt abbatem in prælatura non retineat eps violenter, si recedere voluerit iusta de causa Tertium est, vt eps vel abbas nõ faciat aliquẽ abbatem vel monachũ de propinquis vel amicis, nisi de fratrum processerit voluntate. Sed mirum vr, cum hoc sit peccatum quoad Deum, quare ecclesia illud tolerat: cum hoc sit laqueum inijcere talibus, & decipere animas eorũ: quod non est faciendum, vt 27. q. 1. de viduis. cum dñs ipse noluit facere differentiam inter iurm, & simplicem loquelã, vt 22. q. 5. iu-

a ¶ Congregatio.] Infra 18. q. 2. abbas. & abbatem.

b ¶ Retinere] Si vult propter humilitatem renũciare, vt 18 q. 2. abbas. Nam admonere potest eum, vt nõ renũciet, sed non inuitum tenere licet, vt extra de renunc. cap. literas.

c ¶ Propinquis] Supra distin. 89. decenter. Ioan.

¶ Sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis abbas sibi substituere non valet. C. XLIII.

Congregatio [a] debet sibi eligere abbatẽ post abbatis sui mortẽ, vel eo viuente, si ipse discesserit, vel peccauerit. Episcopus enim non debet abbatẽ violenter retinere [b] in loco suo. Ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis [c] vel amicis sine voluntate fratrum.

Burch. l. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

CAVSA XVII.



Quidam presbyter infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit: ecclesiã, & beneficium in manu aduocati † renunciauit. Postquam conualuit, mox se futurum monachum negauit, & ecclesiam, & beneficium reposcit.

† Adde q aduocat' sumitur hic pro patrono ecclesiæ s. in l. nec quidquã. § obseruare. ff. de off' procõ. & lega. glos. & Bar. in l. 1. §. aduocatos, ff. de var. & extraor. cog.

1 *Hic primũ queritur, vtrũ reus voti teneatur, an liceat ei à proposito sui cordis discedere.*

2 *Secundo, an ecclesia & beneficium ei reddenda sint, quæ prius liber à voluntate refutauit.*

3 *Tertio, si contigisset eum se, & sua monasterio tradidisse, an licentia abbatis liceret ei ad † propria redire.*

† al. priora.

4 *Quarto, si sine licentia abbatis retro abierit, an sua sibi ab abbate reddenda sint.*

Quidã presbyteri.] CASVS. Supra in hac in sexta causa tractatum est de ijs, qui in voto perseuerant. Nunc de his agit Gratianus, qui à voto recedere volũt: sed vt hoc competentius agat, pponit thema: & inde quatuor elicit quæstiones.

Quòd à voto.] Hæc questio diuiditur in duas partes: in prima quarum probat per quatuor c. q talis est voti reus, qd tñ falsum est. In secũda dat solutionẽ. Secũda ibi, [Gonsaldus.] Ioan. de Fant. CASVS. Hic intitulatur prima questio, qua querit, an liceat ei pœnitere, qui infirmitate grauatus se velle fieri monachũ dixit. Et respondetur, si professionem nõ fecit, sed quod corde conceperit, simpliciter ore pronunciauit, non cogitur quoad ecclesiam in voto permanere, vt j. ead. §. si ergo, in fi. quoad Deum tamen peccat vnde tenetur facere pœnitentiam de fide mentita, vt 27. q. 1. viduas, ante medium. Et procedit Grat. hoc ordine. Primo probat, quod à voto ei recedere non licet Postea respondet allegatis distinguendo, j. ea. § si ergo.

QVÆSTIO PRIMA.



Quòd à voto [d] discedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim propheta: [Vouete, & reddite Domino Deo vestro.]

Psal. 75.

Item Augustinus.

¶ Quæ Deo vouentur, necessario reddantur. C. I.

Svnt quædam, quæ etiam non vouentes

Votum deserere vtrũ sit permissum.

d ¶ A voto.] Hic quæritur an liceat alicui discedere à voto. Et in hac quæstione magister distinguit, q aliud est votum conceptum corde, qd simpliciter pronunciare. & aliud est obligatione aliqua se obnoxium facere. sed tñ quocunque illorum modorum quis voueat, non liceat ei recedere à voto quoad Deum; sed quoad ecclesiam licet à primo voto ei recedere, sed non à secundo. iuramenti. Potest melius distingui inter deliberationem & voluntatẽ & votum. Si quis recedit à deliberatione, non peccat mortaliter. Si quis autem recedat à proposito quod firmè fixerat in animo suo, peccat: sed venialiter secundum quosdam, vt extra de voto & vo. redemp. literaturam. secundũ Hug. verò peccat talis mortaliter, ac si verbis vouisset, vt j. ea. qui bona. Sed à voto quod verbis exprimitur siue cum solemnitate, siue sine ea, non licet recedere sine mortali peccato fm omnes, vt extra qui clerici, vel vouen. rursus. licet Alexander videatur dicere, q post votum simplex potest contrahi matrimonium, vt extra qui cler. vel vo. veniens. Sed illud intelligas de comparatiua promissione. Ioan.

1 Hæc versantur in aio, cum .f. quis secũ reuoluit, & fluctuat. Lau. Vnde deliberare est præmeditari, cogitare, secundum Pa.

Svnt quidam.] CASVS. Dicit Augusti. in hoc cap. quòd quædam sunt, quæ etiã sine voto facere debemus,

mus, vt facere eleemosynam, & diligere Deum, & proximum. Alia sunt ad quæ non tenemur, vt seruare continentiam, & ire vltra mare, quæ postquam vouerimus, necessario ad ea constringimur. Seq. c. patet.
a ¶ Debemus] Vt ad fidem seruandã, & generaliter ad omnia.

quod abstinentiæ non potest facere vxor sine viro. 33. q. 4. manifestum nec monachus sine abbate. 20. q. 4. monacho. Item nec filius impubes sine voluntate patris 1 20. q. 2. c. 1. & nec seruus sine voluntate domini, vt 54. d. ex antiquis.

1 De hoc vide qd leg. & no. 32. q. 2. mulier.

debemus [a]: quædam etiam [b], quæ nisi vouerimus, non debemus: sed postquam ea Deo promittimus [c], necessario [b] reddere constringimur [c].

¶ *Huius capituli ipsa omnino verba non sunt inuenta apud B. Augustinum, sed fere eadem habentur apud Cassiodorum in psalm. 75. ad vers. vouete quem citat glossa ordinaria ad eum locum.*

† Aug de bono viduitatis, c. 9. & glo. ord. ad c. 5. 1. Tim. sup. d. 27. vouentib. & inf. 27. q. 1. nuptiarũ Sent. 4. d. 38.

Item Hieronymus †.

¶ De eodem. C. II.

VOuentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est.

Item Greg. in regesto, lib. 1. epist. 33. ad Venantium.

¶ Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit a voto resiliens. C. III.

Act 5.

ANanias [f] pecunias Deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit; considera, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum [g] Deo omnipotenti (cui te sub monachi habitu deuoueras) subtraxisti.

Item super Ezechielem, lib. 1. homil. 3.

¶ Ante Dei oculos cadunt, qui bona, quæ concipiunt, agere recusant.

Sensus summatim redditus.

C. IIII.

QVi bona agunt [h], si meliora [i] agere deliberant [k], & post deliberata non faciunt; licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Dei ceciderunt [l] ex deliberatione. *Item paulo superius.* ¶ Sunt qui cuncta relinquere, & Dei seruitio se subdere, & fræno castitatis se restringere deliberant: sed cum post castitatem alios cecidisse conspiciunt, se retrahendo, meritum perdunt.

Si ergo post votum quisque necessario cogitur soluere quod vouit; si vouentibus nõ solum nubere sed etiam velle, damnabile est: patet, quod sacerdos iste ad executionẽ sui voti cogendus est, & non solũ non fieri; sed etiam velle monachum nõ fieri, sibi dãnabile est. Quod vero inter vouentes iste cõputandus sit, patet ex verbis Augustini dicentis; [Dixi cõfitebor, &c.] Magna pietas Dei est, ut ad solam promissionẽ peccata dimittat. Nondum. n. pronunciat [m] ore, & tamen Deus iam audit in corde. Votum enim pro opere reputatur.] Sicut ergo prophata inter

Sent. 4. d. 27. Augu. Cassiodorus, & glo. ord. in ps. 31. inf. de pœ. d. 1. c. 5.

e ¶ Constringimur.] Nisi fortius vinculũ superueniat. 27 dist. si vir.

ANanias.] CASVS. Gre. in hoc c. reprehendit quendam monachum, q dimiserat habitum monachalẽ, & ostendit, ꝙ reus erit in diuino iudicio, & hoc ꝓbat exẽplo Ananię qui ad preces Petri extinctus est, q a nũmos quos Deo dederat, postea subtraxerit. Multo magis punietur, qui nõ nummos, sed seipsum abstulit Deo.
f ¶ Ananias.] De hoc habes 12 q. 1. dilectissimis.
g ¶ Temetipsum.] Arg ꝙ maior est alienatio personæ, quã rei si. 12. q. 1. præcipimus.

QVi bona.] CASVS. Quidã bona facientes proposuerant ꝓprijs renũciare & Deo seruire sed cum videbant alios cecidisse, se a ꝓposito retrahebant: qui, & si in priorib. bonis perseuerẽt, in conspectu tamẽ Dei ceciderunt.
h ¶ Agunt.] Scilicet matrimonium.
i ¶ Si meliora.] i. cõtinentiam.
K ¶ Deliberant.] firmiter ꝓponendo, & tunc fm Hu. peccãt mortaliter 2 fm alios venialiter.
l ¶ Ceciderunt.] Im propriè. s. ab eo ꝙ nõ habent, vt ibi, Cadent a latere tuo mille, &c.

2 Hæc sñia Hu approbatur per Lau. Gof & B. ex. de vo. literaturam.

SI ERGO. CASVS. Concldit Gra. ex supradictis, ꝙ sacerdos iste, qui in ægritudine se futurum monachum vouit, pœnitere non potest, & ad hoc probandum inducit auctoritatem August. Postea respondet allegatis, dicens, quod propter tale votum non cogitur habitum suscipere, qui nec abbati se tradidit, nec professionem fecit, quod corde conceperat, ore simpliciter enunciauit: si autem professionem fecisset, reus voti haberetur. Et ad hoc inducit cap seq.
m ¶ Pronunciat.] Ergo obligatur quis ex solo proposito cordis 3 quod Hug. concedit.

3 Idẽ tenet Ale. de Imo. in l. bonorũ C. qui admi. ad bon. poss. possunt.

omnia illa, sine quibus homo saluari non potest, de quibus habetur, de pœ. d 2. charitas.
b ¶ Quædam et.] Vt continentiam, vt 32. q 1 integritas.
c ¶ Promittimus] Arg. ꝙ ex nuda promissione quis tenetur, vt 12. q. 2. scimus, & q. 2. quicumque suffragio. 27. q. 1. c. 2.
d ¶ Necessario.] Nisi tale sit illud qđ pendeat de alieno arbitrio, vt si vnus coniugatus promittat continentiam, non tenet, vt 27. quæstio. 2. si tu. Item votum ali-

vouentes reputatur, quia dixit, Ego confitebor: sic iste inter eosdem computandus est, quia dixit, fiam monachus. His ita respondetur. Aliud est propositum corde cōcipere, & etiam ore enunciare, aliud est subsequenti obligatione se reum voti facere. Quia ergo α iste propositū sui cordis ore simpliciter enunciauit, non autem monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus voti habetur.

Vnde Alexander Papa secundus ait.

α ¶Quia ergo.] *In plerisque vetustis exemplaribus hic est initium quæstionis secundæ.*

QVAESTIO II.

¶Non cogitur aliquis in monasterio manere, nisi professionem fecerit in manu abbatis. C. I.



GOnsaldus [a] presbyter quondam in infirmitate feruore passionis pressus, monachum se fieri promisit: non tamen monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionē scripsit: sed beneficium ecclesiæ in manu aduocati [b] refutauit [c]. At postquam conualuit, mox se monachum negauit fieri. Quapropter quia, & beati Benedicti regula, & præcipue patris, & prædecessoris nostri sancti Gregorij Papæ canonica institutio interdicit monachum ante vnius anni [d] probationem effici; iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, vt præfatus presbyter beneficia α, [e], & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

Iuo p.6. cap.428. & copiosius.

Pann.l.3.c.183.

α ¶Beneficia.] *In vetustis exemplaribus, & apud Iuonem (apud quem caput hoc copiosius habetur) legitur,* beneficium: *sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 70.

¶Vxor post propositum continentiæ ducta dimitti non debet. C. II.

NOs nouimus, nos testes sumus, quòd omnes actus

Iuo p.7.ca.9. & 10. & p.8.c.16.



GOnsaldus.] Hæc est 2. pars primæ quæstio. in qua probat contra. s. φ nisi sæculo renunciet, potest iterum redire ad statum pristinum moribus emendatus, Io. de Fant.

CASVS. In hoc c. terminatur prima qō, & intitulatur secunda, scilicet an iste possit repetere beneficium cui renunciauit, & dicendum est, φ sic; qa non renunciauit vt debuit, & in passione corporis & alienatione mentis renūciauit. Est ergo casus huius ca. Gonsaldus presbyter feruore passionis oppressus se futurum monachū promisit, non tamē monasterio, vel abbati se tradidit, nec professionem fecit: sed ecclesiam in manu patroni renunciauit: sed postquam cōualuit, nolebat monachus esse, & ecclesiā repetebat: quęsitū fuit ab Alexādro vtrū audiri debeat? Et rñdetur, φ sic. vnde ecclesiam suam recipere debet, cum iuxta Benedictum & Greg. anteq̄ monachus fiat, debeat esse in ꝓbatione p annū.

a ¶Gonsaldus.] In hoc c. terminat̄ prima q̄stio, & intitulatur secunda: an possit qs repetere beneficium cui renunciauit, & dicendū est, φ sic, qa non renunciauit prout debuit, & in passione corporis renunciauit. arg. 22.q.2. ne quis.

b ¶Aduocati.] Arg. hic, φ illicita renunciatio non præiudicat alicui, vt 6.q.5. deniq;, & ff. de psi. legatus, & C. de defen. ciui. l. vl. arg. cōtra. extra de renun. quod in dubijs.

c ¶Refutauit] De hoc dixi 6.q.3 denique. sed si renunciasset in manu prelati sui, teneret renunciatio, nisi tūc temporis non fuisset compos sui, vt extra de success. ab intest. cap.3. 1 sed cui iterum incumbit probatio? Vel illi qui dicit quòd fuerat compos, vel qui dicit, quod non erat compos 2 arg. quod illi qui dicit, φ compos erat, vt 3.q.9. indicas. Item quia non est præsumendum de spontanea renunciatione, vt extra de renuncia. super hoc ff. de probat. cum de indebito argu contra extra de success. ab intesta. cum dilectus. C. de codici. l. nec codicillos: Respond. ei, qui dicit, incumbit probatio, vt ff. de probat. ei qui dicit, & probatur stultitia per verba proferentis, vt extra de success. ab intest. cap. cum dilectus. in parte decisa. si enim stulta verba dixit, præsumo quod non erat sui compos, vt dicta decre. cum dilectus, & 95. distinctio. legimus. in princip. Ioan. sed an sufficiat probare renunciationem, vel teneatur probare spontaneam, quærit ur? Videtur φ ad duo teneatur. s. ad renunciationem, & spontaneam. argu. prædictorum iurium in quibus satis hoc innuitur. Ber.

d ¶Vnius anni.] Alibi datur biennium, vt 19.q.3. monasterijs. alibi triennium, vt inf. ea. si quis incognitus, & ext. de reg. c.1. Sed pōt breuiter dici, φ ideo diuersa tempora statuuntur, ad ostendendum, φ sunt arbitraria. Vel dic, φ clericus ignotus, & laicus notus per biennium probantur: sed clericus notus per annum si tamen clericus notus per annum statim voluerit conuerti, admittitur, vt ext. de reg. ad Apostolicam 3.

e ¶Beneficia.] Nunquid clericus, qui fuit in ꝓbatione per annum, debet repetere beneficia sua, cū clericus non nisi per tres septimanas possit abesse ab ecclesia, vt 7.q.1. si quis clero vel vsq; ad sex menses, vt ext. de cler. nō resi. ex tua? Sed dic vt notaui 27 q.2 desponsatam. Ioan. Sed de hoc quid iuris sit in quæstionibus notaui. Ber.

NOs nouimus.] CASVS. Bonifacius comes promisit se monachum fieri, pòstea duxit vxorē, vnde quæsiuit ab Augustino vtrum ratione prioris voti vxore nō obstan-

di quem furiosū per testes, vel aliter, vt p Bal. & modernos in l. furiosū, C. q. test. fac. po. per gl. in l. si cū dotē. §. si maritus, ff. sol. ma. & ibi B. Ang & Ioā. de Imo. & p Bal. in l. 1 ff. de bo. po. fur. infā. delata. & in l. is qui. §. si. ff. de tuto. & cura. da. ab his. in l. mutū. & ibi Bal. ff. de ac. her. Bar. in l. ū q. dem. ff. solu. mat. concor. ibi alle. & p Do. de S. Ge. in c. 1. §. si vero. & ibi ēt text. de cler. ægro. li. 6. & c. filij. de hære. in 6.

1 Ad idē ex. de reg. sicut tenor, sed hæc cā non est sufficiēs: nam ēt inuito epō intrare posset religionē. 19. q. 2. duæ sūt. est ergo tñ. quia nō erat compos. sum. Io. de Fant.

2 Adde de mō proban-

3 De hoc ēt legit, & not. 53. dist. vl. & ibi dixi, de hoc satis no. Ray. in sum. su. tit. de voto. §. pōt autē, &c. Arch.

obstante possit continere. Et respondet Aug. ꝙ non: qa. vxor innocens, quæ sine fraude nupsit, est impedimēto
a ¶ Nauigasti.] Sicut nauigans subijcit se varijs periculis nec proprio motu regit, sed ventis, sic habens vxorē.
b ¶ Sciens.] Ergo si sciuisset, ꝙ uotum simplex fecerat, pec-

corde cōcepit. Postea dicit. ꝙ iuxta beatū Greg. & Benedictū annus indulgetur notis ad probationem, ignotis vero triennium & ad hoc inducit sequens cap. & respicit hoc finem illius c. Gonsaldus.

SI quis incognitus] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Tolletano, si aliqs incognitus vult ingredi monasterium, per quot annos debeat esse in probatione. Et respondet, per tres, sed si seru⁹, vel liber curię adstrictus, vel adscriptus à dño suo intra triennium quæratur, reddatur ei talis cū omnibus quæ attulit in monasterio, accepto prius iuramento de impunitate personę: si vero intra triennium non requiratur à domino, postea non audietur dominus, nisi sit tam longe, quòd inueniri nō possit.

publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in quia serui Dei monachi viuunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus; nauigasti[a], vxoremquem duxisti. Si coniugem non haberes; dicerem tibi, quod & Tubunis diximus, vt sanctitate cōtinētiæ viueres: sed, vt te ad istā vitam non exhorter; impedimento coniunx est: sine cuius consensione continenter tibi non licet viuere: quia & si tu post illa tua verba Tubunensia ducere non debueras; illa tamen nihil eorum sciens [b] innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

¶ Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini in epist. 70. sed in epitomen redactis. Iuo autem integre refert.

Ecce iste corde concepit se monachum fieri, & ore pronunciauit se velle in otium sanctum conferre; & non tamen postea coactus est suscipere quod corde concepit & ore pronunciauit. Auctoritas illa Alexandri secuta institutionem beati Gregorij, & beati Benedicti probandis annum indulget, sed notis: ignotis vero trieniū conceditur.

Vnde ex decreto Bonifacij.

Nouel. 5. t. 2. & apud Iulianum ante cess. nouel. 123. c. 52. Cap. l. 5. c. 227. Burc. l. 8. c. 20. Iuo p. 7. c. 41. Pann. l. 3. c. 184. † *al. vel colonus.*

¶ Ante probationem triennij nullus in monasterio suscipiatur. C. III.

SI quis incognitus monasterium ingredi voluerit; ante triennium monachi habitus [c] ei non præstetur. Etsi intra tres annos aut seruus, aut libertus β [d] colonus† quęratur à domino suo; reddatur ei cum omnibus, quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium[e] non fuerit requisitus; postea quæri non potest, nisi sit tam longe [f], quòd inueniri non possit. Sed tantum γ ea, quæ in monasterium adduxit, dominus serui accipiat.

¶ Caput hoc etiam in Pannormia citatur ex Bonifacio. A Burchardo autē & Iuone, & in plerisque vetustis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Toletano. Sed in nullo eorū, quæ impressa aut manuscripta habentur, inuētum est eadem tamen fere sunt in capitularibus, & apud Iulianū antecessorē nouella 123. c. 52.
β ¶ Libertus.] *Sic emendatus est ex aliquot manuscriptis, & ex locis indicatis: quam lectionem habuit etiam auctor glossa. Ante legebatur,* liber.
γ ¶ Sed tantum.] *Hęc addita sunt ex locis indicatis,*



QVÆSTIO IIII.

Vòd au-

c ¶ Habitus.] Ergo tpe probationis erit in habitu priori, vt 53. d. legem. & 54. d. multos. & extra qui cler. vel vo. super eo. probabilius tamen videtur ꝙ in habitu monachali debeat esse, cū non aliter possit experiri asperitatem ordinis, nisi induat habitum & qđ dicitur hic, nō pstetur, intellige cum effectu & vt eum non possit reijcere.

Religio in quo habitu probari dēt.

d ¶ Aut libertus.] Per istud ca uidetur soluta quæstio, si vxoratus se & sua tradidit religioni sine licētia vxoris, & postea repetitur ab vxore, an postea sint ei res suæ restituendæ, hic dicitur ꝙ sic: Vel intelligitur de tali liberto, qui est adstrictus alicui curiæ.

e ¶ Intra trienniū.] Sed cum iste seruus fecerit furtū sui corporis, qūo rem furtiuam vsucapit triennio cū nec spatio lōgi tpis possit seruus fugitiuus præscribi, vt C. de seru. fug. l. 1. Rñ. In hoc est fauor ecclesiæ posset tamē dic i ꝙ ecclesia debet recōpensare damnū dño. 14. qō. 6. comperimus. consimilis fauor est infra, ea. q 4. questi.

1 Ista fuit opin. H. qui dixit hoc est ī fauorem religionis. vide sup hoc illū §. in aut. de mona. §. de singulis.

peccasset ipsa mortaliter: quod verum est, sicut & alter qui impediuisset votum illius. vt 32. q 2. hoc sanctū. & est simile extra de eo qui dux: in matri. propositum.

ECCE. CASVS. Concludit Gratia. ex supradicto ca. dicens ꝙ licet iste comes ore pronunciasset se velle monachum fieri, non tamē est coactus postea suscipere qđ

f ¶ Longe.] Ex hoc vr, ꝙ tm̄ currat istud triēnium à tpe scientiæ. Alij dnt, ꝙ currit à tpe repetitionis 1, vt dixi 54. dist. si seruus.

Q Vòd autem.] CASVS. Hic ponitur tertia quæ-

quæstio, qua quæritur an liceat monacho redire ad propria cum abbatis licentia? Et rñdetur, q non: quia ipse mortaliter peccaret ei licentiam dãdo: quare abbati nõ licet licentiam dare: nec ei licet retrorsum abire, quia ex quo se abbati subiecit, sine eius permissu nihil agere potest si mente sana hoc fecit.


alie si quis presbyterorum. & 12.q.2. non liceat.§.vlt. c ¶ Vel exiguũ.] Ergo pro alienatione rei modicæ deponitur aliquis.& sic est arg. contra 12 q.2. terrulas,& extra de dona c.5. Sed intelligas hoc tale exiguũ, quod tamen vtile est ecclesiæ. Item in huiusmodi alienationibus valde attendenda est consuetudo,& lex municipalis, extra de donat.3. & ff. quod vi aut clam l. prohibere.§.non tantum.

tem [a] quæritur, an post traditionem sit ei fas cum licẽtia abbatis ad propria † redire, facile monstratur nõ posse fieri. Ipsum enim redire criminosum est. Qui autem manifesto facinori desinit obuiare cum potest; consentit. Hic autem non solum non obuiat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi: nec illi licet vtique retrorsum abire: quia ex quo semel se abbati subiecit, absque eius permissione nihil agere potest.

† al. priora.

a ¶ Quod autem] Hic quęritur, an monacho recedenti reddenda sint quæ sua fuerunt & dicendũ est q nõ.19. q 3. qa ingredientib.& sup. prox. q.6. de lapsis. & in Authen. de monach.§.si vero relinquẽs.coll 1. Si tamẽ timetur de eius sęuitia, possũt monachi pmittere, vt sua tollat, vt inf eadẽ.q.4.§.vlt.

QVAESTIO IIII.



SI autem sine licẽtia abbatis de monasterio discesserit, quæritur, vtrum sua sint ei reddenda, an non. Sed possessiones & res ecclesiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alicui licet.

SI autẽ sine.] Hæc qõ diuiditur in septẽ partes. in quarum prima probat per quatuor cap. q illi qui recedunt a monasterio suo, nõ sunt eis suos, red denda. Secunda ibi, [Sicut antiquitus.] Tertia ibi, [Qui autem,] Quarta ibi, [Verum ne.] Quinta ibi, [Occasione.] Sexta ibi, [Etiam si episcopo.] Septima ibi, [Sed notãdum. Io.de Fant.

CASVS. Hæc est 4. quæstio, qua quęritur an abbas reddere debeat alicui monacho recedẽti ea, quæ monasterio dedit Et rñdet q nõ.19.q.3. quia ingredientibus & su. px q 6.de lapsis & i auth.de mona. §. si vero relinquẽs, qa abbati nõ licet alienare possessiones, & res ecclesię traditas, nec etiã alicui alteri licet. si tñ de eius sæuitia timeatur possunt abbas & monachi permittere vt sua tollat, vt inf.ea.§.vlt.

Vnde Symmachus Papa [Possessiones quas vnusquisque, &c. [& iterum in synodo Romana 3.c.6. — sup.16. q.1. possessiones.

¶ Honore priuetur, qui de iure ecclesiæ aliquid alienare præsumpsit. C. I.

QVicunque episcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor α in constitutum [b] præsens, committens prædium β ecclesiæ magnum, vel exiguum[c], vel quidam de iure ecclesiæ alienare tentauerit: & donator, & alienator, & venditor honoris [d] sui amissione mulctetur. — Ans.l.4.c.30. Poly.l.6.tit.15.

α ¶ Immemor.] *In concilio ipso sequitur,* cuius Romanæ ciuitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus deuinciri. *Nam, vt supra, 12.q.2. non liceat dictum est, in ea synodo Romana tantum ecclesiæ, legum Symmachus præscripsit.*

β ¶ Prædium.] *Hoc loco omissis verbis sexti capitis eorum loco referuntur hæc ex titulis eiusdem concilij, omninoque caput hoc ex verbis illius synodi suo modo collector aptauit.*

[Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib.11. epistola 31. — ext. de præbeundis. c.ratio.

PALEA. C. II.

RAtio nulla permittit, vt proprijs cuiusquam vsibus applicetur † quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur. — Ans.l.5.c.38. Poly.3. tit.12.

†Conc. text. in l.in nõ.§. j. ff. de red. & in l.quitus. ff. de au. ar.leg.

Item Ambrosius lib.2. de pœnitentia, c.6.

¶ Qui reuocandum putat, quod ecclesiæ contulit, sacrilegij crimen incurrit. C. III.

SVnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non

QVicumq;.] CASVS. Quidam episcopi vel alij prælati iniuste alienabãt res mobiles & immobiles ecclesię suæ: & ideo statutum fuit, vt qui talia faciunt deponantur.

1 Idest, incidit in aliud cõstitutum quodcunq; qd similia phibet 𝔏m L. & Hu.

b ¶ In cõstitutũ.] i. contra cõstitutionẽ talia prohibentẽ.

b ¶ In constitutũ.] Idest contra hoc statutum, vel ponitur proprie 1 incidit enim in pęnam: sed si statim restitueret ecclesiæ, pœnam effugeret. extra de reb, ecc, non

d ¶ Honoris.] Ecce pœna alienantis, 12 q.2 quisquis.

SVnt qui opes.] CASVS. Quidam res, quas cum quodam mentis impulsu ecclesiæ contulerunt, reuocare vole-

volebant. Alij erant, qui dolebant res suas pauperibus diuisisse. De primis dicitur, quod donatio non fuit eis fructuosa, quia iudicium non habuerunt, & postea sacrilegium in auferendo committunt: De secundis dicitur, ꝙ pœnitere non debent, nec oportet eos agere pęnitentiam: blicum, habes su. 1. dist. ius publicum, largius tamen qñque dicitur committere sacrilegium qui disputat de iudicio principis, vel cum dies solennis violatur, vel cum legibus siue canonibus reuerentia non impenditur. Committitur aũt tribus modis sacrilegiũ, vel cũ sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrũ de sacro aufertur, vt inf e. quisquis. Imponitur autem pro sacrilegio quandoq; spiritualis pœna, vt si cõmittatur i persona ecclesiastica, quia talis est excommunicatus ipso iure. inf. e. si qs suadẽte. sed si in re ecclesiæ fit sacrilegiũ; tunc post trinam admonitionem excõicandus est, vt infra ead. quisquis. §. item si quis domum. Itẽ imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor, vt inf. ea. quisquis & ca. si quis contumax. secundum leges durior pœna imponitur pro sacrilegio ff. ad leg. Iul. pecu sacrilegij. Sed si quæras cui danda sit pęna, quæ debetur pro sacrilegio; dicas ꝙ si personæ facta est iniuria, ipsi personæ prætãda est, vt extra de sen. exc parochianos & c. graue. si rei facta est iniuria; tunc ipsi rei præstanda est vt inf. e. c. si quis in atrio. extra de simo. de hoc autem.

Sacrilegiũ, tripliciter, cõmittitur.

Sacrilegij pęna.

iudicio perpetuo [a], vni ecclesiæ contulerunt, postea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima [b] merces rata est, nec secunda [c]: quia nec prima iudicia habuit, & secũda habuit sacrilegium: Sunt quos pęnituerit opes suas diuisisse pauperibus. Sic eos α, qui pœnitentiam agunt [d], hoc solum timere oportet, ne ipsius pœnitẽtiæ agant pęnitentiam [e].

α ¶ Sic eos.] *In originali legitur*. Sed eos qui pœnitentiam agunt, hoc solum pœnitere non debet: ne ipsius, &c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Item Gregorius Sabino subdiacono, lib. 8. epist. 6.

¶ Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit. C. IIII.

Ans. l. 12. c. 4. Poly. l. 3. tit. 12.

SAcrilegium [f], & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauę volũtatis studijs, suis tentauerit compendijs retinere.

Item Lucius episcopus ad Galliæ & Hispaniæ episcopos epist. 1. c. 6.

¶ Sacrilegi iudicantur, qui ecclesiæ facultates alienant. C. V.

Ans. l. 12. c. 4. Burc. 11. c. 19. Iuo p. 3. c. 140. & p. 14. c. 89.

anathematiζατος. iorig.

OMnes ecclesiæ raptores, atq; suarum facultatũ alienatores a liminibus sanctæ matris ecclesiæ anathematizamus † [g], Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus: & nõ solum eos, sed omnes consentientes eis: quia non solum qui faciũt, rei iudicantur; sed etiam qui consentiunt [h] facientibus. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit.

Ro. 1.

Inter decreta Nic. in codice Ormanetti.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

OMnes ecclesiæ.] CASUS. Lucius Papa statuit & decreuit, vt raptores rerum ecclesiasticarum tanquam sacrilegi sint anathematizandi cum omnibus sibi consentientibus, qui pari pœna sunt puniendi. [Consentientes,] Scilicet defensione vel cooperatione.

nitentiam: quod esset eis periculosum. Sequens cap. planum est.

a ¶ Non iudicio perpetuo.] quasi dicat, non iudicio discretionis: quia illud esset perpetum. nam nisi sit perpetuum, nullum dicitur. de pœni. dist. 1. diuortium. & ff de reg. iur quidquid & 23. q 1. paratus. Et est hic arg. quod si aliquis emittat votum proprio quodam impulsu animi, ꝙ teneatur illud obseruare. Sed si aliquis propter aliorum impulsum vel clamorem aliquod emisit, tunc secus est, vt 22. q. vnusquisque. nam electio facta ad aliorum impulsum, non valet, vt 8. q 1. licet. & c. si ergo. similiter nec libertas. ff. qui & à quib. manu libe. non li l. si priuatus.

Votum emittens an semper teneatur illud seruare.

b ¶ Nec prima.] Id est, primum factum est quo debuit mereri mercedem.

c ¶ Nec secunda.] Scilicet reuocatio.

d ¶ Agunt] Id est, pœnitent quod dederunt.

e ¶ Pœnitentiã.] Quia pęnitẽt & dolẽt ꝙ dederũt pauperibus, & de illo dolore siue pœnitentia agant pęnitentiã.

f SAcrilegium.] Quia hic fit mentio de sacrilegio, quid sit sacrilegium videamus. Sacrilegium magistraliter varijs modis describitur. Vno modo sic: Sacrilegium est sacrę rei violatio, siue in se siue in alio, & hoc appellatur sacra res: siue sit res ipsa sacra. siue ipsa persona ecclesiastica 1. Alio modo describitur sic. Sacrilegium est publicis iuris transgressio, quid autẽ sit ius pu-

x Sed nunquid est maius sacrilegium, &c. quod hic vt no. 22. q. 5. cap 3. Sacrilegij definitio.

g x Anathematizamus.] Videtur hic ꝙ omnes sacrilegi & dilapidatores ecclesiarum sint ipso iure excommunicati. 11. q. 3. canonica. extra de sent. exc. conquæsti. ar. contra inf. ea. quisquis. &c. seq vbi dicitur, ꝙ sunt excommunicandi nisi resipiscant. Respon. violatores ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati, sed nõ alij. Vel dic, ꝙ si in consecratione, vel cum datur res ecclesiæ fert episcopus sententiam excommunicationis, ꝙ quicumque violentiam fecerit in re tali, sit excommunicatus; tunc diceremꝙ statim est excommunicatus sacrilegus non ratione sacrilegij sed ratione sententiæ dudum latæ. 24. q. 1. c. 1. & 2. extra de sent. excõ à nobis. Vel dic ꝙ refert an Papa hæc verba proferat constituendo, vel sententiando: si proferat ea constituendo. tunc non est excommunicatus qui rapit res ecclesiæ. si autem sententiando profert talia verba, tunc est excommunicatus. Vel dic ꝙ si consuetudo loci habet, ꝙ tales sint excommunicati. tunc ita seruanda est quia consuetudo est optima iuris interpres. extra de ver. sign. abbate.

Sacrilegi an sint ipso iure excommunicati.

h ¶ Consentiunt.] Cooperando vt extra de sent. exc nuper. Sed pone ꝙ aliquis percussit clericum, & ego ratum habeo, nunquid sum excommunicatus? videtur ꝙ sic quia

Clerici permissionẽ ratificans, an sit excommunicatus.

ſic: quia non ſolum in contractibus, ſed etiam in maleficijs ratihabitio mandato comparatur, vt extra de reſt. ſpo. cum ad ſedem. in fi. ff. de vi, & vi. arm. l. 1. §. ſed & ſi cū qs. nã non ſolum de conſilio, ſed etiam de voluntate aliqs teneť 1 q 4 quia pſulatus. immo qui pōt reſiſtere & non reſiſtit, excommunicatus eſt vt ext. de ſenten. excō. quantæ, Reſpon. ſi nomine meo quis percutiat alium, ibi ratihabitio mandato comparatur, aliàs non. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. item quæritur. extra de ſen. exc. mulieres.

terrenus amicus pro illo fugitiuo intercesſiſſet, pro eo veniã meruiſſet, multo magis Deo debuit obedire. & ſi de poteſtate ſua præſumit, reſpiciat Nabuchodonoſor regē, qui propter ſuperbiam in bouē eſt ex homine cōmutatus, & à ſuo regno expulſus. Præcipit ergo ſibi, vt

Ratihabitio quando cōparetur mandato.

¶ Excommunicetur, qui confinia eccleſiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 SIcut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, vt maior eccleſia per circuitum xl. †paſſus [a] habeat; cappellæ vero, vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum† confringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit; niſi publicus [b] latro fuerit, quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur. — Anſ l. 5. c. 74. Iuo p. 3. c. 164. Pann. l. 2. c. 81. — † al. h. — † al. eorum

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Soluatur altario, quod pro emunitate emendatur eccleſiæ. C. VII.

j SI quis in atrio eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit: quidquid pro emunitate α violata emendandum eſt, altario [c] ſoluatur, cuiuſcunque fuerit eccleſia illa. — Burc. l. 3. c. 309. Iuo p. 3. c. 113.

α ¶ Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet,* pro immunitate violata. *In aliquot vetuſtis* Gratiani *exēplaribus legitur,* pro emunitate eccleſiæ violatæ. *Summa autem huius capitis fere habetur in Triburienſi, quod extat, c. 4. & 6.*

Item Auguſtinus ad Bonifacium epiſt. 187.

¶ Non licet alicui hominem de eccleſia rapere. C. VIII.

MIror, quomodo tam ſubito fidei murum aries [d] ruperit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtigante facere auſus es? hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus: poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur [e]: cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur: Nabuchodonor regē intende; qui cauſa ſuperbiæ in bouē [f] eſt ex homine commutatus α. Non vt confundam te, hæc ſcribo; ſed vt filiū chariſſimū moneo. Eccleſiæ igitur illęſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio [g] — Iuo p. 3. c. 122. — 1. Cor. 4.

SIcut antiquitus.] Hæc eſt 2. pars q. 1. qua probat magiſter per xx. cap. q ſacrilegium committitur pluribus modis. Ioan. de Fant.

CASVS. In hoc c. ſtatuit Nicolaus Papa (ſicut antiquitus à ſanctis patribus fuerat cōſtitutum) vt maior eccleſia in circuitu habeat xl. paſſus, aliæ vero minores eccleſiæ xxx. intra qd ſpatium ſi quis violētiam fecerit, aut perſonam hominis vel bona eius inde extraxerit, excommunicetur donec ſatiſfaciat niſi fuerit publicus latro: cuius perſona vel res inde ſubtrahitur ſine pœna canonis, Seq. cap. planum eſt.

Paſſus quid ſit.

a ¶ Paſſus.] Paſſus (vt ait Iſidor.) eſt mēſura quinq; pedū. Pes eſt ſpatium 15. digitorum 1. iſtud tamē non tenet in capellis quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, vbi ꝓpter loci anguſtiam non poteſt illud obſeruari, vt inf. c. quiſe quis. & c. quæſti.

1 Idem Bar. in l. 3. ff. de ver. ſi. & Alexã. de Imol. in l. 1. ſi qs cau.

b ¶ Niſi publicus.] Et nocturnus depopulator agrorum, hi ſoli excipiuntur ſecundum ius canonicum: licet leges plures perſonas excipiant, vt extra de immu. ecc. inter leges enim excipiunt homicidas, adulteros, raptores virginū, ſed ſecundum canones raptores virginum tuti ſunt in eccleſia, vt 36. q. 1. de rapto.

Eccleſiæ immunitate multi priuãtur.

c SI quis in atrio.] ¶ Altario.] Hic habes. q pecunia reſtituitur illi loco, in cuius ignominiam data eſt 2. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. & extra de ſimo de hoc. & Inno. dicit q cum pęna duplici reddetur, vt extra de ſimo. audiuimus. & in auth. de ſan. epiſ. §. ſed neque q ff. de calum. l. & generaliter § illud. ar. contra. de ſimo. veniens. Sed illud eſt diſpenſatio.

2 De hoc no ſu:ea ſacrilegium. & ſup. 1. q. 3. ſi qs dator.

MIror.] CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte ſeruum fugitiuum violenter de eccleſia extraxit, de quo Aug. cum grauiter reprehendit, & oſtendit q hoc facere non debuit, quia ſi vt hominem quem violenter de eccl. rapuit, ad eandem eccleſiã reuocet, & donec eccleſię ſatiſfaciat, & pęniteat prohibet Aug. ne oblationes ſuæ domus ſuſcipiantur à clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc verba ſic expone, [Tuus.] Scilicet ſeruus tuo amico, id eſt, apud tuum amicum forte ſcilicet permanere. ordinato, id eſt, ſtatuto, & præfixo.

d ¶ Aries.] Id eſt, impetus diabolicæ ſuggeſtionis, ad ſimilitudinem arietis inſtrumenti, quo frangitur murus.

e ¶ Intenditur.] Id eſt exauditur.

f ¶ In bouem.] Id eſt, in bouinam mentem, vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

g ¶ Oblatio.] Hoc eſt in deteſtationem criminis ipſius, q non ſolum ipſe, ſed etiam familia eius prohibetur à ſacramentis. ſic 90. diſt. oblationes, & 12. q. 2. de viro. & extra de ſpon. non eſt vobis. Io.

Reum,

† ab interdixi.

† al. condonato.

vero domus tuæ à clericis ne suscipiatur indixi†: communionemque tibi iuterdico: donec peracta pro ausibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato† pro hoc facto corde contrito & humiliato dignú offeras sacrificium Deo.

α ¶ Commutatus.] *Hoc loco ista erant interiecta*, atque à regno suo profugus recedens non ante regnum recepit, quam conuersus Deum prædicauit, *quæ à multis vetustis absunt, & originali, & Iuone. Sunt autem inter verba Gratiani infra de pœnitentia d. 1. c. voluissent.*

& in adiectis c. 29. & in concil. Mogun. 1. c. 39. Burc. l. 3. c. 194. Iuo p. 3. c. 123. Pann. l. 2. c. 75.

Item ex libro capitularium 5. c. 90.

¶ Fugientem ad ecclesiam nemo audeat abstrahere. C. IX.

REum ad ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare α ad pœnam, vel ad mortem a, vt honor Dei, & sanctorum eius conseruetur: sed obtinere studeant: tamen legitime componat, quod inique fecit.

α ¶ Donare.] *Si est emendatum (antea enim legebatur,* damnare) *ex cap. Caroli, & concilio Moguntino, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus & cæteris collectoribus: quanquam apud Burchardum ex concilio apud Theodonis villam, & in Pannormia ex libro capitulorum longe copiosius hoc caput referatur.*

Item Gelasius Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, & Timotheo episcopis.

¶ Ab ecclesiæ arceatur ingressu, qui aliquem de ecclesia violenter rapuerit. C. X.

Poly. 7. tit. 1. Iuo p. 3. c. 120.

† al. irreptione.

† al. vbi.

FRater, & coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit, Benenatum, & Maurum Beneuentanæ municipes ciuitatis, in contumeliam religionis acerba nimis, & plectibili contumacia prosiluisse: qui confugientem ad ecclesię septa curialem suum, ne illic quidem tutú, aut de iniuria sua securum esse siuerunt: ausi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec potestatibus quidem vel principibus vnquam licuit perpetrare: vt hominem in sanctuarijs constitutum (captata sacerdotis absentia) reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent. Quos, quantum sua nobis suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicauit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum; nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim b iure ad supplicandum debet admitti qui † admittere sacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata vtrumque sibi licere existimet pro suæ voluntatis arbitrio; vt & humilitatem sibi vendicet, & furorem. Et ideo fratres charissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus c parochiarum vestrarum ecclesijs nostræ præceptionis auctoritate d prohibete: vt nō

Ecclesia fugientes adīse tutatur.

REum.] CASVS. Statutum est in hoc cap. vt prælatus defendat reum ad ecclesiam fugientem à pœna corporali: tamen quod abstulit, cum pœna pecuniaria reddat.

a ¶ Vel ad mortem.] Sed nunquid poterit postea accusari iste de illo crimine? si non potest, ergo crimina remanebunt impunita: quod esse non debet, vt extra de seut. excom. vt famæ. & sic priuilegiú ecclesiæ erit quod tis occasio delinquē di: pp hoc dicūt q-dā, ꝙ à quolibet potest accusari postea: præterquam ab illo, qui promisit impunitatē: sed qui sic respōdet, nititur cōtra priuilegiū ecclesiarum: quod est iniustū, vel hæreticum. vt 22. distin. omnes. ad quid enim impetraret ecclesia ei vitam, si pro eodē crimine postea decapitaretur? Dicas ergo, ꝙ hoc est priuilegiū ecclesię, ꝙ talis amodo nec vitam, nec membrū perdat: sed quod alias pecunialiter satisfaciat. Vel si hoc nō potest, seruiat ei perpetuo quē læsit, vt 36. q. 1. de raptoribus.

1 Hæc fuit sñia Laur. q dicit, ꝙ bene pōt accusari post exitū, & pterq̃ rē vt sequitur. secus si sēp essent in ecclesia. C. de his, qui ad ecc. co l vi. La. sed huic dicto obstat 23. q. 1. de raptorib. vnde dic vt sequitur. Arch.

FRater.] CASVS. Epiphanius episcopus excommunicauit Benenatū, & Maurum ciues Beneuētanæ ciuitatis, q a quendam suum curialem ad ecclesiam fugientem in absentia sacerdotis de ipsa ecclesia violenter extraxerāt: qđ cum significatum fuisset Gelasio, excommunicationem illā confirmauit, & præcepit sex episcopis, vt si illi tres excōicati peruenerint ad suos episcopatus, interdicāt eis introitū ecclesiarū, vt istius vltionis timore alij à tali p̄sumptione reuocent: Seq. c. pater.

b ¶ Nec etiam.] Ex. de vsu. quia frustra.

c ¶ Ab oīb.] Arg. ꝙ sacrilegus in nulla ecclesia tut⁹ erit, cū ī ecclesiā delīquat, vt inf. c. px. ꝙ qdā cōcedūt. Vn̄ si aliqs furtū vel sacrilegiū fecerit ī ecclesia, illū nōdēt tueri ecclesia, cū ī ecclesiā deliquerit, vt ĩ. c. px. tñ decre. ext. de immu. eccle. inter tm̄ duas personas excipit.

d ¶ Auctoritate] sed qd operatur hic auctoritas vel cōfirma-

Cõfirmatio Papę tria operatur.

tio Papæ, cum illud per se facere potuerint? Respon. confirmatio tria operatur. præstat enim ipsi facto maiorem auctoritatem, vt 11. dist. quis nesciat. Item si quid est in ualidum supplet eius defectum cõfirmatio, vt extra de transac. c. 1. item q sine eius licentia nõ potest tractari illud qđ ipse cõfirmauit. ext. de confir. vti. vel inuti. c. 2. 10. constitutiones. contra illud quod est extra de iud. at si clerici, & extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. in fi. & quia lex dicit, q vnum delictum non debet varijs æstimationibus coerceri, ff. de pęn. sancto.

S I forte.] CASVS. Quæsitum fuit à Clemente quam pœ-

c ¶Non possit] Arg. est hic, ꝙ si propter periculum moræ nõ possunt absentes vocari ad electionem, ꝙ eis absentibus, & non vocatis põt fieri electio 2. vt 96 d c. 1 ver. Eulalius, & 26. q. 6. Aurelius Io.

IN vẽditionibus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dr, ꝙ si abbas aliquid alienauerit sine licẽtia epi, p episcopũ debet reuocari. In secũda parte dicitur, ꝙ abbas mãcipia monasterio donata manumittere non dẽt, vt ipsi otio potiantur libertatis, & monachi rurali opere fatigentur. Secunda pars, est ibi, [Mancipia.]
d ¶Episcopi.] Quidam dicunt id quod hic dicitur, & 12. q. 2 abbatib. hodie non tenere, per id quod est infra. prox. q. 2. nullam, vbi dicitur, quod tota dispositio monasterij ad abbatem pertinet: sed eis obuiat qđ est extra de re. ecc. nõ alie. c. 1. Hoc scias ꝙ nullum prædium potest alienari inconsulto epo loci in cuius diœcesi situ est prædium, vt C. de prędi. mino. l. si prædium, & ext. de foro comp. c. sane.
e ¶Manumitti.] qa qui manumittit mãcipium ecclesiæ, duo dabit ecclesiæ pro illo, vt 12. q 2. episcopus qui. sed cũ abbas nihil habeat. ergo nihil potest dare vt 53. dist. abbati. Io.
ETIAM. Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, ꝙ non potest abbas ẽt epo consentiẽte dare loca aliqua in damnum monasterij. Io. de Fant.
CASVS. Nunc ostendit Grat. ꝙ etiam consentiente episcopo abbas sine cõsensu monachorum, vel etiam cum consensu, si ecclesia lædatur, dederit possessionem, quod non valet donatio nisi in fabricam ecclesiæ erigendam quo casu valet donatio quantum ecclesiæ parietes concludunt, quod probat seq. cap.

redditus α [a] non habet, & aliqua nimia necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati ipsius prouinciæ censemus, vt cum statuto [b] numero episcoporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quòd si tanta vrget necessitas ecclesiæ, vt non possit [c] ante † primatem consulere; saltem vicinos testes β conuocet episcopos, curans ad concilium referre omnem ecclesiæ necessitatem. Quod si non fecerit; reus Deo, & sancto concilio venditor honore amisso γ teneatur. † *al. ante cõsulere.*

¶ *Hoc est cap 26. Carthaginiensis vnici inserti in codice canonum, itemq; Græci quod sumptum est ex c. 4. concilij quinti Carthaginiensis. In neutro tamen sunt hæc omnino verba*, nullus res ecclesiæ distrahat. *sed*, Placuit, vt rem ecclesiæ nemo vendat, *quemadmodum, & apud Iuonem.*
α ¶Quòd si redditus.] *Græcè est*, ὑπὲρ πρᾶγμα ἐἀν προσόδους μὴ ἔχῃ. *idest*. Quæ quidem res si redditus non habeat.
β ¶Vicinos testes.] *Sic in codice canonum, & fore in græco canone, & in margine recentiorum Coloniensium editionum. In contextu autem ipsarum, & vetustioribus editionibus, ac duobus Vaticanis codicibus, & apud Iuonem legitur*, saltem post factũ curiositatem habeat, & vicinis episcopis hoc ante indicare, & ad concilium, &c. *In Soriensi autem regio*, curet hoc statim agere, vel vicinis, &c.
γ ¶Honore amisso.] *Verba hæc sunt in concilio inserto in codice canonum, in codice Soriensi regio, & canone græco. Absunt autem ab omnibus editionibus concilij quinti Carthaginensis, & duobus Vaticanis exemplaribus, & Iuone.*

Item ex concilio Agathensi, c. 56.

¶Sine licentia episcopi quidquid abbas vendiderit, in irritum deducatur.

C. XL.

IN venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quidquid sine episcopi [d] licentia δ venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Iuo p. 3. c. 163.
¶Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti [e]. Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur. sup. d. 54. abbati.

δ ¶Licentia.] *Sic est adscriptum in margine in recentioribus Coloniensibus editionibus: sed in antiquioribus, & codicibus manuscriptis, & apud Iuonem est*, notitia.

6 *Etiam si episcopo consentiente [f] monasterij possessio ab abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio: nisi forte in ecclesiæ fabricam erigẽdam donatio processerit. Quo casu tantum ei donare licet, quantum ecclesia parietes concludunt.*

Vnde Gregorius scribit lib. 7. indict. 1. epist. 33. Ioanni episcopo Scyllacano.

su episcopi in seq cap. quia episcopo dedit abbas, & ipse eps non potuit confirmare donationẽ sibi factam, quia nemo potest præstare auctoritatem rei propriæ, vt ext. de insti. cum ad nostram, & ff. de aucto. tuto. l. 1.

¶ Nullo titulo res monasterij valent ab eius iure segregari. C. XLI.

QVesti nobis sunt prædicti monasterij monachi, abbatem suum terram intra Syllacænum α castrum, quæ in D.C. pedes extenditur, sub prætextu fabricandæ ecclesiæ fraternitati tuæ, donationis titulo concessisse. Et ideo volumus quantum parietes possunt ædificatæ ecclesiæ circundare, iuri ecclesiæ vendicari [a]. Quidquid vero extra parietes eiusdem ecclesiæ esse poterit; ad iura monasterii sine difficultate aliqua reuertatur [b]: quia nec mũdanorum legum, nec sacrorum canonum statuta permittunt res monasterij de iure eius quolibet titulo segregari. Eapropter donationem eiusdem terræ, quę contra rationem facta est sine aliqua dilatione restitue.

α ¶ Intra Scyllacænum.] *Sic est emendatum ex multis codicibus epistolarum: à qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum discrepabant. In vulgatis erat.* in Trãquillitanũ castrũ.

PALEA C. XLII.

Inf. 18 q. 2. quam sit. §. hanc ergo.

HAnc ergo scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore a te, & ab omnibus episcopis firmã statuimus, illibatamque seruari. vt & suę ecclesię iuuante domino, tantummodo sint iure contenti: & monasteria ecclesiasticis conditionibus, seu angariis, siue quibuslibet obsequiis sęcularibus nullo modo subiaceãt, nullis canonicis iuribus deseruiant: sed remotis vexationibus diuinum opus cum summa deuotione perficiant.

¶ *Hæc palea abest à vetustis exemplaribus, vno excepto, & huc temere translata est: cum habeatur infra* 18. *q.* 2. *c. quàm sit.* §. *hanc ergo. vbi nonnulla notabuntur.*

Abditas. lib. 5. historiæ Apostolicæ.

7 *Sed notandum est, quòd aliud est in suos, vel propinquorum vsus res ecclesiæ conuertere (quam perniciosam cupiditatem sacri canones vbiq; prohibent, & damnabilem ostendunt: aliud est, quod ex dispensatione charitatis, humanæ infirmitati consulitur: vt quondam illi sua reddantur, qui in sacro proposito manere contemnit. Quod non tam iure fori, quàm iure poli nonnullos sanctorum fecisse legimus. Beatus enim Ioannes Euangelista duob.* [c] *iuuenibus, quos pęnituerat omnia sua pro Christo reliquisse, & pauperibus erogasse, aurum, & gemmas reddidit, vt cuncta, quæ vendiderant, sibi redimerent. Sed obijcitur, beatus Ioannes non oblata reddidit, quę pauperibus iam erogata fuerant, sed alia recompensauit, quæ in pauperum, vel ecclesiarum facultatibus nunquam computata fuerant. Similiter si abbas* [d]*, vel episcopus aliqua habuerit, quæ in ecclesiasticis facultatibus nondum sunt adnumerata,*

QVesti nobis.] CASVS. Monachi cuiusdam monasterij sunt conquesti, ꝙ abbas eorum donauerat terram sexcentorum pedum in castro Scyllaceno sub prætextu ecclesiæ fabricandæ. quare Papa præcepit episcopo vt omnes possessiones extra muros ecclesiæ ad usum monasterij euocentur: quia secundum leges & canones res monasterij non possunt ab ecclesię dominio separari.

a ¶ Vendicari.] Tamẽ hæc ecclesia erit sub alio monasterio de cuius reb. constructa est, 12. q. 2. Apostolicos.

b ¶ Reuertatur.] Arg. ꝙ donatio pro parte est valida, & pro parte non, vt 12. q. 2. si quos. Sed nonne ista ecclesia habebit viam, qua ibitur ad ipsam? nam qui habet haustum, iter debet habere, vt ff. de ser. rust. præd. item sic. §. qui habet haustum. Resp. sic habebit: sed monachi non cogentur gratis eam dare cogentur tamẽ viam vendere iusto pretio, vt ff. de relig. si quis sepulchrum.

SED NOTANDVM EST. Hæc est 7. pars q. in qua soluit quæstionem principalem. s. vtrum abbas debeat conuerso apostatæ restituere sua & dicitur ꝙ non debent ei reddi, sed sinere ꝙ recipiat. & hoc probat per ęquitatem canonicam. Io. de Fan.

CASVS. Hic determinat Gra. an abbas dẽat reddere sua monacho retro abeũti, & dicit ꝙ conuertere res monasterij in suos vel propinquorum vsus, est perniciosum: sed ex dispẽsatione charitatis cõsulitur infirmitati humanæ, si quondã sua reddantur monacho retro abeunti, quod magis sit iure poli, quàm iure fori. Et q hoc fieri possit, probat exemplo Io. Euangelistæ: q duobus iuuenib. cuncta reddidit, quos pœnituerat sua pro Christo pauperib. erogasse. Postea obijcit cõtra hãc solutionẽ: & dr ꝙ Ioan. Euangel. nõ reddidit erogata iam pauperib. sed alia: & sic & abbas q̃ sunt inter facultates ecclesiasticas deputata, non reddet recedẽti, sed alia. Postea supponit exemplum Aurelij: quod magis videtur efficax quã supradictum est.

c ¶ Duob.] Tito. & Eugenio. Sed nonne beatus Ioannes renunciauerat ꝓprijs? vtiq. ergo quidquid habuit, acquisitum fuit pauperib. vel illi ecclesiæ ad quam se transtulit. Sed dic ꝙ adhuc non peruenerat ad ecclesiam illam. Vel dic quod de virgis fecit illud argentum quod dedit.

d ¶ Si Abbas.] Sophistice & male respondet: quia quam cito abbas habet aliquid, tam tacito fit ecclesiæ 1.

1 Et ideo q̃rit hic Hug. qualiter abbas possit habere talia: cum oĩa quę ad eũ pertinent monasterij sunt. simile inuenĩt 54. di. ex antiqais Hu Hug.

QVicumque.] CASVS. Quidam clerici cum patres iniuste filios exhęredebant, totam hæreditatem sibi relictam recipiebant, & filijs repetentibus nihil restituebant: quos Augustinus redarguit in sermone suo: & dicet hoc non esse faciendum exemplo huius Aurelij Carthagin. episcopi, qui reddidit hęreditatem iam susceptā filijs postea natis.

a ¶ Non reddere.] Simile.14.q.6. compe rimus. Sed nonne filius natus iure cōi potest reuocare legitimam portionem suam si pater omnia bona sua donauit, vt C. de inoffic. don. si tota? Nam si aliquis liberto suo dedit bona sua cum crederet se non habiturum filios, nunquid filius postea non solū partem, sed etiam totū reuocabit, vt C. reuo. donatio. si nunquā? Respon. verum est: quod hic dicitur intelligēdum est quod ecclesia non cogitur totum reddere, sed tantum legitimā 1. portionem, vel canō corrigit legem.

b ¶ Iure fori,] Quasi dicat ad hoc non cogebatur iure actionis, sed quadam naturali æquitate tenebatur ad hoc c.qō.3. hic colligitur.

c ¶ Non iure poli.] .i. quadam naturali æquitate.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis c ꝙ monacho recedēti, sua reddēda sunt: sed postea dicit hanc nō esse verā solutionem: sed aliā verā subdit, dicens, ꝙ licet Aurelius illi rustico q ꝓprijs nō renūciauit, nec habitū mutauit, sua laudabiliter reddidisset: non tñ ꝑꝑ hoc exemplum monacho eunti in apostasiam sunt reddenda. sed potius est cōpellendus vt in religione perseueret. Veruntamen sicut tenemur inimicis & persecutoribus necessaria ministrare, sic ꝓpter scandalū vitandum, & mortem monachorum, & incendium monasterij recedenti de monasterio sua laudabiliter finiantur auferri, etsi non reddantur.

d ¶ Vtilius] Vt sup.q.5.non omnis.

Filius pro patre pōt donationē pris reuocare.

1 Legitimā. hāc līitationē ad dic.l. si vim q̄ sequtur Bal. in l. 1.coll. vlt & ibi Pau. col. 2 Arc. & alij hic Bar. in l. Titia §. Imperator. de leg. 2. Ias. in auth. si qua mulier, col. 2.C.d̄ sacros. eccl. sed hæc līitatio est falsa. q̄a immo in totū reuocat̄, vt idem Bal. cōsuluit cons. 215. pū ctue li.5. Ph. Dec. in l licet no 3 ī fi. C. de pact. Fran. Rip. in d.l. si vnaq̄. qō.49. & idē And. Tiraq. charta.93.



QVidam abbas.] CASVS. Supra in 16. causa dictum est, quòd ecclesiæ & res ecclesiarum sunt in potestate episcopi. & in proxima causa superiori, quæst. 4. in illo cap. in venditionibus dictum est, quòd abbates non possunt sine licentia episcopi res ecclesiæ alienare: sed ne propter hoc viderētur monasteria subiecta ex toto episcopis sicut aliæ ecclesiæ sæculares; ideo magister annectit hanc 18. cau-

exemplo beati Ioanni det illa recedenti, oblata vero ecclesia retineat.¶ Sequetur † ergo aliud exemplum, quo eadē, quæ oblata sunt, laudabiliter reddenda mōstrētur. † *al. sequatur*

Ait enim Augustinus in sermone 2. de vita clericorum. — Et ser. 52 al. 58. ad fratres in eremo, & in conc. Aquisgr. c. 122. Iuo p. 3. c. 177.

¶ Non debet ecclesia suscipere, quæ filio exhæredato sibi offeruntur. C. XLIII.

QVicumque vult exhæredato filio hæredem facere ecclesiā; quærat alterū, qui suscipiat, non Augustinum: immo, Deo propitio, nullum inueniet †. Quàm laudabile factum sancti & venerandi episcopi Aurelij Carthaginiensis? quomodo impleuit os omnium, qui sciunt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios non haberet, neq; speraret, res suas omnes (retento sibi vsufructu) donauit ecclesiæ. Nati sunt ei filij postea: & reddidit episcopus, nec etiam opinanti illi, quæ donauerat. In potestate habebat episcopus non reddere [a], sed iure fori [b], non iure poli † [c]. — † *al. inueniat.* † *al. cœli*

Ecce, quòd aliquando oblata iure & laudabiliter redduntur. Veruntamen non hoc exemplo, recedenti sua reddenda monstrantur. Aliud est enim in professione suę uitæ persistere: aliud à proposito sui ordinis discedere. Si sanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia post oblationem filios accepit; non ideo in apostasiā euntibus sua reddenda sunt, quibus vtilius [d] necessaria subtrahentur, vt coacti redirent ad ordinem, à quo recesserant. Sed sicut inimicis, & persecutoribus iubetur necessaria subministrare, sicut ab Apostolo monetur tempus redimere, vt expeditius orationi vacemus; sic ne ecclesia scādalū patiatur, ne discedēs in deteriora præcipitetur, ne in perniciē monachorū, aut incendiū monasterij occasione suorū exardescat; laudabilium sibi sua nō dico reddātur, sed auferri sinātur, quā ab illo ista inferātur. — 1. Cor. 7.

CAVSA XVIII.



Vidā abbas consecratus in episcopū, prius monasterio multa contulit; postea in episcopatu plura acquisiuit: cui dum fratres successorē quærerent, episcopus loci semet electioni volebat inserere, vt per ipsum abbas in monasterio ordinaretur: fratres renituntur.

ȓ8. causam, vt ostendat in quibus monasteria à iurisdictione episcoporum sunt exempta, quod vt competentius ostendat, proponit thema, duas inde eliciens quæstiones. Casus autem thematis per se patet: nec indiget expositione. ralem possessionē, vt su. 92. dist. si quis episcopus. & extra de elec. cum in cunctis. sicut nec miles, qui trāsit de vno numero ad alium, non prius dicitur esse de secundo numero antequam perueniat ad eum, vt ff. de mili. testa. ex eo tempore. 1. Io. de Fant.

Prima

1 *Quæritur primo, an monasterium possit petere, quæ ab episcopo quæsita sunt, an episcopalis ecclesia possit sibi vendicare, quæ monasterio fuerunt tradita †.*

† al. contradita

2 *Secundo, an per episcopum abbas sit eligendus & ordinandus, an tantummodo à proprijs fratribus sit instituendus.*

QVÆSTIO PRIMA.



Rima quæstio [a] terminatur in concilio habito apud Alteum, in quo sic statutum legitur.

¶ *Burchardus lib. primo. cap. 230. citat concilium apud Alth. præsente Conrado rege, itemque. Iuo par. 5. cap. 343. sed exprimit* Altheim. *Idem vero par. 14. c. 116. plura de hoc concilio refert his verbis.* Regno Cōradi pijssimi, & christianissimi regis quinto congregata est sancta generalis synodus apud Altheim (al. Altheum) in pago Rethia, præsente videlicet domini Ioannis Papæ Apocrisario, sanctæ Hostiensis ecclesiæ Petro venerabili episcopo.

¶ Qui de monacho episcopus ordinatur, quod ante consecrationem habuit, monasterio; quod vero post consecrationem acquisiuit, propriæ ecclesiæ relinquat. C. I.

Burc. l. 1. c. 231. Iuo p. 5. c. 343.

STatutum est, & rationabiliter secundū sanctos patres à synodo confirmatum, vt monachus, quem canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit [b], & sacra ordinatio de monacho episcopum facit; velut legitimus [c] hæres paternam sibi hæreditatē, postea iure vēdicandi potestatem habeat: sed quidquid acquisierat, vel habere visus fuerat; monasterio relinquat, & abbatis sui, qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur, & titulatur†, secundū sacros canones, quod acquirere poterit, restituat [d].

† al. intitulatur

STatutum.] CASVS Quæsitū fuit in concilio apud Alteum, quid debeat fieri de rebus, quas episcopus, cum adhuc esset monachus, monasterio donauit: & quid de hæreditate paterna, quam acquisiuit postquā factus est episcop'. Et resp. ead. quæ donauerat monasterio relinquātur arbitrio abbatis disponenda: hæreditatem vero paternā, quam acquisiuit post consecrationem episcopalem, habeat episcopalis ecclesia.

1 Ad hanc materiam facit qđ leg. & nota. extra de priui. quidā & 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

b ¶ Absoluit.] Ab obedientia, quam fecit abbati. Absoluitur enim ab obedientia sua cum sit factus de filio pater. Item à monachi regula in ieiunijs, vigilijs, & modo cantandi. silentio enim non potest amodo vacare cum debeat habere turbam præconis, vt 43. distinct. sit rector. Itē potest sibi facere cōmatres, quod prius non licuit, exemplo Gregorij, qui prius monachus factus est, postea cum esset diaconus Cardinalis, cō pater Mauricij Imperatoris factus est. De hac materia plene inuenies 16. q. 1. c. 1. 2. & 3. & quęst. 7. in nona.

c ¶ Legitimus.] Immo etiam monachus existens legitimus hæres est, etiam in eo casu in quo alius non posset esse hæres, vt 19. quæst. vltim. si qua mulier. C. de episco. & cler. Deo nobis. Sed obijcitur, si hæreditatem vendicat: ergo potest habere proprium, cum tamen remaneat monachus: quod esse non debet, vt extra de sta. mo. cum ad monasterium. in fi. sed dic sibi, id est, ecclesiæ suæ.

Monachus ius succedēdi non dat monasterio.

d ¶ Restituat.] Sed qualiter hoc stare potest? cum enim aliquis factus est monachus, omnia quæ habebat, dedit monasterio, vt 19. q. vl. nunc autem. ergo & ius succedendi. qui enim dat omnia bona sua, dat & spem futuræ actionis, vt C. de don. l. 3. ergo videtur q prius succedit monasterium. Sed dic q ius succedendi non competit nisi post mortem defuncti. vnde illud ius non dedit monasterio, sed tantum solam spem. sed illa spes euanescere debet ex quo illa persona desinit esse filius illius monasterij 2, vt insti. de acqui. per arrog. §. mortuo. Ioan.

2 Quod accidit per trāslationē, ad ecclesiam secularem, vel aliam præ latronem. 16. q. 1. ne pro cuiuslibet. extra de electio. constitutis Arch.



Rima quæstio.] CASVS. Hic intitulatur 1. quæstio qua quæritur, an monasterium possit petere quæ episcopus post consecrationem suam acquisiuit, & an episcopalis ecclesia possit vendicare sibi quæ ipse episcopus potius donauerat monasterio? & in vtraq; quæstione certum est, quòd non, vt inf. probatur c. vno.

a ¶ Prima quæstio.] Certum est vt quamdiu est abbas vel monachus in monasterio, ipsi acquirit: sed quidquid acquirit factus episcopus, acquirit episcopali ecclesiæ. vt inf. ea cap. 1. & hoc forte obtinet cum est translatus perfecte ad ecclesiam episcopalem, vt inf. 21. q. 2. si quis iam translatus. Sed quid si tantum est confirmatus, adhuc tamen non est translatus? Videtur velle litera illa ex eo quod dicitur: absoluit, &c. quod acquirit ecclesiæ episcopali: sed illa litera, postquam, &c. videtur velle quod priori potest dici cum Hug. quod non prius acquirat secundæ ecclesiæ, quæ, quàm sit adeptus corpo

Abbas fact' episcop' cui ecclesiæ acquirit.


Ecundam vero.] Hæc quæstio. diuiditur in 12. partes. In quarum prima continetur quod in c. seq. dicitur. Secunda ibi, [Econtra.] Tertia ibi; [Ecce in Toletano.] Quarta ibi, [Hinc etiam.] Quinta ibi, [Item sunt.] Sexta ibi, [Abbate.] Septima ibi, [Pro huiusmodi.] Octaua ibi, [Non solũ.] Nona ibi, [Prohibentur.] Decima ibi, [Item sũt.] Vndecima ibi, [Visitandi.] Duodecima ibi, [pro talibus.] Ioannes de Fant.

batur per 7. cap. ꝙ de iure communi ad monachos tantum spectat electio abbatis: & si populum non habent non subsunt episcopo lege diœcesana, sed tantum lege iurisdictionis. Io. de Fan.

CASVS. Supra in hoc c. tantum dictum est, ꝙ episcopi ali-

QVAESTIO II.


Ecundam vero [a] quæstionem terminat auctoritas Toletani concilij quarti, c. 50.

¶ Abbates, & alia officia per episcopos debent institui. C. I.

HOc tantum [b] sibi in monasterio vendicent sacerdotes, quod præcipiũt canones, idest monachos ad cõuersationem sanctam præmonere: abbates, aliaque officia instituere [c], atque extra regulam facta corrigere [d]. Quòd si aliquid in monachos canonibus interdictum præsumpserint, aut vsurpare quidpiam de monasterij rebus tentauerint; non deerit ab illis sententia excommunicationis.

2 *Econtra Gregorius scribit Castorio Ariminensi episcopo.*

¶ Congregatio monasterii, non episcopus, aut aliquis extraneorum abbatem instituat. C. II.

i ABbas in monasterio non per episcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur [e]: neque ab episcopo Missa [f] ibi celebretur, vt nulli ecclesiæ subiiciatur [g].

¶ Huius capitis eadem est sententia ac sequentis; in qua sunt ipsa B. Gregorij verba. Itaque hæc videtur summa quadam sequentis, & propterea in aliquot vetustis exemplaribus non sunt distincta.

Idem eidem Castorio episcopo, lib. 4 epist. 43. seu c. 87.

¶ De eodem. C. III.

i ABbatem cuilibet † monasterio non alium, sed quẽ dignum moribus, atque actibus monasticę disciplinæ cõmuni consensu cõgregatio tota poposcerit, ordinari † volumus. Missas autem publicas [h] per episcopum, vel clericos in † monasterio fieri omnimodo prohibemus.

Ans. l. 7. c. 174. Poly. l. 3. tit. 15. & lib. 4. tit. 33. Pann. l. 3. 16. 8.

† al. eidem] orig.

† al. volumus te ordinare] orig.

† al. illic] orig.

CASVS. Hic intitulatur 2. q in qua quæritur an abbas sit eligẽdus, & inuestiendus per episcopũ, an per monachos? Et certum est ꝙ per monachos est eligendus, vt inf. ea. abbatẽ. per episcopum vero instituendus, vt infra c. 1. excipiuntur monasteria priuilegiata, vbi abbates ꝑ monachos eliguntur, & instituũtur, vt infra ead. abbas. vel potius per Apostolicũ, si immediatè sunt ei subiecta, vel per alium abbatem, cui immediatè subiectum est monasterium, instituitur abbas.

a ¶ Secundam vero.] Quæstio secunda nõ est dubia: quia tantum monachi eligẽt, vt infra ea. abbatem. Ioan.

HOc tãtum.] CASVS. Quidam episcopi vendicabant in monasterio plus q̃ canones concedebãt: & ideo in cõcilio Tolet. statutum fuit, vt de cætero non vendicent in monasterijs episcopi, nisi quod canones sibi concedunt, scilicet monachos promouere, & bonum abbatem, & alios prælatos inuestire, & malefacta contra regulam corrigere. si vero vltra præsumpserint, excommunicentur.

b ¶ Hoc tantum.] Argu. ꝙ non potest ep̃s plus ab ecclesijs petere quàm quod ex canonibus sibi deberi probat, vt 9. q. 3. conquestus & 10. q. 3. quia cognouimus.

Ep̃s nõ plus põt petere ab ecclesiis, q̃ q̃d ex canonibus sibi deberi ꝓbat.

c ¶ Instituere.] Id est, confirmare. Vel dic propriè ꝙ instituit, cum sint negligentes, vt 9. q. 3. cum scimus. Vel etiam potest alium instituere cum monachi minus idoneum volunt eligere, vt infra ea. q. si quis abbas.

d ¶ Corrigere.] Ergo coerctio monachorum ad episcopum spectat; vt 50. dist. accedens inf. ea si q̃s abbas &c. abbates. & c. cognouimus. Dicunt quidam, ꝙ in minimis excessibus ab abbate, vel priore sunt puniendi: sed in maioribus ab ep̃o, vt extra de sen. excom. monachi. & 90. d si quis monachus. & 12. q. 1. non dicatis. Sed melius dicatur, ꝙ si ordine iuris agitur contra monachum, ꝙ coram ep̃o sit agendum, vt 11. q. 1. de persona secus si non in forma iuris extra de appel. repræhensibilis. Ioan.

Monachorũ coerctio ad quẽ spectat.

ECONTRA. Hæc est secunda pars quæst. In qua pro-

aliquid iuris sibi possint vendicare. Nunc Gratianus vult ostendere contrarium, & ad hoc inducit sequentia cap.

ABbas.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ abbas in monasterio ordinari debet per monachos, & non per episcopum; nec ibi Missa per ep̃m celebretur, ne per hoc ostendatur alicui esse subiectum. Idem vere dr̃ in duobus sequentibus c. cuius casus patent, & per te formabis. Aliquid tamen plus additur in 3. cap. Et not. ꝙ hoc quod ibi dicitur intelligitur de monasteriis exemptis.

e ¶ Ordinetur.] Id est, eligatur.

f ¶ Missa.] Publica, conuocato populo: nisi sit de voluntate fratrum, vt infra ea. luminoso.

g ¶ Subiiciatur.] Quoad legem diœcesanam [1]. vt 16. q. 1. cum pro vtilitate nisi in casus vt 12. q. 2. Apostolicos. eo ipso ergo ꝙ ep̃s in aliquo loco celebrat, præsumitur locus ei subiectus, arg. 7. q. 1. pontifices. Hoc tamẽ scias, ꝙ ep̃s potest subiicere vnã ecclesiam alii, vt ext de excel. pla. si. ut. & ẽt aliqua ecclesia põt se subiicere alii. hoc tñ non præiudicat ep̃o. extra de don. inter dilectos.

1 Locus quo ad legem iurisdictionis 16. q. 1. interdicimus. inf c. si quis abbas. & cã. seq. de hoc not. 10. q. 1. in sum.

h ABbatem.] ¶ Publicas.] Quibus populus non interest nisi inuitet ab abbate, vt inf. e. q. dudum. Io.

Ab-

Electio principi præsentanda est.

a ¶ Abbatem.] ¶ Dñs.] Ar. est hic ꝙ electio maxime prælati spectat etiam ad patronum, vt 16. q. 5. si quis episcoporum. & q. 7. decernimus, & 63. distin. principali, & inf. ea. q. 2. Eleutherius, sed non est ita: vt extra de iure patr. nobis. & infra c. proxi. Sed solennis electio præ-

Qvàm fit.] CASVS. Hoc c diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur, quod nulli episcoporum vel laicorum de cętero præsumant aliquid auferre de rebus monasteriorum, & suarum ecclesiarum, vel villarum, vel fraudes aliquas eis facere. In secunda parte dicitur, ꝙ ille abbas eligat, quē monachi de sua cōgregatione elegerint, si in ea idoneus inueniatur. In tertia parte dr̄, ꝙ præter voluntatem abbatis monachi non debēt de monasterio suo ad alia monasteria trāsire, vel ad sacros ordines, vel ad aliqđ officium ecclesiasticum ordinari. In quarta parte dr̄. ꝙ statutum illud debet ab oibus epis obseruari. s. vt monasteria nulla canonicis iurib⁹ deseruiant, quibus deseruiūt ecclesię sęculares: & epi suis ecclesijs sint cōtēti. Scda pars ibi, [Defuncto vero.] Tertia ibi [Pariter aut.] Quarta ibi, [Hanc ergo.]

a ¶ Vel clericos.] *Verba hæc non leguntur apud B. Gregorium, omninoque nonnulla videntur consulto immutata à collectore.*

Item Pelagius Papa Mellito subdiacono.

¶ Ille debet abbas institui, quem sua congregatio, & possessionis dominus ordinari poposcerit. C. IIII.

Iuo p. 7. c. 24.

ij Abbatem in monasterio illum volumus ordinari, quem sibi de sua congregatione, & monachorum electio, & possessionis dominus [a], & (quod magis obseruandum est) ordo vitę, ac meritum poposcerit ordinari.

Item Gregorius omnibus Episcopis.

In conc. Later. sub Greg. 1. & reg. lib. 7. indic. 1. episc. 18. Mariniano epo. Poly. l. 3. tit. 15. Ans. l. 5. 58. Iuo p. 7. c. 11.

¶ De libertate monachorum. C. V.

Qvàm sit necessarium monachorum quieti prospicere, &c. *& infra.* ¶ Interdicimus igitur in nomine Domini Iesu Christi, & auctoritate beati Petri principis Apostolorum prohibemus (cuius vice hic ecclesiæ Romanæ præsidemus) vt nullus episcoporū, aut sæcularium α vltra præsumat de redditibus, vel rebus, vel chartis ϐ monasteriorum, vel de cellulis [b] vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocumque modo, vel qualibet occasione † minuere; vel dolos, vel immissiones [c], aut violentias aliquas facere, *& infra.* ¶ Defuncto vero abbate cuiusquā † congregationis non extraneus [eligatur †, nisi de eadem [d] congregatione, quem sibi propria volūtate concors [d] fratrum societas elegerit; & qui electus fuerit, sine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur. Quòd si aptam inter se personam inuenire nequiuerint; solerter sibi de alijs [f] monasterijs similiter eligant ordinandnm. *& infra.* ¶ Pariter autē custodiendum est, vt inuito abbate ad ordinandum† [g] alia monasteria, aut ad ordines sacros; vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. *& infra.* ¶ Nullus monachus γ † sine testimonio, & * concessione abbatis sui in ecclesia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoueatur honorem. ¶ Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore ab omnibus episcopis firmam † statuimus illibatamque seruari, vt & suæ ecclesiæ δ, iuuante Domino, tantummodo sint iure contenti; & monasteria ecclesiasticis conditionibus, seu angarijs †, vel quibuslibet obsequijs sæcularibus nullo modo subiaceant. Nullis canonicis iuribus [h] deseruiant: sed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant.

† *al. exquisitione*
Pann. l. 3. c. 181.
Poly. l. 4. tit. 33.
† *al. cuiuscumque*

† abest ab orig.

† *al. ordinanda*

* *al vel consensu.*

† *al. monachorum*

sub. 17. q. 3.
lib. 4. reg. ep. 3.
† *al. quibuscunque alijs firmam.*
† *al. angarijs, aut etiam procurationibus, vel quibuslibet subsidijs obsequijsque.*

¶ *Caput hoc habetur in decreto concilij Lateranensisis edito à B. Gregorio pro quiete, ac libertate monachorum: quod extat secundo tomo conciliorum inter decreta Gregorij primi: eiusq; magnam ipsemet refert lib. 7. reg. indict. prima, epist. 18. Mariniano episcopo Rauennati.*

b ¶ Vel de cellulis.] Arg. ꝙ capellæ parochiales habēt idem priuilegium cū monasterijs. 10. q. 3. iter cætera, sed nō est ita vt extra de præb. de monachis. n. si monasteria essent exempta tam in capite, q̄ in membris. 16. q. 2. in summa.

c ¶ vel īmissiones.] Ideſt, exactiones.

d ¶ Nisi de eadem.] Sup d. 61. nullus inuitis, & c. obitum. & c. victoris.

e ¶ Concors.] Et canonica, vt 62. d. c. r. & sup. ea siquis abb.

f ¶ De aliis.] Etiam Heremitani, vt ext. de elect. cū monasterium, ar. contra inf. prox. quæst. vlt. in §. penul.

g ¶ Ad ordinandū.] Si tamen monachus sit necessarius, per superiorem cogatur ipsum dare, vt ext. de iure patron. nullus. Sed quid si monachus sit factus Papa inuito abbate: debet ne redire? Sic, & ipsemet compellet se redire: quia cum teneatur de aliis iustitiam facere multo fortius de se ipso. ff. si serui. vend. l. latius.

Monachus factus Papa sine licentia abbatis redire debet.

præsentanda est principi vel patrono, vt extra de elect. cum terra. & c. ꝙ melius eo tit. sacrosanctam, &c. quod sicut. & 63. d. Reatina, & c. lectis.

h ¶ Iuribus.] Quantum ad legem diœcesanam, vt 16. q. 1. cum pro vtilitate, vt no. 1. q. 1. in summa.

Lvminoso abbate.] CASVS. Luminosus abbas conquestus est de episcopis Ariminensibus, ꝙ suo monasterio, & alij multa præiudicia, & grauamina inferebant: & præter voluntatem monachorum Missas publicas in monasterijs cantabant. Præcepit ergo Gregorius Castorio Ariminensi episcopo, vt in monasterio Luminosi abbatis, & alijs nullam potestatē exerceat imperandi, nec aliquam ordinationem ēt leuissimam ibi faciat, nisi ab abbate fuerit rogatus. Et intelligitur hoc de monasterijs exēptis. Vel si intelligatur de non exēptis, intelligitur de ordinatione officialiū, quos instituit abbas, & non episcopus, vt dicit Hug.

a ¶ Luminoso] Hoc capitulum loquitur de monasterijs exēptis, vel priuilegiatis.

b ¶ Publicas.] In quibus est concursus populorum, quæ fiunt in hora tertia, inf. de consec dist. 1. & hoc, sed publicas, idest, solennes bene cantant.

c ¶ Recessibus.] Potius ergo erunt monasteria in solitudine quàm in vrbe. 16. q 1. si cupis 1.

1. Secūdum hanc gl. exponere recessibus, i. locis solitairjs, vel dic .i. monasterijs, ad q̄ monachi veniunt de seculari conuersatione recedentes.

d ¶ Collocare] Vt ibi exerceat iudicia.

e ¶ Ordinationem] inf. ea. cognouimus. cōtra, sed hic loquitur de exemptis, ibi non: vel si hic loquitur de nō exemptis: tunc dic, ꝙ ep̄s hoc facere potest, nisi abbas negligens sit in ordinationibus, id est, dispositionibus, vt 9. quæst. 3. cum scimus.

f ¶ Abbate.] Sup. 10. q 3. inter cætera.

Pridem.] CASVS. In monasterio S. Andreæ erat baptisterium, cuius occasione monachi patiebantur molestias, & incursionem populorum. Quare præcepit Gelatius episcopo loci, vt baptisterium inde remoueret, & loco eius altare fundaret, qđ quia prima vice facere distulit, præcipit nunc sibi, vt sine mora litteris susceptis hoc exequatur, ne de sua negligentia moueatur contra eum. Sequens capitu. planum est, & per se patet.

g ¶ Monasterio.] Episcopus ibi fecerat baptisterium.

a ¶ Al-

α ¶ Aut secularium.] *Absunt ab aliquibus conciliorum editionib & Gratiani manuscriptis exemplaribus.*

β ¶ Chartis.] *In concilio legitur,* curtis. *sed in epistola, & apud Iuonem,* chartis.

γ ¶ Nullus monachus.] *Hinc vsque ad finem non habentur in epistola. sed in concilio.*

δ ¶ Vt & suæ ecclesiæ.] *In concilio legitur,* Et sanctę ecclesię, iuuante Domino, suo termino, siue iure contentę, &c. *In epistola vero 43. lib 4. (vbi idem fere scribit Castorio Ariminensi episcopo hoc modo,* Vt & tua ecclesia, iuuāte Domino, suo tantummodo sit iure contenta, & monasterium illud, &c.

ε ¶ Iuribus.] *In concilio est,* curis. *in epistola* canonicæve iurisdictioni.

Item Castorio Episcopo Ariminensi.

In eodem conc.

¶ Missas publicas in cœnobio episcopi non celebrent, ne aliquod eis grauamen inferant.

C. VI.

Iuo p. 7. c. 12.

Lvminoso [a] abbate referente plurimis in monasterijs multa à præsulibus præiudicia, atque grauamina monachos pertulisse cognouimus: Oportet ergo, vt tuę † fraternitatis prouisio de futura quiete, eorum salubri disponat ordinatione: quatenus conuersantes in illis, in Dei seruitio, gratia ipsius suffragante mente libera perseuerent. Missas quoque publicas [b] in † cœnobijs fieri omnimodo prohibemus: ne in seruorum Dei recessibus [c], & in eorum receptaculis vlla popularis cōuentus præbeatur occasio: [Vel mulierum fiat illis † introitus,] quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare [d] episcopus ζ, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem [e], quamuis leuissimā, faciendi, nisi ab abbate [f] loci fuerit rogatus: quatenus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate: vt remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant.

† al. nostræ] in cōc.

Ibidem inferius, & lib. 4. epi. 41.

† *ab eo in cœnobio.*] in concili. ab episcopo.

[*Nouus.*] orig.

Ibidem inferius, sup c. 5.

¶ *Libro quarto regestí est episto. 41. Luminoso abbati & 43. Castorio Ariminensi episcopo scripto; in quibus leguntur quæ ad hoc caput pertinent. Propria tamen verba vsq; ad vers.* Missas, *non habentur in epistolis illis. sed in concilio, de quo in prox. superiori capite dictum est, exceptis primis verbis,* Luminoso abbate referente, *& ex eo nonnulla sunt emendata. & addita.*

ζ ¶ Episcopus.] *In concilio sequitur,* sed quacumque alia dignitate præditus, aut potestate, vel quam libet potestatem imperandi, &c.

Item Gregorius † Papa li. 2. indict. 11. epist. 56. Secūdino episcopo.

† Antea legebatur, *Gelasius.*

¶ Baptisterium in monasterio non permittitur fieri.

C. VII.

Polv l. 4. tit 34.
Ans l. 5. c. 48.
Iuo p. 5. c. 55.

Pridem præcepimus, vt de monasterio g S. Andreæ [c]

a ¶ Altare.] Hoc ideo quia locus fontium non debet pedibus conculcari, vt inf. ead. de consec dist. 1. altaris & hoc commodius non potest fieri, quàm si ibi altare ædificetur.
b ¶ Post susceptas.] Sic extra de appel. super eo. in fin. Abbas superiore. Io. de Fant.

CASVS. Nunc G. repetit supradictam contrarietatem, & dicit in quibusdam capitulis dicitur vt abbates & alia officia per episcopos instituantur & in quibusdam dicitur contrarium. Sed soluit nunc Gratianus, & dicit, quòd illud quod dictum est in hoc capitulo hoc tantum, scilicet q episcopus habet institutionem abbatum & aliorum officiorum, statutum fuit propter quosdā monachos indomitę ceruicis, qui deponebāt suos abbates: q eos corrigebant, & alios pro suo arbitrio eligebant, quales fuerunt monachi beati Benedicti, q in mortem eius conspirasse leguntur. & ad hoc inducit seq. capit.
d ¶ In Toletano concilio.] sup c. 1.
e ¶ Beatus Gregorius.] su e abbatē 1.
f ¶ Sed sciendum.] Magister intelligit 1, quod cap. supradicta ex causa data sunt. Ioan.

1 Vnde dicebat Lau. q Gratia. vult ponere contrarietatem, vbi non est, vnde licet ista capitula omnia sic inducat, tamen totum contrarium est dicendū. f q loquatur de iure communi, secundum L. Familiaritas nimia parit contemptum.

quod est super Miscalas, baptisterium propter monachorum molestias † debuisset auferri, atque in eodem loco, quo fontes sunt, altare[a] fundari: cuius rei perfectio hactenus est protracta. Admonemus igitur fraternitatē tuam, vt nullam iam moram post susceptas[b] præsentes literas nostras inserere debeas: sed repleto loco ipsorum fontiū, altare ad sacra celebranda mysteria illic sine dilatione aliqua fundetur: quatenus & prædictis monachis opus Dei securius liceat celebrare, & non de negligentia vestra cōtra fraternitatem tuam noster animus excitetur.

† al. insolentias

Item ex concilio Moguntino.

¶ Cum permissione episcopi abbas locum suum deserere potest. C. VIII.

Burc. l. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

ij Abbas pro humiliatione, & cum permissione[c] episcopi locum suum potest relinquere: tamen eligāt sibi fratres abbatem de ipsis: sin autem, de extraneis.

3 *Ecce in Toletano cōcilio[d] dicitur, quod sacerdotes † abbates, & alia officia instituere debeāt. Beatus Gregorius[e], & Pelagius prohibent, dicentes abbatē à fratribus suæ cōgregationis eligendū, & ordinandum. Quomodo ergo hæc tanta diuersitas ad cōcordiam reuocabitur? Sed sciēdum[f] est, quosdā monachos esse indomitæ ceruicis, & effrænatæ superbiæ: quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionem conspirant, & alium moribus suis conuenientem sibi preficere cōtendunt: quales erant illi, qui in necem beati Benedicti conspirasse leguntur. Pro huiuscemodi constitutum est vt abbates, & alia officia per sacerdotes instituantur.*

† al. episcopi

Vnde Pelagius Papa scribit Opilioni † defensori dicens.

† al. Apollonio

¶ Non licet monachis abbates pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare. C. IX.

Ans. l. 7. c. 185.

Nvllam potestatem de cætero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio suo aut abbates expellere, aut sibimet alios ordinare[g]: quia nulla auctoritas[h] remanebit abbati, si monachorum potestati cœperit subiacere: vt de cætero fideliter, & studiose vniuersa, quę vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatē eiusdem monasterij pertinēt, abbatis solicitudo, ad quem potestas tota[i] pertinere conuenit, debeat adimplere.

Nvllā potestatē.] CASVS. Quidam monachi p suo arbitrio deponere volebant abbates, & alios quandoque malos sicut volebant ordinabāt. Quare Papa Pelagius pcepit Opilioni defensori, vt de cætero monachis talem licentiam habere non permittat, sed tota potestas & solicitudo monachorum & monasterij ad abbatem pertinebit.
g ¶ Alios ordinare.] id est, eligere.
h ¶ Auctoritas.] Humani enim moris est illum timere cuius iudicio nunc cogitur, nunc deprimitur. 16. q. 2. visis. Nec superiores debent inferioribus nimis familiares esse, nam ex conuersatione ęquali nascitur contemptus dignitatis. ff. de offi. præsi. obseruandum. nec etiam debent subditi plus esse subditi, quàm expediat. 2. quæst. 8. admonendi. Ioan.

Subditi non debent plus esse subditi, quàm expediat.

Abbas.] Cum permissione.] Non enim potest sine licentia prælati suam deserere ecclesiam, vt extra de renun. admonet. 16 q. vlt. cap. vlt. 71. distin. cap 1. & 2. & 19. q. 2. duæ. Io.
ECCE Hæc est tertia pars quæstionis, in qua dicitur, quod monachi non possunt abbatem deponere sine
i ¶ Tota.] Ergo episcopus nullam habet iurisdictionem in monasterijs & sic est contra 17. q vlt. in venditionibus. 12. q 2 abbatibus sed istud verbum, tota, non excludit, episcopū, sed ipsos monachos, id est, ita pertinet ad abbatem, q non ad monachos.

HINC ETIAM. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua probat q omnes monachi pertinent ad prouisionem & correctionem episcopi: & hoc probat per quinque cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Non solum constitutum est vt propter malitiam monachorũ episcopi institutionem habeant in monasterijs, sed ēt, vt clerici singulorum monasteriorum intãtum sint sub potestate epõrũ, ne alicui eorũ liceat absque conscientia episcoporum monasteria ædificare: quod probatur per seq. c.

non solum oratorium, sed nec etiam hospitale potest sine licentia episcopi construi, vt extra de relig. domi. ad hæc. sed si oratorium non est sine licentia episcopi tamen simplex hospitale potest construi sine licentia episcopi. extra de eccle. ædifi. si hospitale. quæ hodie — Hospitale cõstrue.

a ¶ Constitutum est.] Id est, propter cãm 1. Intelligit enim Gratianus omnia hæc c. ex causa fuisse statuta. — 1 Id est, propter eorum malitiam.

QVidã monachorum.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, q narratum fuit in concilio Chalcedon. q quidã monachi multum de se præsumentes indifferenter ibãt per ciuitates: & monasteria auctoritate sua ædificabant. & ideo statutum fuit in concilio, vt hoc de cætero non faciant sine licentia episcopi. In secunda parte dicitur, q oẽs clerici etiã in locis regularibus constituti, in episcoporum, potestate consistant sm traditionem sanctorũ patrum. In tertia parte dicitur, q omnes debent hanc cõstitutionẽ seruare, & qui eã seruare noluerint, vel episcopis proprijs obedire, si clerici fuerint, sm ordinem & dignitatem personarum punientur: si laici, vel monachi fuerint, communione priuentur. Secunda pars incipit ibi, [Itẽ clerici in parochijs.] Tertia ibi, [Eos vero.] Alia pars q̃ sequitur in capitulo, idem dicit cum secunda & tertia. Omnia quæ sequuntur vsque ad §. [Item sunt.] plana sunt, & p te videbis.

4 *Hinc etiam constitutum est* [a]*, vt clerici singulorum monasteriorum sint in potestate episcoporum; nec alicui liceat extra eorum conscientiam monasteria ædificare.*

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 4. legitur.

¶ Sine conscientia episcopi, monasterium nullus ædificet. C. X.

QVidam monachorum habitu vtentes indifferenter per ciuitates incedunt, necnon & monasteria, & seipsos præsumptione propria commendant [b]. Placuit igitur neminem aut ædificare, aut cõstruere monasteria, aut oratorij [c] domum si ne consciẽtia ipsius ciuitatis episcopi. *Itẽ, c.* 8. ¶ Clerici in parochijs α, & in monasterijs, aut oratoriis cõstituti sub potestate sint eius, qui in ea est ciuitate episcopus, secundũ traditionem sanctorũ patrũ: nec per præsumptionem recedant à suo episcopo. ¶ Eos vero, qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocunque modo, vel si noluerint subiacere proprio episcopo: si quidem fuerint clerici, pro β personarum ordinatione subiaceant condemnationibus canonum: si vero laici, vel monachi [d] fuerint; communione priuentur. *Item.* ¶ Clerici γ [e], qui pauperum dispositioni, vel monasteriorum, vel oratoriorum præsunt; sub potestate singularum ciuitatum episcoporum secundum canonum traditionem perdurent: neque per suam temeritatem episcopi sui moderationem † declinent. Qui autem huiusmodi dispositionem quolibet modo subuertere ausi fuerint, & episcopo suo non obedierint; si quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi subiaceant; si autem monachi, vel laici sunt, à communione suspendantur.

Iuo p 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174.

Iuo p. 6. c. 358. Poly. l. 4. tit. 34.

eod. c. 8. ex ãlia versione. Iuo ibid. c. 359.

† *al. ordinationem*

¶ *Quoniam versio huius capitis vsque ad versi.* Clerici. *primo, est alia ab ijs, quæ circumferuntur in conciliorum codicibus, licet apud Iuonem, & in Pannormia idem ferè sit sensus placuit adferri verba Græca, & nouam interpretationem.*

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντες βίον, τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράσσουσι πράγματα, περιόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾶν ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξεν μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. *id est*,

b ¶ Commendant.] Sed nemo debet se commendare: 11. q. 3. si quis vero. arg. contra. ff. de offis. procons. obseruare. §. antequam vero.

c ¶ Aut oratorij.] Quibus temporibus in oratorijs sit Missa audienda, habes inf. de consec. dist. 1. si quis ēt. &

die est remota. Item nec in oratorijs licitum est ponere campanas. vt extra de priuil. parentibus 10.

d ¶ Vel monachi.] Loquitur secundum ea tempora cum monachi fuerunt laici. 16. q. 1. generaliter.

e ¶ Clerici.] Id est, prælati.

a ¶ Qui

Qui verè & sincerè monasticam vitam degunt, conuenienti honore afficiantur. Verum, quoniam nonnulli speciem monachicam præseferentes, & ecclesias, & ciuilia negocia perturbant, in ciuitatibus indifferenter vagantes, ac præterea monasteria sibi ipsi constituere aggredientes; placuit neminem quidem vspiam ædificare, neque constituere monasterium, vel oratoriam domum præter sententiam episcopi ciuitatis.

α ¶ Prochijs.] *Sic in nonnullis vetustis codicibus Gratiani, & Vaticano conciliorum, & versione prisca (ex qua videtur esse hic versiculus,) & est vox canonis Græci. In vulgatis autem Gratiani, & aliquot libros conciliorum est* parochijs.

β ¶ Pro personarum ordinatione.] *Sic in eadem prisca, sed in canone Græco, & in versione Dionysii exigui nihil est, quod his verbis respondeat.*

γ ¶ Item clerici.] *Est idem, quod in proximo superiore paragrapho, sed ex alia versione, quæ non extat in conciliorum voluminibus, atque hanc eandem repetitionem licet animaduertere apud Iuonem par. 9. c. 358. & 359.*

Item ex concilio Carthaginiensi 4. c. 94.

¶ Examinetur ab episcopo, qui religiosis fęminis præponendus est. C. XI.

Burch. l. 8. c. 76. Iuo p. 7. c. 94.

QVi religiosis fęminis præponendus est, ab episcopo loci comprobetur [a].

Monasterium quoque absque episcopi permissione nulli incipere, aut fundare licet.

Vnde in Agathensi concilio, c. 27. legitur.

¶ Sine permissione episcopi nullus monasterium præsumat incipere, aut fundare. C. XII.

DE monachis α, monasterium nouum [b] (nisi episcopo aut permittente, aut probante [c]) nullus incipere, aut fundare præsumat.

α ¶ De monachis.] *Absunt ista voces à recentioribus editionibus conciliorum, sed non à vetustioribus, & manuscriptis codicibus, aut Iuone.*

Et in Epaunensi c. 10.

Item ex eodem, c. 58.

¶ De eodem. C. XIII.

Burch. l. 8. c. 34. Iuo p. 3. c. 165. & p. 7. c. 92.

CEllulas nouas, aut congregatiunculas β [d] monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui.

β ¶ Congregatiunculas.] *Antea legebatur,* congregantium ecclesias. *Emendatum est plerisque manuscriptis, & locis indicatis.*

Cap. l. 6. c. 138.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 24.

¶ Absque episcopi, vel abbatis voluntate nullus monachorum cellulam construere præsumat. C. XIIII.

NVllus monachus congregatione monasterij derelicta, ambitionis, [e] & vanitatis † impulsu cellulam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat.

† *al. varietatis*

5 *Item sunt alij, qui pro executione diuersarũ causarum quoslibet admittunt qui districtionem eorum soluant, & quietem religionis perturbent.*

De quibus in concilio Triburiensi legitur.

a QVi religiosis.] ¶ Comprobetur.] Ne sit nimium iuuenis, 1 vt 34 dist. quorundam. & c. fraternitatis.

b DE monachis.] ¶ Nouũ.] Nouũ dicitur cuius facies immutatũ, vt ff. de noui oper. nunc. l. 1. §. opus nouum. si ergo totum monasteriũ sit destructum requiritur consensus episcopi in constructione, sed in reparatione nõ requiritur, vt 16. q. vlt. si quis vult. extra de Iudæ. Iudęi. 2 & C. de ope. pub. l. 2. & 3. ar.

c ¶ Aut probãte.] Ex postfacto, quia ratihabitione põt cõfirmare, vt 21. q. 1. c. vlt.

d CEllulas.] ¶ Aut congregatiunculas.] Noua collegia nõ potest quis facere, nec etiã nouas regulas, vel nouam vitã, ext. de relig. domib. ne nimia. ff. de colleg. illi. l. 3.

e NVllus.] ¶ Ambitionis.] Infirmitatis enim causa põt abbas permittere monacho facere cellulã specialẽ, vt 20. q. 4. c. vlt.

ITEM SVNT ET ALII. Hæc est quinta pars q. in qua dicitur, quod malus abbas non retineatur, etiã si sint monachi. Ioã. de Fant.

CASVS. Superius in c. nullã. dictum est, quod monachi abbates deponebant, & pro arbitrio eligebant. Nunc vero dicit, quod aliq erant monachi, q indifferẽter quoslibet abbates malos, & lasciuos admittebant, vt religionis quietẽ dissoluerent, & causas ecclesiasticas tractare valerẽt, & etiam sæculares.

1 Itẽ quòd nõ sit monachus. 16. q. 1. de præsentiũ, secundũ Lau.

2 Et ibi Cardin. Flor. & Felinus.

Si

Si quis

¶ Abbas, qui cautus in regimine non fuerit, à proprio episcopo, & à vicinis abbatibus à suo arceatur honore. C. XV.

SI quis abbas cautus [a] in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, ac diuina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo, in cuius territorio consistit, & à vicinis abbatibus, & cęteris Deum timentibus à suo arceatur [b] honore: etiam si omnis congregatio vitijs suis consentiens eum abbatem habere voluerit.

Burch. l. 8. c. 96. Iuo p. 7 c. 114. Simile s. dist. 61. c. in ordinatione. quod est ex regula S. Benedicti.

Prelatus negligẽs est deponendus.

Item ex concilio Aurelianensi primo, cap. 21.

Et in capit. l. 6. c. 37.

¶ In episcoporum potestate abbates consistant. C. XVI.

6 ABbates pro humilitate religionis in episcoporũ [c] potestate consistant; & si quid extra regulam fecerint; ab episcopis corrigantur; qui semel [α] in anno in loco, vbi episcopus elegerit, accepta vocatione [d] conueniant. ¶ Monachi autem abbatibus omni obedientia, & deuotione subiaceant. Quòd si quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare [e] aliquid habere præsumpserit; omnia, quæ acquisierit, [f] ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profuturam. Ipsi autem, qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. ¶ Et reum se ille abbas futurum esse cognoscat; qui in huiusmodi † personas non regulariter animaduertit, vel qui susceperit [g] monachum alienum.

Burch. l. 8. c. 67. Iuo p. 7. c. 85.

Abbatem ab abbatia põt solus eps deponere.

† *al. personis non regulari animaduersione distrinxerit*

α ¶ Semel.] *Sic etiam legitur in concilijs impressis, & manuscriptis, & capitularibus. Verum apud Burchardum & Iuonem post vers.* corrigantur, *est insertum cap.* non semel, *infra eadem.*

Item ex concilio Arelatensi †.

C. XVII.

MOnasteria, vel monachorum disciplina ad eum pertineant episcopum, † in cuius sunt territorio constituta.

† *al. Aurelianensi.*

Item Paschalis Papa II.

SI quis abbas cautus.] CASVS. Statutum fuit in Triburiensi cõcilio, quòd si aliquis abbas malus fuerit & inutilis, & præcepta Dei verbis & exemplis non custodierit à proprio episcopo, & à vicinis abbatibus & cæteris Deum timentibus deponatur, etiam si omnis congregatio monachorum velit eũ habere abbatem.

a ¶ Cautus.] Ergo videtur, ꝙ aliquis potest deponi propter simplicitatẽ, vt hic, & 74. dist. episcoporum Sed dicas, quòd hic vocat illũ incautum, qui negligens est. nam propter negligentiam deponitur aliquis, vt 81. distin. dictum. Vel dic, ꝙ abbates propter modicas causas possunt remoueri, vt extra de simon. ꝑ tuas.

b ¶ Arceaẽ.] Hic patet, ꝙ episcopus etiã sine numero episcoporum abbatem potest deponere à dignitate abbatiæ. Sed nõ potest solus ab ordine deponere, vt 16. q. 7. inuẽtum. & no. 15. q. 7. in summa. & hoc ideo, quia causa illa non est criminalis, extra de accusat. super his. & de simo. cap. per tuas.

ABbates.] Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probat, ꝙ omnes monachi debent episcopo obedire, & venire ad synodum, & debet requirere fugitiuos: & hoc probat per quatuor cap. Io. de Fant.

CASVS. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd abbates subesse debent episcopis, & si in aliquo deliquerint, debent ab eis corrigi, & semel in anno cũ episcopus eos vocauerit ad synodũ vadant. In secunda parte dicitur, ꝙ monachi debent abbatibus subesse, & eis obedientiam præstare. & si quis eorum inobediens cœperit euagari, vel peculium habere, totum peculium ei per abbates auferatur ad vsum monasteriorum. Monachus verò vagabundus cum auxilio episcopi reuocetur. In tertia parte dicitur, quod abbas, qui tales non punierit, vel monachos susceperit alienos, reum se futurum cognoscat. Secunda pars incipit ibi, [Monachi autem.] Tertia ibi, [Et reum se.] Sequens capit. planum est.

c ¶ In episcoporum.] Ad episcopum enim pertinet omnis cura diœcesis tam in monasterijs, quàm in alijs ecclesijs, vt 9. q. 3. c 2. & 93. dist. nulla Io.

d ¶ Vocatione.] Si necessitas magna fuerit, aliàs abbates non debent vocari ad synodum, vt 18. distinct. episcopus 2.

e ¶ Aut peculiare.] Nisi ab abbate ei concessa sit administratio, vt extra de statu mon. monachi.

f ¶ Quæ acquisierit.] Ergo fugitiui & vagabundi acquirunt ecclesię suę quidquid acquirũt, vt h. c. & C. de epis. & cleric. Deo nobis, §. hoc etiam. sicut seruus fugitiuus domino acquirit ff. de acqui. poss. l. 1. § per seruum. Sed ponamus, ꝙ aliquis sępius delinquit, propter quod monasteriũ noluit ipsum recipere. 1 quęro si id quod postea acquirit, priori monasterio acquirat, vel sequenti? Videtur ꝙ sequentia: quia cum pro derelicto habitus est, non debet priori acquirere, sicut nec seruus habitus pro derelicto, vt ff. de stipulat. seruo. quod seruus. & argum. 16. quæst 6. de lapsis. C. de latina liberta tollen. sed scimus. Io. Sed hanc quæstionem plenè notaui inter dominicales quæstiones. B.

g ¶ Susceperit.] Sine consensu abbatis, vt 20. q 4. monachum. Io.

Monachi fugitiui cui ecclesię acquirunt.

† Scilicet in grauibus delictis exigentibus depositionem, sm Pa. ĩ c licet, de off. ord.

1 Ad huius dicti declarationem vide quod leg. & not. 27 q. 1. nec aliqua, ver. quod si in fi. & cap. peruenit.

Ab-

ABbatibus] CASVS. Paschalis Papa statuit, vt nullus episcoporum episcopalia administret abbatibus qui sub nullo volunt esse prælato. Nam cum sub nullo episcoporum se esse confiteātur, nullus episcoporum episcopalia iura eis debet administrare.

a ¶Ab-

Gratianus ex supradictis, ꝙ pro malis abbatibus, & monachis statutum est, vt monasteria per episcopos disponantur.

COgnouimus quod.] CASVS. In Sardinia quidā pro voluntate sua, scilicet abbates, vel alij monastici, monachorum, vel monacharum, monasteria perturbabant, quare præcepit Gre. Vitali defensori Sardiniæ, ne hoc de cætero permittat: sed omnia monasteria sint in potestate episcopi loci, vt per episcopum causæ & vtilitates monachorum & monialium disponantur. Incongruum enim est, vt per alios disponantur, quàm per eum, qui pro eis redditurus est rationem.

¶Nullus ministret abbatibus episcopalia, qui alicui episcoporum nolunt subesse.

C. XVIII.

ABbatibus [a], qui neque sub episcopo, neque sub metropolitano, neque sub primate, neque sub patriarcha sunt, nullus prorsus episcoporum episcopalia [b] quælibet administret. Cum enim se nulli episcopo omnino subesse profiteantur: consequens est, vt nullus episcoporum, quæ sua sunt, eis tanquam extraneis largiatur.

Pro huiuscemodi ergo statutum est, vt causæ, & vtilitates monasteriorum per episcopos disponantur.

Vnde Gregorius scribit Vitali defensori Sardiniæ, lib.7.epist.65.

¶Vtilitates monasterij a proprio episcopo debent disponi.

Ans.l.7.c.184.
Poly.l.3.tit.3.

C. XIX.

COgnouimus, quod monasteria seruorum Dei, vel etiam fœminarum pro suo quisque libitu, & diuersarum causarum executione perturbat. Quod omnino non grate suscipimus: tuamque experientiam ex hoc commonemus, nequemquam hoc vsurpare denuo, accepta nostra auctoritate permittas; sed vt episcopo loci illius sub cuius moderamine degunt, curæ sit eorum causas, vtilitatesque disponere. Vnde enim est incongruum, vt omisso [c] eo alius quilibet eorum se causis admisceat: sed ille eorum vitam competenti, regularique debet moderamine disponere; qui pro commissis eorum animabus [d] compellitur reddere rationem.

7 *Pro huiusmodi etiam prohibet B. Gregorius mulieres passim ad monasterium accedere, & monachorum commatres fieri, scribens Valentino abbati, lib.3.epis.40.*

Ans.l.7.c.183.
† *al. accedant.*

¶Neque commatres sibi facere, neque ad fœminas accedere monachis licet.

C. XX.

j PEruenit ad nos, quòd in monasterio tuo passim mulieres ascendant †, & (quod adhuc est grauius) monachos tuos sibi commatres [e] facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione, humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat; ideo huius te præcepti serie commonemus, vt neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere †; neque monachos tuos commatres sibi facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras quocumque modo peruenerit: sic te seuerissime noueris vltioni subdendum, vt emendationis tuæ qualitate cæteri sine dubio corrigantur.

† *al. accedere.*

c ¶Vt omisso] Arg. quod omisso episcopo non potest appellari ad metropolitanum, vt 6.q.3. scitote. Io.

d ¶Animabus.] Ar. cui maius committitur, & minus, vt 12. q.1. præcipimus

PRO HVIVSMODI. Hæc est septima pars quæstionis, in qua monachi prohibentur habere commatres. Io de Fant.

CASVS. Dictum est su. in c. cognouimus ꝙ quidam abbates, vel monachi, clerici, vel laici monasteria pro solo libitu perturbant: nunc vult ostēdere Gratianus, ꝙ propter huiusmodi pturbationes mulieres indifferenter ad monasteria non accedant nec fiant monachorum commatres, & ad hoc inducit seq. c.

PEruenit.] CASVS. Valentinus abbas pmittebat indistincte mulieres ad suū monasteriū accedere, & monachos mulieres sibi facere cōmatres, & pp hoc Greg. sibi præcepit, vt hoc de cætero fieri non permittat, qđ si fecerit, sic eum puniet, vt eius pęna cæteri terreantur.

a ¶Abbatibus.] sup.93.dist.nulla ratione.

b ¶Episcopalia.] Licet abbas sit exemptus: tamen primo debet petere iura episcopalia ab episcopo loci, nisi ipse malitiose deneget ea.

PRO HVIVSCEMODI. CASVS. Concludit. Gratianus ex supradictis...

c Commatres.] Sed nonne per baptismum contrahitur compaternitas? Sic, vt 30.q.1. omnes: sed monachi possunt baptizare, vt 16 q. 1 doctos. ergo possunt fieri compatres. Rn. possunt fieri compatres baptizando, sed non leuando, quia in illo maior cōtrahitur familiaritas Io.

Monachi leuando compatres fieri nō possunt, sed bene baptizando.

NON

8 *Non solum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis inter dicitur, verumetiam a sanctimnnialium † habitatione prohibentur.*

† al. monialium.

Vade in vij. synodo, c. 20. legitur.

¶Cum sanctimonialibus, monachis habitare non licet. C. XXI.

Iuo p. 7. c. 25.

DIffinimus minime duplex [a] monasterium fieri, quia scandalum id, & offendiculum multis efficitur. Sic vero aliqui cum, cognatis [b] mundo abrenunciare, & monasticam vitam sectari voluerint; debent quidem viri virorum adire cœnobium; fœminæ vero mulierum ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt † dupla: secundum regulam sancti patris nostri Basilij, & secundum præceptionem eius ita formentur. Non habitent in vno monasterio monachi [c], & monachæ. Adulterium enim intercipit [d] cohabitationem α: si habeat aditum monachus ad monacham, vel monacha ad monachum secreto singulariter ad collocutionem. Non cubet monachus in muliebri monasterio; neq. singulariter com monacha conuiuetur: & quando necessaria vitæ à parte viuorum ad regulares deferuntur; extra portam hæc suscipiat abbatissa monasterij fœminarum cum aliqua vetula monacha. Porro si contingerit, vt aliquam propinquam suam videre voluerit monachus; in præsentia abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa verba β, & in breui [e] ab ea discedat.

† al. sunt.

α ¶ Cohabitationem.] *Sic est emendatum ex plerisque manu scriptis Gratiani, & duobus codicibus versionis Anastasii cuius tamen hac non est ipsa omnino versio. Ante legebatur,* cohabitatio *Gracè est.* μοιχεῖα γὰρ μεσολαβεῖ τὴν συνδιαίτησιν.
β ¶Et in breui.] *Hac non sunt in canonum gracorum vulgata editione sed apud Balsamonem habentur.*

Item in regesto Gregorij.

Apud Iulianum antec. nouella 123. cã. 54.

¶Monachi, & monachæ in nullo simul cohabitent loco. C. XXII.

Burc l. 8. c. 65. Iuo p. 7. c. 83. Poly. l. 4. tit. 34.

IN nullo loco monachus, & monachas permittimus vnum [f] monasterium habitare; sed nec eis, quæ duplicia vocant. Et si quod tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco manere studeat; monachos aũt aliud monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia monasteria; separentur in alijs monasterijs monachæ,

NON SOLVM. Hæc est octaua pars quæstionis, in qua mandatur, ꝙ monasteria monachorum, & monialium non sint duplicia: & hoc probatur per quatuor cap. Io. de Fant.

CASVS. In superiori cap. prohibiti sunt monachi a communione mulierum secularium, nunc ꝓhibentur a communione, & cohabitatione monialium, & ad hoc inducit seq. c. Gratianus.

DIffinimus.] CASVS. Hunc casũ sic ponunt Bar. & Bene. Antiquitus duplicia erãt monasteria, in quibus monachi & monachæ simul, vel alternatim cõueniebãt in eodẽ choro ad officiũ faciendũ: sed quia poterat hoc multis esse occasio fornicandi: ideo statutum est in sexta synodo de cętero duplicia monasteria nõ faciant, & quæ hactenus fuerint duplicia, diuidantur: ita s. vt monachi a monialibus diuidantur. Et quando aliqui cũ consanguineis conuiuari voluerint, viri vadant ad monasteria virorum: fœminæ vero ad monasteria monacharum, & quãdo a parte monachorum ad moniales cibaria deferũtur, suscipiat abbatissa extra portã cum quadam vetula moniali. Et si ꝓpinquæ suæ monachus loqui voluerit, in ꝑsentia abbatissæ loquatur, & hoc cito. [Cum cognatis.] H. hanc literam sic intelligit. Abrenunciare voluerint rebus. s. cognatis, idest, rebus & cognatis, quod facere debet quicumque transit ad religionem, vt 12. qõ. 1. cui portio. [Intercipit,] idest, arripit, & inuadit. [Cohabitationem.] idest, cohabitantes. Si est in litera cohabitatio, tũc dic intercipit, idest, incurrit, Sequentia duo capitulo patent.

a ¶Duplex.] In quo sunt monachi, & monachæ.
b ¶Cognatis.] Nam qui seculo vult, & rebus renunciare, renunciabit, & cognatis. 12. q. 1. cui portio.
c ¶Monachi.] Immo nec clericus nec laicus debet vitare monasterium monialium, vt extra de vita, & honest. cler. monasterio.
d ¶Intercipit.] idest, intercipere solet, qa ex cohabitatione præsumitur accessus. 27. q. 1. nec aliqua, & 81. d. clericus, & c. in omnibus, & 35. q. 6. ab isto, & est arg. hic, quod cum petitur restitutio consanguineæ, quod non solum commistionis, immo nec cohabitationis facienda est restitutio.
e ¶Et in breui.] Hic manifeste perpenditur, quòd præsumitur varijs modis contra aliquem, & pro aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex singularitate, ex societate, & breuitate temporis, quæ omnia iudex discretus considerabit, vt 23. q. 8. occidit, & 81. d. in omnibus. inf. de pœn. d. 1. aut facta. extra de test. cum causam.
f IN nullo loco.] ¶Vnum.] Ferre eadem verba ponũtur in auth. de sanctissimis episcopis, §. si quis autem ad monasticam vitam. coll. 9.

Moniales vitare non licet.

Præsumptiõ contra aliquem, & pro aliquo ex multis sumitur.

a ¶Iu-

a ¶ Iura.] Fortè pro numero personarum, cum enim collegium separatur, pro numero personarum diuiduntur bona, vt ff. de colle. illi. l. 1. in fi. Vel fortè secundum quòd quilibet dedit monasterio. arg. 12. q. 4 c. 1.
N decima.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hispalen- len. vt monasteria monialium in prouincia Bethilica 1 per monachos gubernentur, hac tamen cautela seruata, vt monachi cum monialibus familiaritatem non habeant, nec abbas, vel alius qui in monasterio præficitur loquatur cū aliqua earum sine speciali conscientia abbatissæ, etsi velit dicere aliquid quod ad institutionem earum pertinet: nec etiam cum sola abbatissa frequenter loquatur: sed sub testimonio duarum, vel trium sororum. & hoc etiam raro fiat, & sit talis locutio breuis.

& in alijs monachi; res autem, quas habent communes, secundum iura [a] eis competentia distribuantur.

¶ *Burchardus autem & Iuo Gregorium citant: apud quem nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib. 1. regest. epist. 48. & lib. 7. indic. 2. epist. 38. Verba tamen ipsa leguntur apud Iulianum antecess. nouella 123. cap. 54.*

Item ex concilio Agathensi, cap. 28.

¶ A monasterio monachorum longius construantur monasteria puellarum. C. XXIIII.

Iuo p. 3. c. 158.

MOnasteria puellarum longius à monasterijs monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

Item ex concilio Hispalensi 2. cap. 11.

† *al. vndecima*] orig.
† *al. prouidemus*
Burch. l 8. c. 53.
Iuo p. 7. c. 71.
† *al. peculiaritate*
† *al. abbati vel ei*

IN decima † actione communi consensu decreuimus; vt monasteria virginum in prouincia Bętica monachorum administratione, ac præsidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus † præbemus; quandò eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ędificari possint: ea tamen circa monachos cautela seruata, vt remoti ab earum familiaritate, † nec vsque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Sed neque abbatem, † vel eum, qui præficitur, extra eam, [b] qui præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionē α earum pertineat, licebit: neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet; sed sub testimonio duarum [c] vel trium sororum: ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio.

α ¶ Institutionem.] *Sic legitur in vetustis Gratiani codicibus, & in antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis: in recentioribus autem Coloniensibus,* quod ad institutionem morum non pertineat.

9 *Prohibentur etiam sanctimoniales propria receptacula habere.*

Vnde Innocentius secundus in concilio Romæ habito, cap. 26. & 27.

¶ Sanctimonialibus receptacula, seu domicilia priuata habere non licet. C. XXV.

PErniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum (quæ licet neque ſm regulam B. Benedicti, neque Basilij, aut Augustini viuant; sanctimoniales tamen vulgo censeri desiderant) aboleri decernimus. Cum enim iuxta regulā degentes in cęnobijs, tam in ecclesia, quàm in refectorio, atque dormitorio cōiter [d] esse

b ¶ Extra eā.] Id est præter conscientiam abbatissæ.
c ¶ Duarū.] Hic patet, ꝙ si clericus accusetur, qui deliquerit cum moniali, vel cū alia potest se expurgare cū mulieribus. ad quid enim vocarentur istę, si nō possent esse testes? Cum enim clericus repellatur à dignitate obtinenda propter testimonium mulierum, vt extra de testibus, tam ex literis. multo potius per eas expurgare se pōt. vnde satis admitti potest, quòd si clericus non potest habere alios cōpurgatores clericos, quòd per honestos laicos potest se purgare, vt 2. q. 5. cap. omnibus, in fi. 81 distinct. clerici. 2 & sic 12. quæst. 1. c. 1. & in Authen. de monach. §. cogitādum, collat 1.

Mulieres & pro clerico, & cōtra clericū possunt testificari.

2 Vbi de hoc & ext. de pſumpt cum in iuuētute, in fi. ibi videas. Arch.

PROHIBENTVR ETIAM. Hæc est 9. pars quęstionis secū dum Ioan. de Fant. CASVS. Non solum prohibentur moniales esse cum monachis, sed etiā prohibentur propria receptacula habere.
PErniciosam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quędā moniales propria habent receptacula, & proprias cameras, in quibus sub specie hospitalitatis recipiebant hospites minus honestos: quare Innoc. secundus eas reprehendit, & prohibet ne hoc de cætero faciāt: sed in eodem refectorio, & dormitorio cōiter viuant. In secunda parte dicitur, quòd moniales simul cum monachis, & canonicis in choro nō veniant ad psallendum. Secunda pars ibi, [Simili modo]
d ¶ Communiter.] Ideo communiter omnia faciunt, vt sibi inuicem sint testes & honestatis, & castitatis, vt in Auth. de mon §. cogitandum, coll. 1. 3

1 Bętica.

3 Nisi essent qdā à cōione ad meliora exēpti, vt essent anachoritæ, & ita exclusa Camaldul. sed dicit, ꝙ nō debēt inter sæculares, &c. ga ne soli, &c. ext. de testa. monac. monachi, secūdum L.

ITEM

ITEM SVNT. Hæc est 10. pars q. in qua probatur, ꝙ clerici sæculares non debent esse abbates in monasterijs, & hoc probatur per duo c. Ioan. de Fant. CASVS. Hactenus probauit Grat. ꝙ quædam monasteria sunt in potestate episcoporum propter dissolutionem, & malitiam monachorũ. Modo probat contrarium: scilicet, ꝙ quædam sunt exempla ꝓpter auaritiam epõrũ. qui i salutẽ animarũ negligentes, monasteria suis bonis spoliãt. & tales erãt clerici Rauennatis ecclesię: q monasterijs præfici cupientes, in ecclesiastica militia remanere volebant, vt infra cap. 1. & 2.

PEruenit.] CASVS. Bene. sic ponit casum. Significatum fuit Grego. ꝙ in archiepatu Rauen. quidam clerici monasterijs pręponebãtur quorum occasione monasteria fiebãt habitacula laicorũ. quare ꝑcepit Greg. Ioanni archiepõ Rauenn. vt hoc mendare festinet. H. vero hũc casum sic ponit. Erant quidam clerici Rauennates, q sub obtẽtu religionis monasterij præesse volebant: sed primas ecclesias non dimittẽtes, monasteria vltra modũ grauabant: & ea quasi communia habitacula habebãt etiam laicorum. propter quod Greg. scribit archiepõ Rauen. vt talia prohibeat, & de cætero fieri non permittat.

a ¶ Fingunt.] Tales sunt cogẽdi, vt vel veri clerici, vel veri monachi sint, vt extr. de reg. vt clerici.

b ¶ Pręponit.] De talibus habuisti 16. q. vl. cap. 3.

c ¶ Destruantur.] Id est, conuertantur in aliam formam, vt infra causa proxi. q. 3. §. queritur.

DVdũ.] CASVS. Casũ istum sic pone. Grego. præcepit Ioanni Rauẽnati archiepiscopo, vt clericos sęculares, q monasterijs pręficiebantur, quorum occasione monastica regula dissoluebatur, & monasteria grauabantur, ab ipsis monasterijs remoueret. quod quia morte præuentus facere non potuit: ideo idem Grego. præcepit Mariniano eius successori, vt hęc adimpleret: qui cum in hoc negligens extitisset, scripsit ei Gregor. secundo mandans ei, vt omni mora, omnique excusatione remota ita studeat monasteria releuare à grauamine clericorum, vt de cętero in eis nullam habeant licentiam accedendi, nisi causa prædicandi, vel nisi

debeant; propria sibi ędificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites, & minus religiosos contra sacros canones, & bonos mores suscipere nullatenus erubescũt. Quia ergo omnis, qui male agit, odit lucem, ac per hoc ipsæ absconditæ in iustorum tabernaculo se opinãtur posse latere oculos iudicis cuncta cernentis, hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne vlterius fiat omnimodis prohibemus, & sub pœna anathematis interdicimus. ¶ Simili modo prohibemus, ne sanctimoniales simul cum canonicis, vel monachis in ecclesia in vno choro conueniant ad psallendum. *Ioan. 3.* In conc. c. 2.

α ¶ Regulam.] *In vulgatis sequebatur,* S. Benedicti: *cum tamen paulo superius aliarum etiam regularum sit facta mẽtio. Quare inductę sunt istę voces auctoritate vetustorum codicum, ipsius concilij: ex quo etiam alia nonnulla sunt emendata.*

10 *Item sunt alij, quos episcopi prægrauantes, salutẽ ipsarũ animarum negligũt, quibuslibet † occasionibus bona monasteriorũ distrahere cupiunt. Tales erãt quidã clerici Rauennatis ecclesiæ: qui simulata religione monasterijs cupiebant pręfici, non transeuntes ad monasticum habitum, neque renunciantes ecclesiastica militia.* † *al.* quibuslibet *vero*

De quibus Gregorius scribit Ioanni Rauenati episcopo, lib. 4. epist. 1.

¶ Monasteria, clericorum, aut laicorum habitacula fieri non debent, C. XXVI.

ij PEruenit ad me, quòd in ecclesia fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monasterijs consecrata, nũc habitacula aut clericorum, aut etiam laicorum facta sunt: dumque hi, qui sunt in ecclesijs, fingunt [a] se religiosè viuere; monasteriis præponi [b] appetunt: & per eorum vitam monasteria destruunt. Nemo enim potest ecclesiasticis officiis, &c. *& infra.* ¶ Proinde fraternitas tua, hoc, quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, vt sacra loca per clericorum ambitũ destruantur [c]. Ans. l. 5. c. 64. Iuo p. 3. c. 18. Po ly. l. 3. tit. 15. su. 16. q. 2. nemo.

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 40. siue cap. 204.

¶ Qui in sacro ordine sunt constituti, in monasteriis nullam habeant potestatem. C. XXVII. Poly. ibidem. Ans. l. 5. c. 65.

DVdum ad nos multorũ relatione peruenerat, monasteria in Rauennę partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio pręgrauerì: ita vt occasione quasi regiminis ea (quod dici graue est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus, vt hoc per omnia emendare debuisset. Sed quoniam vitæ est termino citius occupatus; ne hoc onus monasterii remaneret, frater-

nisi a monachis fuerint inuitati: ne si aliter fiat, compellatur Greg. aliter monasterijs prouidere cum diu hoc pati non velit. Ab illo tamen loco, [Nisi aliter fiat.] sic posuit Bene. casum, idest, ne si aliter fiat, in se patiatur districtionem hortandi, idest admonendi, vel prædican- morte, vt ext de off. deleg. quoniam abbas. Alij dicunt aliud esse in præcepto, quàm in mandato.
b ¶ Hortandi.] idest, prædicandi.
c ¶ Inuitati.] sup. ea. luminoso. lo. 2.
d ¶ Sed ne.] 16. q. 1. ne pro cuiuslibet

2 Ad idẽ 11. q. 1. q̃ periculosũ. ſm La.

nitati vestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione cessatum est: hæc ad vos iterum præuidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, vt omni mora, omnique excusatione submota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare: quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel ij, qui sunt in sacro ordine constituti ob aliud (nisi hortandi α b tantummodo causa) accedendi habeant licentiam: aut si forte ad peragenda sacra Missarum fuerint inuitati c mysteria. Sed ne d pro cuiuslibet monachi, aut abbatis promotione, &c. *& infra.* ¶ Nec illi vlterius habeãt potestatem aliquam: ne monasteria huius occasionis velamine ea, quæ prohibemus β, sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura emendare iam secundo commonita sanctitas vestra nõ differat: ne si post hæc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus: aliter monasteriorum quiete prospicere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tantæ necessitati seruorum Dei congregationem amplius subiacere non patimur.

sup. 16. q. 1. nemo.

α ¶ Hortandi.] *In originali impresso, & manuscripto legitur,* orandi. *Sed ob glossam, & quia in sequenti capite est vox,* Exhortandi. *non est mutatum. Alia vero sunt emendata.*
β ¶ Prohibemus. *In vulgatis sequebatur,* simul cum canonicis, & monachis in ecclesia, *quæ sublata sunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

Idem eidem lib. 7. ind. 1. epist. 18.

Iuo p. 7. c. 14.

¶ Causa visitandi, & exhortandi monasterium episcopus adire potest. C. XXVIII.

11 VIsitandi, exhortandi que gratia ad monasterium, quoties e placuerit ab antistite ciuitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic episcopus impleat, vt grauamen f aliquod monasterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianensi.

Burc. l. 8. c. 62. Iuo p. 7. c. 85.

¶ Frequenter episcopi monasteria visitent, & quæ corrigenda sunt corrigant. C. XXIX.

NOn semel, sed sæpius in anno episcopi visitent monasteria monachorum: & si aliquid corrigendum fuerit, corrigantur.

¶ *Hoc caput apud Burchardum, & Iuonem est insertum capit. abbates, sup. ea. vt ibi notatum est. simile quiddam habetur in Pannormia ex concil. Rothomagensi, lib. 3. c. 215.*

12 *Pro talibus* g, *qui animarum curam non habentes.*

VIsitandi.] Hæc est 11. pars q secundum Io. de Fant.
e ¶ Quoties.] Cum vtilitas, vel necessitas exigit; aliàs semel tantum in anno veniet episcopus, vt notaui 10. q. 1. decreuimus, videtur tamen, q hodie bis in anno possit ex officio suo visitare, vt extra de censi. cum venerabilis. in fi.
f ¶ Vt grauamen.] i. vt nõ exigat enormẽ, & immoderatã procurationẽ, vt 10. q. 3. illud. sed ſm q taxatur, ext. de censi. cum Apostolus, & hoc intelligat cum episcopus accedit ad ecclesiam propter vtilitatem ecclesiæ. Sed si causa proprij negotij accedit, non tenetur ei monasteriũ prouidere, vt 10. q. 1. relata, & c. placuit. 12. q. 2 charitatẽ. ext. de cens. cũ venerabilis. ibi, cũ causa correctionis, &c.
NOn semel.] PRO TALIB. Hęc est 12. pars q in qua probat, q licet monasteria lege diœcesana non subsint epõ si non habẽt populum: tamen in fundatione, siue dedicatione monasterij, ponitur aliquod de pẽsione, quod exigi potest. Io. de Fant.
CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, dicens, q pro talibus epis, qui curam animarum negligentes monasteria suis bonis spoliabant, & ea in vsus suos conuertebant, statutũ fuit, vt a monasteria sint libera a dño, & ptãte epõrum, & postea ostẽdit, & q licet di-

Ẽps qñ visitet monasteria.

Procuratio non semper est debita episcopo.

1 Prædecessori. dic vt p Fel. Ph. Dec. c. eam te de rescript o. Præceptum an morte expiret, sicut mandatum

dicandi. Alia littera habet, [Orandi, & hæc littera plana est. similiter seq. duo c. plana sunt & per te videbis.
a ¶ Fraternitati.] Sed nonne cum aliquid præcipitur alicui, sufficit quod præceptum sit prædecessori ad hoc vt successor teneatur, vt in auth. vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus, colla. 9. licet aliud sit in mandato. quia illud extinguitur morte, vt extra de off. delegat. gratum. Dicunt quidam siue sit præceptum, siue mandatum: dummodo expressis nominib. scribatur, semper expirat

catur sup. e. in c. quam sit. vt monasteria nullis canonicis iurib sint subiecta: non ita tamen intelligendum est, vt monasteria non debeant aliquid dare epo in signum subiectionis aliqua die statuta. [Eulogia.] Eulogia dr id quod solet assignari episcopo tempore consecrationis, & illud quod ei offertur in synodo, & proprie quod ei gratis datur aliter tamen hic accipitur.
g ¶ Pro talib.] Scilicet epis 3. eis. non subsunt monasteria quo ad legem diœcesanam, 10. q. 1. in summa. Ioã.

3 Et ita ex cã cĩa ista c. ſm G exaudi. ſm L.

Eleu-

bona tamen monasterium in suos vsus conuertere cupiebant; statutum est, vt monasteria cum suis rebus penitus sint libera a potestate, & dominio episcoporum. Quod autem nullis canonicis iuribus monasteria dicuntur esse subiecta, non ita intelligendum est, quin ipsi episcopo aliquid nomine eulogiæ, vel in die dedicationis, vel in natali † sanctorum, quorum nomine ipsum monasterium dedicatum est, debeat offerri. † al. natalitijs.

Vnde Pelagius a Papa ait.

a ¶Pelagius.] *Ante legebatur,* Gelasius. *Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 91. c. Eleutherius, alia pars huiusmet epistolæ citatur ex Pelagio, & Anselmus, qui hoc & illud caput coniuncta affert, Pelagio tribuit.*

¶Non debet episcopus aliquid a monasterio exigere præter conditiones, quæ dedicationis tempore constitutæ sunt. C. XXX.

Ansel. l. 7. c. 145. Poly. l. 4. tit. 27.

Eleutherius frater, & coepiscopus noster queritur, quod mater eius in casa, quæ castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos constituerit, ex quibus vnus est presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter episcopum Cardellum (cuius ipsa diœcesis est) & matrem suam asserit conuenisse [a], vt quidquid dedicationis, vel natalis martyrũ die, quorum in eodem monasterio reliquiæ sunt, per fidelium oblationes intrauerit; medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem episcopo offeratur. Contra quam conuentionem Marium presbyterum (siue sciente, siue nesciente episcopo) monachis ipsis, vel presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita vt memoratum presbyterum prope cæciderit, & Missas eum facere nullo modo permittat; dicens, vt quasi pensionis [b] nomine aliquid statuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare iubemus, & si apud te euidenti ratione † constiterit; quia tẽpore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positæ conuenerint; seruari eas ex nostra auctoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur †. Si vero nil tale constiterit †; mediante te quid episcopo ipsi nomine eulogiæ [c] offerri debeat [d], inter ipsos monachos, & presbyterum volumus definiri. Saluo tamen eo, vt presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, Missa in monasterio suo, sicut consueuit facere, a nullo vlterius debeat prohiberi.

† al. veritate.

† al. tenetur exigere.

† al. conuenit.

Item Vrbanus secundus.

¶Consueta seruitia episcopis monasteria exhibeant. C. XXXI.

Seruitium [e] quod monasteria, aut eorum ecclesiæ a

Eleutherius.] CASVS. Mater Eleutherij episcopi fecit Cardellum episcopum dedicare quoddam monasteriũ, qđ ipsa ædificauerat in diœcesi sua in casa quæ dr̃ castellum, & tempore dedicationis conuentio facta est inter ep̃m, & ipsam, vt de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis, vel in die natalis martyrum, quorũ ibi sunt reliquiæ, medietatem h̃ret monasterium, & medietatem aliam episcopus haberet. contra quã conuentionem Marius presbyter sciente ep̃o, vel forsitan nesciente veniebat, & monachis, vel presbytero, qui ex eis erat, molestias, & grauamina inferebat & fere presbyterum nomine Gaudentiũ verberauit, nec eum ibi Missas celebrare permittebat, nisi aliquid vltra cõuentionem prædictã redderet nomine pẽsionis ipsi episcopo dandũ. Sed cum episcopus Eleutherius vice matris super hoc cõquereretur, Gelasius Papa commisit causam cuidam, & mandat ei, vt si inuenerit, quod ita facta fuerit conuentio tempore dedicationis, illam faciat obseruari. Si vero nulla conuentio facta fuerit, eo mediãte inter ep̃m, & monachos faciat aliqd assignari ipsi episcopo in signum subiectionis, eo saluo, vt presbyter Gaudẽtius in monasterio Missas celebrare a nullo prohibeatur. Seq. c. patet.

a ¶Conuenisse.] Ar. quod pactio põt interuenire in spiritualibus, vt 10. q. 3. c. vlt. & ca. nec numerus, & 1. q. 3. quæsitum, vt no. 8. q. 5. in summa. sed huic c. obstat. 1. q. 2. c. 1. & 1. q. 1. c. statuimus, & q. 4. ecclesia, & inf. de cons. d. 1. si quis basilicã. Sed dicas quod hoc non proprie dr̃ pactũ, quia & sine pacto tenet̃ ecclesia aliquid dare ep̃o in signũ subiectionis, vt hic dr̃ in fi. Item & auctoritate episcopi põt aliquid constitui patrono 1 vt ext. de iure pat. præterea.

b ¶Pensionis.] Vltra id quod conuenit in principio.

c ¶Nomine eulogiæ] idest, in signum prædicationis, quam fecit tempore consecrationis.

d ¶Debeat.] Considerata consuetudine aliorum monasteriorum, vt ext. de cen. super e. 10. q. 3. nec numerus. in fine. Ex hoc cap. patet, quod monasteria non sunt penitus exempta a lege diœcesana. tenentur enim ei ad eulogias. sicut hic dr̃. Itẽ tenent̃ ad procuratione, quæ dẽtur rõne visitationis, vt ext. de præscrip. cum ex officij. Item si quid ex consuetudine debent, vt inf. c. proximo.

e ¶Seruitium.] Et tamen vix fuerunt xxv. anni a tempo-

Monasteria a lege diœcesana nõ sunt prorsus exẽpta.

Pactio in spiritualib. an interuenire possit.

1 Etiam hic videas qđ no. 11. q. 2. c. in gloss. si quæris.

Consuetudo an possit annuas præstationes inducere.

tempore Grego. vsque ad tempus Vrbani.
a ¶ Vsque ad hoc tempus.] Ergo consuetudo inducit annuas præstationes. nam & dat iurisdictionem, & dat priuilegium, vt not. 9. q. 3. conquestus in fi. & datius eligendi. extra de consuet u. cum dilectus. in fi. Item, & inducit

tempore Gregorij septimi vsque ad hoc tempus [a] fecerunt, & nos concedimus.

dist. 18. episc. non debet.

Canonica ergo iura, quibus monasteria subiecta non sunt, synodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus est abbas (sicut in concilio Turonico statuitur) ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quædam seruitutis officia, vt angariæ operum, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mulctationes peccantium, à quibus omnibus monasteria libera sunt.

CAVSA XIX.



Vo clerici ad monasterium transire voluerunt: vterque licentiam ab episcopo suo petijt: vnus relicta ecclesia propria, eo inuito, alter dimissa regulari canonia † cœnobio se contulit.

† al. canonica.

1. *Modo quæritur, si episcopus debeat permittere, vt relicta propria beat permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur.*

2 *Secundo, quæritur, si episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monasterium possit adire.*

3 *Tertio, si contigerit ipsos regulares canonicos fuisse, vtrum concedendus esset eis monasterij ingressus.*

QVÆSTIO I.



Vod episcopus [b] licentiam clericis adeundi monasterium dare debeat, in Toletano 4. concil. præcipitur, in quo cap. 49 sic statutum legitur.

dine longissima probata debitum præsumitur, adeo vt non admittatur probatio in contrarium, & secundum hoc nulla est differentia inter consuetudinem præscriptam, & præscriptionem. Quidam tamen assignant hanc differentiam inter præscriptam consuetudinem, & præscriptionem: quia contra præscriptionem non admittitur probatio, licet causa præscriptionis appareat in ista, vt extra de præscrip. de quarta. sed contra consuetudinem præscriptam bene vt scilicet probetur indebitum, licet allegetur debitum processisse, vt C. de agric. & cen. libus, libro vndecimo. Tutius credo præscriptionem allegandam, quàm consuetudinem præscriptam: quia ad probandam consuetudinem multa requiruntur, vt dixi supra distinct. 8. frustra. Et hæc vera sunt, quòd cõsuetudo semper tuetur possessorem donec probetur contrarium, nisi vi, vel clam, vel precario possederit tunc enim ille, qui dedit, sua auctoritate potest negare. 10. quæst. 3. quia cognouimus. Ioannes. Quidquid dicat. Ioan. ego credo quod ex consuetudine præscripta spatio xl. annorum, & bona fide ius, & possessio acquiratur, vt extra de consuetu. cap. vlt. in fine, & ff. de legidiuturna. B.

Consuetudo & præscriptio differunt

Consuetudo præscripta & præscriptio quo differũt

Ad probandam consuetudinẽ multa requiruntur.

CANONICA. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, dicens quòd canonica iura à quib. monasteria sunt libera, sunt synodales exactiones, angariæ, crebræ receptiones, & annales exactiones, & indictiones pœnarum.

ducit seruitutem. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vltim. & l. 2 ff. cõia pd. venditor. Item consuetudo obligat sicut ius scriptum, vt 11. dis. ecclesiasticarũ. Et quod ex tempore aliquid præsumitur debitum. sunt arg. multa. ff. de vsu cum de in rem. & l. qui semisses. & l. cum quidã §. 1. & C. de fideic. li. 1. ar. contra ista, ext. de consue. c. 1. & ext. de cen. scientes. & c. peruenit. & 1. q. 1. nullus. & 10. q. 3. quia cognouimus. & ff de oper. li. operis. & C. de pac. l. si certis. & extra de causa poss. cum ecclesia. Item quia ex cursu temporis nulla oritur obligatio, cum nec tollatur tempore, vt ff. de act. & obl. obligationum. §. placet. Sed varij variis modis dixerunt de hac materia. sed omissis illis dico quod nunquam ex consuetudine sola (licet esse præscripta) ius aliquod sit quæsitum 1. nisi forte sit tanta, cuius memoria non esset, vt. ff. de aqua quoti. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ, & ff. de aqua plu arc. l. 1. §. vlti. sed solummodo commodum, & ius possessionis quæsitum est ex consuetudine. Possessor enim nihil tenetur probare de iure suo: sed aduersarius probabit esse indebitum. vnde quamdiu est quæstio an talis præstatio sit debita, semper erit possessor in possessione, vt 16. q 4. volumus. extra vt lite penden à memoria. ff. de aqua quotid. & æsti. l. penultima, & hoc est verum cum alleg at aliquam conlucludinis causam: & tunc causa allegata, & consuetu-

Est consuetudine sola nũquã ius aliquod quærit. Arg. cõtra ex de præsc. ad ad etiã. Auth princ. vers. est. vr. quod sine consuetudinis debet cessus, & si aliu...nt... probetur. H.



Vo clerici.] CASVS. Dictum est sup. in causa proxima, quæst. 2 cap. abbates. in fin. quod nullus abbas debet recipere monachum alienum: sed quia forte idem putaretur de clericis sæcularib. & canonicis regularibus ideo supponitur hic decimanona causa, in qua quæritur, an clerici sæculares, & canonici regulares inuitis prælatis suis possint ad regulam arctiorem transire: quod vt melius pateat, thema proponit, de quo tres elicit quæstiones.



Vòd episcopus.] CASVS. Hic ponitur prima quæstio, qua quæritur an episcopus debeat dare licentiam clerico suo volenti ad religionem transire. & certum est, quod sic, vt infra cap. 1.

b ¶ Quòd episcopus.] Dubitatio harum trium quæstionum ab eodem fonte procedit. vnde vna solutione terminatur. Hug. dicit quod clericus sæcularis inuito episcopo possit transire ad monasteriũ, vt inf. ea. c. 1. & inf. e. q. 2. duæ. Sed nec monachus, nec regularis canonicus pôt inuito abbate transire ad locum aliũ, vt inf e. q. 3. c.

Transitus ad religionē arctiorē permissus est, non ad parem.

1. & c. statuimus. sed eius opinio corrigitur extra de regu- & transeun. ad relig. licet. vbi habes, ꝙ qui libet pôt transire ad arctiorem religionem. petita tamen licentia, licet non obtenta: sed ad parem religionem nemo potest transire, vt extra de reg. sane. Ioan.

pars ibi, [Lex vero priuata.] & est interpositio ab illo loco, [Dignior est,] vsque ibi, [Quisquis igitur] c ¶ Priuata.] Vt charitas, de qua dicitur. Habe charitatem, & fac quidquid vis, vt de pœn. dist. 2. radicata. d ¶ Sine cōmendatitijs.] Sed quare creditur commenda-

Clerici.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt episcopi debeāt licentiam dare clericis volētibus ad monasteria trāsire, cum ipsi eligant meliorem vitam.

a ¶ Meliorem.] Hęc causa est sufficiēs, ꝙ de minori ad maius transeundum est. 93. distin. legimus. in fi. sed nō parem, & extra de reg. sane & tū dicit cap. sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis 16. q. 1. sic viue. Io.

¶ Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt. C. I.

Poly l. 3 tit. 15. & l. 4. tit 34. Burc l. 8 c. 21. Iuo p. 6. c. 371.

CLerici, qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem[a] vitam sequi cupiunt) liberos eis ab episcopis ia monasterijs largiri oportet ingressus: nec *a* interdici *a* propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

b ¶ Nec interdici.] *Hac vsque ad finem absunt à manuscriptis sunt tamen in concilio.*

QVÆSTIO II.



INuito episcopo clericum eius à nullo esse suscipiendum Leo episcopus testatur, scribens Anastasio † Thessalonicensi episcopo, epist. 8 al. 48. c. 9.

In conc. Aquisgr. c. 58. † Antea legebatur, *Rustico Narbon.*

Inuito.] CASVS. Hic intitulat secunda q̄stio. qua quęritur an clericus sæcularis inuito episc. suo possit ad religionem trāsire? Et respondetur, ꝙ sic, vt inf. e. c. duę. Gratianus tamē primo probat quod nō postea probat cōtrarium. Seq. cap. cū §. sequenti patet.

¶ Inuito episcopo eius clericum nemo suscipiat. C. I.

Ansf. 6 c. 161. Burc l 2 c. 42. Iuo p. 6. c. 96.

ALienum clericum[b], inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat.

b ALienum clericum.] Immo nec etiam laicū alienum, vt 71. distinct. primatus si ergo clericus huius episcopatus eligitur ad aliquam dignitatē in alio episcopatu, sine licētia huius episcopi nō potest eam recipere, vt 76. distinc. cap. vlt. & 63. distin. litteras. & 85. distin. cap. archidiaconum. Ioan.

Sed sub audiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi etiam, episcopo contradicente, monasterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa II. in capitulo S. Ruffini †

† *al. Ruffi.*

¶ Qui monachorum propositum appetit, etiam inuito episcopo suscipendus est. C. II.

DVæ sunt inquit, leges; vna publica, altera priuata[c]. Publica lex est, quæ à sanctis patribus, scriptis est confirmata: vt est lex canonum, quæ quidem propter transgressiones † est tradita: Verbi gratia, Decretum est in canonib. clericum non debere de suo episcopatu ad alium transire sine commendatitijs[d] literis sui episcopi: quod propter criminosos[e] constitutum est: ne videlicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur personæ. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo[f] episcopatu, in alie-

Poly l. 4. tit. 32.

Gal. 3. † *al. trangressores.*

DVæ sunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quidem clerici sæculares inuitis episcopis suis monasticum habitum, vel regularium canonicorum assumere volebant, quare quæsitum fuit ab Vrbano Papa in capitulo sancti Ruffini quid iuris sit de hoc? qui respondet duas esse leges, distinguendo, publicam scilicet, & priuatam. Publica facta est propter transgressores, qui cum in suis episcopatibus celebrare non possent, ibant ad alios: & ideo ne criminosi & infames reciperentur, statutum fuit, vt nullus episcopus clericum alienum suscipiat sine literis commendatitijs sui episcopi. In secūda parte dicitur, ꝙ lex priuata est, quæ instinctu spiritus sancti scribitur in corde alicuius, secundum quam clerici sæculares libere etiā suis episcopis inuitis transire possunt ad monasterium, vel canonicam regulam, vel regularem. Et hoc probatur auctoritate Apostoli: & præterea quia lex non est posita iusto ad coercendum eum à bono. Secunda

datitijs literis, cum quilibet possit commendare rem etiam vitiosam: Nam quæ commendandi animo dicuntur, neminem obligant. vt ff. de contrah emp. ea quæ. Sed dicas qu d si quis commendat rem in genere, non obligatur: sed in specie, obligatur ff. de ædil. edic secundum. sed nec in genere licitum est cōmendare ex certa scientia rem vitiosam, vt ext. de scrut. c vnico alioquin de dolo tenetur, vt ff de dolo, quod venditor.

Obligatur qui rem vitiosam commendat.

e ¶ Propter criminosos.] Licet propter criminosos fuerit constitutio data, tamen extenditur etiam ad non criminosos: quia nullus recipitur sine commendatitijs literis sui episcopi. vbi enim aliquid statuitur propter impulsiuam causam, causa cessante non ideo cessat constitutio: sed vbi aliquid propter finalem causam est statutum: ibi sic esset causa, cessat constitutio. Sed distinguitur ff de don. l. 2. §. vlt.

f ¶ In suo.] Sup. 7 q. 1. si quis presbyter.

a ¶ Si

a ¶ Si quis horum.] Maxime quia idem est in alijs. 61. dist. §. his omnibus.
b ¶ Si afflatus.] Sed qualiter potest aliquis clericus inuito episcopo transire ad religionem, cum ei forte iuratus sit, & obediens suus sit, & crimen idolatriæ est nolle ta lex publicæ, nam mulier, licet ducatur lege Dei, non potest inuito viro intrare religionem. 27. q. 2. si quis coniugum. nec impubes inuito patre 20. q. 2. puella. nec episcopus inuito Papa, extra de reg. c. licet. non fallit regula intelligentes. Io.

Obedientiæ commendatio. | bus videtur præiudicare publicæ.

no celebrare: quod iure præceptis, & scriptis detestatum est. ¶ Lex vero priuata est, quæ instinctu sancti spiritus in corde scribitur: sicut de quibusdā dicit Apostolus. [Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.] & alibi. [Cum gentes legem non habeāt, si naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex.] Si quis horū [a] in ecclesia sua sub episcopo populum † retinet, & sæculariter viuit. si afflatus [b] spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonia † saluare se voluerit; quia lege priuata ducitur: nulla ratio exigit; vt à lege publica constringatur. Dignior [c] est enim lex priuata, quàm publica. Spiritus quidam Dei lex est: & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui spiritui sancto possit digne resistere. Quisquis igitur hoc spiritu ducitur: etiam episcopo suo cōtradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed vbi spiritus Dei, ibi libertas: & si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

c. licet extra de regular. Rom. 2. Ibidem. † proprium] Polycarpus. † al. canonica Rom 7. 8. 9. 1. Tit. 1. 2. Cor. 3. Gal. 5.

QVAESTIO III.



Anonicos autem regulares ad monasteriū transire multis auctoritatibus prohibetur. Vnde in concilio Educensi congregato sub Gregorio VII. legitur.

¶ Regulares canonici, monachi fieri non debent. C. I.


NVllus abbas, vel monachus [d] canonicos regulares [e] à proposito professionis canonicæ reuocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, vt monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam [f] inuenire quiuerint: in qua canonice viuendo, Deo seruire, & animam suam saluare possint. Quòd si temerario ausu id agere tentauerint; anathematis vinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa II.

¶ De eodem. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31.

MAndamus & vniuersaliter īterdicimus, ne quis canonicus regulariter professus, nisi (quod absit)



Anonicos.] hęc q. diuiditur in quatuor partes: in prima quarum probat, q canonicus regularis sine licentia nō debet fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates Secūda ibi, [Quæritur si monasteria.] Tertia ibi, [Quæritur de his.] Quarta ibi, [Quæritur si ingressis.] Ioan. de Fant.

CASVS Hic ponitur 3. q. vbi quæritur an canonicus regularis possit ad monasteriū transire. Et respondetur quod sic, de licentia prioris. vt inf. ead. cap statuimus. idem est in monacho vt inf. 20. q 4. monachum. sed eis inuitis nō, vt inf. c. 1 & 2 qui habet tamen secundum iura hodierna potest ad regulam arctiorē transire petita licētia à suo superiore, & ēt si non habeat licentiam ab eo, vt extra de regu. licet. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat, q canonici regulares ad monasterium transire non possunt postea probat contrarium.

NVllus.] CASVS. Quidam abbates vel monachi suis suggestionib. ad monasteria canonicos regulares pertrahebāt: & ideo statuit Greg. septimus, quod qui de cætero talia temere attentauerit, excommunicetur.

d ¶ Monachus.] Vt priores, qui præsunt monasterijs. extra de statu monacho. monachi.
e ¶ Regulares.] Similiter clericus in qua ecclesia est semel intitulatus, in ea perpetuo perseueret, vt 70. dist. sanctorum. & 71. dist. clericos. vt enim ait Apostolus: in ea vocatione, in qua quis vocatus est, in ea permaneat, vt 21. q. 1. c. 1.
f ¶ Ordinis sui ecclesiam.] Si extra de vi. & hone. cle. Deus. extra de relig. do. inter quatuor. in fin.

MAndamus.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc cap. vt canonicus regularis monachus non fiat, nisi publice delinquit. si vero contra fecerit, ad canoniā redeat: & vltimus memorialem cucullam deferat.

1 De hoc no. extra de reg. licet in glo. sufficit ergo, vbi not. de hac quæstione.

le obedire, vt 8. q. 1. sciendum. & video q peregrinari non potest sine licentia episcopi, 1, vt de conse. distin. 5. non oportet, & sæpe bonum omittendum est propter meritum obedientiæ, vt 11. q. 3. quid ergo. cum etiam obediendum sit, licet iniuste aliquid præcipiatur, vt 23. q. 1. quid culpatur. Item cum clericus non possit alienare res ecclesiæ suæ, ergo multo potius seipsum non potest alienare cum personæ digniores sint rebus, vt 12. q. 1. præcipimus & maior est alienatio personæ, quàm rei, vt 17. q. 1 c. 3. sed dic q excusatur à delicto instinctu spiritus sancti sicut alij, vt extra de diuor. gaudemus. 14. q. 5. dixit.
c ¶ Dignior.] Tamen in tribus casibus præiudicat priua-

Priuata lex in trib. casi-

publice lapsus [a] fuerit, monachus [b] efficietur. Quòd si de certo nostro contraire præsumens id agere tentauerit, ad ordinem canonicum præcipimus vt redeat; & deinceps memorialē† [c] cucullā deferat, & vltimis in choro maneat.

† *al. memoriale sua præsumptionis concullam.*]Poly.

Subaudiendum vero est, nisi cum patris sui licentia religionis propositum induerit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit abbati sancti Ruffini†.

†*al. Ruffi.*

¶Patris sui confessione regulares canonici, monachi fieri possunt. C. III.

Iuo p. 6. c. 411.

STatuimus, ne professione canonicę quispiam, postquā Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, vel districtoris [d] religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris *α*, & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.

α¶ Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur*, patris totius congregationis: *apud Iuonem*, sine abbatis, totiusque cōgregationis.

2 *Quæritur* [e], *si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, vel sæcularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c. 24.*

¶ Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseuerent. C. IIII.

Poly. l. 3. tit. 15. Ans. l. 5. c 60. Burc. l. 3. c. 19. Iuo p 3 c. 17. & 22. Pann. l. 2. c. 15.

QVæ semel dedicata sunt monasteria cum consilio episcoporum; maneant [f] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri sæcularia habitacula. Qui vero pmiserint hoc fieri; subiaceant his condemnationibus, quę per canones constitutæ sunt.

¶ *Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burchardus, & Iuo, c. 22.*

Item in synodo septima, c. 13.

a ¶ Lapsus.] Tunc enim posset, immo cogeretur, vt 20. q. 1. sicut, lo.

b ¶ Monachus.] Hoc consueuit intelligi cum causa leuitatis transit ad asperiorem vitam: tamen bene cogitur ibi stare, vt extra de reg. licet. Sed manifeste obstat, extra de statu mona. cum nobis. sed hæc est remota. vnde satis credo, & si nō petijt licentiam; cogitur redire i. nec obstat extra eadē sane: quia ibi dicit: permittas, & sic est dispensatio.

2 Vide Pan. consil 95. l 1.

c ¶ Memorialē] Non ꝙ sit monachus, sed ratione prioris maleficij: vt supra. 93. dist. præcipimus, sed maritus qui transiuit ad religionem, reuocatus ab vxore sua, non fert cucullam, vt 23 quæst. quod Deo & sic quandoque potest esse dispar habitus in eodem choro.

Dispares habitus quādo possunt esse in eodem choro.

SVBAVDIENDVM. CASVS. Est probatum su. ꝙ canonicus regularis ad monasterium transire nō potest. nunc dicit Gratianus, quòd est intelligēdum nisi de sui superioris licētia hoc facit. Et ad hoc inducitur sequens cap.

STatuimus.] CASVS. Abbas sancti Ruffini quæsiuit ab Vrbano, vtrùm monachi possint recipere canonicos regulares sine permissione & licentia prioris, & fratrum? Et respondetur, quod causa leuitatis, vel causa arctioris religionis non debet canonicus regularis de canonica sua recedere, nec aliquis debet eum recipere sine literis capituli sui.

d ¶ Vel districtioris.] Infr. 20. q. 4. virgines, contra, extra de reg. cap. 1. sed hæc dictio, leuitatis, soluit contrarium, & c. si. C. de offi. ma. mihi. l. penult.

QVÆRITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua quæritùr, si monasteria possint redire ad humanos vsus. Dicitur quòd non. & hoc probat per duo capit. Ioā. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratianus quandam incidentem q. scilicet, vtrum monasteria possint fieri clericorum, vel laicorum habitacula? & respondetur ꝙ non. ad quod inducit sequentia capitula.

e ¶ Quæritur.] Incidentem quæstionem ponit magister: & illa dupliciter potest intelligi. Vno modo sic: an de monasterijs possit fieri sæcularis ecclesia? Vel sic, an monasterijs possint præfici sæculares clerici? Dicas ergo, quod de monasterio nunquam potest fieri sæcularis ecclesia, vt hic dicitur, nisi enormiter viuant, tunc possunt monachi remoueri & institui sæculares canonici: tamen cum auctoritate Papæ, vt extra ne cleri. vel mona. relatum 2. Vel nisi ita sit quod non inueniantur aliqui de ordine illo, per quos possit locus ordinari, vt extra de reli. do. inter. Vel nisi ita sit ꝙ aliter non possit reformari locus ille, quàm per canonicos, vt extra de statu. mona. cum nobis. quæ est remota. Econtra videtur quod episcopus licite possit de sæculari ecclesia facere regularem; vt extra de eccle. ædifi. ad audientiam, & 16. q. 7 si quis vult.

2 In hoc cano. Ala. Tā. & Be. quod hoc potest episcopos auctoritate ppria. & idē sentit ibi Goffre. de hoc etiā no. 12. q. 2. si episcopus sed Io. de Fant. hic sentit cū Io. & etiam H. idem tenet.

QVæ semel sunt dedicata] CASVS. In concilio Chalcedonen. fuit statutum, vt monasteria semel dedicata, perpetuo sint monasteria, & in suo statu permaneant, & non fiant habitacula sæcularia, ne res eorum inde remoueantur. si quis autem hoc fieri permiserit, canonicè punietur.

f ¶ Maneant.] Similiter nec hospitale potest conuerti ad alium vsum, vt extra de reli. do. ad hæc, sed nec permutari possunt mancipia ecclesiæ. extra de rerū permu. mancipia dari tñ possunt priuato, vt 12. q. 2. ecclesiasticis. sic. domus Imperatoris non pōt conuerti ad alios vsus. C. de pala. & do l. 1. sed quid si monasterium destruitur: nunquid potest locus ille vel ædificia monasterij ad alium

Quæ ad aliū vsum cōuerti non possint.

Monasterio destructo possunt licite ligna cóburi.

alium vsum conuerti? sic. possunt enim de lignis bene constituere dormitorium vel alium honestum locum: vel etiam possunt ea in coquina sua comburere. de consecr. dist. 1. ligna. sed ad priuatos vsus non possunt conuerti: locus autem remanet sacer, licet dirutum sit ędificium vel monasteria: & fecerunt ea communia diuersoria: quare statutũ fuit in septima synodo, vt si inuasores voluerint ea restituere, in antiquum statum reformentur: alioquin si clerici sunt, deponantur: si laici vel monachi, excõicentur: cum ipsi aduersentur Deo dicenti Nolite facere domũ patris mei, scilicet templum ædificatũ nomini eius, domum negotiationis.

¶ Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C: V.

QVoniam à quibusdam viris quædam venerabiles domus surripiuntur [a] tam videlicet episcopia, quã monasteria, & facta sunt communia diuersoria: siquidem voluerunt hi, qui hæc retinent, reddere ea, vt secundum antiquitatem restaurentur; bene, & optime est: alioqui si de sacrato catalogo fuerint; hos deponi [b] præcipimus: si vero monachi, vel laici, excommunicari; quos nimirum cõstat condemnatos esse à patre, & filio, & spiritu sancto; & deputentur vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini aduersantur, qui dicit, [Nolite facere domum patris meis domum negotiationis.]

Marci 9. ex Esa. 66. Io. 2.

¶ *Initium huius canonis in synodo septima ab Anastasio versa sic habet.* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris ecclesia facta est, subreptæ sunt à quibusdam viris quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c. *Ex eius autem versionis duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuersionem veniunt, quo tempore debeant tonsurari.*

De his ita scribit Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib. 8. epist. 23.

¶ Antequam biennium in conuersione compleuerit, aliquis tonsurari non debet. C. VI.

Ans. l. 7. c. 719.
† al. conuertendũ.
† al. conuersione.
† al. compleuerint.

MOnasterijs omnib. fraternitas vestra districtius interdicat: vt eos, quos ad conuersionem † susceperint, priusquam biennium [c] in conuersione † compleant †, nullo modo audeant tonsurare: Sed hoc spacio vita, moresque eorum solicite comprobentur: ne quis eorum aut non sit [d] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum graue sit inexpertos hominũ sociari obsequijs; quis possit dicere, quàm sit grauius ad Dei seruitium improbatos applicari α. Miles [e] vero si cõuerti voluerit; priusquam nobis renuncietur, nullus eum sine nostro C consensu qualicumque præsumat ratione suscipere.

α ¶ Improbatos applicari.] *Antea legebatur,* Improbos applicare. *Emendatum est ex originali impresso, & manuscripto.*

C ¶ Sine nostro.] *Hoc præcepit eo tempore B. Gregorius, ne omnino videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monasterijs recipi possent: quam legem idem Gregorius lib. 11. epist. 61. ipsi Mauritio scribens vehementer reprehendit: quod auctor glossæ non videtur attendisse.*

4 *Quæritur, si ingressis monasterium vltra relinquatur*

a ¶ Surripiuntur.] Id est, inuaduntur: nã furtum nõ fit in re immobili. instit. de vsu ca. § abolita.

b ¶ Depon.] Et hoc cum pęna incipit à crim ne: secus si cõtumacia: quia tunc primo esset suspẽdẽdus, vt 81. distinct. dictum. Io.

QVAERITVR. Hæc est tertia pars quæst. secundum Io. Fant. & quæstio incidens.

CASVS. Hic mouet Gratianus incidentẽ quęstionem, scilicet quo tẽpore debeant tonsurari qui cõuertuntur ad religionẽ. & respondetur quod post biẽniũ, vt probatur seq. cap.

MOnasterijs.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Greg. ꝙ si aliquis vult monachus fieri, quòd nõ debet nisi post biennium tonsurari, vt hoc tẽpore discutiatur vtrum bonus sit, an malus. Nã cum graue sit inexpertos hominum obsequiis sociari: multo grauius est improbos ad Dei seruitium applicare. In secunda parte pręcipitur vt nullus sine licentia sua suscipiat militẽ ad monachatũ. Secunda pars incipit ibi, [Miles vero.]

c ¶ Biennium.] Dic vt sup. 17. q. 2 Gõsaldus, & c. si qnis incognitus.

d ¶ Aut non sit] Simile 61. d. miramur. in fine, ff nauta, cau. sta. l. vl. § hoc autẽ.

e ¶ Miles.] Forte loquitur de militibus Apuliæ, quæ tota est patrimonium beati Petri, ut 94. dist. ualde. & 10. q. 3. relatum. Vel de illis, qui facti fuerant irregulares: sic 53. d. legem. Io.

Apulia est patrimoniũ beati Petri.

ficium. ff de contrah. emp. æde sacra Io.

QVoniam à quibusdam.] CASVS. Quidam praui homines per violentiam inuaserunt episcopia

QVAERITVR. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæ-

quæritur, si monachus possit condere testamentum, & dicit quòd non, si iam professus est: heremita tamen potest, & sic intelligas sequentia. Io. de Fan.

CASVS. Adhuc mouet Gra. quandam incidentem quæstionem, vtrum liceat monachis condere testamentum? Primò probat quòd nō, postea probat contrarium. & soluit. infra eo econtra.

let ad ea quæ notaui. 16. q. 1. qui viuere.

SI qua mulier.] CASVS. Lex ista diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd si aliqua mulier sine liberis monasterium intrauerit, omnes res eius statim in ipso ingressu competunt monasterio. In secunda parte

licentia testandi. Hoc Gregorius prohibet ita scribens Ianuario Caralitano episcopo, lib. 1. ind. 2. epist. 7.

¶ Post monasterij ingressum nulli relinquitur licentia testandi. C. VII.

QVia ingredientibus monasterium conuertendi [a] gratia vlterius nulla sit testandi [b] licentia, sed res eorum eiusdem [c] monasterij iuris fiant; aperta legis definitione decretum est [d].

Ext. de test. c. quia Ans. l. 7. c. 182.

Item Gregor. Papa Cypriano diacono, lib. 3. epist. 6.

¶ Post monasterij ingressum eidem monasterio omnia sunt conferenda. C. VIII.

PErlatum est ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem [e] Agnelli episcopi fuisse conuersam, resque suas omnes [f], quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen easdem monasterio, quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse.

Econtra Paulus primus heremita [g] *in testamēto α colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit: tunicā vero B. Antonio. Sed aliud est de his, qui in monasteriū ingressi se & sua tradiderunt: aliud de his, qui solitariam vitam ducentes se nulli ecclesiæ tradiderunt β. Illi semel traditi a nulli tradere possunt: isti nulli oblata libere testari possunt.*

α ¶ In testamento.] *Longe aliter B. Hieronymus in vita Pauli. Scribit enim beatum Antoniū pallio, quod ei donauerat Athanasius Pauli corpus inuoluisse, & addit,* ne quid plus hæres ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi vendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexerat.

β ¶ Tradiderunt.] *Sic est emendatum ex plerisq; manuscriptis. Antea legebatur,* tradere possunt.

Item in authenticis, constitutione 9.

C. IX.

SI qua mulier, aut vir monasticam elegerit vitam, & intrauerit monasterium, liberis non extantibus [h], monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus.

Cod. de sacrosanct. ecc. auth. si qua mulier. Apud Iulianū. antecel. nouel. 123. c. 56.

Coll. 9. tit. §. si qua.

Qvia ingredientibus.] CASVS. Ianuarius Carolitanus epsque fuit à Greg. vtrum monacho liceat condere testamētum de rebus, quas monasterio dedit? Et respondet quòd non.

Religio intratur dupliciter.

a ¶ Conuertēdi] Dupliciter n. pōt aliqs intrare religionem. Potest enim intrare vel causa probandi, vel causa conuertendi, & protestari debet qualiter intret, vt extra de reg. consulti sumus. & ca. postulasti.

Filius familiâs testari non potest.

b ¶ Testandi.] Qui enim in potestate alterius est, nō pōt testari. insti. quib. non est pmissum fa. test. in princ. donare tamen pōt mortis causa de cōsensu patris. ff. de don. filiusfamiliâs & etiam inter viuos, ff. eo. si cum filius. clericus tamen in potestate constitutus potest testari. C. de epis. & cler. auth. presbyteros.

c ¶ Eiusdem] Cum non habeat filios, vt inf. ca. si qua.

d ¶ Decretum est.] C. de ep. & cle. auth. ingressi.

PErlatū.] CASVS. Mulier quædam nomine Petronilla exhortatione Agnelli episcopi facta est monialis: & licet in ipso ingressu omnes res suæ monasterio competerent, ea tamen speciali titulo donationis monasterio contulit. quam monasterio Gregor. habuit ratam.

e ¶ Per exhortationem.] Non tamen illectam, vt 13. q. 3. constituit.

f ¶ Omnes.] Distinguitur tamen an sana, an infirma det, vt ext. de sepul. de his.

ECONTRA. CASVS. Nunc probat Grat. contrarium, quòd monacho licet condere testamentum: quod probat exemplo Pauli heremitæ, qui colobium .i. damaticam, & tunicam in testamento reliquit: postea soluit dicens quòd licet Paulus fuerit heremita, non tū monachus: ideo potuit condere testamentum.

Hæremitæ hn̄t ꝓpriū.

g ¶ Heremitæ.] Heremitæ ergo habent propria: quod valet

parte dicitur, quòd si liberos habet, & monasterium ingrediatur, liceat ei postea res suas inter liberos diuidere, legitima nulli diminuta, & quòd eis non dederit, totum penes monasterium remanebit. In tertia parte dicitur, quòd si omnes res suas voluerit inter filios diuidere, tantū remaneat pro monasterio, quantum dederit cuilibet filiorum. In quarta dicitur, quòd si moriatur post ingressum antequam inter filios diuidat, filij habebunt tantum legitimam, reliqua substantia ad monasterium pertinente. Secunda pars incipit ibi, [Sed si persona.] Tertia ibi, [Sed si omnem.] Quarta ibi, [Sed si post.]

h ¶ Non extantibus.] Sed quid si habet ascendentes? idem videtur: quia æque succedunt ascendentes, licet

eet ordine turbato.ff.de inof. test.nam & si & quia ascē dentem non potest quis exheredare, nisi commiserit causam ingratitudinis, vt auth. vt cum. de app. cog. coll.8.§.2.ad idem C.de ap. & cle.authen. presbyteros. in fi.sed aliud est hic ratione monachatus, & fauore religio-

illo viuente? Videtur ꝙ non: tum ideo quia morte extinguitur vsufructus: tum quia vsufructus alij concedi non potest: nisi diceres quod ius vtendi remanet apud istum,& utilitas apud monasteriū.Sed contra;si aliquod esset ius penes eum, in ipso ingressu esset factum monasterij. Dico ergo vsumfructum nō remanere apud illū. Alij contradicūt.ar. C.de vsufru.l vlt.

† al. legitima portione nulli.

Const. 16.

Cod.de epis.& cler. auth.nunc autem.

¶ Sed si persona liberos habens,antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret: liceat ei postea inter eos diuidere [a] legitima † non diminuta; [b] & quod eis non dedit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit; sua persona filiis connumerata partem sibi retineat,quæ monasterio competere [c] debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequàm inter eos diuidat. filii legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authenticis de mona. constit.5. in collatio.1.* ¶ Nunc autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus non sit:& exinde iudicio eius cessante [d]; lege disponitur,vt si liberos habeat,in quos aut nihil,aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit; eatenus substantiæ monasterio destinatæ detrahatur:ne quid contingat circa liberos iniquum.

a ¶ Diuidere.] Sed qualiter testatur vel disponit ista ꝑsona. de rebus alienis,contra illud institu quibus non est permis. fa. test.in prin. Sed dic quod hoc ex quadam benignitate ꝑmittitur a iure,ne ecclesia videat aliquē velle circumuenire ꝑꝑ res suas præterea video quod quandoque aliquis disponit de rebus alienis, vt mater, quę trāsit ad secundas nuptias, testari pōt de reb prio rum filiorum, & disponere inter ipsos, vt C.de secūdis nup. fœminæ.§.vlt.

b ¶ Legitima nō diminuta.]Id est,Tertia vel medietate secundum numerum filiorū C. de.inof.testa. authen. nouissima.

c ¶ Competente.]Ne sit onerosus monasterio,16 quęst.6.de lapsis.

Item ex nouella.123.

Ibidē apud Iulianū antecess.c.59. & 60.

C. X.

NOn liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamuis dum laici fuerant,in causam ingratitudinis [a] inciderint. ¶ Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes abstrahere de monasterijs.

¶ *Hoc caput expresse habetur apud Iulianum antecessorem, nouella 123.c.59.In quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epitomen videre minime potuerant.*

NVNC AVTEM. CASVS. Dicit ꝙ eo ipso quōd aliquis efficitur monachus,res suas monasterio confert,si ipse non facit testamentum prius:& ideo cessante postea iudicio eius testamentario, si filijs nihil vel minus legitima contulerit, legitimam eis per leges supplebitur ne quid circa eos contingat iniquam.

d ¶ Cessante.]Id est, si cessauerit iudicium: quia morte præuentus est: & sic non obstat supra ead.l ꝑxi.quidam tamen intellexerunt, quod hic dicitur, cum vere factus esset monachus: proximam legem intelligunt, cum adhuc est in probatione.Ioan.

NOn liceat.]CASVS.Hęc constitutio nouellæ diuiditur in duas partes.In prima dicitur,ꝙ parentes non possunt exhæredare filios ingratos, si post ingratitudinem monachi fiant.Idem iuris est de filiis contra parentes. In secunda parte dicebat, quod parentes non debent filios reuocare ad monasterium transeuntes,Secunda pars,est ibi[Item non liceat.]

a ¶ Ingratitudinis,]Ecce quod ingratitudo aboletur per ingressum monasterii; similiter irregularitas, ut 56.dis. cap.1. cum enim aliàs monachus sit perfectus, non requiritur in eo omnimoda regularitas, vt 16.q. 1.legi monachatus enim omnem maculam abstergit. in authen. de mona. in princ.colla.1.argumen. tamen est, quōd non tollatur irregularitas.55. dist priscis.1.q. 7.c.2.lo.2.

Irregularitas tollitur per monachatum.

2 Dic de hoc vt plene no. extra de apo cap. 1. in glo. ex ho videtur. ꝙ fuit gl. L.

Testamentum vtrum per ingressum monasterij rumpatur.

ligionis.Item adhuc huic obstat.in auth.vt nul.iud.col. 9.§ pe.vbi pater habet tertiam partem bonorum filiæ, quæ detruditur in monasterium: sed hoc ideo est, quia ibi illo inuito fuit monacha.Sed quid si primo facit testamentum? Videtur quōd per ingressum monasterij rumpitur quasi per posthumi agnationem,ecclesia enim comparatur posthumo, vt extra de probat.in præsentia.in auth. de san epis. §. sed & hoc pręsenti addimus sanctioni ff.de iniust rup test.filio.Item per capitis diminutionem rumpitur testamentū.insti.quot mo.rumpitur testa.§.2.Item iste diminuitur capite: quia transit in alterius potestatem 1.econtra videtur ꝙ teneat testamentum: quia pro mortuo habetur: sed in morte confirmatur testamentum. Item legatum non perit per capitis diminutionem,vt fi. de capi.dimi.legatum. Ad hoc dico quod rumpitur testamentum nisi prius aliquid reliquerit monasterio. si ergo instituerit monasterium ante ingressum monasterij in vno denario, postea non rumpitur. testamentum.H.tamen & Io.contrarium dicunt. Sed nunquid monasterium ipso ingressu adeptum est possessionem rerum illius? Videtur qđ sic:quemadmodum adoptans adipiscitur possessionem adoptati ff.de preca si adoptauero.quod concedo. Sed quid si ingrediens monasterium habuit vsumfructum bonorum: nunquid monasterium potest vti fructib.

1 De hoc no.su.e quæstio. statuimus. & habetur institu.de capitis dimi.

Vsusfructus an tollatur per ingressum religionis, vel acquiratur monasterio.



Vo pueritiæ.] CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de adultis monachis factis nunc vero supponit causam vigesimam Grat. vbi tractatur de impuberibus, de quibus, vt melius pateat quid iuris sit, proponit thema, de quo quatuor elicit quæstiones.



Vod intra annos.] Hæc q̄stio diuidit in 5. partes. In prima probat superficialiter p quinq; c. ꝙ si puer à patre traditur monasterio, cogitur ibi sēper esse. quod tamen nō est verum, nisi vsque ad ætatem legitimā. Secunda ibi, [Ex his auctoritatibus] Tertia ibi, [Velamē.] Quarta ibi, Tēpus quoque.] Quinta ibi, [Quamuis.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæstio. in qua quæritur vtrum pueri traditi monasterijs à parentibus ab annis pueritiæ, cogantur in monasterijs permanere. Et certū est quod vsque ad annos pubertatis in monasterijs permanere coguntur: sed cum peruenerint ad ætatem legitimam, si ibi permanere noluerint, recedere possunt vt infra ead. q. illud ad instar sponsalium, vbi maior tenetur expectare minorem vsq; ad legitimam ætatē, vt extra de despō. impube. de illis. Hug. tñ dicit, ꝙ si sint doli capaces compelluntur ibi morari, si non contradicunt. Aliis vero contra. & procedit hoc ordine Gratianus. primo probat, ꝙ in arbitrio puerorum est recedere vel stare, cum ad annos pubertatis peruenerint. postea probat contra. sed tu stabis illi capitulo, illud.

Monasteriū ingressus an re perfectam ætatem an possit postea exire.

a ¶ Quod intra annos.] Aut est adultus, qui intrat monasterium: aut impubes. Si adultus est, & spontè intrat exire non poterit, vt inf. ea. q. 1. puellæ, & q. 2. c. 1. & 2 si inuitus intrat, exire potest, vt infra. ea. q. 1. sicut. nisi propter aliquam culpam inuitus intret, vt 50. dist. si ille. & 21. q. 2. placuit. Si impubes intrat, aut si ab alio ponitur in monasterio, aut per se intrat. si ab alio ponitur in monasterio, & ipse non consentit, potest egredi quando voluerit, vt inf. ea. q. puellæ & q. 3. p̄sens. si vero consentit cū ab alio ponitur in monasterio, tenet: licet consensus ille qui fit ante annos discretionis non teneat: inde tñ exire non potest priusquam veniat ad legitimam ætatem 1. ad instar carnalis matrimonij, vt extra de despon. impu de illis & infra ead. q. illud. sed q̄ cito peruenerit ad perfectam ætatem, potest egredi, vt infra ea. q. 3. p̄ns. & extra de reg. cum simus. licet quidā dixerint ꝙ in impubere sufficiat sola parentis oblatio, ad hoc vt monachus sit. arg. eius quod est extra de reg. c. significatum. & inf. e. c. 1. & 2. Sed contra eos est expresse ext. de reg. cum virum. & c. cum simus. Si vero impubes propria auctoritate intrat, potest extrahi à patre vel tutore, vt inf. ea. q. 2. puella Hoc tñ scias, ꝙ fm Hug si doli capax est ingressus monasterium siue per se, siue per voluntatem patris, dummodo non fuerit coactus amodo non potest exire, licet nō peruenerit ad annos pubertatis: q a cum doli capaces se possint obligare diabolo, vt extra de delic. pu. c. pueris. multo fortius Deo. Item cum in matrimonio carnali malitia suppleat ætatem, vt extra de despon. impub. de illis. ergo & in spirituali Gregor. refert in dialogo de quodam puero nouenni, qui nutricem suam grauidauit. Alij dicunt ꝙ nemo obligatur voto ante legitimam ætatem: nec est simile de matrimonio carnali: quia ibi obligatur tantum homini: & illud vinculum dissoluitur saltem morte: sed vinculum spirituale morte dissoluitur arg 32. q 7. licitam sed hodie præualet opinio Hug. vt extra de reg. postulasti. Io. sed certè particula, quæ hoc dicebat, est subtracta. B.

1 De hoc inf. ea. q. c. illud & ff. deposi. l. si quis in rem.

Puer nouennis nutricē grauidauit. Veto nemo obligatur ante legitimā ætatem.

CAVSA XX.



Vo pueritiæ annos agentes à parentibus monasterio traditi sunt: vnus inuitus, alter sponstaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, inuitus ad secularem militiam redijt, spōtaneus monasterium districtius petit.

1 *Nunc primum queritur, si in pueritia annis traditi cogantur religionis propositum tenere.*

2 *Secundo si præter uoluntatem parentum tonsuram, uel religionis vestem quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi, an non.*

3 *Tertio, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.*

4 *Quarto, si ab vno monasterio in aliud districtius liceat alicui transire.*

QVAESTIO PRIMA.



Vòd intra annos [a] pueritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeant arbitriū manendi, vel discedendi, probatur auctoritate nonæ synodi.

a ¶ Nonæ.] *In nouellis vetustis, exemplaribus est, Octauæ. Verū in octaua ab Hadriano II. habita non habetur, sed in libro B. Basilij de institutis monachorū, Ruffino ĩterprete, c. 8. Similia ēt sunt apud eundem B. Basilium in regulis fusius disputatis, c. 15.*

¶ Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit. C. I.

Firma aūt tunc erit professio virginitatis, ex quo adul-

Firma autem.] CASVS. Dicitur h'c, quod professio virginitatis tunc erit firma, cum ætas cœperit esse adulta, id est, cum perfecta erit ætas nuptiis deputata: [Et,] pro idest,

a ¶ Cœpe-

ta iam ætas esse cœperit; [a] & ea quæ solet apta nuptijs deputari, ac perfecta. α

α ¶Ac perfecta.] *Hæc non sunt in eo B. Basilij loco.*

Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, cum ætas cœperit esse adulta, & religionis professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam ætatem peruentum fuerit. Sed hic de illa professione agitur, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Cæterum, quæ à parentibus Deo offertur professio, inuiolatam seruari oportet.

Unde Gregorius scribit ad Augustinum Anglorum episcopum.

¶ *Sic etiam citat Iuo. Extra in epistola quarta Gregorij tertij ad Bonifacium legatum Germaniæ: & simile habetur in concilio Vuormaciensi, c. 22.*

¶ Non licet de monasterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari.

C. II.

Iuo p. 7. c. 15.

ADdidistis [b] adhuc, quòd si pater, vel mater [c] filium, filiamve intra septa monasterij in infantiæ [d] annis sub regulari tradiderint disciplina, vtrum liceat eis postquam pubertatis † annos impleuerint, egredi, & matrimonio copulari: Hoc omnino deuitamus: [f] quia nefas est, vt oblatis à parentibus Deo filijs voluptatis † fręna laxentur.

† al. ad pubertatis

† al. voluntatis

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

¶ Aut propria professio, aut paterna deuotio monachum facit. C. III.

Poly. l. 4. tit. 34. Ansel. l. 8. c. 189. & l. 8. c. 6. Burch. l. 8. c. 6. Iuo p. 7. c. 30.

MOnachum aut paterna deuotio, [g] aut propria professio [h] facit. Quidquid horum fuerit, alligatum β tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad sęculum interdicimus regressus.

β ¶Alligatum.] *In duobus Vaticanis conciliorum codicibus, & Lucensi regio legitur*, allegatum.

Item Isidorus.

¶ In monasterio perpetuo maneant, qui à parentibus traditi sunt. C. IIII.

QVicunque à parentibus proprijs in monasterio fuerit delegatus, nouerit se ibi perpetuo permāsurum. Nam Anna Samuelem puerum natum & ablactatum [i] Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio templi,

a ¶ Cœperit.] Non intelligas cum cęperit attingere xiiij. ann. masculus, vel fœmina xij. annum: sed cum iam est in fine xiiij. annorum, vel xij.

SI VIRGINITATIS. CASVS. Dicit hîc Grat. ꝙ c. firma, intelligitur de illa professione, quæ proprio fit arbitrio à puero, vel puella sine patris vel matris auctoritate: quæ cum peruenerit ad pubertatem, exire valet: secus si à parente offeratur monasterio: quia tunc exire non valet. & ad hoc inducit sequentia capitula.

ADdidistis.] CASVS. Quæsitum fuit à Gregorio, vtrum possint exire de monasterio & matrimonio copulari pueri cū ad pubertatis annos peruenerint; qui à parentib. in infantię annis monasterio tradunt? Et rñdet, ꝙ non: quia nefas est vt voluntatis fręna relaxentur filijs, qui Deo à parentibus offeruntur. Sequens c. patet.

b ¶ Addidistis.] Hæc tria cap. 1 intelligas de illis, qui post adultā ætatem consensum accōmodauerint: sed H. intelligit de doli capacibus.

1 Scilicet istud cap. & duo sequen. Idē repetit gl. vlt. eodē cap. & bene: & sic in effectu hęc cap. corrigūtur.

c ¶ Mater.] Vr̃ ergo ꝙ mater possit tradere filium suū religioni, vt ĩ. eo. quicūq;. quod non vr̃ cū non habeat ipsum in potestate, vt Institut. de adop. § fœminę. legas ergo vel, pro &.

Mater non pōt filiū religioni tradere.

d ¶ Infantiæ.] Id est, pueritiæ.

e ¶ Pubertatis.] Supra 28. distinc. de his contra. sed loquitur de sæcularibus.

f ¶ Deuitamus.] Ex his cap. sumunt quidam schisma erroris sui: & dicunt sufficere solā oblationem patris ad hoc vt quis monachus fiat, vt extra de reg. significatum, & c. ad hęc. sed eis obuiat ĩ. c. illud, & ext. eod cū simus. sed intelligas ista c. quādo in adulta ætate cōsenserunt: & sic interpretatur c. Cęlestinus, extra eo. cum virum.

MOnachum.] g ¶ Deuotio.] Et filij spōtanea professio supple.

h ¶ Professio.] Per se.

QVicunque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ quicunque fuerit à parentibus monasterio deputatus, perpetuò debet ibi morari: & hoc probatur exēplo Samuelis, qui oblatus ab Anna, cū iam esset ablactatus à matre, in seruitio Dei permansit. Sequens cap. planum est: & intelligitur hoc cap. de illis, qui post legitimam ætatem consenserunt, vel qui tēpore oblationis erāt doli capaces.

i ¶ Ablactatum.] Id est, sola oblatio non suffecisset, nisi ipse posteà ratum habuisset. Sed quare in baptismo cogitur seruare factum parentum, & non in voto? Responde, quia ibi recipit sacramentum: vnde illud cogitur seruare, vt 45. distin. de Iudæis. Item quia in baptismo potest puer per alium obligari, vt de consecr. dist. 4. baptismi vicem.

Obligāt parētes in baptismo, sed nō in voto.

Quem

quo à matre fuerat deputatus, permanſit; & vbi conſtitutus eſt, deſeruiuit.

¶ *Hoc non eſt inuentum in libris B. Iſidori: Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti c. 59. hoc idem ex ipſo Iſidoro refert.*

Item ex regeſto Gregorij, lib. primo, epiſt. 48. ad Anthemium.

¶ De eodem. C. V.

QVia autem dura eſt in inſulis congregatio monachorum; etiam pueros in eiſdem monaſterijs ante xviij. annorum tempora ſuſcipi prohibemus: vel ſi qui nunc ſunt tua eos prouidentia auferat, & in vrbem Romanam tranſmittat. Hoc & in Palmaria, alijsque inſulis te per omnia volumus cuſtodire. Extra de regu. c. 1.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Qui à progenitoribus monaſterio traditus eſt, de eo egredi non licet. VI.

QVem progenitores ad monaſterium tradiderunt, & in eccleſia cœpit [a] canere, & legere; vxorem ducere, nec monaſterium deſerere poterit: ſed ſi diſceſſerit, reducatur; ſi tonſuram dimiſerit, rurſus tondeatur: vxorem ſi vſurpauerit, dimittere compellatur. Burch. l. 8. c. 97. Iuo p. 7. c. 115.

[*Item ex pœnitentiali Theodori.*]

PALEA. C. VII.

INfans pro infante poteſt dari in monaſterio: quamuis alter vocatus † ſit. Tamen melius eſt votum ſoluere. Similiter & pecora æquali pretio (ſi neceſſe eſt) ſunt redimenda. † *forte*] vetus.

2 *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna profeſſio pueros tenet obligatos, nec licebit eis à propoſito diſcedere, quod paterna deuotione in puerilibus annis ſuſceperunt.*

Sed obijcitur illud Leonis Papæ, epiſt. 90. ad Ruſticum epiſcopum, c. 13. & 14.

¶ Non licet puellis nuptias eligere, quę ſpontanea voluntate virginitatis ſuſceperunt propoſitum.

C. VIII.

PVellæ, [b] quę non coactę parentum imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum, atq; habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, pręuaricantur, & ſi conſecratio non acceſſit, cuius vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent. Ambigi verò non poteſt crimen magnum admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nam ſi humana pacta non poſſunt impunè calcari, [c] quid eos † manebit, qui corruperint fœdera diuini ſacramenti? Burch. l. 8. c. 2. Iuo p. 7. c. 20. Poly. l. 4. tit. 35. † *al. de eis*

Cum ergo in principio huius capituli dicatur: [Puellæ, quæ non coactæ imperio parentum,] datur intelligi, quòd ſi coactæ habitum virginitatis ſumpſerint ſine præuaricatione ipſum deſerere poſſunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (vt in ſequentibus demonſtratur) poſt duodecimum annum eſt liberum arbitrium, nec in electione propoſiti cogitur ſequi parentum imperium.

Sic & illud intelligendum eſt, quod eſt ſtatutum in Synodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32.

a QVem progenitores.] ¶ Cœpit.] Arg. quod præiudicatur alicui per factum ſicut per dictũ: & quod nõ refert an factis vel dictis declaret quis voluntatẽ ſuã, vt ext. de appel dilecti & 22. q. 5. cauete. ſic extra de reg. vidua & 27. diſt. quod interrogaſti. 1

1 Vide quod leg. & not. 27 q. 1. c. 1. & cap. vidua ibi videas.

EX HIS. Hæc eſt ſecunda pars quõ in qua probat magiſter, quòd non cõpellitur puer remanere niſi velit in ætate legitima: & hoc probat per tria cap. Io. de Fant. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quod pueri ex oblatione paterna intantum ſunt obligati quod è monaſterio recedere non poſſunt. Sed huic concluſioni obijcit poſtea Gratia. per ſequens cap.

PVella.] CASVS. Puellæ quædam nõ coactę ab eorum parentibus, ſed ſpontè habitũ monachalem ſuſceperũt: poſtea matrimoniũ cõtraxerunt. Quęſitum fuit à Leone Papa, vtrũ contra profeſſionem ſuã poſſint venire. & reſpondet quod non, etiam ſi nondum velum cõſecrationis ſuſceperint Et hoc probat exemplo contrahentium, qui contra ſua pacta impunè venire nõ permittuntur.

b ¶ Puellæ] Adultę. Sed ſecũdum H. doli capaces. Cœleſtinus tamen videtur intelligere hoc cap de adultis, extra de reg. cum virum.

c ¶ Calcari.] Si 26. q. 1. cap 2.

CVM ERGO IN PRINCIPIO. CASVS. Concludit hoc Gratianus ex ſupradicto cap. à cõtrario ſenſu, quod ſi à parentibus coactę fuerunt habitum recipere, ipſum deſerere poſsũt. Poſtea ſoluit dicens, quod cap. illud, puellæ, loquitur de puella nubili, quæ poſt xij. annum a patre cogi non poteſt monaſte-

nasterium ingredi, & si coacta fuerit, habitum seruare non cog tur, & ad hoc inducit seq. c. sed si esset innubilis secus esset. sed hæc est all egatio.

Sicut qui] CASVS. Statuit Eugenius in hoc c, ꝙ sicut illi, qui sponte ingrediuntur monasterium recedere non

aliquis cogeretur manere cum ea, qui nunquam dilibera uit. nam etiam in illicitis datur aliter dilatio mensis, vt 1. q. 1. constat decretalis tamē videtur eis dare triduum, vt extra ead. ad nostram. Vel saltem communes induciæ deberent eis dari ad loquendū cū amicis, & cōponendas sarcinulas, vt ff. ex qui cau. ma. abhostibus. § vl. Ecōtra videtur, ꝙ nihil temporis habebit nā canon comparat cōtractū quo qu s obligat homini, obligationi diuinę, vt 27. q. 1. c 2 sed in cōtractu humano non licet etiam incontinenti resilire, vt C. de transact. qua muis. ergo. nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ si ante xiv. annos fecit professionem, statim cum per vnum diem fuerit post annos xiv. in monasterio, est ei factum prę iudicium: secus si nō fecit: per id quod est extra de regu. ad nostram. Melius 2 credo esse dicendum, ꝙ si añ annos pubertatis habuit discretionem tantam, vel per se, vel per alios sciuisset, ꝙ statim esset obligatus, vt tunc statim post annos xiv. sit obligatus, si non contradicat: Sed si nec per se, nec alios potuit scire aliquid de obligatione ista, tunc in xv. anno sit inquirendum ab ipso an velit stare, an non. ab aliis. n. non

2 Quidquid hic dicatur: hodie teneas vt dr̄ ex l. b. 6 de reg. iu. is qui. c non solum c. con stitutionem, & de hoc in no. not at satis, ext. eod. tit. cap. 1.

¶Extra voluntatem propriam retrusi in monasterijs non teneantur. C. IX.

Sicut, qui monasteria elegerunt, a monasterijs egredi non permittuntur: ita hi, qui inuiti sine iustæ offensionis [a] causa sunt intromissi, nisi volentes, non teneantur: quia quod non petunt, non obseruant. Ideoq; tales considerandi sunt magis † peccata committere, quam plangere, sicut in decreto sanctissimi Leonis Papæ manifestissime continetur.

† al. maxime.

[*Vnde Marcellus Papa.*

PALEA. C. X.

Illud autem statuendum esse censemus, vt si in minori ætate filij monasterio oblati fuerint, & † sacram tonsuram, vel velamina susceperint: dignum quidem duximus, vt xv. [b] anno a prælatis moniti † inquirantur, vtrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si vero permanere professi fuerint, vlterius pęnitendi locū minime amplecti possunt. Sin autem ad sæcularem habitum reuerti voluerint; redeundi licentia nullo modo denegetur; quia satis inutile est, vt coacta seruitia Domino præstentur.

† al. vel.

† al. moniti verbis

¶ Notatur nomine paleæ etiam ab auctore glossæ: sed extat fere in omnibus vetustis, & sine paleæ nomine.

3 *Velamen [c] autem non licet imponere virginibus, nisi certis diebus.*

Vnde Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c. 14. & 15.

non possunt ita hi qui sunt inuiti missi sine iustæ offensionis causa permittuntur abire, quia timendum esset, vt tales magis peccata committerent quàm plangerent, sicut probatur per decretum Leonis, [Maxime,] idest, magis.

a ¶Offensionis.] Propter delictum enim cogitur quis intrare monasterium, vt 16. q. 6 de lapsis 50. d. ii ille, & 81. d. dictum, & c. si quis clericus, & 13. q. 2 admonere. Et si certum tempus ei non præfigitur, nunquid perpetuo ibi manebit? Videtur ꝙ sic, vt 81. d. si quis clericus, & seruus, qui sine præfinitione temporis in vinculis ponitur, perpetuo ibi esse videtur, vt C de pœ. seruus Arg. contra 2. q. 1. in primis. 1

Monasteriū cogitur quis intrare pp delictum.

1 Dic vt no. sup. 81. d edictum, & vide quod no. extr. de cōst. ex literis. 50 d. c. 1. Arch. Professio facta ante 14. annos, an statim post obliget.

Illud autem.] CASVS Hoc c. palea est: sed tamen melior est quolibet præmisso a G. & concordat cum illo c. firmi. Est ergo casus huius c. Statuit Martinus Papa, vt si filij intra pubertatis annos a parentibus offeruntur monasterijs, & tonsuram, vel velamen susceperunt in xv. anno, ab abbatibus, vel aliis prælatis debent inquiri vtrū velint in ipso habitu permanere, & si consenserint, vltra non erit pœnitentiæ locus: si autem negauerint, poterunt ad sæcularem vitam reddire, quia coacta seruitia Deus non diligit.

b ¶Xv.] Videtur ergo quod habeat xv. annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nam ante non potuit deliberare, cum nec ante habuit discretionem, videretur enim ecclesia circumuenire homines, si

est hoc inquirendum nisi ab illis, qui per se nō possunt hoc scire: nec ab aliis hoc didicerunt. Item nūquid potest aliquis petere in integrum restitutionem, qui in xv. anno intrauit religionem, Arg ꝙ sic, extra de reg. ad nostram? Respon. non, quia non est deceptus, qui Christo se coniunxit. præterea quia in talibus censeretur maior. similiter in matrimonio. extra de restitu. spoliato. ex parte.

VELAMEN. Hæc est 3 pars quæstio. in qua quæritur quando sunt velandæ virgines. Et est dicendum quòd in xxv. ann. & hoc probat per cap. seq. Io de Fant.

CASVS. Supra in præcedenti c. facta est mentio de sacro velamine: nunc ostendit Gratianus, ꝙ sacrum velamen non est imponendum virginibus nisi certis diebus, quod probat per seq. cap.

c ¶Velamen.] Hic agitur quo tempore virgines sunt velandæ, vel consecrandæ. Est autem quadruplex velum, s. velum professionis, consecrationis, ordinationis, prælationis. 3 Velum professionis imponitur tam virgini quàm viduæ: dum tamen sit xij. annorum, vt inf. q 2. puella Velum consecrationis est quod tantum virginib. imponitur in xxv. anno. vt inf. ea. q. placuit & 77. d. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconissis in xl anno, vt inf ea. sanctimoniales. Velum prælationis est quod in xl. anno datur abbatissæ, vt inf. eod. iuuenculas. 31. q. 1. quomodo virginibus, & per hanc d. multa sedantur contraria. Ioan.

Velū est quadruplex.

3 Aliqñ inuenitur velum cōuersionis, vt inf. 27. q. 1. viduas, q̄ ibi no qd̄ sit illud velū, & quæ sit dr̄ia inter velum cōuersionis, & professionis notare vr̄ Io. in glo. ibi in fi. Arch.

De-

DEuotis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ sacrum velamen nō debet virginibus imponi, nisi in die Epiphaniorum, vel in albis Paschalibus, & in natalibus Apostolorum, vel nisi essent in articulo mortis: sicut de baptismo contingit: ne sine hoc munere recedant a sæculo. In secunda parte dr̄, ꝙ episcopi viduas velare non debent. Secūda pars est ibi, [Viduas autem.] Et intelligitur hoc de velo consecrationis, quod tantum virginibus datur, vt 36. d. acutius. Quod aūt sequitur vsque ad §. quamuis, planū est, & satis patet.

Velum quibus dieb. imponi debet.

a ¶Epiphaniorum.] Honestum est quod in talibus solēnitatibus tantum imponatur: potest tamē quolibet die Dominico imponi. ext. de temporibus ordi. c. 1.

b ¶In albis.] idest, in tota septimana paschali.

c ¶Pontificum nullus] Sed ipsamet ab alteri recipiat, vt 27. q. 1. viduas quæ. Vel recipiat a sacerdote, vt inf ea. vidua. Quidam tamē ex hoc c. dicebant ꝙ nec eps, nec presbyter potest imponere velum viduæ. Nec ob. ext. qđ metus cau perlatum nam ibi non dicitur, ꝙ velum imposuit, sed, ꝙ imponere simulauit. Similiter non ob. extra, qui clerici, vel vouen. consuluit. nā intelligunt illud de velo, idest, de veste, qđ ex hoc apparet id quod dicitur in ead. decre. ꝙ non fuerit professa, cum tamē per illud velum intelligatur quis profiteri, cum sit velum professionis. Io.

Abbatissa dēt esse sexagenaria.

d I ¶Vuenculas.] ¶Sexagenariā.] Apostolus enim dicit, Vidua non eligatur minor ꝉx. annorum. 31. q. 1. quomodo. Potest tamen hoc intelligi, ꝙ sit sexagenaria non ętate, sed perfectione continentiæ. 2. q. 7. Paulus. ideo aūt est virgo, qa aliter non posset esse hortatrix virginitatis, vt 26. dist. vna.

e SAnctimoniales] ¶Non velentur.] Velo ordinatio nis, vt sit diaconissa. non ad ordinem, sed ad quoddam ministerium Euangelicum in matutinis lectionibus nūciandi. Ioan.

f PLacuit] ¶Non salutent.] Solemniter dicendo. Dominus vobiscum. Ioan.

Virgi-

¶Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus. C. XI.

DEuotis Deo virginibus, nisi aut Epiphaniorum [a] die, aut in albis [b] Paschalibus, aut in Apostolorum natalitijs sacrum velamen minime imponatur †: nisi forsan (sicut de baptismate dictum est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur. ¶Viduas autem velare pontificum nullus [c] attentet.

Poly. l. 4. tit. 35. Ans. l. 7. c. 190. Bur. l. 8. c. 15. †*imponant*] orig. Iuo p. 7. c. 36. Pan. l. 3. c. 183.

4 *Tempus quoque consecrationis earum similiter obseruatur.*

Unde Gregorius in regesto, lib. 3. epist. 11.

¶Ante sexagesimum ætatis suæ annum virgines non consecrentur. C. XII.

IVuenculas fieri abbatissas vehementissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam [d] virginem, cuius vita † hoc, atque mores exegerint, velari permittat.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 91. † *al. ætas*] orig.

Item ex concilio Carthaginiensi 3.

¶ *Sic citatur etiam in omnibus vetustis, sed in nullo Carthaginiensi est inuentum. Idem vero nonnullis additis habetur in concilio Agathensi, c. 19.*

C. XIII.

SAnctimoniales ante annum quadragesimum, non velentur [e].

Item ex concilio Carthaginiensi 3. c. 4.

¶ *Antea citabatur ex concilio Africano 4. sed supra dist. 77. c. placuit: citatur ex Carthaginiensi 3. vbi habetur.*

¶Ante vigesimumquintum annum virgines non consecrentur. C. XIIII.

PLacuit, vt ante xxv. annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent [f].

Poly. l. 2. tit. 27. Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 31. Pann. l. 3. c. 30. Cap l. 1. c. 46.

Item Pius Papa.

C. XV.

VIrgines non velentur ante xxv. annos: nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis: & non sunt consecrandæ † nisi in Epiphania, & sabbato [α] Paschæ, & in Apostolorum natalitijs: nisi causa mortis vrgente.

Poly. l. 4. tit. 35. Burc. l. 8. c. 18. Iuo p. 3. c. 39. Pann. l. 3 c. 190. † *al. offerenda.*

¶ *Caput hoc inter decreta Pij non est inuentum, & abest a tribus vetustis Gratiani exemplaribus. De causis vero, ob quas ante xxv. annos possint virgines velari, agitur in concilio Mileuitano, cap. 26. & Africano, cap. 93. ex quo Africano refertur capit. l. 1. c. 46.*

α ¶Sabbato.] *In vno vetusto legitur,* in albis, *& apud cæteros collectores,* in albis Paschalibus.

5 *Quamuis autem viduæ velari prohibeātur; viduita-*

VIrgines non.] QVAMVIS. ¶Hæc est quinta pars quæstionis, in qua dicitur, ꝙ vidua licet velari non de-

debeat, tamen debet habere quandam vestem religiosam, & hoc probat per c.seq. Io.de Fant.

CASVS. Supra in c.deuotis, prohibetur epo velare viduas. Nunc vero ostendit Grat. ꝙ professio est facienda ab eis in scriptis: & ꝙ vestis religionis est eis tradenda a sa-

filiam si est minor xij. annis: aliàs non. Secunda ibi, [Velamen] Tertia ibi, [Hac auctoritate.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur secunda quæstio, qua quęritur si puer vel puella præter voluntatem parentum monasticum habitum induerit, an possit à parentibus reuocari vel tutore. Et respondetur, quando puer vel puella habitu suscipit: si pater vel tutor est pſens, & non contradicit, consentire videtur, vt 54 dist. si seruus. si aũt contradicit, vel absens est vsque ad annũ & diem poterit reuocare: nisi velit ratũ habere quod factũ est, & currit hoc tempus à tempore scientiæ, vt infra ead. capit. I. Istud tamen tempus includitur intra ætatem xij. vel xiiij. annorũ: nec peccat pater reuocando filiũ, vel tutor pupillum: nec filius vel pupillus peccat obediendo patri vel tutori: quia hoc faciunt auctoritate canonis.

f ¶ De his.] Hic q̃ritur si pater vel tutor possit reuocare filium, qui ingressus est religionem. Dic ergo: aut pater est præsens, aut absens. Si pręsens postea nõ potest contradicere. argum. 54 distinct. si seruus. Si est absens ad annum & diem, eum reuocare potest, ĩ.ead.c.2. ita tamen vt iste annus includatur intra legitimam ætatem xij. vel xiiij. annorum. nec peccat pater prouocando filium, nec filius peccat obediendo magis patri quàm Deo: quia hoc facit auctoritate canonis.

Filium religionem ingressum, an possit pater reuocare.

tis tamen professio in scriptis ab eis est facienda. Vestis quoque professioni conueniens est eis tradenda, qua vbique vtantur.

Vnde in concilio Toletano 10.c.4.

¶ Professionem viduitatis faciant & habitum sumant religionis, quæ castitatem seruare proponunt. C. XVI.

VIdua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit; sacerdoti, vel ministro, [a] ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis [b] professionem faciat à se aut signo, [c] aut subscriptione [d] notatam, continentem se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolatè seruare. Tunc accepta à sacerdote, vel ministro apta religionis professioni † veste, [e] seu in lectulo quiescens, siue in quocunque loco consistens constanter † ea vtatur; nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta.

† *al. vsui*

† *al. incunctanter*

QVÆSTIO II.



E his [f] vero, qui præter voluntatem parentum tonsuram, vel religiosam vestem susceperint, sic definitur in 10. concilio Toletano, c. 6.

¶ Tonsura vel vestis religiosa in minori ætate suscepta, à parentibus irrita fieri potest. C. I.

Greg. iij. epist. 3. Poly. l. 4. tit. 34. Burch. l. 8 c. 1. Iuo p. 7. c 27. Pann. l 3. c. 186.

SI in qualibet minori ętate vel religioni debitã vestẽ, [g] vel religionis tõsurã [h] in vtroq; sexu filijs aut vnus, [i]

à sacerdote vel diacono: quod probat seq. cap.

Vidua.] CASVS. Aliqua vidua monasticũ habitum recipere volebat. quæsitum fuit in concilio Toletano, qualiter sit procedendum in hoc facto? Et rñdet, ꝙ si ipsa iuerit ad sacerdotem vel diaconum, vel aliquis eorũ ad eam peruenerit, professionem faciat in scriptis à se notatam signo sigillari, si literas nescit; vel subscriptione, si subscribere sciat, in qua promittat religionis propositum firmiter obseruare: & veste professionis, quam à presbytero vel diacono receperit, vbique vtatur: quæ neque diuersi coloris sit, neque suspecta.

a ¶ Vel ministro] Arg. quòd votum solenne potest fieri coram priuata persona. sed ad quid facit mulier professionem sacerdoti? Potius enim deberet facere abbatissæ. Sed hoc ideo fit, quia fœminis non licet imponere velum alicui, vt ĩ.ead.q.2. statuimus.

Votũ solẽne potest fieri corã priuata persona.

b ¶ Scriptis.] Non quòd sit necessaria scriptura, sed vt scriptura propria obuiet ei qui contrauenit, vt supra 1. q. 7. saluberrimum.

c ¶ Aut signo.] Cum nescit scribere. 1

d ¶ Aut subscriptione.] Cum scit scribere.

e ¶ Veste.] Sed velum accipiet ab altari, vt 27. quæst. 1. viduas, & c. viduæ quæ.

1 Vel dic ꝙ hoc dicit vt faciat dr̃ iã inter eã quę hẽt sigillũ, & eã quę nõ habet. Lau.



E his vero.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes: in quarum prima probatur, quod pater potest filium paruulum de monasterio extrahere si est minor xiiij. annis. &

SEd in qualibet.] CASVS Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ parentes filium vel filiam in minori ætate possunt à monasterio reuocare, nisi in duobus casibus: quorum primus est, & quando ambo parentes vel vnus eorum filium vel filiam monasterijs obtulerit. Secundus est, quando, eis nolentibus vel nescientibus habitum susceperunt: & statim cum sciuerint non reclamauerunt. vnde si tales filij postea habitum deseruerint, super hoc commoniti debent ad monasterium reuocari. In secunda parte dicitur, ꝙ parentibus non licet filios monasterijs tradere nisi vsque ad xiiij. annum, exinde si sponte intrauerint, & postea habitum dimiserint, per excommunicationem redire compellantur. Secunda pars est ibi, [Parentibus.] Et nota, ꝙ si sola mater superest, in eius potestate est quantum ad oblationem, vt dicit Hug. vt s̃.ead.§.1. quicunque. secus si vterque parens superest.

g ¶ Religioni debitam vestem.] Hoc tantum ad fœminam.

h ¶ Vel tonsuram.] Hoc quantum ad filium.

i ¶ Aut vnus.] Cum vnum tantum habet. Sed nũquid si vnus parentum obtulit, alter potest eum reuocare? Argum. ꝙ sic; quia quod omnes tangit, &c. C. de auct. præ. l. vlt. & 66. dist. c. 1. dici tamen potest, quòd si pater con-

Mater non consensit, quod mater non potest eum reuocare, nisi velis dicere, quod a que sit in potestate matris vt patris quantum ad hunc casum, vt s. ead. q. 1. c. 2.

a ¶ Forte.] Supple & filij consenserunt post adultā ętatē.

b ¶ Aut nolentibus.] Supple, aut si volentibus, &c.

c ¶ Nō mox.] id est, intra annum & diē, vt infra c proxi. Vel mox, id est, quā cito potest, 1 sic exponitur ff. ad Tert. l. 2. §. confestim Vel mox, id est, intra mensem, vt 1. q. 1. constat. Vel dic mox, id est, quā cito. sic 33. quæst. 2. mulier. C. quomodo & quando iudex, ab eo. Item aliquando vsque ad decē dies. 2. q. 6 quoties, & ca. anteriorum. Aliter mox, id est, ad duos menses ff. de re iudi. à duo. Item aliquando extenditur vsque ad triduum, vt 23. distinc. c 1 circa princ. & 79 distinc. nullus. Item quandoque ponit, pro quandocunque, vt ff si cert. pet. l. 1. 2 Nec mireris si hæc dictio, mox, quādoque ampliatur: quia hæc dictio, diu, 3 quandoque restringitur, vt 63. distinct. lectis. & 65. distinct. persona.

d ¶ Ad quartumdecimum.] Et sic soluitur patria potestas, post quartum decimum annum quantū ad religionis ingressum. Ioan.

factum narratur, quod potest accidere: & sicut pater reuocare votum filiæ, sic & iurm reuocat. 32. q. 2. mulier: decretalis tamen dat annum, vt extra de reg. si quis. Sed à quo tempore currit annus iste? Videtur, quòd à tēpore scientiæ, vt 2. q. 6. §. biduum. Vel à tempore admonitionis,

Mox varia tpa complectitur.

1 Ad excusatur de excu. tutor. scire. arg. §. sufficit. C. qui p tut. cū a maritus. Archid.

2 De ista dictione mox, adde pulchra no. per Bart. l quoniā nōnulli. C. de appel. & p eūdem Bart. in l. si quis maior. C de transa. in l. tutores, de admi. tut. & Bart. in l. Imperator. ff de iu. f. sci. & Bald. in l. directio. ff. sol. ma. & de pluribus diminutionib. vide Ale de Imo. in l 1. §. 1. ff de verbo. oblig.

3 Dictio, diu, quandoque restringitur.

aut ambo parentes dederint fortè, α [a] aut nolentibus, [b] aut nescientibus sese susceptam, non mox [c] visam in filijs abdicauerint, sed vel coram se, vel coram ecclesia, † palamque in conuentu eosdem filios talia habere permiserint; ad sæcularem reuerti habitum filijs ipsis quandoq; penitus non licebit, sed conuicti, quòd tonsuram, aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum, habitumque reuocentur, & sub strenua districtione huiusmodi obseruantiæ inseruire cogantur. ¶ Parentibus sanè filios suos religioni contradere non amplius, quàm vsque ad quartumdecimum β [d] de eorum ætatis annum licentia poterit esse: postea verò, an cum voluntate parentum, an suæ deuotionis sit solitarium votum; erit filijs licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel sęcularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse trāsgressionem; & excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhæreat.

† al. episcopo

α ¶ Dederint forte.] *In concilijs etiam manuscriptis legitur,* dederint certè aut nolentibus, &c. *In Pannormia vero,* dederint aut certè nolentibus, &c.

β ¶ Quartumdecimum.] *Sic etiam in Pannormia: in vno autem vetusto Gratiani, & conciliorum codicibus etiam manuscriptis legitur,* vsque ad decimum: *apud cæteros verò collectores,* ad duodecim.

Item ex concilio Triburiensi, c. 24.

¶ Vsque annos xij. paternæ voluntatis puella subiacebit arbitrio. C. II.

PVella si ante xij. annos ætatis sponte sua sacrum sibi velamen assumpserit; possunt statim parentes eius, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. At si annum, [f] & diem, id dissimulando consenserint: vlterius nec ipsi, nec ipsa [g] mutare hoc poterunt. ¶ Si vero † in fortiori ætate [h] adolescentula, vel adolescens seruire Deo elegerit; non est potestas parentibus prohibendi.

Burch l. 8. c. 98. Iuo p. 7. c. 116. Pann. l. 3. c. 187. concor.

† Prorsi] orig.

2 *Velamen autem nulli sanctimoniali, alteri imponere licet.*

Vnde Eutychianus Papa ait.

¶ Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur. C. III.

STatuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimonialis post hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præsumat iudicio canonico vsque ad satisfactionem subdatur.

Conc. Paris. l. 1. c. 13. & capitul. l. 11. c. 76. concor.

Burch. l. 8. c. 19. Iuo p. 7. c. 38. Pann. l. 3. c. 194.

PVellæ.] CASVS. Hoc cā diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, quod si puella intra duodecimum annum, sine parētum vel tutoris auctoritate sacrū velamē susceperit, possunt, statim parentes vel tutor eam reuocare. Si vero per annū & diem dissimulando tacuerint, vlterius nec ipsi, nec ipsa prius assumptū propositum poterit mutare. quod intelligitur de puella post duodecimū annum. In secunda parte dicitur, quòd si puer vel puella post annos pubertatis habitum susceperint, non possunt à parentibus reuocari. Secunda pars incipit ibi, [Si vero.] Sequens §. planus est cum cap.

e ¶ Puella.] Nondum doli capax, secundum H.

f ¶ At si annum.] Nisi ita longe sit monasterium, vt intra hoc tempus non possit inueniri: tunc maius spatium habebit. arg. 17. q. 2. si quis incognitus. H. tñ dicit, quod hoc nis, vt extra de concess. præben. & eccle. non vacan. quia diuersitatem. Vel nunquid erit continuum, ita quod cedat ignoranti ff. de his qui not. infam. genero? credo quod incipiat à tempore scientiæ. arg. 17. q. 2. si quis incognitus.

g ¶ Nec ipsa.] Vsque quo peruenerit ad legitimam ætatem, vt extra de despon. impub. de illis.

h ¶ In fortiori ætate.] id est, post annos pubertatis.

Annus quo pr. filiū à religione reuocare potest, quando incipit currere.

S ¶ Ttatuimus vt si.]

HAC AVCTORITATE. Hæc est 3. pars q. secundum Ioan. de Fant.
CASVS. Concludit nunc Gra. ex illo cap. si in qualibet. quod si filij a parentibus fuerint oblati, vel si præter voluntatem parentum habitum susceperint, nec statim fuerint

3 *Hac auctoritate prædicta [a], & paterna professione docetur adstringi quilibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorum proposito suscepto prohibetur teneri, nisi tonsuram, vel religiosam vestem parentes mox visam abdicauerint. Paruuli vero, dum offeruntur, non nisi sub multorum testimonio sunt suscipiendi.*

† al. octaua.

Vnde in nona † synodo legitur.

¶Infantes oblati a parentibus sub plurimorum testimonio suscipiantur. C. IIII.

OPortet infantes cum voluntate, & consensu parentum, immo ab ipsis parentibus oblatos, sub plurimorum [b] testimonio suscipi, vt omnis occasio maledicti [c] gratia excludatur hominum pessimorum α.

¶ *Est in eodem libello B. Basilij, & eodem capite in quo est c. firma. supra ead q. 1. & sequitur continenter post illud.*
α ¶Pessimorum.] *In eo libello est*, plurimorum.

QVAESTIO III.



Vod autem [d] qui inuitus propositum religionis susceperit, non sit cogendus ad inuiti propositi obseruationem, testatur Leo Papa epist. 90. al. 92. ad Rusticum episcopum, c. 12. dicens.

¶Non potest deseri propositum monachi sponte susceptum. C. I.

Poly. l. 4. tit. 34.
† al. aut.
Ansl. 7. c. 187.
Burc. l. 8. c. 8.
† al. vouit quis.
Iuo p. 7. c. 19.
Pann. l. 3. c. 182.

PRopositum monachi proprio arbitrio, & † voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim vouit † Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est: publicæ [e] pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia & si innocens militia [f], & honestum potest esse coniugium: electionem tamen meliorum † [g] deseruisse, transgressio est.

† al. meliora]
† al. melioris.

Item ex concilio Toletano 6. c. 6.

¶Qui religiosum habitum sponte susceptum deserere voluerit, ad ipsum redire cogatur. C. II.

Burc. l. 8. c. 14.
Iuo p. 7. c. 35.

PRocliuis [h] cursus est ad voluptatē, & imitatrix natura

non possunt exire monasterium, sic inuiti non debent teneri, quia non vult Deus coacta seruitia. Secunda ibi, [Cum dicitur.] Tertia ibi, [Si vero] Io. de Fant.
CASVS. Hic proponitur tertia quæstio qua quæritur, an puer, vel puella, qui, vel quæ cogitur suscipere habitum, compellatur illū obseruare? & certū est, quod non. Idem est de quolibet alio, nisi propter delictum cogatur intrare religionem, vt 81 distinct. dictum, & 50. distin. si ille.
d ¶Quòd autem.] Certum est; quod qui coactus intrat religionem, non obligatur. sup ead. q. 1. cap. sicut. dūmodo talis sit coactio, quæ cadat in constantem virū, vt extra quod met. cau. cū dilectus. nec etiam conditionalis coactio obligat aliquem, vt extra quod me. cau perlatum. quod verum est, nisi aliquis ex timore intraret religionem propter maleficiū, quod fecit. Io.

Coactio impedit obligationem.

PRopositum monachi] CASVS. Quidā monachi habitum proprio arbitrio susceptum deserētes, ad militiā, vel ad nuptias redierūt, quæsitum est a Leone quam pœnam pati debeant. Et respō. quod publicæ pœnitentiæ subijci debent, & ad monasteria reuerti, quia licet aliàs innocens sit militia, & honestum possit esse coniugiū, transgredi tamen videntur qui deserunt meliora.
e ¶Publicę] Videtur quod monachi, & monachæ pro delictis suis publicam faciant pœnitentiam, vt 27. q. 1. virginibus. Sed potest intelligi de publica, quæ fit in claustro 1 de qua agitur 30. d. si quis presbyter, & 28. d. presbyter.

Monachi an faciant publicam pœnitentiam.

1 Sub. non aūt de solemni. vt 50 di. cōfirmandū, & cap. aliorum secundum L.

fuerint reuocati, quod oblatione paterna, & proposito spōte suscepto tenentur adstricti. Postea dicit, quod paruuli sub multorum testimonio sunt offerendi ad quod inducit sequens c cuius casus patet per seq.
a ¶Prædicta.] sup ea. si in qualibet.
b OPortet] ¶Plurimorum.] Hoc ideo fit, quia quæ fiunt publice, non de facili admittunt contradictionem postea, vt 4 q. 1. licet Io. de Fant.
c ¶Maledicti.] idest, maledicendi.
Vod autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima parte probat magister per tres auctoritates, quod sicut voluntarij professi

f ¶Militia.] 23. q. 1. militare.
g ¶Meliorum.] Solus ille ergo transgreditur votum, qui deserit maius bonum propter minus, vel par. Sic 17. q. 1. qui bona, & extra de voto, & voti redemptione, per totum.

PRocliuis cursus.] CASVS. Quidam monachi, vel moniales virgines, vel viduæ habitum eorum sponte susceptum deserebant; de quo cum quæsitum esset in concilio Toletano, statuit concilium, vt inuiti per excommunicationem ad monasterium redire cogantur.
h ¶Procliuis] Quia omnis ætas ab adolescentia, & cap. 12. q. 1. c. 1.

a ¶Se-

vitiorum. Quamobrem quisquis virorum, vel mulierum habitum semel [a] induerit spontanee religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro, aut fœmina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio; in vtroque sexu præuaricator ad propositum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint; sacerdotali sententia ita a Christianorum cœtu habeantur extorres, vt nec locus α eis vllus sit communionis. Viduę quoque (sicut vniuersalis synodus iamdudum statuit) professionis, vel habitus sui desertrices superiori sententia condemnentur. in Tole.4.c.55.

α ¶Vt nec locus.] *In libro conciliorum Lucensi regio legitur*, vt nec locutio cum eis vlla sit communis. *Reliqui vero codices concordant cum Gratiano. Apud Iuonem est*, vt nec locus ei vllus sit communis.

Item ex concilio Chalcedonensi, c.7. Et in Aquisgr.c.85.

¶Semel in clero taxati, vel monasterijs deputati, ad militiam non reddeant.

Ex prisca versione. Surc. l.8.c.4. Iuo p.7.c.28.

C. III.

EOs, qui semel in clero [b] taxati fuerint, siue in monasterio deputati, decreuimus neque ad militiam [c], neque ad honores sæculares [d] venire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint †, vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei sibi proposuerunt, conuenit anathematizari. † *al. voluerint.*

2 *Cum dicitur propositum monachi proprio arbitrio, & voluntate susceptum, intelligitur, quod si propria voluntate susceptum non fuerit, obseruari non cogitur.*

Vnde Nicolaus Papa scribit omnibus episcopis in regno Ludouici.

¶Monasterialibus disciplinis nullus subijciatur inuitus. C. IIII.

PRæsens clericus nomine Lambertus vnà cum patre suo, nomine Attho, quondam videlicet comite [e], Iuo p.6.c.356.

---

a ¶Semel.] Propter hoc verbum, semel, dicit Hug. non esse decre. extra de reg. ad nostram. vbi vsq; ad triduum datur licentia exeundi: sed certe illud ideo fuit, quia adhuc erat vicinis annis pueritiæ, & quia non fuerat in probatione, & quia illectus erat. Et habes hic argum. quod sufficit aliquem semel cōsensisse, vt 8. q. 2. dilectissimi, & extra de despon. impu. de illis. extra qui matr accus. poss. insuper. ff de aqua plu. arcen. in diem.

EOs qui semel.] CASVS. Statuit cōcilium Chalcedonense, ꝙ clerici, vel monachi, qui ad militiam, vel honores sæculares redierunt, nisi redierint ad clericatū, vel monachatum anathematizentur.

b ¶In clero.] Ergo ꝗ recipit simplicē tonsuram, eam nō deserit, cum talis dicatur clericus. 21. dist. cleros, & 54. distinct. ex antiquis. Nunquid ergo clericus vxoratus feret tonsuram? Argum. quod sic 32. dist. si quid vero, extra de vita, & hone. cler. clericus. 15. q. 1. quia. nam etiam depositus eam feret, vt 11. d. dictum. quod credo verum esse, si vult vti priuilegio clericali alioquin secus est. Secus tñ vr̄. si clericus sumit viduā in vxorem. 84. d. quisquis hodie clericus vxoratus non tenetur ferre tonsurā. extra de cle. coniug. cap. 10. — Clericus cōiugatus an teneatur ferre tonsurā.

c ¶Ad malitiam.] vt 24. q. vl. quicumque.

d ¶Ad honores sęculares. [In quib. exercetur iudicium sanguinis, vt 23. q. vlt. his a quibus. Vel in quibus turpia lucra exercentur, & ꝙ ipse in propria persona vult exercere. Alias autem licitum est epis, & clericis habere sæculares principatus, dum tamen exerceant per alium causam sanguinis 1 vt 88. d. episcopus gubernationem, & 5. q 4. quia Ioan. — Clerici sæculares principatus habere possunt. — 1 Quod dic, vt extra lib. 6. ne cle. vel mona. eps.

CVM DICITVR. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat magister a contrario sensu, ꝙ si inuitus intrauit, potest exire, & hoc probat per cap. Nicolai Io. de Fant.

CASVS. Dictum est supra in c. propositum, & c. seq. ꝙ habitus sponte susceptus deseri non potest sine peccato. Nunc vero argumentatur Gratianus a contrario sensu. s. ꝙ quis inuitus habitum suscipiat, seruare non cogitur, quod probat per seq. cap.

PRæsens.] CASVS. Attho clericus quondam comes duo monasteria in proprijs prædijs ædificauit, qui cupiens Lambertum filium suum post decessum suum in loco sibi succedere, in nono anno ipsum inuitum cuculla induit, postque aliquantulum temporis Salomon episcopus cum quibusdam alijs monasterium habitum præfatum Lambertum induere fecit inuitum (vt idem Attho referebat) & propter hoc fratres eum priuabant paterna hæreditate, vel materna. Super quo facto cum dictus Attho apud Nicolaum quærelam deposuisset, Nicolaus Papa a dicto Atthone veritatem sub iureiurando inuestigauit, qui confessus est, ꝙ filius semper fuit inuitus, nec vmquam regulam aliquam promisit, & si sciuisset regulam monasticam esse tam duram, nunquam eum coegisset portare cucullam. Scribit ergo Nicolaus omnibus epis de regno Ludouici, quibus narrat omnia supradicta, & mandat eis: vt veritatem hanc diligenter inuestigant, & si vera inuenerint quæ dñr, nec ad habitum compellatur inuitus, nec hac occasione paterna, vel materna hæreditate priuetur, cum nullum bonum sit nisi voluntarium: sed tamen inter religiosos clericos commoretur, donec Deus forte dederit sibi voluntatem monasticum habitum spiritualiter assumendi.

e ¶Comite.] Arg ꝙ statim desinit quis esse comes quā cito fuerit factus clericus 27 q. 2. scripsit. Item habes hic ꝙ miles potest esse clericus. Nec obstat 51. d. si quis post acceptum, quia loquitur de illis, qui facti sunt irregulares. 54. d. curiales. — Miles potest esse clericus

a ¶In

a ¶ In locum.] Idest, in administrationem, vt fieret postea administrator loci illius nec fuit hoc peccatum sic concipere in animo, dummodo non ducatur in pactum. extra vt eccl. bene. ut nostrum in fine. licet sit arg. con- & in Aut. de sanct. episc. §. generaliter, collat. 9. Vel loquitur de successione alterius cuiuscunque rei. Et loquitur hoc c secundum quorundam prauam consuetudinem, qui monachos non admittunt ad successionem, quod esse non debet, ut sup. cā prox. qu. vlt. non liceat.

Monachi sūt ad successionem admittendi.

nunc autem clerico, ad limina Apostolorum properans adijt præsentiam nostram asserens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine † in prædijs proprijs ædificasset duo monasteria, voluntatem gerens, vt post suum decessum præsens eius filius Lambertus in locum [a] eius succederet: quem infra teneram ætatem inter octauum [b] & decimum annum constitutū memoratus pater proprio arbitrio absque regulari institutione extra omnem illius voluntatem cucullam induit. Igitur post quoddam ipsius temporis spatium (vt ipse dicit) Salomon episcopus cum quibusdam alijs, absq; patris oblatione, vel abbatis percepta benedictione eundem Lambertū monasticū habitum induere fecit (vt ferunt inuitum: & sub hac occasione, paterna, seu materna hæreditate à fratrib. suis priuatū esse, atq; contra omnem (vt dictū est) voluntatem suā, quasi regularem illū monachum permanere volunt †. Super quare diligenti cura inuestigantes etiam sub adiuratione patrē [c] ipsius, si verum diceret, interrogauimus: sed idē pater Attho respondit se talem habuisse, & habere voluntatem, vt filius suus verus monachus fieret, & in locum eius succederet. Sub testificatione autem iureiurando firmauit; ꝙ qū primatus ei cucullam induit, idē Lambertus semper restitit, & nunquam se fieri monachum consensit; sed demum ab insequentibus monastico habitu violenter est indutus, asserens, ꝙ nūquam [d] regulam aliquam promisit, neq; ego pater eius pallio † altaris indutum illum obtuli, neq; à quocumq; sacerdote, vel abbate (vt mos poscit) benedictione percepta regulæ vmquam se monachum subiectum futurum promisit. Super his omnib. etiam protestatus est præfatus clericus Attho, quia si eo tempore, tā duræ obseruantiæ monasticam intellexisset regulā, nūquam eundem filium Lambertum coegisset portare cucullam. Quapropter cōsulte psalmographi verba recolentes, quibus voluntarie se Deo sacrificare pronunciat, & voluntaria oris sui, beneplacita fieri in conspectu Dei obsecrat: præsentem, vt dictum est, clericum nomine Lambertū minime debere existimauimus sub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto nō diligit: quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum [e], nisi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia illi inferatur, præcepit. Quapropter cōsultius agetur, si pijs suasionibus contemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quàm violentiam inferendo, ad cœlestem amorem, illum accenderitis. Vnde omnium vestrum charitati hanc nostri Apostolatus mandare decreuimus epistolam, monentes, atque præcipientes, quatenus (si ita verum est, vt isti dicunt) nullus episcopus, vel abbas, seu monachorum reliquorum conuentus monasticis illum regulis inuitum subiacere compellat: neque vllo modo fratres

† al. habitu

† al. voluit

† al. palla] aliqđ manuscri. & Iuo.

Psal. 53. 118. 108.

b ¶ Inter octauum.] Idest, in 9. anno. qui est medius inter 10. & 8.

c ¶ Patrem.] Arg. ꝙ vnius testimonium admittiť 76. d. tanta sed forte hic aliquæ præsumptiones præcesserunt. vel dic, ꝙ ideo auditur, vt postea possit melius liquere de veritate. vnde in fine dicitur, si ita est, vt isti dicunt. Et secūdum hoc est arg. ꝙ post apertas attestationes admittūtur alij testes super eod. capitulo, qn̄ aliquid diminute probatum est, vt ext. de consang. & affi. ex literis. De hoc dixi 4. q. 3. §. 1. & ē si 2. q. 5 Mennam. Item habes hic, ꝙ testimonium patris auditur pro filio ad dirimendum matrimonium spirituale, vt ex. quima. acc. poss. videtur Item habes hic ꝙ timor patris 1. impedit matrimoniū spirituale, licet secus videtur ī matrimonio carnali, ut ff. de ritu nup. si patre cogente. Sed intellige de leui coactione.

d ¶ Quod nūquam.] Sed qualiter de hac negatiua potuit iurametū præstare, cum negatiua etiam probari nō possit, vt extra de prob. quoniā. & extra. de elect. bonæ memoriæ cir. fin. Nam anceps est periurium, quod fit de alieno facto, vt ff. de in li. iurā. videamus? Respōd. sic probari potest, ꝙ quandocūque voluit illum fieri monachū, ille noluit. & hoc sufficit ad probandam negatiuam, vt extr. de probat. tertio.

e ¶ Nullum quippe bonum.] Vitæ æternę remuneratorium 45. di qui syncera. & sic nō est cōtra. infr. inf. 23. quest. 1. paratus,

1 Istā gl. sequtur Bar. in l. ad inuidiam. C. qđ me. ca. idem tenet Imol. in c. cā matrimonii de off. deleg. sed dic, ꝙ requiritur, qđ præcedāt nomine à patre, vt per Bar. in l. interpositas. C. de transa. & no. Cy. & Bal. in l. 1. C. debo. mater. Item per eūdem Bald. in c. 1. item sacramenta. de pa. iur. fir. & l. fine, ī prin. C. ad Velle. per Anto. de But. in ca. cū virū. & ibi te. materia sing. ext. de reg. p Bar. in l. transactionē. C. de transf. per do. Abb. inc. nonne. de psump.

tra. 1. q. 1. si quis eps, & c. qui studet, & ext. de simo. tuæ. 23. qu. 5. ad fidē, & quæ 6. c. 1. contra

tus contra sup.45.dist.& qui.quæ sunt contra.
a ¶ Religiosos.] Idest, regulares canonicos, & secundum hoc est consilium 1. Vel dic, quod ex quo semel apparuit in veste religionis, debet semper religiose viuere, idest, non penitus sæculariter, secundum ꝙ intelligitur extra de reg.cõsulti. in fi.

initus nullus est, sed contractus metu initus tenet, licet rescindatur per actionem quod met. caucau.ff. quod met.cau.per totum.
Qvod vero ab.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ de minori regula pos-

eius per hanc occasionem licentiam habeant paterna, seu materna illum hæreditate priuare: sed vsque dum diuina inspiratione compunctus propria voluntate regulæ se subdat; liceat eum à mundanis, & laicalibus remotum vagationibus, vel negotijs inter religiosos [a] & ecclesiasticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus (quod absit) canonicos religiosos à sanctorum monachorum vita, & consortio seiunctos: quia vnusquisque secundum Apostolorum propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. 1.Cor.3.

3 *Si vero episcopi, vel abbatis illecti promissionibus aliqui tonsuram, vel religionis vestem susceperint; ipsi quidem in eo, quod cœperunt, permaneant: res vero eorum hæredibus suis restituantur.* In Cabil.2.c.7.

Vnde in Moguntino concilio legitur.

¶ *De hac citatione dictum est supra 16.q.1.c.pen.*

¶ Restituantur hæredibus res eorum, qui ab episcopis, vel abbatibus decepti comam deposuerunt.

C. V.

CONstituit sane sacer iste conuentus, vt episcopi, siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentiæ canonicæ (vtpote turpis lucri sectatores) subiaceant. Hi vero, qui illecti comam deposuerunt; in eo, quod cœperunt, perseuerare [b] cogantur [c]: res vero eorum hæredibus reddantur.

sup. 16. q.7. constituit. Burc.l.8.c.93. Iuo p.7.c.111.

QVÆSTIO IIII.

QVòd vero [d] ab vno monasterio in aliud districtius transire monachis liberum sit, ex concilio Triburiensi habetur: in quo sic statutum est.

Simile in conc. Triburiensi, quod extat, c.26.

¶ Non sunt prohibendæ virgines sacræ, quæ causa religionis aliud monasterium adire desiderant.

C. I.

VIrgi-

Burr.l.8 c.22. Iuo p 7.c.42.

1.Sub. cũ nemo ad uitam religiosam; ut su. e.qõ.1. sicut.arg.32. q.1.integritas hoc etiã inuenitur in litera præce. ibi propria uoluntate, &c.

Dicuntur enim non solũ monachi, vel regulares religiosi, sed ẽt cleri, vt 1.q.1.nullus itaq; & etiã laici, vt 28.di.si qua vidua, Io de Fant.

SI VERO. Hęc est tertia pars q. in qua dicitur, ꝙ puniũtur monachi, qui causa cupiditatis alliciunt homines. Io. de Fãt.

CASVS. Supradictũ est quid iuris sit de coactis ad habitum suscipiendum. Nunc ostendit Grat. quid iuris sit de illectis ab episcopis, vel abbatib9 ad religionis habitum suscipiendum, & dicit quod debent in religione perseuerare; res uero eorum hęredibus restituantur.

COnstituit.] CASVS. Quidã episcopi, uel abbates quorũdam hęreditatem cupiẽtes, eos illexerũt, ut monasticum habitum induerẽt: quare quæsitum fuit in Mogu. cõcil. quid sit de his faciẽdum? Et respõdetur ꝙ episcopi, uel abbates sicut turpis lucri sectatores canonicæ pęnitẽtiæ subiiciantur; illecti uero ĩ monasterio perseuerẽt: sed hæreditates eorum hæredibus reddantur.

b ¶ Perseuerare.] Nõ ibi. 2 sed ĩ alio monasterio, ut ext. de si. ueniens. Io. 3.

2 Hoc iõ quia simoniacum habuit ingressum.

3 Vnde dic perseuerare, s. in proposito, non in eodem monasterio.

c ¶ Cogantur.] Sed quare hoc est, cũ ecclesia non dẽat fraudẽ facere in suis cõtractibus, ut extr. de do. per tuas. Et contractus dolo initus, nullus est ipso iure, ut 15.q. 6.cap.1. & ff.de dolo, & eleganter? Sed dic quòd licet hic dolus dederit causam contractui. ipse tamen non est deceptus, qui se Christo coniunxit. Vel dic quòd hoc potius est imputandum fatuitati suæ, quàm dolo illius, ut extra quod met. caus. cum dilectus. similiter contractum matrimonium non rescindit dolus. Et est si. extra de conuer. coniug. ex parte. & ca. ueniens. in fi. ubi propter deceptionem non retractatur ingressus. Et est mirum, ꝙ in spiritualibus contractus dolo initus tenet, sed contractus metu initus non tenet, cum secundum leges penitus contrarium sit, nam secundum leges contractus dolo

possit quis transire ad maiorem. Secunda ibi,]Sed obiicitur.] Ioan. de Fant.

CASVS Hic proponitur quarta quæstio, in qua quærit utrum ab uno monasterio in aliud districtius liceat monacho transire? Et respondetur ꝙ sic Gra. tamen hoc ordine procedit, Primo probat ꝙ potest, postea probat contrarium. Hoc tamen est hodie secundum moderna iura diffinitum, ut extra de reg. licet.

¶ d Quod uero.] Hæc quæstio determinatur sup. 19.q. 1. in summa.

VIrgines.] CASVS. Quæsitum est in concilio Triburien, utrum sacræ uirgines possint transire de suis mo-

monasterijs ad alia monasteria? Et respondetur, quòd propter districtiorem vitam possunt, propter vero fugam disciplinæ non possunt.

a ¶ Virgines.] Loquitur de virginibus talibus, quæ habent vitam canonicorum, de quibus agitur 12. q. vlt. cap.

nes [a] sacræ, si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidémque commanere decreuerint, synodus concedit. Si vero fuga disciplinæ alium locum quæsierint, redire cogãtur.

Quod autem de virginib. sacris hoc capitulo statuitur, de monachis etiam consequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico.

2. *Sed obijcitur illud Basilij.*

¶Vota monachi sine consensu abbatis sui irrita sunt. C. II.

Poly l. 4. tit. 94. Burc. l. 8. ca. 9. Iuo p. 7. c. 32.

Monacho non licet votum vouere sine consensu abbatis sui: si autem vouerit [b], frangendum erit.

¶ *Sensus huius capitis aliquo modo elici potest ex sermone 2. de institutione monachorum, & c. 28. monasticarum constitutionũ B. Basilij.*

Item illud Agathensis concilij, c. 27.

¶Monachum nullus suscipiat, aut ordinet absque abbatis sui permissu. C. III.

Iuo p 3. c. 157.

Ex eod. conc. c. 38. & Vene. c. 5. Pann. l. 3. c 69.

Monachum nisi abbatis sui aut permissu, aut voluntate ad alterum monasterium [c] commigrantẽ nullus abbas suscipere, aut retinere præsumat: sed vbicumq; fuerit, abbati suo auctoritate canonum reuocetur. ¶ Item clericis [d] sine commendatitijs literis episcopi sui licentia non pateat euagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur: quos si verborum increpatio non emendauerit; etiam verberibus [e] statuimus coerceri. Seruandum quoq; de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat à congregatione discedere: nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperior, abbatis licentia α, regula remittatur [f]. Quod ita demum fiat, vt intra eadem monasterij septa manentes, tamen sub abbatis potestate, separatas habere cellulas permittantur. Abbati quoque β singulas diuersas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat: nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

Concor. Iulianus antecess. nouel. 123. c. 53.

α ¶ Licentia.] *Hæc vox abest à vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusq; item Gratiani exemplaribus. In recentioribus autem Coloniensibus editionibus legitur,* asperior ab abbatibus regula permittatur. *Sed apud Iulianum antecessorẽ nouella 123. num. 53. vbi simile habetur, licentia abbatis requiritur.*

β ¶ Abbati quoque.] *Sic in aliquot conciliorum editionibus. In alijs autem præcipue in Coloniensi quatuor tomorum legitur,* abbatibus quoque singulis diuersas cellulas.

c. vlt. Sed aliæ virgines debent petita licentia recedere ad districtiorem religionem, & non causa leuitatis, vt extra de reg. licet. Io. de Fan.

QVOD AVTEM. CASVS. Dicit Grat. in hoc §. ꝙ illud quod dictum est de virginibus, etiam de monachis & quibuslibet clericis est intelligendum, postea probat contrarium Gra. sequens vero c planum est.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probatur, ꝙ monachi non possunt votum facere in monasterio sine consensu abbatis. Io. de Fan.

b Monacho.] ¶ Voluerit.] vel etiam si facit votum prius, quàm intret monasteriũ arg. 33. q. 5. noluit, & intelligas de voto abstinentię, per quod alij scandalizentur i.

Monachum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur, ꝙ nullus recipiat monachum alterius sine abbatis sui permissione, & si receptus fuerit, reuocet. In secunda parte dicitur, ꝙ nec clerico, nec monacho ad alium epm̃ licet diuagari sine commendatitijs literis sui episcopi: qui si verborũ increpatione non poterunt corrigi, debẽt verberibus castigari. In tertia parte dicitur, ꝙ monachus solitariam cellam habere non debet, nisi abbas ei permittat, vel propter infirmitatem, vel propter emeritos labores intra septa monasterij. In quarta parte dicitur, ꝙ abbas non debet habere diuersas cellulas, vel plura monasteria nisi propter incursum hostilitatis. Secunda pars est ibi, [Itẽ clericis.] Tertia ibi, [Seruandum.] Quarta ibi, [Abbati quoque.]

c ¶ Monasterium.] quod nõ est strictius, vel si est strictius, forte transiuit causa leuitatis, vt 19, q. 3. statuimus.

d ¶ Item clericis.] Secunda pars.

e ¶ Verberibus.] moderatè tamen 45. dis. cum beatus.

f ¶ Remittatur.] Ergo abbas potest dispensare in remittenda regula, vt hic, & de conse. distin. 5. carnem. nam & dispensare potest circa ordines, vt extra de eo qui fur. or. rece. cum H. lator. & circa canonem latę sententię, vt extra de senten. excom. cum illorum. Io. de Fan.

i Argu. 40. d. c. 1. & sic ẽt nota de vxore. 33. q. 7. manifestum quod ergo dicit, frangẽdum, dic sm̃ Hu. si abbas voluerit, vel inter fratres scandalũ generet, alias non, si de rebus monacho licitis, sm̃ H.

Abbas in aliquibus dispensat.

Verum hoc intelligendum est de monachis religiosè viuentibus: quibus vota specialis abstinentiæ, vel alicuius districtionis, quæ generalem consuetudinem suorum fratrum excedat, sine abbatis consensu vouere non licet: ne super eos, fratres scandalizentur. Causa etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis vota sibi assumunt: quod nec monacho, nec alicui clerico licet; ne hac occasione ad sæcularem conuersationem redeat.

CAVSA XXI.



Rchipresbyter cuiusdam ecclesiæ, præposituram alterius accepit; nec priorem vult relinquere; sæcularium quoque negociorum procurator efficitur; claris & fulgidis vestibus se exornans, ab episcopo suo corripitur: relicto officio suo ad sæcularem iudicem habet confugium.

1 *Primum quæritur, an clericus in duabus ecclesiis possit conscribi.*
2 *Secundo, si unam uoluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire.*
3 *Tertio, an procurationes sæcularium negociorum clericis liceat suscipere.*
4 *Quarto, an claris, & fulgidis uestibus eis ornari expediat.*
5 *Quinto, an ab episcopo correpti suum officium relinquere, & ad sæcularem iudicem confugere ualeāt.*

QVAESTIO PRIMA.




N duabus [a] *ecclesiis aliquem connumerari posse septima synodus prohibet dicens. cap. 15.*

¶ In duabus ecclesiis clericus conscribi nullo modo debet. C. I. Ansl.7.c.98. Iuo p.6. c.31.

CLericus ab instanti tempore non connu-

VERVM. CASVS Modo soluit Gratianus, dicens, ꝙ præmissa duo capitula intelliguntur de illis qui inter fratres volunt regulam districtiorem abstinentiæ seruare, de quo fratres scandalizantur. vel dicitur quod in his duobus cap. statutum est propter illos, qui votum peregrinationis assumunt causa vagandi, regulam disciplinamque fugientes: quod nec clerico, nec monacho licet.



Rchipresbyter.] CASVS. Supra facta interpositione in quinque causis de statu monachorum: reuertitur Gratia. ad tractatum de statu clericorum continuans suum tractatum ex fine vltimi capituli vigesimæ causæ: vbi dictū est, ꝙ abbas non debet habere plures ecclesias, siue plura monasteria: sed quia idem est seruandum in clericis, scilicet ꝙ non debent habere plures ecclesias: ideo hanc vigesimam primam causam subnectit: in qua ostendit, ꝙ clerici non debent habere plures ecclesias nisi in casibus exceptis. Tractat etiam de procurationibus sæcularium negociorum: & de fulgidis vestibus: & ne clerici sua auctoritate ad alias ecclesias transeant, quæ vt melius pateant, thema proponit, de quo quinque elicit quæstiones.



N duabus ecclesiis] CASVS. Hic intitulat prima questio, vbi q̄ritur an clericus possit intitulari in duab. ecclesiis? Et rn̄det ꝙ non, nisi in sex casibus. Vnus est cum ecclesiæ paupetes sunt, vt 10 q.3. vnio. Secūdus, est pp dispensationem epi, vt 70. d. sanctorum. Tertius est, propter paucitatem clericorum, vt infra ea.c.1. in fin. Quartus est cum habet vnam intitulatam clericus. & aliam commendatam infra ea. qui plures. Quintus est si Papa hoc concedit, vt infra eo. relatio. Sextus est, cum vna adhæret alteri, vel dependet ex altera, vt in secundo Lateranensi concilio, extirpādę. a ¶ In duabus.] De iure communi nullus potest habere plures ecclesias 1. nisi in sex casibus, scilicet quando ecclesiæ tenues sunt. vt 19. q. 3. vnio. Et si vna pendet ex altera, ut extra de ætate & qualit, eam te. Et si habet vnam intitulatam, & aliam commendatam, vt infr. ead. qui plures extra de elec. dudum. Et si episcopus dispensat cum aliquo, vt 70. dist. sanctorum. Et vbi est paucitas hominum, scilicet extra ciuitatem, vt infra ead c.1. in fi. Item si ecclesia adhæret præbendæ, vt extr. de præb. extirpandæ. Ioan. Vnde Hostiensis dat tales Versus.

Ecclesias plures nullus de iure tenebit:
Dependens, tenuis, rarus, uel gratia Papæ;
Vtilitas vrgens, & commendatio iusta.
Plures ecclesias permittunt ista teneri.

CLericus ab instanti.] CASVS. Significatum fuit in septima synodo, ꝙ unus clericus in duabus ecclesiis intitulabatur: quare septima synodus statuit, quod in ciuitatibus de cætero hoc non fiat. & quòd non sit faciendum, quatuor rōnibus probat: sed in illis inopia cle-

Plures ecclesiæ ab eodē qb. casibus fieri possint. 1 Scilicet In titulatus de iure cōi. C. qui mili. nō pos l.4. §. in posterum. li. 12. nec duos honores. ff. ad municip. libertus. §. præscriptio. Tm L. & de hoc no. extra de præb. c. præterea.

Præbendam pōt qs hr̄e, & tñ nō erit canonicus.

† *al. commodi* αἰσχροκερδείας.

Matth.6.

1.Cor.7.

meretur [a] in duabus ecclesijs. Negociationis enim hoc est, & turpis lucri † proprium, & ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipsa Dominica voce; quòd nemo potest duobus dominis [b] seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisque enim secundum Apostolicam vocem, in quo vocatus est, in hoc debet manere, & in vna locari ecclesia. Quæ enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiũtur; aliena consistunt à Deo: ad vitæ vero huius necessitatem studia sunt diuersa. Ex his ergo, qui voluerit, acquirat corporis † opportuna. Ait enim Apostolus: [Ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerũt manus istę.] Et hæc quidem in hac à Deo seruanda α vrbe. Cæterum in villis [d] β, quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

α ¶ A Deo seruanda.] *Antea legebatur*, in hac vrbe seruandum. *Emendatum est ex Anastasii exemplarib. Græce enim est,* ἐν ταύτῃ θεοφυλακτῳ πόλει. *Apud Iuonem est*, in hac seruanda vrbe.

β ¶ Villis.] *Græce est*, χωρίοις. *quod latius patet. Significat enim sæpe regiones.*

Et in Aquisgr.c.50.

Sed duę ecclesiæ intelliguntur ecclesiæ duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conscribi.

Vnde in Chalcedonensi concilio, c.10. statutum est.

Burc.l.2.c.96. Iuo p.6.c.173.

¶ De eodem. C. II.

CLericum in duarum ecclesiis ciuitatum eodem tempore conscribi non oportet.

Sed econtra nonnunquam episcopus ciuitatis: vnius efficitur archiepiscopus alterius ciuitatis: nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesia, quasi commendata relinquitur; secunda, quasi titulata habetur.

Vnde Leo iiij scribit.

¶ In vna ecclesia titulatus, alteram sibi commendatam potest habere. C. III.

Agitur de hac re su. d.70.c.fin. & 16.q. 7.per laicos.

QVi plures ecclesias retinet; vnamquidem titulatam, aliam vero sub commendationem [c] retinere debet.

clericorum hoc facere potest. Prima ratio est ibi,] Negociationis.] Secunda est ibi, [Audiuimus.[Tertia ibi, [Vnusquisque.] Quarta ibi, [Qui enim.]

a ¶ Nō connumeretur.] Idest, non intitulatur. quia non debet connumerari inter clericos eiusdem ecclesiæ nisi sit

sit intitulatus: nec habet vocem in electione. cum alijs licet percipiat fructus illius ecclesiæ: quia bene pōt eps vel ecclesia concedere alicui beneficium alicuius ecclesiæ: non tamen est ibi canonicus, vt 16.q 1. possessiones. quandoque etiam habet præbendam, & non est canonicus, vt extra de magist.c. quia nonnulli. Et licet talem præbendam teneat corporaliter, tamen dicitur vacare de iure, vt extra de conces. præb. & eccl. non vacan. cum nostris, &c. literas.

b ¶ Dominis.] Sibi contrarijs. aliàs bene potest, vt ff. de ope. lib. duorum.

Clericus habens pauperē ecclesiā q̄rat victũ artificio honesto.

c ¶ Necessitatem.] Quasi dicat: quid faciet ergo clericus si habeat pauperem ecclesiam? Respondeo quærat victum artificio honesto, vt 91. distin. clericus. Sed nonne si ecclesia pauper est, debet vniri alij, vt 10. quæstio. 3. vnio? sic, nisi iste sciens à principio recipit pauperem, vnde imputet sibi: nisi quia forte: postea est depauperata. Sed quęro quam ecclesiam dicas pauperem: nunquid illam, quæ valet decem marchas auri, vt 2. qō 6. anteriorum? Dico illam pauperem, quæ non pōt aliqua honeste & sufficienter procurare: & præterea non pōt hospites superuenientes recipere, vt ex. de pręb. de monachis. immo deposito tantũ relinquitur ꝙ sufficiat sibi & suis, vt 50. dist. studeat. sed cum omnes hospites indistincte teneãtur recipere, vt 24. dist. quiescamus. domus clericorum omnibus debet esse communis, vt 16 q. j. quoniam quidquid. ergo requiritur ꝙ sit ditissima. Nam diuitiæ bonæ sunt, dummodo fiat ex eis misericordia. 30. dist hoc scripsimus. Expedit enim episcopis habere diuites subiectos: nam imperium abũdat, si habeat subditos locupletes. in authent. iudic. sine quo quo suffrag. collat. 2. §. 1. & potius eligendi sunt diuites quã pauperes. in auth. de defen. ciuita. §. quib. Econtra videtur sufficere quòd tantum necessaria habeat: & illa necessitas arctat ad victum & vestitũ tantum, vt 12 q. 1. episcopus sed hoc obtinuit secundum illa tempora 41. distinct. episcopus vilem. hodie vero creuit decus ecclesiæ, creuitque Deus ecclesias, vt de consec. distin 2. vasa. Dico hæc omnia cōsideranda secundum qualitatē personæ 1, & situm ecclesiæ aliquid enim sufficit vni, quod non sufficit alij, vt 41. distinct. non cogantur. & minus sufficit manenti extra vias communes, quàm in vijs: & consuetudo prouinciæ in hoc seruanda est, vt sup. d 4. erit. & 99. distin. sciendum.

Ecclesiā pauperem quam dicimus esse

Diuitiæ bonæ sunt.

Decus ecclesiæ hodie creuit.

1 Quod dic vt no. ext. de rescipt. cum adeo in gl. 2 Diuitiæ facilius in ciuitate q̄ ext. congregantur.

d ¶ In villis.] Potest autem aliquis extra ciuitatem habere plures ecclesias: & hoc ideo, quia extra ciuitatem sunt pauci clerici: & propter paucitatem clericorum multa permittuntur, vt 55. d priscis. Item ea ratione, quia q̄ sunt extra ciuitatem, non ita cito inueniunt illos, quib. sua artificiosa vendant: nec ita conuenienti foro habent omnia sicut illi, qui sunt in ciuitate.

SED DVÆ. CASVS. Magister soluit prout vult: tu autem intelligas sicut dictum est in principio quæstionis. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad §. potest.

Commendare est: deponere.

QVi plures.] ¶ Sub commendatione.] Et illius ecclesiæ non est præfatus, sed potius procurator, vt

vt 61.dist.obitum &c.Catinensis,&qui commendauit, põt reuocare quando vult. Nam cõmendare nihil aliud est,quam deponere,vt ff.depositi,Lucius.ff de uer.sign. commendare.dic vt de elect.nemo deinceps.lib 6.

a VNum abbatem duobus] sup.prox. causa, & q. vlt.c.vlt Io.

iam translatus.secus tamen in alijs beneficijs est.nã ibi in recipiendo vnum.non videtur renunciare alij extra de testa.officij 2.nam & si vxor recipit sibi aliquod legatum à viro, non ideo renunciat doti.C. de rei vxo.actio l.vnica.sciendum Io.de Fant.

NON POTEST. CASVS. Ponit Gratia. hic casum, in quo aliquis duab ecclesijs intitulari potest, vel præfici.ad hoc inducit sequens ca. Dicunt tamen quidam,quod capitulum loquitur de vna commendata, & alia intitulata.

REllatio.]CASVS. Clerus & populus Tarraci. ecclesiæ defuncto Petro episcopo suo postulauerunt à Gregorio in suum pontificem episcopum Fũdensis ecclesiæ Greg. vero annuens postulationi eorum,rogat.eum vt fideliter Tarracinensem ecclesiam regat: quam ita sibi committit, vt Fundensis eccclesiæ episcopus esse non desinat : sed vtriusque episcopatus curam habeat,& liberam in omnibus facultatem.

b ¶ Cardinalem.] Id est proprium episcopum.

c d Canonice.] Nũquid talis forma erit in literis procuratoris,vt sic scribantur, quidquid canonice vel legitime per eum fuerit ordinatum,ratum hẽo?Certe non, vt ff. de procu.si procuratorem. extra de confir. cum delicta. in fine.Nam si illegitime aliquid fecerit procurator, non rescindatur sententia, vt C.de procu.si pro curator. extra de off. iud.deleg.cum olim. Ioan.certe talis procuratio non ualet 1, quia semper diceret dominus illum non, esse legitimũ actum &vidi per dominum Hu.talem procuratorem in cõcilio reprobari.Bar.Brix.

Procuratores cõstituẽdi forma q̃dã reprobata.

1 Cũ ista gl. concor. bal. & Sal in l.si procurator.C. de pcur.qb. adde glo. & Pa de Leaz. in cle.r de pcu.&idẽ no. Bar.in l.quę oĩa.§.plane cũ l.seq.ff.e. & in simili no. Bal.ĩ ru. C.de exer.in 3.col.& in l. cũ mandati. C.man.&expresse p Spe. in tit.de pc. in §.tõne autem. ver.itẽ itẽ excipit. Lau.Ro.in l. qui bona fide.§.q alieno nu. 12.de dani.infe.

d ILlud.:] ¶ Desinas.]sup.distin. 89.c.1.contra Ioan. Sed illud est ius commune,hoc speciale.7.q.1.petisti.B.

e ¶ Subtrahamus.] Nisi illud apponeretur, statim,quã cito confirmasset eum in secundo episcopatu, vacaret primus. extra de electio.cum in cunctis.inf.ea.q.2.si qs

Sic & illud Agathensis concilij, ca 57.intelligendum est.

¶ Duobus monasterijs vnus abbas præesse non potest. C. IIII.

VNum abbatem duobus [a] monasteriis præsidere interdicimus.

In cõc.Epaunen.c.9. Burc l.8 c.81. Iuo p.3.c.164.& p. 7.c.50.

Potest etiam vtrique tanquam titulatæ præesse; sed iure spirituali,non communi.

Vnde Greg lib.2.epist.13.sen.c.52.ad Agnellum episcopum.

¶ Vnus episcopus duabus præficitur ecclesijs. C. V.

Ans.l 5.c.28. Poly.l.1.tit.8.

REllatio cleri simul & populi Tarracinensis *a* nos valde lætificat ob hoc,quòd de tua fraternitate, bona testatur .Et quia defuncto Petro pontifice suo sibi Cardinalem [b] postulant constitui te sacerdotem ; eorum vota necessario complenda esse præuidimus. *& infra.* ¶ Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo nostro facere festinato;vt digna te merces ante eius conspectum in die retributionis inueniat. Quidquid vero de prædictæ rebus ecclesiæ , vel eius patrimonio,seu cleri ordinatione promotione ve, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus solerter , atque canonice [c] ordinare, facere que prouideris ; liberam habebis(quippe vt sacerdos proprius)modis omnibus facultatem.

¶ Alia est sententia B.Gregorij, ac Gratianus putare videatur. Hunc enim Agnellum, qui ante Fundorum erat episcopus, quòd ea ciuitas ab hoste esset vastata.Tarracinæ Cardinalem constituit sacerdotem vt in sequenti capite. De qua re notatum est sup.d 71.c.fraternitatem.

a ¶ Tarracinensis.] *Sic est emendatum ex vetustis, cum in vulgata esset.*Tarraconensis gentis.*In originali autem legitur,* Tarracinæ degentis.

C. VI.

Ansel ibidem.

ILlud quoque fraternitatem tuam scire necesse est,quoniam sic te prædictæ Tarracinensis ecclesiæ Cardinalem esse constituimus sacerdotem;vt & Fundensis ecclesiæ pontifex esse non desinas [d] ; nec curam, gubernationemque eius prætereas: quia ita fraternitatem tuam sæpe dictæ Tarracinensi ecclesiæ , sicut præfati sumus, præesse præcipimus ; vt antedictæ Fundensis ecclesiæ tibi iura, potestatem vel nullo modo subtrahamus [e].

¶ In vetustis codicibus hoc est coniunctum superiori,quemadmodum in ipsa epistola,& apud Anselmum.

Non enim potest vtriq;præsidere,tamquam titulatæ,

NON ENIM. CASVS. Iste §. loquitur secundum opinionem illorum, qui dicebant, quod hoc ca.relatio. intelligitur de eo, qui habet vnam ecclesiam intitulatam,& aliam commendatam, vel recipit c.illud.sup ea. qui plures.

Qui



Vi vero relicta.] Hęc quæstio diuidit in quatuor partes. In prima probatur, ꝙ nemo sine literis commendatitijs episcopi sui potest transire ad aliam ecclesiam. & hoc probat per c.seq. Secunda ibi, [Si quis iã.] Tertia ibi, [Sicut autem.] Quarta ibi, [Conductitijs. Io.de Fant.

CASVS. Hæc est secunda quæstio, in qua quæritur si clericus suam ecclesiam relinquere velit, an possit ad aliam transire sine literis dimissorijs sui episcopi? Et respondetur quòd non, nisi velit ad religionem transire, vt supra 19 q.2.duæ.alioquin poterit reuocari, vt infra ead.q placuit.

Eps clericũ alienum recipiẽs est puniendus.

a ¶ Qui vero.] Hæc qõ terminatur 71.dist.cap.1.2.& 3. Sed quid si quis eps receperit clericum alienũ? De hoc variæ pœnæ statuuntur. Quidam canones dicunt utrunque esse excõicandum quousq; clericus r euertatur, vt 71.dist.clericos. Sed dr̃ hic in c.1.ꝙ vterq; sit deponẽdus In secunda cap.dr̃, ꝙ est remouendus ad tp̃s ab officio. Vnde cũ diuersæ pœnæ sint statutę, iudex põt infligere quã magis viderit expedire, extra vt lit nõ contest. qm̃ §.si vero.extra de offi.delega.dę causis. Io.de Fant.

sed vni tanquam commendatæ alteri vero tanquam titulatæ præesse valet.

QVÆSTIO. II.



Vi vero [a] *relicta sua ecclesia ad aliã transire voluerit, nequaquam sine dimissorijs literis sui episcopi suscipiatur.*

Et in 7.c.10.

Vnde in sexta synodo c.17.legitur.

¶ Sine dimissorijs literis in aliena ecclesia clericus non ordinetur. C. I.

QVoniam diuersarum ecclesiarum clerici suas, in quibus ordinati sunt ecclesias relinquentes, ad alios concurrunt episcopos, & ignorante [a] episcopo proprio in alienis constituuntur ecclesijs, vbi contingit [β] eos sine sui examinatione permanere; præcipimus amodo, vt nullus clericorum omnino, in quocunq; gradu sit, licentiam habeat sine dimissorijs [b] literis sui episcopi [c] in altera constitui ecclesia Qui vero hoc amodo non obseruauerit, ad opprobrium [d] eius, [γ] qui ordinauerit eum, deponatur tam ipse, quam qui eum sine ratione susceperit.

α ¶ Ignorante.] *Græcè est:* γνώμης δίχα τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, *id est*, sine sententia proprij episcopi.

1.Tim.1. & Habr.2.

β ¶ Vbi contingit.] *Græcè legitur:* ἐκ τούτου τε συνέβη αὐτοὺς ἀκτους αὐτοὺς καταστῆναι. *id est*, atque hinc euenit, vt ipsi reddantur non subiecti.

γ ¶ Ad opprobrium eius.] *Græce*, ἐπεὶ ὁ μὴ τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν παραφυλάττόμενος ἀλλὰ καταισχύνων, τόγε ἐπ᾽ αὐτῷ, τον τὴν χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιτεθηκότα, καθαιρείσθω, *id est.* Nam qui in præsenti tempore hoc non obseruat, sed, quantum in se est, eum, qui ipsi manus imposuit. dedecorat; deponatur, &c.

Item ex concilio Hispalensi.2.c.3.

¶ Ad aliam ecclesiam transire clerico non licet, si proprijs ministerijs sua fuerit destituta. C. II.

PLacuit, vt si quis clericus ministerijs ecclesiæ ꝓpriæ destitutis ad aliam transitum fecerit; compellente, ad quem fugerit, sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, remittatur. Qui vero eũ susceperit, nec statim sine

QVoniam diuersarum. CASVS. Relatum fuit in septima synodo ꝙ clerici quidam suis epis ignorantibus in alienis ecclesijs instituebantur: quare sexta synodus statuit. vt hoc de cętero nõ fiat sine literis dimissorijs sui episcopi si vero contra factũ fuerit, episcopus & clericus deponantur

b ¶ Dimissorijs.] Patet enim, ꝙ non sufficit in tali translatione tacitus consensus epi, vt 71.dist.c.1.sed solennis actus sic.C. de emã l.3. Sed si ad ecclesiam eiusdẽ episcopatus trãsiret suf ficeret nudus, & tacitus cõsensus quia tacitus cõsensus dissol uit matrimoniũ carnale, vt 33.q 5 qui vxorem. Et est ratio quare à priori erit absolut⁹: quia nemo potest duobus dominis seruire, vt sup. ea. q.1.c.1. Sed si aliquis haberet præbẽdas in diuersis episcopatib. vtrobique posset iudicari, & ordinari. Et sic vnus episcop⁹ posset ordinare clericum alterius. quod esse non debet, & ita sequeretur impossibilitas 1.iuris.

Beneficiat⁹ in diœcesib. duorũ epõrum ab vtroque iudicat. 1Sub.vel repugnãtia, vt no.70.d.fen. ctorũ. & ea quæ p̃missa sunt fuerũt et verba. H. qui de hoc plenè no su. ea.q.1.i.pri-

c ¶ Sui episcopi] Sufficit hẽre literas solius epi, vbi eps not⁹ est, sed i remotis episcopis requirunt qn que sigilla. vt ext. de cleric. peregr.i.c.1.

d ¶ Ad opprobrium.] Eadem pęna statuitur cum episcopus instituit aliquem inuitis patronis.16.q 7. decernimus

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in cõcilio Hispalensi, vt si aliquis clericus ad alienũ ep̃m confugerit, statim eps ad quem confugit, ad priorẽ ecclesiam eum remittat, & donec propriæ ecclesiæ eũ non restituat, sciat se communione priuatum: clericus vero ab executione sui officij remotus per aliquod tempus in monasterium relegetur, & postea ad ecclesiasticum ministerium poterit reuocari. [Propagationis] id est. promotionis ad maiores ordines. vel restitutionis ad eosdem [Aboriri,] id est, nasci nisi fuerit, &c. aliter est in litera [aboleri.] i. deleri, & distinguit. Et secundum hoc dicit, [licentia,] i. impunitas propagationis. 1. peruagationis, vel huius malæ consuetudinis, quæ propagatur nisi corrigatur.

vllo nisu exceptionis [a] ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat [b], communione se priuatum agnoscat. Desertorem autem clericũ cingulo [c] honoris atque ordinis sui exutum, aliquo tempore monasterio relegari conuenit; sicque postea in ministerium ecclesiastici ordinis reuocari [d]. Nam non poterit in talibus propagationis α [e] aboleri licentia [f], nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsecuta correctio.

o ¶ Placendi.] Adulationis causa, & est simile 32. q. 4. obijciuntur. 93. d. cantantes.

Mendacio q̃uo ducitur quis ad æternam salutẽ

a ¶ Ad

Pacto qnq; licet, quod non licet verbo.

a ¶Ad sempiternam.] Sed qualiter potest aliquis ad æternam salutem duci per peccatum? Respon. indirecte, vt si monachus dicat regulam suam esse dulcem, & per tale mendaciũ lucretur aliquem Christo, & est simile 1 q. 2. quã pio. 45. d. de Iudæis, & sic patet, ꝙ nullus debet mentiri, vt alius periculum corporis, vel rerũ euitet. 14 d. qđ ait. & inf. ead. faciat.
b ¶Propriæ.] idest, salutem alterius nemo debet præferre propriæ fidei.
c ¶Factis.] q. d. licet nos sancimus, ꝙ nemo debet mẽtiri pro vita alterius: non iõ aliquis ita crudelis, vel impius sit, ꝙ nõ defendat talẽ facto, licet verbo non possit defendere ipsum.
d ¶Quia, & in bonis.] .i. inter bona.
e ¶Præfertur.] vt 32. q 5. tolerabilius.
f ¶Dãnabilius.] Electiue ponitur, & est sensus malum quod nos facimus, scilicet mendacium, est nobis damnabile: sed quod finimus fieri homicidium, nobis nõ est damnabile. 1
g ¶Recedit.] Non videtur hoc verũ, quia minus peccatur septimo genere mẽdacij, quàm octauo, q a maius malũ vitatur per septimum mendaciũ quã per octauum. Ad hoc dico, ꝙ recessus iste non cõsideratur secundum ordinem mendaciorum, quẽ hic enumerat: sed potius considerat̃ circa qualitatẽ primi mendacij. Nam primum mendacium cõsistit in religione, quod maximum est, vnde est maximum peccatum sic in hoc mẽtiri, quanto ergo magis receditur a religione, tanto est minus peccatũ. Vel dicas, ꝙ tria vltima peccata non differunt inter se nisi ſm qualitatem facti, & ita non reputat ĩsta tria mendacia pro diuersis. Io.

1 Hoc verũ intellige vbi non possumus prohibere, aliàs secus, & vt 2 4. q. 3. non inferenda & c. vlt. 2. q. 7. negligere. extr. de sent. ex com. quantę & lib. 6. eo. titu. dilecto. vbi ẽ expressum, & 83. d. c. 1. & ita sentit hic Hu. q. 3n. cum põt, malo nõ obuiat, consentit. consentientem vero, & facientem par pœna constringit 2. q. 1. no. tom. ext. de of. deleg. c. 1 Arch.

recognoscendo in se culpã esse, nõ peccat: dũmodo hoc credat verũ esse qđ dicit 90. d. ante omnia, & 2. q. 7. quãquã, sed specialiter dicẽdo aliqd peccatũ de se cuius cõtrarium est verũ, mortaliter peccat. Sed objicitur de sacerdote, qui omnia crimina specialiter de se confitetur. Sed dic

mendacium est, vtique turpe est. Non est mẽtiendum sexto genere: neque enim recte etiam testimonij veritas pro cuiusquam temporali commodo, ac salute corrumpitur: ad sempiternam [a] vero salutem nullus ducendus est, opitulante mendacio. *& infra*. Neque septimo genere mentiendum. Non enim cuiusquam commoditas, aut salus tẽporalis propriæ [b] fidei præferenda est †. Nec se quisquam γ in recte factis [c] nostris tam male moueri sentiat; vt fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior. *& infra*. Nec octauo genere mentiendum est, α quia & in bonis [d] castitas animi pudicitiæ δ corporis præfertur [e], & in malis id, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, nobis damnabilius [f] est. ¶In his autem octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur: quanto magis ε a primo recedit [g]. Quisquis autem esse aliquod genus mendacij, quod peccatum non sit, putauerit: decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

† Concor. l. sancimus, & ibi Bar. C. de episc. & cle. glo in l. si qs Titio. ff. de lega. 2.

α ¶Iniuste.] *Abest ab originali vox ista, pro qua in duobus Gratiani codicibus legitur*, iuste.
β ¶Quocumque interrogante.] *Addita hac sunt ex orig.*
γ ¶Se quisquam.] *Apud B. Augustinum, & Iuonem est*, Nec si quisquam in recte factis nostris tam male mouetur, vt fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior; proptere a recte facta deferenda sunt. *Sed ob glossam in ver.* recte factis, *non est mutatum.*
δ ¶Pudicitię.] *Apud eosdem habetur*, pudicitia corporis, & in malis ibi, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, maius est. *Sed eadem causa obstitit ne mutaretur.*
ε ¶Quanto magis.] *In originali legitur*, quanto emergit ad octauum; tanto amplius, quanto demergit ad primum. *Sed erat glossa in ver.* recedit.

Item August. de verbis Apostoli serm. 31. al. 29.

¶Non licet alicui humilitatis causa mentiri.

C. VIIII.

4 CVm humilitatis [h] causa mentiris: si non eras peccator, antequã mentireris, mentiendo efficeris qđ euitaueras. Veritas in te nõ est: nisi te ita dixeris peccatorẽ, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es, dicas. Nã quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas [i]?

Iuo p. 12. c. 42. Pan. l. 8. c. 128.

CVm humilitatis.] Hæc est 4 pars q. in qua probat p 12. auctoritates sanctorum, ꝙ in nullo casu sit mentiendum: tñ qui iocose mentitur, eum decipere non intendit, vel causa pietatis, minus peccat. Io. de Fant.
CASVS Dicitur hic ꝙ nemo debet causa humilitatis mẽtiri, quia qui peccator non erat, efficitur peccator, quia veritas non est in eo: nec potest esse in eo humilitas vbi regnat falsitas. Seq. c. patet.
h ¶Cum humilitatis.] Sed nonne bonarum mentiũ est ibi recognoscere culpam vbi culpa nõ est, vt sup. d. 5. ad eius? Resp. in genere põt quis dicere se esse peccatorem: quia nemo sine crimine viuit, vt 23. dist. §. criminis, &

Peccatorem se dicens verum peccat.

dic ꝙ illud facit in persona ecclesiæ nullum. n. vitium est, ꝙ nõ reperiatur in aliquo membro ecclesiæ, vel dic vt dicit Aug ꝙ in vno peccato multa peccata possunt notari. cum enim quis peccat mortaliter. committit homicidium, occidendo animam suam. committit furtum, quia se subtrahit Deo: adulterium, quia recedit a Deo, & fornicatur cum diabolo: periurium, quia fidem promissam in baptismo, non seruat. Et quod dicit in omnibus vitijs in quibus miser homo peccare potest, &c. ibi cõprehenduntur genera singulorum, & non singula generum. tres enim sunt modi peccandi. s. delectatione, consensu, & opere. inf de pœ. dist. 2. ſi cut.
i ¶Falsitas.] Quia duo contraria non possunt esse in vno subiecto, vt 31. q. 1. cum renunciatur.

Peccatum vnum cõmittens multa committit.

Mihi

Mihi autem.] CASVS. Dicitur hic, quòd qui peccat mentiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui causa consulendi mentitur, quàm qui causa nocendi. Et similiter minus peccat qui viatorem in aduersum iter transmittit, quàm qui vitam vitæ per men-

ire super pontem, 1 & vbicunque aliquis obscurè vel ambiguè loquitur, vt ff. de iure fisci, ita fidei.

d ¶ Mentitur.] Vt lędat aliquē: secus si iocosè mentiatur, vt ℐ cap. prox. Quid ergo dicis de Abraham; nonne mentitus est, cum aliud gereret in animo, vt infra ea. §.

1 Vt ff. de pactis, l. veteribus.

Item Gregorius lib. 26. moralium, cap. 2.

¶ De eodem. C. X.

Incauti sunt α humiles, qui se mendacio illaqueant.

α ¶ Incauti sunt.] *Sic in plerisque manuscriptis: vulgata lectio erat,* Incauti sunt homines. *Integer autem B. Gregorij locus sic habet:* Incautè sunt vtiles, qui se mēdacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, immo mentiendo superbiunt: quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt.

Item Augustinus super Ioannem, tractatu 43.

¶ Non licet mentiri, vt arrogantia vitetur.

C. XI.

Non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur.

Idem in Enchiridio, c. 18.

¶ Non omne mendacium æque peccatum est.

C. XII.

Iuo p. 12. c. 51. Mihi autem videtur peccatum esse quidē omne mendacium: sed multū interesse, quo animo, & quibus de rebus [a] quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille, qui consulendi, [b] quomodo ille, qui docendi voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduersum † iter mittit; quantum, is qui viam vitæ mendacio fallente deprauat.

† al. diuersum

¶ *Nonnulla in hoc capite sunt inducta, & alia emendata ex B. Augustino & Iuone.*

Item Augustinus in lib. de conflictu vitiorum, atque virtutum, c. 19.

¶ Non est aliquo modo quilibet decipiendus.

C. XIII.

Iuo p. 14. c. 44. Nec artificioso [c] mendacio, † nec simplici verbo oportet decipere quenquam, quia quomodolibet β mentitur [d] quis, occidit animam.

† al. ingenio

Item Augustinus in quinto psalmo ad vers. [Perdes omnes qui loquuntur.]

β ¶ Quomodolibet.] *In ipso libello legitur,* quolibet artis modo mentiatur, eius, quòd mentitur, occidit animam. *Sed Iuo cum Gratiano concordat.*

¶ Pro temporali vita alicuius perfectus mentiri non debet. C. XIIII.

Ansel. l. 11. c. 79. Iuo p. 12. c. 46. Pann. l. 8. c. 140. Ne quis arbitretur perfectū & spiritualem hominem pro ista tēporali vita, in cuius morte non occidit [c]

Abraham? Item quid de Paulo, qui dixit: Nesciui q̄a princeps esset, cum sciret, vt 23. q. 1. paratus. Item quid de mēdacio Iehu, qui aliud in animo gerebat, vt infra cap. vtilem? Ad hoc dicendum est, quòd Abrahā mystico intellectu verū dixit, ostendens patrem & filium in fine temporum reuersurum ad Iudæos, cum omnes reuertētur ad ipsum. Paulus per illa verba prædixit destructionem regni Iudæorū futurā veniente Christo. Item Iehu non fuit mētitus, sed ironicè locutus est. Vel dic, quòd inspiratione diuina hoc dixerunt, vt extra de diuort. gaudemus.

Abraham, Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes.

Neq;] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de perfecto, qui firmum propositum habet de non mentiendo: hic mortaliter delinquit si pro alio mentiat, & ideo si non vult verum dicere, taceat ne dicendo veritatem proximum lædat. In secunda parte ponit duo genera mendaciorū, vnum quod fit causa ioci, & aliud quod fit causa consultationis, in quibus imperfectus mentitur, vel forte etiā perfectus venialiter delinquit. In tertia parte dicitur, quòd non debet mendax reputari qui gladium sibi commendatum promisit alicui se redditurum quando petierit, & postea nō reddet ei si petierit, cum factus fuerit furiosus, ne se vel alium interimat. Secunda pars, [Duo vero.] Tertia ibi, [Illud vero.]

2 No. q̄ multiplex est pfectio, s. pfectio sufficiētiæ ordinis, p̄lationis, & alię quędam sicut distinguūt Theologi s̄m Ro.

mendacium deprauat. Sequens cap. planum est.

a ¶ Rebus.] Maius enim est mentiri de Deo, quàm de homine.

Consiliū neminem obligat. b ¶ Qui consulendi] Ratione consilij nemo peccat vel obligatur, dummodo non sit fraudulentum, vt ff. de reg. iur. consilij. & vbi aliàs non erat facturus ille cui consulitur, vt ff mandati, si remunerandi, §. si tibi mandauero: quandoque tamen tenetur plus consulens, quàm faciens, vt 86. dist. tanta.

c Nec artificioso.] Vt si hoc modo dicat, iste equus nescit scandere arborem, intelligens quòd nesciat

e ¶ Non occiditur.] Videtur ergo, q̄ perfectus homo 2 mortaliter * peccat mentiendo pro vita alterius: & sic erit deterioris cōditionis perfectus, quàm imperfectus. Ad quod notandum, q̄ triplex est genus mendacij. Malignitatis, quod fit causa decipiendi, & illud omnibus est mortale peccatum. Iocositatis, vbi nemo læditur, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis, quod fit pro salute alicuius; & de illo dicitur, q̄ sit mor-

** Perfectio hominis non facit peccatū ex veniali euadere mortale.*

Mendacium est triplex, nec est [illegible] mortale.

mortale perfectis, veniale imperfectis. Sed quare non est mortale potius illud peccatum quod fit ioco, & per quod nulli prosunt, quàm illud per quod prosunt alicui? Respondeo, ꝙ illud non fit ex animo, sed istud sic, & per illud intendit decipere, per istud non. Et intelligas hic perfectū solum illū, qui ex toto renunciauit omnibus pompis sæculi: qui si decederet, statim saluaretur. Sed cum nullus debet peccare venialiter ad hoc vt alter liberetur à morte, vt s. e. primum, qualiter ergo respondebit ille à quo quærit ab hoste, est talis in hac domo. si tacet, præsumitur eum esse in domo, si autem fatetur, reus erit homicidij. Respondeo, tacere potest, & licet alter præsumat malum ex taciturnitate, hoc ei nō imputatur. absit enim vt ea quæ bona & licita facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidēdis. vel per æquiuocationem cautè deludat interrogātem, dicendo non est hic, id est, non comedit hic, sicut Abrahā fecit, 1 s. eo. quęritur. hostē enim cautè possumus deludere. 43. dist. in mandatis. nō obstat 11 q 3. quisquis metu. vbi dicitur, quòd veritatem occultare, idem est quod dicere falsum: sed illud verum est in teste, qui assumpsit officium testificandi. Item non obstat 25. quæst. 2. præscriptione. quia obtinet circa iudicia.

1 Alia exempla plura habes s. e. §. Abrahā, vsque ad fi. quęstionis secūdum Rayn.

a ¶ Nonnullum.] Quia facit vt consulat proximo.
b ¶ Duplex.] Supra 11. q. 3. antecessor.
c ¶ Fures.] Ergo semper subintelligit hæc conditio, si res in eodem statu manserit, vt ff. de sol. cum quis in princ. ext. de iureiur. quemadmodum. Et est hic arg ꝙ propter nouū casum nouum datur auxiliū, vt extra de offi. dele. insinuante. ff de interrog. act. de ætate. Item arg. est hic, ꝙ verba generalia nō extenduntur ad ea, de quibus non est dictum vel cogitatum, vt s e. beatus. 11. q. 3. antecessor. & ff. de transac. cum Aquiliana, extra de decim. & multiplic. & extra de rest. spol. audita, &c.

FAciat.] CASVS. Dr hic, ꝙ quilibet debet defendere salutem hominū corporalem, dummodo hoc faciat sine mendacio, vel peccato; quia nunc id solum restat sibi, ꝙ rectè faciat, id est sine peccato. [Reliquum.] id est, relictum sibi restare licitè faciendum.

d ¶ Quod potest.] Ex hoc cap. habes, ꝙ solum illud dicimur posse facere, quòd iustè facere possumus. quandoque hæc dictio, posse, simul denotat potentiam iuris, vel facti, vt extra de rescript sciscitatus. quandoque potentiam facti tantum, vt 8. q. 1. Moyses quandoque refertur ad honestatem, de pęnit. dist. 2. charitas, ff de condi instit. filius. quandoque ad commoditatem. ff de verb. sign. nepos Proculo. 2

e ¶ Id reliquum esse] Id est, olim sibi est relictum. Omne

siue sua, siue alterius anima, debere mentiri: Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare; si quidem aliud est, falsum dicere, aliud, verum tacere, vt si quis fortè vel ad istam visibilem mortem nō vult hominem prodere; paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius: *& infra.* ¶ Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut, vt proximis prosimus, mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus † est, quia retinet nonnullam [a] beneuolentiam. Illud vero, quod non habet duplex [b] cor, nec mendacium quidem dicendum est; tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendauit, poposcerit; si fortè gladium suum repetat furens, [c] manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios; donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere: *& infra.* ¶ Manifestum α. est non esse culpandum aliquando verum tacere: falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis.

In concil. Toleta. 8. cap. 2.

† al. mitius.

α ¶ Manifestum.] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt:* Verum autem occultauit & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit, multa habeo vobis dicere: sed nunc non potestis portare illa; *& Apostolus Paulus, cum ait:* Non potui loqui vobis, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

Idem in libro contra mendacium, c. 17.

¶ Nostro peccato, alterius saluti consulere non debemus. C. XV.

FAciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest. [d] † Cum autem ad hunc articulū ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit; iam se existimet non habet quid faciat: quando id reliquum esse [e] perspexerit, quòd rectè β faciat.

Iuo p. 12. c 48. Pann. l. 8. c. 125.

† Ex isto tex. infertur, ꝙ actus resoluitur in potentiā, concord. text. in l. 3. §. si qs. ff. de statu. & l. 1. ff de leg. potentia ad multa refertur.

2 Consueuit dici, ꝙ quatuor modis dicit aliquid posse fieri, s. facultate naturę, iuris permissione, vitę merito, officij debito. de hoc not. Inno. ext. de cōcess. præb. accedens.

β ¶ Rectè.] *In originali legitur* [non rectè,] *sed non est emendatum propter casum.*

Cap. de mendacio in recen. impress & simile l. 2. de summo bono c. 30.

Idem Isidorus in synonimis, c. 10.

OMne genus.] CASVS. Dicitur hic, quod non debet aliquis aliquo genere mendacii mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.

a ¶Vt præstes.] idest, vt prosis. Ioan.

Quod

plo Ioseph, qui iocose fratribus suis mentitus est, non vt eos fallat. [per hominem,] idest, dispensatorem suum, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. [Exitus.] idest, finis.

¶De eodem. C. XVI.

Iuo p 12.c.49. Pan.l.8.c.126.

OMne genus mendacij summopere fuge; nec casu, nec studio loquaris falsum; nec vt præstes [a], mentiri studeas; nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

Item Augustinus in libro de mendacio, c.6.

¶De eodem. C. XVII.

Sap.1.

SI quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit a morte liberari: non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam *& infra.* ¶Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur; nunquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est.

¶Caput hoc abest a plerisque vetustis, & in duobus est cum nomine Palea.

Item Aug. in libro quæstionum Gen. c.44. q.145.

¶Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non sunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

Iuo p.12.c.43. Pan.l.8.c.129.

QVòd autem ait fratribus suis Ioseph: [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego?] de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suũ, quid sibi velit, quæri solet. An quia non serio, sed ioco dictum est, vt exitus [b] docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim a mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia.

Sed in veteri testamento multa permittebantur; quorum exemplis hodie vti non licet.

Vnde Gregorius lib.18. moral. c.3.

¶Veterum exemplo mentiri non licet.

C. XIX.

SI quis per vetus testamentum vult suum tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit; dicat necesse est rerum alienarum raptum [c], & retributionem iniuriæ [d], quæ infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quanta animaduersione veritas insequitur [e]: quæ nobis iam significationis suæ vmbra postposita, in vera carne declaratur.

Idem eodem libro, c.2.

¶Obstetrices de pietate remuneratæ de mendacio sunt punitæ.

C. XX.

Iuo p.12.c.41.

SI quælibet culpa sequẽti solet pia operatione purgari; quanto magis hæc facillime abstergitur, quã mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli vero de obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacij genus non

Exod.1.

esse peccatum, maxime, quòd illis mentientibus scriptum est, quia ædificauit illis Dominus domos. In qua magis

b ¶Vt exitus.] Ar. quod per cõsequentia probantur præcedentia, vt 34.q.1 c.1. & 1.q.1. constat. ff de ac. & obl. obligationum.

SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Sup in præc. dictum est, quod ioco suum mendacium, nõ est habendum pro mendacio Nunc vero dicit, quod hoc obtinuit in veteri testamento, vbi multa permittebantur, quæ hodie facere non licet, & hoc probat seq. cap.

SI quis per vetus.] CASVS. Quidam dicebant licere sibi mentiri ad instar hominum veteris testamenti. Aug. vero cõtra eos, ostendit, quod si eorum exemplis suũ volunt tueri mendacium, pari ratione debent dicere sibi licere aliena bona rapere, & proprias vlcisci iniurias, sicut tunc tẽporis constabat esse permissum, quæ si quis hodie faciat, pœnã patietur a Domino, qui prohibuit talia. [Postposita vmbra significationis.] idest, postpositis legalibus, & cęremonialib Christum, & iustitiam noui testamenti significantibus.

c ¶Raptũ.] Rapinã cõmiserũt filii Israel 14. q.5. dixit. Et est hic arg. quod vno prohibito prohibita sunt omnia similia. vt su. d.4. denique. in fi. & extra de constitutio. translato.

d ¶Iniuriæ.] Tunc licuit ppria auctoritate vlcisci iniurias, [1] vt 23. q.4. cum in lege. & q.5. si audieris. hodie non licet, vt 23 q.4. inter. & q.5. de occidendis.

e ¶Insequitur.] Cũ dicit, Mihi vindictã, & ego retribuam, & cum dicit. Si quis p cusserit te in vna maxilla, præbe ei, & aliam. 23. q.1. in princip. lo.

1 Hoc dictũ sane intellige. nã tunc bene peccabant si hoc faciebant pter auctoritatem iudicis, & sm hoc dictum G. nã eius auctoritate poterãt hoc iure facere, sed si faciebant, nõ idao puniebanť a iudice sine lege, vt hic dicitur sm H.

QVod autem ait.] CASVS. Quæsitum fuit ab August. an mendacium quod iocose dicitur, sit habendum pro mendacio. Et respondet, quòd non, quia non serio, vt alium fallat dicitur, sed ioco, & probat exem-

SI quælibet.] CASVS Quidã dicebant, quod si quis mentitur pro vita alicuius, non est peccatum, immo bonum est, & meritoriũ. Et hoc probat exemplo obstetricum.

cum, quibus mentientibus pro vita Iudæorum, Dñs eis domos ædificauit. Sed August. contra eos ostendit, ꝙ pro vita alicuius mentiri, peccatum est. tñ si alia peccata per pœnitentiam sequentem delentur, hoc multo facilius deletur; nec illæ obstetrices propter mendaciũ meruerunt, imo demeruerunt, quia quod potuit in æterna vita eis retribui, est in terrenam recompensationem declinatum.

a ¶Mereatur.] idest demeretur.

b ¶Merces.] Arg. aliquem cõsequi penã & premiũ ex eodem facto, sicut miles, q. mittitur causa ignominiæ, liberatur a sacramento, & est contra id, ff. de neg. gest. l. fine. & 16 q. prima, legi.

c ¶Æterna.] videas ergo, ꝙ si aliquis prosperitatem habet in hac vita, per hoc aufertur ei * spes æternæ vitæ, vt de pe. d. 3 q d ergo turbamur. Item ex isto loco videt, ꝙ istæ mulieres, quæ mentitæ fuerũt ꝓ salute alterius, peccauerũt mortaliter, quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna salute. Augu. tamen dicit eas venialiter peccasse. Sed vt patet in gl. Gregorij super Exod. vnde sumptum est illud c. istæ mulieres bis fuerunt mentitæ. Primo promiserunt Pharaoni, ꝙ omnes masculos interficerent: sed tunc habebãt in proposito, ꝙ non interficerent, illud peccatũ fuit veniale, quia fuit pro vita illorum conseruanda, & de illo loquitur August. postea vero pueris reseruatis cum redarguerentur a Pharaone, secundo sunt mentitæ, cum dicebant Hebræorum mulieres habere scientiam obstetricandi, &c. & tunc non fuerunt mentitæ pro vita puerorum, quia illi iam seruati erant: sed pro propria vita, ne interficerentur, & hoc mendacium fuit mortale *, propter hoc damnatæ fuerunt. Quidam tamen dicunt, quod licet propter veniale peccatum non damnetur aliquis, tamen impedire potest aliquem ne saluetur. Sed hoc non credo, cum veniale peccatum non tollat gratiam: nec eam impedit, etiam si omnia venialia peccata aliquis commisisset.

d ¶Potuit.] Si habuisset charitatem.

ABRAHAM. CASVS. Dr̃ hic, ꝙ non solũ Ioseph fuit a mendacio excusatus in veteri testam. sed et̃ Abraham, qui mentitus fuit pueris suis cum aliud diceret, & aliud se facturum deliberaret. Et hoc inducit seq. c.

PROPHETAVIT. CASVS. Ambro. ostendit in hoc c. ꝙ Abraham cum dixisset se cum filio rediturum, & propositum haberet ipsum immolandi Deo, captiose loquebatur, ne aliquis seruorum ipsum impediret: Dominus tamen per os eius prophetauit id, quod ipse cogitauit.

e ¶Parabat.] Dominus.

f ¶Captiose.] idest, caute.

QVANDOQVE. Hæc est quinta pars qõ. in qua dr̃, ꝙ possunt quandoque dissimulare boni viri, & non peccãt, quædam etiam dicunt prophetando. Io. de Fant.

Pœnã, & p̃mium consequit quis ex eodẽ facto.

* Difficilior redditur.

Prosperitas in hoc sæculo est periculosa.

Mulieres q̃ Pharaoni p̃miserunt oẽs mares interficere bis sũt mentitæ.

* Immo neque illud mortale, q̃m non perniciosum.

recompensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur [a]. Nam benignitatis earum merces [b], quæ eis in æterna [c] potuit [d] vita retribui, præmissa † culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata.

† al. pro admissa.

Abrahaam quoque loquens ad pueros suos ait. (Sedete hic cum asino: ego & puer illuc vsque pertransibimus, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos;) licet aliud se facturum deliberaret; tamen excusatur a mendacio. Vnde Ambrosius in libro de patriarchis. (¶Prophetauit Abraham, quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est, quod parabat [e]. Capite [f] autem loquebatur cum seruulis; ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu.

Gen. 22.

l. 1. de Abrahã, c. 8.

§ *Quandoque aliquid iubendo significamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus: sed experimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham a Deo tentatus legitur, cum iussus est immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. Vnde in eodem libro idẽ Ambrosius: (¶Non enim volebat [g] Deus immolari a patre filium: nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandã obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta preferret filio,) & infra: (Non inijcias, inquit, manum in puerum: neque facias ei quidquam.[& infra: (Affectũ tuum inquisiui, non factum exegi: tentaui mẽtem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero quod donaui ipse: nec hæredem inuideo, quem largitus sum non habenti.]*

Gen. 22. Ibidem in principio capitis, 8.

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, c. 2.

¶Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. C. XXI.

Vtilem [h] simulationem, & in tempore assumendam

CASVS. Docet Grat. hic, ꝙ quandoque significamus id fieri quod fieri nolumus, sed hoc facimus ad experimentum obedientiæ: sicut Deus tentauit Abraham, vt eius obedientiam experiretur. Hoc probat per seq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Genesi ꝙ Dominus præcepit Abrahæ, vt filium suum Isaac sibi immolaret, quod cum facere vellet, prohibuit eum Dominus, & ouem pro filio obtulit immolandam, quia Dominus nõ ideo præcepit Abrahæ filium suum immolare, eo ꝙ vellet ita fieri: sed vt eius obedientiam tantummodo experiretur.

g ¶Volebat.] Sed nunquid voluntas Abrahæ fuit contraria voluntati Dei? non: sed ipsa volita fuerunt contraria. Abraham enim volebat interficere, & Deus hoc ipsum noluit. s. ipsum Abraham velle interficere, & sic eadem fuit voluntas.

VTilem.] CASVS. Ostendit Hieron. ꝙ multoties simulatio vtilis est; & ꝙ homo debet simulare id quod non est: nec fieri cupit. Et hoc probat tribus exemplis. s. Iehu regis Israel, & Dauid, & Christi, qui simulationem peccatricis carnis assumpsit.

h ¶Vtilem.] Arg. quod dolus contra hostẽ bonus est, vt 23. q. 3. dominus, & 47. distin. in mandatis, & ff. de cap. &

Dolus in hostem bonus est.

& postli. re. nihil interest, C. de commer. & merca. l. 2. & 14. q. 5. dixit. & de consec. dist. 2. dixit dñs. Sicut ecõuerso quędam dissimulare possumus. ff. de noua. cõtra doli, in fi. arg. contra 23. q. 1. noli. dolus verò vel simulatio ad fallendũ semper malus est, vt 27. dist. qđ interrogasti, & 12.

mendacia sint venialia, & quæ mortalia: Postea facit quandã quæstionem, quare. s. Abraham cum descenderet in Aegyptum cũ vxore, rogauit eam vt sororẽ suam se esse mentiretur: ne si diceret se vxorem illius, interficeretur propter eam: cum dictum sit, s. c. ne quis arbitretur, non esse mentiendũ pro temporali vita alicuius. Postea soluit hanc obiectionem, dicẽs quod Abrahã noluit mendacium dici, sed verum taceri voluit: quia de eodem sanguine nata, verè soror dicebatur.

Iehu regis Israel nos doceat exemplum, qui cum non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset velle idolũ colere, dixit: [Congregate mihi omnes sacerdotes Baal. Si enim rex Achab seruiuit Baal in paucis; ego seruiam ei in multis.] Et Dauid quando mutauit faciẽ suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt. Nec mirum quamuis iustos homines, tamen aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutem: cum & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem [a] peccatricis carnis assumpserit: vt condemnans in carne peccatum, nos in se faceret iustitiam Dei.

4. Reg. 10.

1. Reg. 21.

Ecce, quę mendacia sint venialia & quę damnabilia. ¶ *Sed quæritur quare dicat August. non esse mentiẽdum pro temporali vita alicuius: cum Abrahã descendens in Aegyptum rogauerit Saram, vt sororem eius se esse mentiretur, dicens: [Noui, quòd pulchra sis mulier: & quòd cum viderint te Aegyptij, dicturi sunt, vxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.] Sed Abraham non mendacium dici, sed verum taceri voluit.*

Gen. 12.

Vnde idem August. ait in quæstio. Genes. q. 26.

¶ Quomodo Abraham excusetur à mendacio, qui Saram sororem suam esse dixit. C. XXII.

QVæritur, cur patriarcha mentiri [b] voluit, vt diceret Saram sororem [c] suam: & non potius Deo commisit; qui si vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem [d] seruare posset. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur, ꝙ nemo debet tentare Deum suum; dum habet quod rationabili consilio faciat.[e] Fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commisit, in quem sperauit: nec eum fides, aut spes fefellit. Si autem interrogatus illam fœminam indicasset vxorem; duas res tuendas committeret Deo, & vitam suam, & vxoris pudicitiam.

lib. 22. contra Faustum, cap. 36. 33. & rursus 36.

¶ *In quæstione ipsa vigesimasexta non sunt omnia verba huius capituli: sed confectum est etiam ex lib. 22. contra Faustum, & contra Secundinum, & ex alijs locis.*

Item opponitur, ꝙ Iacob mentiendo & sibi profuit, & alij nocuit: nec tamen reprehenditur, sed commendatur. Sed Iacob dicendo esse Esau primogenitum, non est mentitus.† Non enim dixit se esse primogenitum, nascendo, sed ius primogenituræ, illo vendente, ritè adeundo. Sic & Christus Ioannem dixit esse Heliã, non persona, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, non nascen-

Gen. 21. & 25.

Matth. 11.

† Adde Alex. de Imo. in l. qui iurato. circa fi. ff. q. satisd. cog. et tex in l. qui iurasset, in prin. ff. de iureiu. & singulariter Bald. in l. obseruare. §. proficisci, in 2. vel 3. col. ff. de off. procon.

Diabolus à Christo fuit deceptus. 1 Ad August.

Q Verit.] CASVS. Quæsitũ fuit ab August. cur Abrahã Patriarcha mẽtiri voluit Saram, vt se sororem suam diceret, & non potius commisit ipsam Deo. Et rñdet, ꝙ noluit mendaciũ dici: sed veritatem occultari voluit. soror enim sua erat, quia filia erat fratris. & ꝙ non commisit eam Deo tantũ, dedit nobis exemplum vt quãdiu possumus rõnabiliter pericula euitare, Deum tentare non debemus.

b ¶ Mentiri.] Ecce dicit Aug. ipsum mentitum: & tamen postea dicit ipsum non mentitum. & hoc est notandũ circa rescripta, vel circa iudicia, an quęrendo vel narrando vel diffiniendo aliquid dicatur, vt 3. q. 6 hęc quippe. & sic est hic argumentum, quòd interrogans non confitetur. Arg contra 30. quæst. 1. de eo.

Abrahã an sit mẽtitus.

Interrogans non confitetur.

c ¶ Sororem.] Hic patet, ꝙ nõ quilibet secundus gradus fuit in lege ꝓhibitus, extra de conuers. infid. interrogasti, in parte decisa. Itẽ patet hic, ꝙ licitè per æquiuocationem possumus hostem deludere, vt not. s. ea. ne quis, & infra §. proxi.

d ¶ Apud Pharaonẽ.] cõtra 32. q. 4. nemo, vbi dicit de Abimelech. ibi sol. nam ambo in ipsum Abrahã deliquerunt, de pęn. dist. 1. ex his, aliàs est, §. denique, ver. reges quoque. Lau.

12. q. 1. certè. C. de lat. liber. toll. l. 1. §. sed & qui pileati.

a ¶ Simulationem.] Vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas: 1 si diabolus eum filium Dei sciuisset, nunquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset.

ECCE. CASVS. Dicit Grat. ex supradictis patere quę

e ¶ Faciat.] Non ob. de consecr. dist. 1. omnis Christianus. vt ibi soluitur sic, 23. q. vlt si nulla.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima probat adhuc quòd homo po-

potest mentiri vt sibi prosit etiam alteri nocendo. Quod probat exẽplo Iacob, qui mentitus est se esse Esau patri benedicenti: & hoc modo sibi abstulit ius primogenituræ Sed hanc obiectionem soluit Grat. dicens, Iacob non esse mentitum, non enim se dixit esse Esau natiuitate, sed adiectione, vel imitatione: quia ex quo Esau sibi vendiderat ius primogenituræ: ritè eũ imitari poterat; & ius illud adire quod emerat. & hanc solutionem probat quatuor exẽplis, s. ioannis, quem Christus dixit esse Heliam virtutis imitatione: Iudæorũ & gentiliũ & Romanorum In secũda parte dr̃, q̃ quis eps de quo agit in themate, iurauerit falsum qđ putabat esse verũ, non tñ reus periurij iudicat: qđ probat exemplo Saulis, q pugnaturus contra Philisteos iurauit se interfecturum quicumq; comederet ante solis occasum, contra qđ iuf̃m Ionatha, filius suus fauũ mellis comedit: pp quod pater eum cõdemnauit ad mortẽ: sed preces populi hanc iuram reuocauit: nec tamẽ propter hoc reus p̃iurij iudicat. Secunda pars incipit ibi, [Eps vero.] Primum exẽplũ primæ partis est ibi: [Sic & Christus Ioannem.] Secundum ibi, [Sic & Iudei.] Tertium ibi, [Econtra gentiles] Quartum ibi, [Hinc idem Apostolus.

a ¶ Sed imitando.] Et ait qñque aliquis sumit potius appellationem ab accidenti quàm à natura, vt ff. de orig. iur. l. 2. in princ. & 1. q. 1. cito.

b ¶ Præputium facta est.] id est circũcisus es in preputio, & nõ in corde: cum tamen dixerit legislator circuncidite vos & amputate preputia cordis vestri.

c ¶ Reputat.] i. gentilis reputabit circũcisus si seruat legem.

do, vt diximus, sed emptione primogenituræ de non primogenito in primogenitum transeundo, sicut & ipse Esau primogenita vendendo de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic et Iudæi, cum essent filij Abrahæ carne; quia non fuerunt filij eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, sed dicuntur filij diaboli: cuius filij sunt, non nascendo, sed imitando.[a] Vnde à Domino audire meruerũt: [Si filij Abrahę estis, opera Abrahæ facite: nunc autem quęritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri facere vultis. Ioan 8. *Ioan. 8. ¶ Econtra gentiles, cum secundum originem carnis ab Abraham essent alieni; tamen imitatione fidei, & iustitię successerunt in filios Abrahæ. Vnde ab Apostolo dicitur eisdem. [Si autẽ Christi, ergo Abrahæ semen estis.] ¶ Hinc idem Apostolus scribens Romanis ait: [O tu Iudæe si circuncidaris, nec legẽ obserues, circuncisio tua præputium facta est,[b] quomodo & præputium, si iustitias legis custodiat, in circuncisionem reputatur:[c]] Præfertur ergo, vt ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed verum dicendo, sibi profuit, alteri vero non nocuit:[d] quia benedictionem sibi debitã accipit, non alienum † surripuit. ¶ Episcopus vero iste, de quo agitur, & falsum iurauit, tamen quia, vt supradictum est, ream linguam non facit nisi rea mens;[e] nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cum esset pugnaturus contra Philistæos, iurauit se interfecturũ quicumq; ante Solis occasum comederet. Ionathas autem filius eius non audito[f] regis iuramento, cum pugnando magnam hostium stragem[g] dedisset, & salutem fecisset in Israel; fame laborans,[h] vidit fauũ mellis, quem regia virga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimque oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, & facies eius exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eum dare neci, sed precibus, & pia populi supplicatione placatis, mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel; & pugnante, de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit: quia quod iureiurando se facturum decreuit, precibus populi † reuocatus non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quantum[i] in ipso fuit, quod iurauit, impleuit: dum sententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit.*

Marginal notes: Ioan 8. — Ioan. 8. — 1. Cor. 4. — Rom. 2. — † alienam — s̃. c. homines. — 1. Reg. 21. — † al. prouocatus

d ¶ Non nocuit.] Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est, vt extra de elect. cum ecclesia.

e ¶ Nisi rea mens.] Vt s̃ ea. homines.

f ¶ Audito.] Quia vox prẹconis paucis innotescit, vt C. quõ & qñ iud. auth. q semel & qui tardè venit ad iudiciũ, prẹsumitur non audiuisse vocẽ præconis, vt ff. de integ. rest. diuus. & edictũ tantum ligat eos ad quos peruenit, vt 82 dist. proposuisti, in fi. ff. de decr. ab ord. fac. l. vlt. tamen hæc non est excusatio sufficiens dummodo edictũ sit publice propositum, vt 16. dist. quod dicitis.

Vox præconis paucis innotescit.

Edictum ligat tantum eos ad quos peruenit.

g ¶ Stragem.] Et hoc ei non proficit si scienter contra edictum fecit, vt ff. de re milit. l. 3. §. in bello.[1]

h ¶ Laborans.] Illud eum potuit excusare. de consecr. dist. 5. discipulos.

i ¶ Quia quantum.] Sic dicitur aliquid quantum ad se, non quantum ad alios, vt 49. dist. c. vlt. & de consecrat. dist. 4. quæris, & 1. q. quod quidam.

1 Et ff. de re. cor. qui sub tu. l. quãuis, 16. q. 1. monachi.

Cum

QVÆSTIO III.



CVm ergo, vt ratione, & exemplo monstratum est, episcopus reus periurij non esset; consueta obedientia[a] ab archidiacono sibi denegari non debuit: cum etiam si criminosum illum esse constaret; ante diffinitiuam tamen sententiam, vt supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret descedere.

Constat ergo illicitum esse quod archidiaconus iuramento firmauit.

Vnde merito quæritur, an debeat seruari, vel non.

QVAESTIO IIII.



QVod autem illicita[b] iuramenta seruari non debeat, in Toletano concilio 8.c.2. legitur: in quo sic statutum est.

¶ Melius est vota stultæ promissionis non implere, quã crimen committere. C. I.

SI publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset † conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis; nunquid non tolerabilius[c] esset stultę promissionis vota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminnm implere mensuram?

Iuo par.12.c 9.
Pann.l.8.c 90.
† al. extitisse conditio allegatur.

Item Ambrosius de officijs, libro primo, c. 50.

¶ Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

Ibiden in Tole.8.

ESt etiam contra officium[d] nonnunqnam soluere promissnm; sacramentum custodire α: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid[e] petitum esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

unt.3.dist.39.
IPo par.12.c.3.
ann.l.8.c.91.
Matth.4.

α Custodire] *Addita est vox ista ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur.*



CVm ergo.] CASVS Hæc est 3.q. vbi quæritur, an licuerit archidiacono iuramento firmare quod episcopo suo debitam reuerentiam negaret? Et respondet quòd non, cum episcopus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiam si periurus fuisset, tamen non liceret archidiacono, vel alicui subiectorum ab eo discedere ante definitiuam sententiam. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramentum.

a ¶ Obedientia.] Hæc quæstio determinatur. su.14.q.vl. cap.vlt.sup.8.q.5 cap.nonne.



QVod autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima probat per xx. capit. ꝙ in malis promissis rescindendũ est iuramentũ, scilicet cum seruari non possit sine detrimento salutis æternæ. Scd̃a ibi,] Ecce ꝙ iuramenta,] Tertia ibi, [Sed cum his.] Io.de Fan.

CASVS. Hic proponitur quarta quæstio, vbi quæritur vtrum iuramentum illicitum sit seruandum. Et respondet, si iuramentum est illicitum: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali, vel veniali, non est seruandum, vt inf.c.1. &c. seq. & maximę in illo cap.in malis, si autem iuramentum est illicitum ex modo, quia incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere, vel bibere,, seruandum est: cum in deteriorem exitum non vergat, vt inf ea.c.si aliquid.& § illicitum.

b ¶ Illicita.] Iuramentum sex modis dicitur illicitum: ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex pſona eius q̃ iurat, vel ex persona eius cui iuratur. nam si impubes iurat, nõ tenet iuramentum 1, vt infr. ead. quæst. 5. parunli. Item si clericus laico iurat. infr. q 5. nullus. Ex re ẽt illicitum est iuramẽtum dupliciter, vt si res sit illicita, quę iuratur, vt inf.ea.in malis. & si res illa, per quam iuratur, non sit sacra, vt sup.ea.q.1.cler cum per creaturas & sup.q.1.considera. Ex fine illicitum est, vt si iuretur propter electum, & ante electionem, vt 8 q.3.Artaldus. Ex causa, vt si ad clamorem populi iuretur, vt infr.ead. vnusquisque Ex modo est illicitum, vt si temere iuretur, vel indiscrete, vel præter necessitatem, vt su ead.q.2. c.2.& infr ea.c.si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, vt si iuretur ĩ quadragesima, nisi de pace componenda, vt 1 q.5. decreuit. quod hoc versu perpenditur.

Quis, cui, q̃d, per, quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

Breuiter ergo teneas in hac quæstione, ꝙ semper iuramentum est seruandum, si est licitum 2, licet etiam illicitum sit ex modo iurandi, vt inf.ead si aliquid. extra de iureiuran.c.debitores. Ioan.

Iuramentũ sex modis dicitur illicitum.

1 Ad idem ff. de iureiuran. peierasse. nisi in casu ff. de li. cau.l.vlt.

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrem suum, vel corrumpere sanctimonialem. quare quæsitum fuit in concilio Toletano, vtrum tale iuramentum sit seruandum, & respondet quod non: quia tolerabilius est turpem promissionem reijcere, quàm eam adimplere. Seq cap.patet.cum.§.

c ¶ Non tolerabilius.] Nec peccat transgrediendo, ut inf.ead.in malis & cap.inter licet tunc peccauit quando iurauit 2. Ioan.

d EStetiam contra officium.] Id est, pietatem.

e ¶ Quidquid.] In hoc generali iutamento non intelligitur iurasse nisi quod licite facere potuit 3, vt extra de iureiuran. Quintauallis. extra de elect.causam.ff. de ope.liber. si libertus.& ff de ritu nup l.generali.& ff de jure dot. siue generalis. Ioan.

2 Vnde ei pœnitentia inducitur ext.eod. tit. cum q̃dam.

3 Non enim iuramentũ est vinculũ iniquitatis inf. ea.q.inter. extra de iureiur.quãto. & circa hoc dic ut le & not. extra de homic cũ iuramento, Arc.

QVòd Dauid.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ iuramentum illicitum non est seruandum: & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap sed additur, ꝙ de duobus malis eligitur minimum. Aliud c. scilicet, in malis promissis planum est.

iureiur. venientes. Io.

NOn solum.] CASVS. Hic dicitur quod si aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: sed de duobus malis minus eligere debet, scilicet, vt non adimpleat quod promisit.

Item in sermone S. Augustini episcopi de decollatione S. Ioannis Baptistæ, qui sic incipit [Cum Sanctum Euangelium legeretur.]

a Con. Serm. 11. de sanctis, cuius principium est [Propter hunc.

¶ Pietas fuit, quòd Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Video α Dauid piũ hominem, & sanctum in temerariam [a] iurationem cecidisse, & maluisse nõ facere quod iurauerat, quàm iurationem suam fuso hominis sanguine implere.

Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 11. Pann. l. 8. c. 92.

α ¶ Video.] *Hæc sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem vidẽtur summa quadam, nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere, sed non impleuit iurationẽ maiori pietate. *& infra.* ¶ Ecce sanctus Dauid non quidem iratus sanguinem hominis fudit; sed cum, falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis [b] elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio.

Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

Item Isidorus in synonimis, libro secundo β.

Cap. de mendacio in impresso Parisijs.

β ¶ Secundo.] *Etiam B. Braulius in vita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum alijs Isidori operibus sunt Parisijs impressa facile locũ haberet diuisio in duos libros. Nam ex posteriore parte videtur sumptus libellus de norma viuendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs sub hoc titulo.* Isidorus de homine, & ratione deflente, & de homine, & ratione consolante, *impressus est, videtur epitome quædam synonymorum.*

¶ Turpia vota seruanda non sunt. C. V.

IN malis [c] promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quòd incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

Iuo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gl. ord. in c. 14. Matthæi, in ver. iurm.

Item Beda in hom. 44. in Natali decollationis S. Ioan.

¶ Non est obseruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur. C. VI.

SI aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem [d] vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum nouerimus, ac magis instãte necessitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertẽdum. Deniq; iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum stultum, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.

inf. eo. si aliquid. c. 16. Burc. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. c. 13. & 75. Pan. l. 8. c. 94. & 118.

1. Reg. 25.

Idem ibidem.

¶ De duobus malis minus eligi oportet. C. VII.

NOn solum in iurãdo, sed in omni, quod agimus, hæc

Iuo p. 12. c. 13. Pann. l. 8. c. 93.

a ¶ Temerariam.] Iuramentum temerariũ & inconsulto calore iracundiæ factum, nõ est seruãdum, vt hic, & 22. q. 3. præuaricator. Ioan.

b IVrauit] ¶ Peccatis.] id est, quæ videntur peccata [1]. cum alterum non est peccatum. Ioan.

1 Id est, q̃ per se considerari pñt de genere peccatorũ: cum naturali casu transgressio iuri nullum est peccatũ etiã veniale s̃m Hu. sed tunc peccauit Dauid cũ temere iurauit. La.

c IN malis.] Aliud in malis promissis, & aliud in male promissis primũ non est seruandum, secundum sic, vt infra ead. cap. proxi.

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic Beda, quod si quis iurat se interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet venire contra iuramentum, quàm in aliud grauius crimen incidere: qđ probat exẽplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virum stultũ, & impium, tamẽ ad preces Abigail vxoris eius contra sacramentum veniens ensem reuocauit in vaginam.

d ¶ Peiorem.] Simile extra de iureiu. si vero.

d ¶ Peiorem.] Item aliud exemplum potest poni quàm hic ponatur, vt si iuraui me peccaturum venialiter, tale iuramentum non debeo adimplere: quia adijcerem peccatum peccato, vt infra ead. diffinitio. & si temere aliquid iuratur, quod est licitum, adimplendum est. si tamẽ propter necessitatem nõ possum adimplere, venialiter pecco, vt 25. distinct. §. criminis. in fi. & a licito iuramento (vt dicunt quidam) Papa non potest absoluere, vt not. 15. quæstio. 6. auctoritatem. sed contra eos est extra de

Iurm nõ sup est adimplẽdum.

Papa an possit absoluere a licitò iuramento.

a ¶ Contagio.] Quantum ad perplexionem animi, vt 13.d.nerui.
b ¶ In quo minus.] Quoties enim aliquid sine captióne fieri non potest, semper id quod minimum est, sequimur, vt ff.de re iud.quoties nihil Io. nus.
sententiam sæpe mutet, & mutando melioret.
c ¶ Inhonestum.] Non solum ergo iuramentum rei illicitæ non est seruandum, sed nec etiam inhoneste immo si tendat ad inhonestatem quandoque non est seruandum, licet possit seruari sine interitu salutis æternæ, vt extra de iureiur. quemadmodum.
d ¶ Quod ebrius.] Ergo promissio ebrij non tenet 1.vt 15.q.1.sane.
e ¶ Saltantiũ.] Arg. quod quod ad clamorem populi promittitur: non tenet. 11.8.q.1.licet. & c.si ergo & extra de elect. Osius. Item alia ratione non debuit tenere hoc iuramentum, quia ob reuerẽtiam hospitum videtur promisisse: & ea quæ ob reuerentiam alicui promittuntur non ligant, vt ff.quarum rerum actio nõ datur.l.1.§.quę honorãdę, sic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerẽtiam aliquorum, nõ præiudicat, vt ff. de fur.l.pen.
1 Item tene. cum ista glo. Ful.in con si 80.in fin vbi dicit quod contractus eiusq potationibus & ebrietatibus, vel adulationibus est inductus ad vendendum rem minori pretio quam ualeat, est ipso iure nullus. pro hoc bñ facit c. sane in gl.alias.
f ¶ Quod amentiæ.] Alias amicitiæ.
g ¶ de Iepte.] Infra prox. causa, qu.5.si nõ licet, in fi.contr. vbi dicit, quod votũ illud fuit à spiritu sancto. Sed dicas quod votum fuit iustum: sed talis solutio fuit iniusta. Hebræi tamen quidã reprehendunt etiam ipsum iusum: & dicũt quidam, quod si equus vel asinns ei obuiasset, nũquid illud obtulisset domino? quasi dicant non.

est moderatio solertius obseruanda, vt si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliquo peccat contagio [a] surgere non possimus; illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpessuros esse cernimus.

In Tolet.8.c.2.

Item Ambrosius de officijs, lib.3.c.12.

¶ Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quòd turpe est facere. C. VIII.

Iuo p.12.c.27. Pann.l.8.c.101. Matt.14.

VNusquisque simplicem sermonem proferat: vas suũ in sanctificatione possideat: nec fratrem suũ circumscriptione verborum inducat: nihil promittat inhonestum [c]: aut si promiserit; tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse; sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderunt: sicut de Herode supra scripsimus: qui saltaritici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetę pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tale fuisset periurium sacramento † ? Si tamen periurium possit dici, quod ebrius [d] inter vina iurauerat, quod euiratus [a] inter saltantium [e] choros promiserat. Infertur disco prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ [f] fuit, *& post pauca de Iepte* [g] *differens*. ¶ Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur patricidio. Melius est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& post paululum.* ¶ Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

† *homicidio*] Iuo

Ibidem.

Iud.11. Inf.c.non semper

a ¶ Euiratus.] *Emendatum est ex B. Ambrosio, & Iuone. Antea enim legebatur,* & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8.c.2.

¶ Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta. C. IX.

INcommutabilis, eademque semper existens Dei natura, parcens sua sæpe in sacris literis legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam [h]. Vnde quamlibet sit impassibilis, atq; immutabilis, eiusdem deitatis licet sint dicta firmissima crebrò tamen eius, & iuramenta leguntur, & pœnitentia: quæ sacris extant my-

INcommutabilis.] CASVS. Quæsitũ est in conci. Toleta. vtrum quis possit venire contra iuramentum suum illicitum & respondet quod sic, & hoc probatur exemplo Domini: quia licet sit incommutabilis, legitur tamen suam sentẽtiam mutasse, & contra sua iuramenta venisse. Probat, & hoc auctoritate Hier. prophetæ dicentis, Repente loquar, &c. [Iuramenta,] idest, dispositiones, secundum quod merita hominem exigebãt. Seq. cap. patet.

VNusquisque.] CASVS. Ostendit hic Ambr. quod aliquis non debet illicitum promittere: & si promisit, tolerabilius est promissum non adimplere, quàm facere rem illicitam. Et hoc probat exẽplo Herodis, & Iepte, qui sępe in scriptura reprehẽduntur, eo quod per promissionem suam illicitam impleuerunt nam bene poterant mutare voluntatẽ prauam, cum ipse Deus suã

h ¶ Sententiam.] Idest, communicationem, ea, quæ Dominus dicit communicando, vel commonendo, bene reuocat: sed ea quæ asserendo dicit, non reuocat. vnde Macrobius dicit quod tripliciter contingit Deos loqui.

Deus quæ à se dicta reuocet.
Deus tripliciter loquitur.

sterij ad operta. Iurare namque Dei, est à seipso nullatenus ordinata conuellere : pœnitere vero eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: *Hier.18.*
[Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnũ, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pęnitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agam & ego pęnitentiam super malo, quod cogitaui [a], vt facerem ei.]

¶ Initium huius capituli emendatum est ex recentioribus editionibus conciliorum Coloniensibus, & codice Lucensi regio. In vetustioribus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusque monasterij Dominicani post ver. innectenda. *quod in ipso concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter* . Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebro tamen, &c. *intermedijs omissis.*

Item Augustinus.

¶ Sapientia est reuocare, quod male loquitur. C. X.

MAgnæ sapientiæ est, reuocare [b] hominem, quod male locutus est.

Item ex concilio Ilerdensi, c 7.

Burc.l.12.c.17. Iuo p.12.c.74. Rabanus in pęnit. c.10.

¶ Qua pęna feriatur, qui illicitum iuramentum facit. C. XI.

QVi sacramento se obligauerit, vt litigans cũ quolibet ad pacem nullo modo redeat; pro periurio vno [c] anno à cõione corporis & sanguinis Dñi segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiuniis absoluat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet. *1.Pet.4.*

Item Ambrosius lib.3.officiorum, c.12.†.

†In Tole.8.c.2. su. e vnusquisq. in fine. Iuo p.12.c.17. Pann.l.8 c.102. Conc.Tol.8 c.2. Beda in Scintillis, c.36. Glo. ordi. in ca.14. Matt. Poly.l.6.tit.12. Burc.l.12.c.10. Iuo p. 12. c. 36. & 67. Pann.l.8.c.112.

¶ Non omnia promissa soluenda sunt. C. XII.

NOn semper promissa omnia soluenda sunt. Denique ipse dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

Item Isidorus sententiarum lib.2.c.31.

¶ De eodem. C. XIII.

NOn est obseruandum iuramentum quo malũ incaute promittitur: veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

Item ex concilio Toletano, c.8.

Rabanus lib pęnit. c.21. Burc.l.12.c.7 &23. Iuo p.12.c.64.

¶ Male iurans pœnitentiam agat. C. XIIII.

NEcesse est, vt male [d] iurans dignam pęnitentiam agat: eo quod nomen Domini contra preceptum illius sumpsit in vanum: quia in Exodo scriptum est: [Neque enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

¶ Verba propria huius, & sequentis capitis non sunt in canone secundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib pœnit. cap.21. & Burchardus lib.12. capitulo 39. coniunctè enim hoc affert cũ ijs, quæ in secundo illo canone legũtur. Idem vero Burchardus capitulo 6. citat ex Toletano capitulo 9. Iuo autem absolute ex Toletano. Suntq; apud ipsos hæc duo capita coniuncta,

a ¶ Cogitaui.] Idest, videor cogitasse.
b MAgnæ.] ¶ Reuocare]. i. nõ adimplere: nec dicitur fallax: sed ad rei veritatem reuertitur, vt 32 q.1. apud.

QVi sacramẽto.] CASVS. Iurauit quidam, quod nunquam per pacem cũ suo inimico veniret. quæsitum fuit in cõcilio Ilerdensi quid sit super hoc faciendum: & respondetur quod pro periurio. i. illicito sacramẽto dẽt per annum à corpore Domini separari, & reatum suum eleemosynis, & fletibus diluere, & ad pacẽ celeriter venire festinet. Seq. duo capitula plana sunt.

c ¶ Vno.] Sup. e q.1. cap. vlt. cõtra 6. q 1. quicũque. ibi imponitur septennis pœnitentia pro periurio: sed ibi loquitur cum quis transgreditur licitum iuramẽtum: hic loquitur cũ quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat: ergo septẽnis pęnitentia debet ei imponi, vt 33. qõ. 2. hoc ipsum? Respon regulariter imponitur septem annorum pœnitẽtia. sed ex causa diminuitur vel augetur illud tẽpus 26. q. 7. tempora. tamen hic non negatur quia per septẽ annos debeat pœnitere: sed hoc solum dicitur, quod à communione corporis Christi vno anno separatur.

NEcesse est.] CASVS Quidã iurauit se facturum aliqui inhonestum. vnde quæsitum fuit in concilio Toleta. quid esset de hoc faciendum. Et respõdetur quod pniam agere dẽt: quia nomine Domini abusus est illicite iurando. Et hoc probatur auctoritate Exodi. Sequentia tria ca. patent.] Diffinitio] idest, assertio.

d ¶ Vt mala.] Distinguit tamen an solenniter

1 Id quod s. male, &c. reuocare inquã cessatione operis s vt cesset, & nõ adimpleat illud malum, quod dixerat se facturum, vel verbo vel iuramento H. alias euolare insidum, &c 43. d. §. vlt. & hoc cum iurat quis illicitum ab initio. vel ẽt cũ ex post facto tendit ad noxã. 63. di §. verum 45. d. licet nõ Lau.

Pnĩa ex causa minuitur vel augetur.

quemadmodum, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item.

[Item] & in Leuitico.

C. XV.

Leuit. 19.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod facturum se sacramento deuouerit; omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c. 3.

† al. periurandum

¶ *Ita etiã cæteri collectores. Sed supra ea. caput, si aliquid ijsdem verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, vt ibi est indicatũ.*

¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum. C. XVI.

sup. c. si aliquid. Poly l. 6 tit. 11. Ans. l. 11. c. 73. Iuo p. 12. c. 75. Pann. l. 8. c. 118.

SI aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum; illud consilio salubriore mutandum nouerimus: & magis instãte necessitate peierandum † nobis, quam pro facto α iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

α ¶ Pro facto.] *Apud Iuonẽ, & in Pãnormia legitur,* pro vitando periurio, *vt supra ead. c. 6. In Polycarpo autem,* profecto in aliud. *Anselmus habet quemadmodum Gratianus.*

† al. Hibernensi

Item ex concilio Eliberitano †, c. 1.

¶ Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio soluitur.

C. XVII.

Burc l. 12 c. 25. Iuo p. 12. c. 80.

DIffinitio [a] incauta laudabiliter soluẽda est [b]: nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio [c].

¶ *Iuo citat vt Gratianus. Burchardus autẽ ex concilio Hibernensi, & sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.*

Item.

Sen. 3 dist. 39. Iuo p. 12. c. 15. Pann. l. 8. c. 98. 100.

¶ Illicitum iuramentum non est seruandum.

C. XVIII.

ACtione quarta septimæ synodi β] Ioannes Apocrisarius orientalium sediũ dixit. Significat sermo patris nostri Sophronij, quòd melius sit iurãtem peierare [d], quam seruare sacramentum in fractione sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia sacramento quidam se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater γ Sophronius nouerat bonitatem Dei; propterea transgredi voluit impium iuramentum. *Item paulo post.* ¶ Tharasius patriarcha dixit. Herodes seruauit iuramentum & perijt: Petrus vero negauit cum iuramento, & conuersus fleuit, & saluatus est. Omne [e] enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat. Sãcta synodus dixit. Sic nos docet sancta scriptura. Item Leontius † episcopus Phoceæ dixit: Scriptum est: [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur, quasi nullam virtutem habens.

In Liminario, cap. 17.

† al. Leo

Zach. 8.

niter iuret, in incursu verborum. Si cum incursu verborum, tunc venialiter peccaret, vt 25. dist. n. §. alias.

a Diffinitio.] Id est, affirmatio.

b ¶ Soluenda est.] Id est, frangenda est.

c ¶ Emendatio.] Non enim peccat frangendo tale votum: sed in hoc peccat quod temere iurauit, vt 33 quęst. 5. vna. Sed nunquid tale iuramentum quod temerarium est, i. de re illicita factũ, inducit depositionem vel infamat? Arg. quod sic 6. q. 1. qui cumq; sciens. & c. infames. & inf. c. q. 5. si quis cõuictus. & extra de iureiuran. querelam. Sed contra extra de iurein. cap. sicut. Ego non credo tale iuramẽtum infamare, vel impedire electionẽ factam, vel faciendã. De hac materia not. 85. d. archidiaconum. Io.

Iuramẽtum de re illicita factum non infamat.

ACtione.] CASVS. Quidã episcopi iurauerunt se fracturos imagines saluatoris & sanctorum, quæ in ecclesijs erãt: quare quæsitũ fuit quarta die: septimæ synodi. an illud illicitum iuramentum esset seruandum, & respondetur quod non. & ad hoc probandum inducitur auctoritas Sophronij, scilicet si quis vult illicitum iuramentũ seruare, peribit sicut Herodes si quis vero non seruat, indulget sibi Deus sicut Petro indulget. Sequens capitu per se patet.

d ¶ Peierare.] Quo ad similitudinem facti.

e ¶ Omne] Nisi quãdo peccatum in spiritum sanctum, ita quod sit impœnitens.

β ¶ Actione quarta septimæ synodi.] *Hæc verba in vno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium vero capitis est,* Ioannes, &c. *& versio hæc non est Anastasij bibliothecarij.*

γ ¶ Quia pater.] *Aliter habet locus ille synodi. Ibi enim ex Limonario, seu horto spirituali cuius auctor est Sophronius, refertur consilium abbatis Theodori Aeliotæ da[?]um incluso; vt iuramentum diabolo præstitum de non adoranda imagine virginis Mariæ Iesum infantem gestantis nullo modo seruaret.*

Item Isidorus.

¶ Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [a] fuerit, vt definiat [b] agere aliquid eorum, quæ non placent Deo; pœnitentiam agat: & quod contra mandatum Domini statutum est, in irritum reuocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶ Tribus siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt [c]. Primo, cum quis male iurat [d]. Secundo, cum quis incautè iurat [e], non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri vel puellæ in domo parentum se iuramento constrinxerunt patribus †, postquam audierint, contradicentibus [f]. † *al. parentibus*

¶ *In libro de institutis monachorum B. Basilij Rufino interprete hæc leguntur,* Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo. *In responsione vero subijcitur,* pœnitentiam debet agere *& postea* oportet irrita reuocare, quæcunque ex præsumptione contra mandatum Dei statuuntur.

2 *Ecce, quòd iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter seruantur. Quod tunc intelligendum est; quando iuramentum illicitum deseritur, vt ad bonum redeatur. Cæterum, si propterea deseritur, vt in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnetur.*

Vnde Augustinus de bono coniugali, c. 4.

¶ Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

Iuo p. 12. c. 14. Pann. l. 8. c. 96.

SI ad peccatum faciédum fides adhibetur; mirum, si fides appellanda est. Veruntamen [g] qualiscunque sit, si & contra ipsam fit; peius fit: nisi cum propterea deseritur, vt ad veram fidem, legitimamque redeatur: id est, vt peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta; tanquam si quis cum hominem solus expoliare nō possit; inueniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur; vt simul id faciant, spoliumq; partiantur: quo facinore commisso totū solus auferat: dolet quidē ille, & fidē sibi nō esse seruatā cōqueritur [h]. Verū in ipsa sua querela cogitare debet

a SI quis præuentus.] Id est, deceptus.
b ¶ Vt definiat.] Id est, intendat.
TRIBVS CASVS. Docet Hier. in hoc c. quod tribus modis potest quis contra suum iuramentum venire. Primo cum quis scienter male iurat. Secundo cum incautè iurat, nō putans esse peccatum quod iurat. Tertio cū pueri, vel puellę intra pubertatis annos in domo parentum se obligant sacramento: quod parentibus contradicentibus potest irritari.
c ¶ Soluenda sunt.] Idest, irritanda.
d ¶ Male iurat.] Sciēter.
e ¶ Incautè iurat.] Ignoranter.
f ¶ Cōtradicētibus.] Intra annum, vt 20. q. 2. puella.
ECCE. Hæc est 2. pars q. in qua probatur quod si aliquis venit contra proprium iuramētum malū quod mutatur ad bonum, tunc non peccat: si autem vt conuertatur ad peius, tunc peccat dupliciter. Ioan. de Fant.
CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens quod illicita iuramenta non sunt seruanda: immo laudabiliter dissoluuntur, cum illicita iuramenta deserunt ideo vt ad bonum redeatur. sed si sacramenta illicita deseruntur, vt in aliud malum transeatur, damnabiliter seruantur: sed damnabilius contemnuntur. quod probat per seq. cap.
SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cum nō posset solus spoliare viatorem, socium sibi quęsiuit, cui iurauit se redditurum medietatem de spolijs, quo spoliato totum sibi retinebat consocius. quare super hoc tres quæstiones fiunt. Prima est, an fides appelletur cum iurat partiri spolia viatoris? Et respondet Aug. mirum est, si fides dicatur. Secunda est, si faciat contra fidem sibi retinendo totum. & an sit periurium? Et respondetur quod sic. Tertia est, si nil dat socio, sed reddat cui abstulit: vtrum peccat? Et respondetur quod non. Vnde datur intelligi, quod si fidem debet seruare suo complici: multo magis humanæ societati. [Vtrobique,] i. in eo quod iurauit partiri spolia, & in eo quod totum sibi retinuit. Vel vtrobiq; i. quia rapuit, & ipse fidē non seruauit, sed totum sibi retinuit.
g ¶ Veruntamen.] Sed quæro qualiter possit quis fidem frangere in maleficijs socio: cū nec in istis possit contrahi societas, vt ff. pro soc. quod autem, & in l. sequen. nec aliqua obligatio contrahatur in turpibus, vt ff. de verb. obli. generaliter. immo magis peccat tradendo socio partem, quàm retinendo sibi: quia alij non possumus soluere quod alij debetur, vt extra de iureiu. cam te? Sed dicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius opinionem, vt si quis credat se teneri ex tali iuramento, si non satisfaciat erroneæ conscientiæ, mortaliter peccat, vt extra de simo. per tuas 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoq; consulitur alicui adimplere tale iuramentū; ad quod tamen non tenetur: & hoc ideo vt satisfaciat conscientiæ ipsius: & sic intelligo illud quod legitur extra de sponsa. commissum.

Obligatio non cōtrahitur in turpibus.

h ¶ Conqueritur.] Non potest in iudicio conqueri: quia ex improbitate nemo consequitur actionē, vt ff. de furt. itaq; fullo. nec iudicium communi diuidundo locum habet inter prædones, vt ff. communi diuidendo. l. communi diuidūdo. §. inter prędones. nec pro socio. vt ff. pro soc. nec prætermittendum. immo si quis ratione illiciti iura-

Actio non datur ex improbitate.

iuramenti aliquid petit præstabit alteri 10. libetas auti in auth. coll. 5. scenicas non solum, &c.
a ¶ Potius.] i. ꝙ potius debet fides. in bono seruari.
b ¶ In bona vita.] Id est, in bono.
c ¶ Si sentit.] Id est, intelligit.
d ¶ Quam

malum transeatur, perniciosum est: quia peccata peccatis accumulantur. si vero deseritur vt ad bonum redeatur, bonum est, & non malum: sed potius flendum est si occasione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus quod probat per seq cap.

potius[a] in bona vita[b] ipsi humanæ societatis fidem fuisse seruandam; ne præda iniqua ex homine fieret; si sentit[c], quàm iniquè[d] sibi in peccati societate seruata non fuerit[e]. Ille quippe vtrobique perfidus, profectò sceleratior iudicandus est.

Idem ibidem.

Iuo ibidem. Pann. l. 3. c. 97.

¶ Si propterea fides non seruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

MVlier, si fide cõiugali violata fidem seruet adultero, vtiq; mala est; sed si nec adultero[f], peior est. Porro si eam flagitij pœniteat, & ad castitatem rediens coniugalem, pacta, ac placita adulterina rescindat; miror si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit

Ex his itaque apparet, quod si quispiam, vt diximus, illicitum iuramentum non seruauerit, vt in aliud malum perniciosum declinet; tanto grauius delinquit quanto damnabilius accumulantur peccata peccatis Si autem propterea deseritur, vt ad bonum redatur: nihil culpæ pro tali periurio contrahitur, potius deflendum est, si in aliquo illius iuramenti occasione nos deliquisse contigerit. Vnde Augustinus scribit Seuero Mileuitano episcopo consulenti de quodam Hubaldo qui à consanguineis cuiusdam pellicis coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniugem, nec matri suæ, vel fratribus vlterius necessaria subministraturum.

Rescribit ergo B. Augustinus, vt diximus. Seuero Mileuitano episcopo ita dicens.

¶ De quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri, & fratribus. C. XXII.

INter cętera, vt rogaueras, a patre nostro Ambrosio q̃siui; quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore nescis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere; matrimonium[g] sit in Deo firmum; & stabile. Porro iuramentum non ob hoc

INter cætera.] CASVS. Quidã nomine Hubaldus captus cum concubina sua compulsus est iurare consanguineis eius eam suscipere in vxorem: matrẽ vero cum fratrib. de domo expellere: iurauit etiã quòd nihil eis impẽderet pro alimonia: quare Mileuitanus episcopus rogauit Aug. vt ab Amb. q̃reret quid de Hubaldo esset faciendum: qđ & factum est. Rescribit ergo Aug. vt Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit: matrem vero & fratres non expellat de domo: sed eis præbeat alimenta, & si occasione illius illiciti iuramenti aliquid eis hactenus defuit, per pœnitentiam emẽdet: nec vllam infamiam ex illo iuramento facto per compulsionem contrahit: quia illi potius infamiam, & reatum periurii contraxerunt, qui eum iurare coegerunt.
g ¶ Matrimonium.] Videt̃ ex loco isto, ꝙ coactio cõditionalis non impediat matrimonium: sicut nec ĩpedit alia sacramenta, nec impedit sacramẽtum baptismi, vt 45. distin. de Iudęis. nec sacramentũ ordinis, vt 74. distinc. vbi ista. Itẽ alia ratione, quia hoc sacramẽtũ seruari potest sine interitu salutis ęternę, ergo est seruandum, vt extra de iureiur. si vero. Sed contra matrimonia debent esse libera. & ibi animus debet gaudere plena libertate, vt extra despon. requisiuit. &c. cum locum. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ talis est cogendus ducere mulierem quam coactus desponsauit. si tamen nullo modo voluerit. cessare debet ecclesia à coactione. Alij dicunt, quòd omnibus modis est cogendus 1. & quod dicitur in illa decret. requisiuit. quòd sit potius monenda quam cogenda, exponunt, potius, id est, prius. sic exponitur 23. q. 4. non inuenitur, in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt personæ, qđ vehementer præsumebatur ꝙ deberet sequi homicidium. Sed istis obuiat extra de spon. veniens. So. probabiliter potest dici, si placet, ꝙ in quatuor casibus non tenet iuramentum per coactionem extortum, vt in voto, vt extra

Matrimonium vtrum per coactionem impediatur.

1 Ad hoc extra de spon. ex literis.

d ¶ Quam iniquè.] Idest, quàm iniquum sit non seruare fidem in illicitis.
e ¶ Non fuerit.] Societas, vel fides.
MVlier si fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit se seruaturam fidem adultero: & ꝙ alteri se non supponeret: postea volebat adhærere, vel ad legitimum maritum redire: quæsitum fuit ab Aug. vtrum peccet? Et respondet, si seruat fidem adultero male facit: sed si alteri se subiiciat, deterius facit, si vero ad maritum redit, nullo modo delinquit.
f ¶ Si nec adultero] Ita ꝙ contrahat cum adultero tertio: & tunc peccatum accumulat peccato.
EX HIS. CASVS. Concludit. Grat. ex supradictis dicens, quod si iuramentum illicitum deseritur, vt in aliud

extra q met ca perlatum. In traditione rei ecclesiasticæ 15. q. 6 auctoritatem &c. seq. in dote, vt ff. quod met. cau si mulier. §. dos. In matrimonio, vt extra de spon. cu locum, &c. requisiuit Quod autem dicitur, hic matrimonium sit, &c. istud, sit non ponitur præceptiuè, sed hortatiuè; vel loquit in eo casu qñ post coactionem comixtus est ei carnaliter, vt extra de spon. veniens 2. Vel loquitur quãdo leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimonium ff. de rei. nu. si patre cogente. B.

g ¶ Decepti.] Multiplex ratio videtur suadere quare non debuerunt seruare tale iuramentum: tum quia erat ibi error personæ, tum quia dolus dedit causam iuramẽto: tum quia non poterant se obligare aliquo iuramento contra præceptum Dñi. Ad hoc dicunt plerique q di-

fuisse institutum inuenitur, vt esset vinculum [a] iniquitatis, vel matricidij [b] vel fratricidij, seu cuiuscunque criminis. Nec credo sacramẽtum ad hoc debere fieri, vt iniusta iuratio suorum bonorum sit iniustè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Periurij namq; percutitur pęna, & velut homicida in extremo examine à iusto iudice degrandinabitur † [c]; per quem sacrosanctum Euangelium ad iniustum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium iustæ, & humanæ petitionis adducitur. Foueat [d] itaq; Hubaldus matrem † [e], & fratres: & lugeat, si coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniustè irrogata, eius est infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium [f] coactæ voluntatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit.

† *al. degradabit*] *al. condemnabitur*

† Adde quia alet illũ qui hẽt prẽm & filium, non. Cy. in l. 1. & 3. C. de ali. & bar. l. pen ff. de li. agno.

Necat qui non alit.

a ¶ Vinculũ.] Arg. p opinione illorũ, qui dicut q iuramentũ per metum exortum non tenet. 31. q. 2. Lotharius. & 22. q. 6 c. 1. Sed ĩtelligas hoc ad hũc casum spectare, quem hic ponit. De hac materia notaui 15. q. 6 c. 2.

b ¶ Vel matricidij.] Videtur enim necare illum cui nõ præstat alimenta 12. q. 2 qui abstulerit. & 86. dist. non satis. ff. de lib agno. necare.

c ¶ De grãdinabiẽ.] .i. grandine pęnæ æternæ flagellabitur.

d ¶ Foueat.] Argu q iuramentum pro parte tenet, & pro parte non, vt 12. q 3 antecessor. & 13. quęst 2. si quos de seruis. & 17. q 4. quæsti

e ¶ Matrem.] Ad hoc enim tenetur, vt 30. d c. 1.

f ¶ Ad opprobrium.] .i. ad infamiam, non enim dicit ad peccatum quia reuera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quàm malo consentire. 32. quæst 5. ita ne. & sic non obstant contraria. inf. de consec. distinct 4. eos quos. & inf. ea. q. 5. c. 1. & 3 Ioan.

3 Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur, opponitur, quòd Iosue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia seniores Israel iuramento cum eis pacem firmauerant Sed notandum est, quòd seniores Israel, etsi scirẽt à Domino esse imperatum, ut delerent gentes terrę promissionis, decepti tamen à Gabaonitis nesciebant eos esse incolas terræ sibi promissæ. Venerunt enim (historia refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus dicentes. Viri pacifici, venimus de terra longinqua: calceamenta sunt attrita in pedibus nostris: panis defecit in sitarcijs nostris: audiuimus Dominum esse vobiscum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israel: & fecerunt pacem cum eis. Post diem uero tertium cum filij Israel appropinquarẽt Gabaonitis occurrerunt eis, quibus iurauerant seniores Israel. Illi autem videntes se esse deceptos, noluerunt delere eos: sed pepercit eis Iosue propter iuramentum seniorum Israel.

Iosue 9.

Unde Ambrosius in libro officiorum tertio, c. 10.

¶ Quædam licet à Deo prohibeantur; tamen iuramento firmata non sunt euitanda †. C. XXIII.

INno-

†Sic in vetustis, nam vulgatis erat] *seruanda*

i Hoc est ve... rum ... vt dicã ... prox ... not hic ...

**Reo lici... est secun... tura ... lia non ca... nonica ... rũpere ... quẽ pro ... ta cõseru... da. ... gl. in eo ... quem p... tueres. ... verb. in ... nibus.*

SED CVM HIS. Hæc est. 3 pars. qõ in qua quæritur, vtrum peccassent filij Israel, qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quod non Ioan. de Fan.

CASVS. Supra ostensum est, quod illicita iuramenta non sunt seruanda Nunc vero probat contrarium exemplo Iosue: qui licet contra Domini præceptum firmaret pacem cum Gabaonitis, tamen sacramentum suum non violauit; sed seruauit illæsum: & hoc ideo, quia seniores Israel nescierunt iuramentum illud esse illicitum, quia nesciebant illos quibus iurauerant esse incolas terræ sibi promissæ. & ad hoc inducit sequens capitu.

diuinitus fuit eis inspiratum 1. q deberent eis parcere: sed tñ iurm fuit illicitum, vt extra de elec. venerabilem. in fi. Vel dic q satis impleuerunt præceptum Dñi: quia satis vñr fuisse interfecti, cum redegerint eos in seruitutem. Nam seruitus morti comparatur. ff de reg. iu. seruitutem. non obstat dolus illorum, quia iste dolus fuit pro vita conseruanda: licitum * est n reo corrumpere aliquem pro vita conseruanda, vt 2. q. 3. c si quem pœnituerit. §. notandum. in fin.

INnocens.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc c. quod non est vituperandum si alicui creditur ignoto, etiam si ab eo decipiatur: & hoc probat exemplo Iosue, qui Ga-

Gabaonitis fingentibus se de longa terra venire credidit, & cum eis pacem firmauit, & societatem. post tertium vero diem cum populus Israel ad Gabaon ciuitatem venisset, & se circumscriptum esse indignaretur, nō permisit Iosue pacem reuocari, quia firmata erat religione

cens [a], credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas: sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem [b] esse, ignorare [c], quod noceat, & si circumscribitur ab aliquo; de omnibus tamen bene iudicat [d], qui [e] fidem [f] esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus Iosue, vt crederet Gabaonitis; testamentum disposuit, pacem dedit, confirmauit [g] societatem. Sed vbi in terras eorum ventum est; deprehensa fraude, quòd cum essent finitimi, aduenas se esse simulauerant, circumscriptum se populus patrum indignari cœpit; Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret †, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior [h] sententia, sed diuturnior.

† al. arguit.] orig.

Illicitum [i] ergo iuramentum, quod seruari prohibetur, intelligendum est: quod scitur esse illicitum, dū iuratur. Si aūt nescitur illicitum esse: ipsa ignorantia excusat: si putetur licitum esse, non ex ignorantia iuris [k], sed facti. Aliud .n. est, si alicuius copula credatur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, vel quia creditur esse vidua: aliud, si ideo putatr licita, quia consanguinearum coniunctio, vel relictarum copula nullo iure credatur esse prohibita. Hic .n. est ignorantia iuris, quę neminē excusat;

gione iuramenti.

Innocens ,p stulto qnq; sumitur.

a ¶Innocens.] idest, simplex & iustus Salomon tamen sumit hoc verbum, innocens, pro stulto, vnde hoc sumptum est, & sic sancti viri idem verbū retorquent, quandoque ad contrarios intellectus. Sed nonne æque reus est ille qui de facili credit, sicut ille qui mentitur vt 11. q.3. non solum, & nimia facilitas credendi vituperatur, 86.d. si quid vero? Sed illud intelligas de iudicio qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere secundum verba alterius partis 4. q 9. c. 1. 2. & 3.

b ¶Innocentem.] i. talem qui non noceat, nec nocere velit. 6. q. 1. oues, & c. sapiens.

c ¶Ignorare.] Per experientiam facti, nam scriptum est, Scientia malorum bonis obesse non debet.

Spūalis iudicat oia, &c.

d ¶Iudicat.] Diceret aliquis, quomodo potest esse bonus, qui non habet discretionem, & iudicium, ex quo decipitur: cum Apostolus dicit, Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur? ideo dicit, iudicat de omnibus etiam de ignotis, in his, scilicet quæ spectant ad salutem, quia si quis deciperet in talibus, ibi non esset minus periculum falli quam fallere, vt 16. q. 1. si cupis. Tunc enim de ignotis nō debemus aliquid præsumere, nec de bonis malum, nec de malis bonum, vt 46. d. sunt nonnulli. in fin. Vel dic indicat, idest, præsumit bene de quolibet.

Iurum illicitum an propria auctoritate possit infringi.

e ¶ Qui.] idest, quia ipsi.

f ¶ Fidem.] idest, verborum veritatem.

g ¶ Confirmauit.] Argu. est hic, ꝙ qui iurat rem illicitam, propria auctoritate non potest venire contra iuramentum illud 1 vt extra de elect. venerabilem, in fine. Nam illicitum est renuere curam pastoralem, & tamen iurans teneretur illud seruare, vt 85 distinct. Florentinum archidiaconum. simile extra quòd metus causa, ad aures. sic extra de iureiur. debitores.

1 Arg. cō tra su. e. qui scro vbi de hoc satis dixi. in f. Arch.

h ¶ Clementior] Arg quod si iudex facit aliquid, quod non multum differt a mandato, ꝙ non dicitur excessisse fines mandati. si enim mandatur aliquibus, vt eligāt, possunt postulare, vt extra de elect. in causis, & de post. post translationem. in prin. Et de hoc notaui plura arg. 8. q. 1. licet. Item habes hic ꝙ licite commutatur vna pęna in aliam 2 vt sup. 6. q. 6. quia iuxta. & 82. d. presbyter. & 36. q. 1. de rap. Ioan.

Pęna vna in alia commutatur.

2 Etiam vbi dētur pœna mortis, v. hic & 23 q. 5. c. 1. & hoc verius est ante snīam latā a iudice post snīam autē non pōt hoc iudex nisi f. t Papa vel f. m H. de hoc lc. & no. 2. q 3. & no 2 q. 3. §. notādum in gl. vt in f. &c. Arch.

ILLICITVM. CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima parte concludit Grat. ex supradictis, quòd iuramētum illicitum seruari non debet, quod scitur esse illicitum cum iuratur. si autem nescitur esse illicitum, ꝑpter ignorantiam excusatur, quod ꝓbat Gratia. duobus exēplis, scilicet consanguineæ, & repudiatę quas si quis in coniuges ducit, ignorantia facti excusatur, quia nesciebat eam consanguineam, vel repudiatam esse, sed si sciret consanguineam, vel repudiatā esse, & crederet coniunctionem talium licitam esse: tunc excusaretur. Iudæi ergo non ignorabant ius, scilicet Gabaonitas esse delendos, sed ignorabant factum, scilicet Gabaonitas esse incolas terræ promissionis. & ideo quod iurauerant, seruare debuerunt. In secunda parte ostendit, ꝙ illud iuramentum illicitum, quod seruari prohibetur, non est intelligendum de omni illicito iuramento. nam cum sacramentum tres habeat comites, veritatem, iudicium, & iustitiā, vbi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum: non tamen vbicunque defuerit aliquod istorum, seruari prohibetur, quod probat duobus exemplis, scilicet exemplo eius, qui post votum simplex iurauit aliquam in vxorem ducere, & exemplo eius, qui temeritate iurauit se manducaturum. In tertia parte ostendit, quod iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primo scilicet ex eo quod iuratur, quod est malum. Secundo ex causa extra venienti.] Tertio ex modo iuramenti, & hoc probatur per exēpla, quæ satis patent in litera. Secunda pars incipit ibi, [Iuramentum namque.] Tertia ibi, [Iuramentum itaque]

Iuramentū illicitum tripliciter.

i ¶ Illicitum] In prima parte, §. dicit magister, ꝙ tunc iuramentum illicitum non sit seruandum, cum iurans tempore quo iurat scit illud esse illicitum: sed si ignorat illud esse illicitum, dummodo non sit ibi ignorantia iuris, non peccat, & hoc durat vsq; ad illum locum, quod autem illicitum. Secundo ostendit quòd non est hoc generaliter verum, quia si in aliquo iuramento deest aliquod istorum trium, vel iustitia, vel veritas, vel iudiciū, ꝙ illud non sit seruandum. Tertio dicendum, quòd iuramentum quandoque est illicitum ratione rei de qua quis iurat, quandoque ex causa superueniente, quandoque ex modo iurandi. Io.

K ¶ Iuris supra.] 1. q. 4. in fi.

a ¶ Cui

Ius ignorare quibus permittitur.

a ¶Cui permittit.] & c. vt militib. mulieribus, rusticis, & minoribus. ff. de proba. cum de indebito. §. si autem is. 1. q. 4 §. notandum.
b ¶Seruari.] Hęc nō est ratio sufficiens.
c ¶Nunquam.] Non bene dicit, quia si ille qui vouit simpliciter postquā duxit vxorem iurat qđ nō dimittet eam, illud iuramentum licitum est: sed si prius vouit quàm ducat vxorē, tunc potius seruabit votum quàm iuramentum, sequens, vt extra qui cl e. vel vo. rursus.
d ¶Ob solam religionem.] Non est hoc verum. 10.

nisi cui permittitur [a] ius ignorare: ibi vero ignorantia facti, qua quisque vere † excusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terræ promissionis ex præcepto Domini esse delendas: sed ignorabant Gabaonitas esse in colas terræ promissionis. Ignorabant si quidem factum: sed non ignorabant ius facti: atque ideo etsi illicitum esset quod iurauerunt; tamen licite seruari [b] debuit quod iuramento firmauerunt. Quòd autem illicitum iuramentum seruari prohibetur; non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (ut Hieronymus testatur super Hieremiam) debet habere tres comites, ueritatem, iudicium, & iustitiam: ubi autem ista defuerint; non est iuramentum, sed periurium. Unde datur intelligi illicitum esse iuramentum, cui aliquod istorum defuerit: non tamen cuicumque contigerit aliquod istorum deesse, prohibetur seruari. Aliquando namque iuramento deest iustitia: ueluti cum quispiam post uotū castitatis ducit uxorem, iuramento firmans nunquam [c] se ab ea discessurum, quod quamuis illicitum sit, quia iustitia sibi probatur deesse; tamen auctoritate Augustini seruari præcipitur. Hoc autem si quis contendat prærogatiuā coniugij, non propter religionem iurisiurandi seruari; animaduertat Gabaonitas ob solam religionem [d], contra Domini imperium reseruatos. Cum ergo omne Domini præceptum iustum sit; patet ei iustitiam deesse, quod eius præcepto contrarium inuenitur: Iudicium quoque aliquando iuramento constat deesse: ueluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat se manducaturum, & bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiscreta illicitum probetur; non tamen ideo uiolari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur: aliquando ex causa extra uenienti: aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur, tunc est illicitum iuramentum, quando id, quod iuratur, in sui natura uitiosum est, uel uitam adimens, ut adulterium, homicidium, & his similia; uel reparari non permittens, ueluti cū inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subuenire. Ista quia perspicuā in se habēt iniustitiam & si iuramento firmentur: tamen seruari non dēnt. Circa hæc utique † iuramenta, intelligenda sunt quæ de illicitis iuramentis nō obseruandis supra statuta legūtur. Quisquis ergo se iuramento firmauerit aliq.d facturum, quo uel corporalis uel spiritualis salus adimatur, uel sine quo utraq; salus reparari, uel confirmari non possit; sidē promissā seruare prohibetur: quorū exēpla præmissæ auctoritates subijciunt, dū eum qui homicidiū facere, vel alimenta matri, & fratrib. non subministrare, in adulterio perseuerare, uel ad pacem cum aduersario non redire, iuramentū præstādo promiserit; salubriori consilio illicita uota obseruare non permittit. Est etiam id, quod iuratur aliquando uitiosum: non natura sui sed ex causis extra venientibus: ueluti cum aliquis post uotum castitatis iurat alicui se habiturum eam in coniugem. ¶Coniugem namque habere, in seipso malum non est; tamen huic ex uoto perniciosum est. Hoc autem iuramentum, etiam si illicitum sit, non tamen seruari prohibetur; sed de uiolatione uoti pœnitentia sibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum; quando inconsiderate, & incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimitur, & sine quo utraque salus reparari, & uita conseruari ualet, ueluti dum aliquid a parentibus coactus, uel clericatus tonsuram, uel religionis uestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quāuis aliquib. uideatur reprehensibile, quia opus charitatis iuramento se non facturum promisit, nulla tamen

† al. fere.

sup. q. 2. animaduertendum.

† al. itaque.


Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima ponit quæ pœna imponatur per iuris compulsis vel voluntarijs, & qualiter puniuntur qui alios iurare faciunt falsum. & hoc probat per 7. c. Secunda ibi, [Item qui audit.] Tertia ibi, [Quæritur de eo.] Quarta ibi, [De ætate.] Quinta ibi, [De forma.] Sexta ibi, [Vt itaque.] Septima ibi, [Iuramentum. Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur, si licitum esset quod archidiaconus iurauit, s. episcopo non obedire, an episcopus, qui compulit eum ad peierandũ, reus sit periurij. & rñdet ꝙ sic: & hoc probatur arg. à minori. qa si consentiens pari pœna cũ faciente punit, multo magis cõpellens est puniendus. & ad hoc probandũ inducit sequentia c. Quid autem iuris sit de iuro per metum extorto, notari consueuit 15. q. 6. auctoritatem.

a ¶ Quòd autem.] Istud non habet dubitationem, an periurus sit qui alium cogit peierare: nam etsi ipse non propriè dicatur periurus, tamen mortaliter peccat, quia quòd alter mandato nostro facit, nos reputamur fecisse, ut ext. de sen exc. mulieres. Vtrum aut iudex licitè possit recipere iuramentum illius, quem scit velle peierare, dic vt dixi sup. 15. q. 5. presbyter 1.

Peccat mortaliter qui alium cogit peierare. Reputamur nos fecisse, quod alter mandato nostro facit.

tamen auctoritate seruari prohibetur: quia etsi nunquam clericatus tonsuram, vel religionis vestem susciptat; non tamen ideo minus salutem promereri valet: cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi, & Deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat se non facturum aliquid, quo expeditior sibi via preparetur ab beatitudinem, dummodo sine eo valeat salutem inuenire: quod iuramentum non prohibetur seruare Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui sine quo vtraque salus eius potest esse incolumis, etsi aliqua ex eo sibi commoditas præstaretur; nulla tamen auctoritate iuramentum seruare prohibemur, dummodo sit nobis alia via necessitatibus eius subueniendi.

QVÆSTIO V.


Vòd autem[a] quinto loco quæritur, si licitum esset, quod archidiaconus iurauerat, an episcopus esset reus periurij, qui ad peierandum archidiaconum cogebat, facile potest discerni. Si enim consentiens pari pœna cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur.

Vnde Pius Papa ait.

¶ Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur. C. I.

Ans. l. 11. c. 63. Burc. l. 12. c 4. Iuo p. 12. c. 61. † al. sciens se

QVi compulsus à domino sciens† periurat; vtrique sunt periuri, & dominus & miles [b]: dominus, quia præcepit: miles quia plus dominum [c], quàm animam dilexit. Si liber est [d], quadraginta dies [e] in pane, & aqua pœniteat, & septem sequentes annos [f]: si seruus eiusdem, tres quadragesimas [g], & legitimas [h] ferias pœniteat.

¶ *Anselmus hoc citat ex pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus, & Iuo seq. caput.*

Item.

¶ Pęnitentia eius, qui in manu episcopi, aut in cruce consecrata peierat †. C. II.

Poly. l. 6. tit. 11. Ans. l. 11. c. 64. Burc. l. 12 c. 5. Iuo p. 12. c. 62. † al. periurat † al. periurauerit † al. Romano

QVi peierat seu in manu episcopi, aut in cruce cõsecrata [i]; tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata, annum vnum pęniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans [k] peierauerit †, postea cognoscit; tres quadragesimas pœniteat.

Item ex pœnitentiali Theodori †.

QVi compulsus] CASVS. Quidã miles cõpulsus a domino suo sciens peierauit, quæsitũ fuit à Pio Papa vtrum vterque sit periurus & respondet quòd sic, & ideò miles si liber est, per 40 dies pœniteat ĩ pane: & aqua, & 7 sequẽtes annos. si vero seruˢ est eiusdem tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat. Casus trium sequentium c. planus est: quia ferè idẽ dicũt cũ primo.

r No. Hu. & La. ꝙ iudex põt recipere iurm ab infamato licet sciat eũ falsum iuratu rum. Arch.

b ¶ Et miles.] In atrocibus enim non debet aliquis parere domino suo, vt 11. q. 3 non semper &c si dominus. & cap. qui resistit. & ff. de re. iu. ad ea.

c ¶ Quia plus dñm.] Quod esse nõ debet, vt 11. q. 3. nolite 2.

d ¶ Si liber est.] Alibi magis punitur seruus quam liber, ut inf. 23. q. 1. qui contra. sed hic excusatur 2. propter pceptum domini. Io.

2 Nõ à toto sed quo ad minorẽ pœnam vt dixi sup. §. prox.

e ¶ Quadraginta dies] Vel continuè, vel interpolatim.

f ¶ Sequẽtes annos.] Non tamen in pane, & aqua.

g ¶ Tres quadragesimas.] vnã ante festũ natalis, aliã ante pascha, tertia ante festũ sancti Ioannis 3.

3 Idem Arc. hic, sed vide An. Cord. in singu. verti. quadragesima.

h ¶ legitimas ferias.] .i. secundum & quartã, & sextam ferias, vt de cons. d. 3. ieiunia. & 82. dist. presbyter. Io. de Fan.

Feriæ legitimæ sũt tres.

i QVi peierat.] Consecrata.] Quia quanto sanctius est, per quod iuratur, tanto maius est periurium, vt su ea q mouet. Nunquid ergo maius sacrilegium committunt qui verberant clericum in maioribus ordinibus constitutum, quàm qui in minoribus? credo quod sic, vt 17. q. 4. si quis deinceps. & cap. qui subdiaconum, &c. qui occiderit

K ¶ Et ignorans.] Esse peccatum ꝙ iurauit. nam si fuisset

fuisset ignorantia facti, nullum esset peccatum, nisi ignorantia fuisset crassa, quæ neminem excusat. C. de rescindenda vendit. quisquis. 1

1 De hoc no. 38.d. in sum. quod dicit de ignorãtia facti, non vt bene dictũ: quia factum suum nemo dẽt ignorare. argum. ff. loca. sed ad des, §. 1.

a ¶ SI quis.] ¶ Redimendã.] Licet enim timore mortis iurauerat, tamẽ peccauit, vt 32. q. 5. ita ne. sed ratione coactionis mitigatur pęnitẽtia, vt ext quod met. cau. sacris. nõ est contra 15. q. 6 cap. 1. ibi enim non absoluunt à peccato, sed à iuramento. Ioan de Fan.

b ¶ Alij.] Ergo illa q̃ minor est, imponenda, vt 50. distinctio. cap eos vero.

c ¶ SI quis.] ¶ Sine pęnitentia.] Interiori, vt 6. q. 1. quicunque. Ioan.

ILle q. est.] CASVS. d r in hoc cap ꝙ si quis cõpellit aliquẽ, vel prouocat ad iuramentum, quem scit falsum iurare, magis peccat q̃ homicida. quia iste corpus interficit: ille verò animã suam, & alienã.

d ¶ Vincit] Non intelligas, ꝙ plus peccat periurus, q̃ homicida: immo ille plus peccat, vt 13. dist. c. 1. sed dicitur eum vincere: quia maius dãnum facit, quia maius damnum est, in amissione vnius animę, quàm mille corporũ, vt 24. quæst. 3. si habes. Ioan.

Aię vnius pditio est grauior q̃ mille corporum.

QVi exigit.] CASVS. Dr in hoc ca. ꝙ si aliquis cõpellit aliquem ad iurm, quem scit falsum iurare, peccat: si autem nescit, non peccat.

e ¶ Humana.] Id est, de humana procedit infirmitate procedit, vt sup. ead. q. 1. non est.

f ¶ Impressit.] Multipliciter cogendo. Io.

SI quis couictus.] CASVS. Quidam traxit aliũ ad falsum testimonium dicendum, vel ad aliud periurium. Quæsitum fuit quam pœnam vterq; pati debeat? Et respõ. quòd qui fieri fecit, donec vixerit debet cõmunione priuari: qui vero fecit, ab omni testimonio repellatur, & sit infamis.

g ¶ Infamia.] An iuramentum infamet, vel non no. 2. 6. q. 1. quicunque. sed coacti si iurassent, non infamarentur, vt s̃ proxi. inter cætera.

2 De hoc ẽt no. ext. de iureiur. querelam. & 23. q. 5. rex debet.

ITEM

¶ Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus periurat. C. III.

j SI quis coactus pro vita redimenda,[a] vel pro qualibet causa, vel necessitate periurat; quia plus corpus, quàm animã dilexit, tres quadragesimas pęniteat. Alij[b] verò iudicant tres annos, vnum ex his in pane, & aqua.

Poly. ibidem. Burch. l. 12. c. 6. Iuo p. 12. c. 63.

Item Gelasius Papa.

¶ Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna sit feriendus. C. IIII.

ij SI quis peierauerit, † & alios sciens in periuriũ duxerit; quadraginta dies pęniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nũquam sit sine pęnitentia:[c] & alij, si conscij fuerint, similiter pœniteant.

Poly. l. 6. tit. 11. Anſel. l. 11. c 67. Burch. l. 12. c 9. Iuo p. 12 c. 66.

† *al. periurauerit*

¶ *Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri vero indicati collectores Pelagio.*

Item August. in sermone de decollatione S. Ioannis, [id est serm. 11. de Sanctis.

¶ Homicidam vincit, qui sciens ad periurium hominem compellit. C. V.

ILle, qui hominem prouocat † ad iurationẽ, & scit eum falsum esse iuraturum; vincit[d] homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & suam. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit; & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inuenisti? immo & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti.

Sent. 3 distin. 39. Iuo p. 12. c. 28. Pann. l. 8. c. 108.

† *prouocauit*] orig.

Idem in serm. de periurijs, [id est, in sermone de verbis Apostoli 30. al. 28.

¶ Non peccat, qui iuramentum exigit ab eo, quem nescit falsum iurare. C. VI.

QVi exigit iurationem, multũ interest, si nescit illum falsum iuraturum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei fiat; non est peccatum: α tamen humana[e] tentatio † est. Si autem scit eum fecisse, nouit fecisse, videt fecisse, & cogit iurare; homicida est. Ille enim suo se periurio perimit: sed iste manum interficientis, & impressit, †[f] & pressit.

Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 30. Pann. l. 8. c. 110.

† *al. contentio*

† *al. expressit*

α ¶ Non est peccatum.] *In originali est,* non audeo dicere non esse peccatum. *Sed ob casum non est mutatum.*

Item ex concilio Matisconensi primo, c. 17.

¶ Vsque ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit. C. VII.

iij SI quis conuictus fuerit alios ad falsa β testimonia, vel periuria attraxisse, vel quacunq; corruptione solicitasse; ipse quidem vsque ad exitum vitæ non communicet: ij verò, qui ei in periurio consensisse probantur; postea ab omni testimonio sunt remouendi: † & secundum legem infamia[g] notabuntur.

Burch. l. 16. c. 8. Iuo p. 12. c. 16.

† *al. prohibendi*

β ¶ Falsa.] *In concilio ipso Matisconensi (restituta enim est citatio ex manuscriptis, cum antea citaretur Moguntinense) legitur,* falsum testimonium, vel periurium.

ITEM QVI AVDIT. Hæc est secunda pars quæstio. in qua quæritur. cui debet dicere si videt quis quòd aliquis vult falsum iurare, & quid iuris. probatur inf.cap. prox.Io.de Fant.
a ¶ Falsum.] Supple nisi indicauerit, portabit iniquitatem

ꝙ hic loquitur in causa denunciationis, vbi modica scientia aliquam fidem facit, argum. extra de sponsal. præterea 2 immo, & in iudicijs facit fidem testimonium de auditu, vt extra de success. ab intest. cum dilectus. extra de test. cum causam. Io. Sed certe testimoniū de auditu est proprie cum aliquis audit aliqd dici esse factum. Sed si audit contrahentes, non est testimoniū de auditu. Et hoc innuit ext. de test. licet 2. tamen hoc ca. non loquitur de vera denunciatione, sed potius de indicatione, scilicet cum quis indicat alij, ꝙ aliquis vult peccare, & spectat ad delicta committenda, & ad delicta commissa, & ad illa non tenentur, nisi qui habent magistratū super aliquos, & illa denunciatio dicitur Euangelica, ista dicitur canonica, & hæc probatur semper; illa vero nō. Et sic patet, ꝙ crimina nondum commissa possumus denunciare, vt hic, & 93. d. diaconi 1. ibi, vicinum præcipitio, &c. extra de desp. impu. c. pe. ext. de cog. spi. tua Io.
d ¶ Iurauerit.] i. iurare voluerit.
e ¶ Mortis.] De facto, quia de iure pp vnius dictū non posset iudicari. & est si. de pęn d. 1. c. pen.
f ¶ Prodesse.] vt sūt sacerdotes, vt 14 q. 5 deniq;. Qui ergo dicit talib. qui possunt prodesse, non obesse, non dicitur prodere, vt 2. q. 1. si peccauerit.

casu sit verū vt ar. 35. q. 6. de parētela. &c. eps: non tñ ex hoc loco hr̄ potest

Testimoniū de auditu qñ proprie fit.

Denunciatio alia Euangelica, alia canonica.

2 *Item, qui audit aliquem falsum* [a] *iurare, & tacet; delinquit. Vnde Augustinus ait in quæstionibus Leuitici. q. 1. ad c. 5. [Anima, quæ audierit vocem iurantis falsum, &c.]*

Gloss ord. initio ca. quinti Leuit.

¶ Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo iuratur. C. VIII.

Iuo p. 12. c. 29. Pann. l. 8. c. 109.

HOc videtur dicere peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eum falsum iurare, & tacet. Tunc aūt scit; si ei rei, de qua iuratur; testis fuit [b], aut vidit, aut conscius fuit, idest aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ipse, qui iurat, illi indicauit. Ita .n. potuit esse conscius. Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum non parua existit † plerumq; tentatio. Possumus .n. paratum ad periurium admonendo, vel prohibendo a tam graui peccato reuocare: sed si non audierit, & coram nobis de re, quam nouimus, falsum iurauit [d], vtrum prodendus sit, si proditus ēt periculum mortis [e] incurrat; difficillima quæstio est. Sed quia non expressit, cui hoc indicandum sit, vtrum illi, cui iuratur, an sacerdoti cuipiam †, qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest; videtur mihi, ꝙ se homo saluat a peccati vinculo; si † indicet talib. qui magis possunt prodesse [f], quàm obesse periuro, siue ad corrigendum eum, siue ad Deum pro illo placandū; si ipse confessionis adhibeat disciplinā.

† al. extitit.

† vel cuipiam.] orig. & Iuo.

† al. etiamsi.

Si ergo iste, vt supradictum est, qui audit falsum iurare, & tacet, delinquit: multo magis ille reus est, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur* [g] *de eo, qui verborum calliditate se circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an sit reus periurij nisi seruauerit, quod iurasse creditur.*

De hoc ita scribit Isidorus sententiarum, lib. 2. c. 31.

tem suam. Ioan.
HOc videtur] CASVS. Legitur in Leuitico. Omnis qui audierit vocem iurantis falsum, testisque fuerit nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Propter hanc literam dubitauerunt quidam quid esset in hoc casu faciendum, quia si sciebant aliquem peierare, & nō indicabant, incurrebant peccatum ex silentio, si vero indicabant, incurrebat peierans periculum mortis, quęsitum fuit ab Augustin quid de hoc esset faciendum? Et respondet quod ille qui falsum iurat, debet admoneri si vero non audierit, talibus personis est dicendum quæ potius possunt prodesse, quàm obesse, idest sacerdotibus, qui non solum illum corrigere possunt, sed etiam orare pro illo, & ita se expediunt a vinculo peccati. [Hic,] idest in Leuitico [Expressit,] scilicet Moyses.
b ¶ Fuit.] idest, talem habuit inde notitiam, quòd huius rei potuit esse testis, & quod sequitur, est expositio.
d ¶ Indicauit] Videtur ergo ꝙ valeat testimonium de auditu, vt hic 1 & 15. q. 5. presbyter. & 26. q. 6 qui recedunt. & 2 q. 1. multi. nam & testes intelliguntur scire quæ acta sunt a testatore, si priores testes cis hoc dixerunt, vt C. de testa. cum antiquitas 1. in fi. 1 respon. argu. contra. 3. quæst. 9. testes. 5. q. 2. relatum est. Ad hoc dicas.

Testimoniū de auditu, vtrū valeat. Dicit Hu. licet in hoc

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis dicens. si quis audit aliquem iurare falsum, & tacet, delinquit: multò magis ille reus est, qui compellit aliquem ad periurium.
QVAERITVR. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur qualiter Deus intelligit iuramentum, si aliquis iurat in fraude, vel decipit in fraudem, ꝙ sicut ille qui sane intelligit, siue sit dans iuramentum, siue accipiens, & hoc probat per 5. c. Io. de Fant.
CASVS. Quærit hic Gra. incidenter, an ille, qui sub calliditate verborum iurat, sit reus periurij, nisi seruauerit quod creditur iurasse. Et respondetur, quod sic, & adhoc inducit seq. c.
g ¶ Quæritur.] incidentem ponit hic quæstionem, qualiter iuramenta sunt intelligenda, & distinguitur: aut vterque habet rectum intellectum, aut vterque dolosum, aut alter tantum habet rectum. si ab vtroque interponitur dolus, tunc est intelligendum secundum cōmunē significationē verborum, vt ext. de spon. ex literis. si a neutro interuenit dolus, tunc interpretandum est ſm intellectum vtriusq; si verba possint vtriq; intellectui adaptari. ext. de rest: cum tu. si ab altero tantū, tunc intelligendum est ſm eum, qui recte intelligit. sic videtur

tur distingui inf. ea. §. ex his. In stipulationibus, & alijs contractibus contra stipulantem, & vendentem interpretandum est: sed in iudicijs pro actore 1 vt ff. de ver. obl. inter stipulantem. §. 1. ff de contrah. emp. l. Labeo. 1o.

1 Quod dic vt no. ext. de re. spol. cum ad sedem. in gl. hic ergo.

QVacumq;.] CASVS. Dicit Isid. in hoc c. ꝙ quacumque arte veborum quis alicui iuret, ita Deus intelligit sicut ille cui iuratur, & talis dupliciter peccat. s. quia nomen Dei sumit in vanum, & quia proximum dolo capit.

a ¶ Intelligit.] .i. intelligere debet, & est simi. inf. de consecr. d. 4. non illud.

ADDITIO. Not. tamen, ꝙ nemo per iuramentum vel pactũ proprium obligatur, nisi ille cõsentiat cui fit pactum, vel iuramentum argu. opti. extra de iureiurand. sicut.

ECce.] CASVS. Reprehendit hic August. parochianos suos, qui cum super librum iurare debebant, lapidem aliquẽ supponebant eos decipiendo quib. iurabant; nec putabãt se teneri cum super lapidem iurarent, sed Augu. dicit quod tenentur, & si non seruant quod iurauerint, periuriũ incurrent: quia nõ lapidi, sed homini iurant ante Deum.

b ¶ Super lapidem] forte coopertum ab aduersario, vt credãtur esse Euangelia.

SED OBIICITVR. CASVS. Supradictũ est, ꝙ Deus sic accipit iuramentũ sicut ille cui iuratur intelligit. Nunc vero probat contrarium, & ad hoc inducit seq. cap.

HVmanæ aures.] CASVS. Dr̃ in hoc c. ꝙ homines, & maxime simplices, & indiscreti talia verba iudicãt, qualia foris proferunt: Deus vero talia foris audit, qualia ex intimis proferuntur, vnde discretus homo, vel iudex qui interpretatur intentionem iurantis alteri, considerare debet, ꝙ verba debent deseruire intentioni, non intentio verbis. Et qualitercunque casus iste positus fuerit a B ne. & ab alijs, ego tamen hunc casum per literam intelligere sic potui: licet de hoc c. sæpe dubitauerim. Bar.

Verba bona q̃nque mala intentione ꝓferuntur.

c ¶ Verbis.] Quæ ille protulit, & vult ea aliter interpretari, prout verba sonare videntur, quod semper non est faciendum, cum sæpe bona verba mala intentione proferantur, & econuerso, vt 15. q. 5. non omnis, & c. non osculatur, vt 23. q. 1. paratus.

d ¶ Verba.] Arg potius esse considerandam mentem alicuius, quam ipsa verba, vt 1. q. 1. Marchon. & de consec. dist. 4. retulerunt. extra de verb. sign. præterea, & c. intelligentia, 23. q. 1. imperatus. in prin. ff de in ius vo l. quã uis. 2 Sed hoc verum est cum cõstat de intellectu. aliàs in dubijs a verbis non est recedendum. ff de lega 3 non aliter, ff. de exerc. l. 1. §. si quis nouem. ext. de spons. ex literis.

Mẽs potius q̃ verba attẽdi debet.

2 Ad idem 38 d sedulo 52 d. c. 1 ... ca. q 2 is autem.

¶ De eo, qui calliditate verborum iurat.
C. VIIII.

QVacumque arte verborum quisque iuret; Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit [a]. Dupliciter autem reus fit, quia † & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

Sent. 3. d. 39. Ans. l. 11. c. 39. Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 12. c. 10. Iuo p. 12. c. 36. & 67. Pann. l. 8. c. 112.

† al. qui.

Item ex sermone sancti Augustini trigesimo de verbis Apostoli.

¶ Periurus est, qui super lapidem falsum iurat.
C. X.

ECce dico charitati vestræ, & qui super † lapidem [b] falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? quia multi, & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id, quod sanctum non putas α, falsum iuras. Si tu β illud sanctum non putas: sanctum puta γ cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras: sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed punit non ante Deus fallentem.

Iuo p. 12. c. 34. Pann. l. 8. c. 116.

† per] vera lectio.

α ¶ Non putas.] *Sic etiam Iuo in originali est sine negatione, & forte legendum*, putat.

β ¶ Si tu illud.] *In codicibus Augustini impressis, & vno Vaticano legitur*, sed ego illum sanctum non puto. *In altero vero etiam Vaticano, & apud Iuonem*. sed ego illum sanctum non puto.

γ ¶ Puta.] *Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in vno Vaticano, & apud Iuonem, & Pannormiam, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus*, putat.

Sed obijcitur illud Gregorij. 26. lib moralium, c. 7.

¶ Apud Deum verba nostra non ex ore, sed ex corde procedant. C. XI.

HVmanæ aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant: Diuina vera iudicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. ¶ Certe nouerit ille, qui intentionem, & voluntatem alterius varijs explicat verbis [c], quia non debet aliquis verba [d] considerare, sed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.

Hucusq; B. Grego. eo loco.

Si ergo diuina iudicia verba nostra talia foris audiũt, qualia ex intimis proferuntur. si intentio non dẽt seruire verbis, sed verba intentioni; patet, ꝙ Deus non accipit

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis dicens, ꝙ si Deus ita accipit verba foris, qualia ex intimis proferuntur, etsi verba debent deseruire intentioni,

tioni, & non econuerso, apparet quòd Deus non sic accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur intelligit: sed potius sicut ille, qui iurat.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijcit Grat. & probat in hoc §. seq. quod iuramentum debet intelligi secun-

ITEM SI INNOCENS. CASVS. Adhuc probat in hoc 3. §. quod secundum intentionem iurantis debet intelligi iuramentum. Ego accusatus de crimine scripsi super aliquam chartulam, qualiter iurare volebam me esse immunem à delicto, sed aduersarius meus volens me peierare, surripuit illud breue qd scripsi, & supposuit aliud in quo continebatur me crimen cõmisisse. cum ego iurassem sicut in illo breui continebatur, arguebat me periurij: & dr hic, ꝙ ego non sum periurus.

sic iuramẽtum, sicut ille cui iuratur; sed potius, sicut qui iurat, intelligit: cũ recipienti non ex intimis, sed ex his, quæ proferuntur foris verba nostra sonent. ¶ *Item obijcitur, qui iurat super lapidem putans se iurare super sacrosancta Euangelia, perinde tenetur, ac super Euangelia iurauerit; licet ille cui iurat, ideo super lapidem illum iurare fecerit, ne non seruando quod promittit, reatu periurij teneatur.* ¶ *Item obijcitur de ciuibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnibus quę sibi imperata fuerint pro honore suæ ciuitatis: ne vero obedientiam recusantes, reatu periurij illaqueentur; supponitur breue iuraturis, in quo aliud continetur, quàm se iuraturos arbitrentur; videlicet ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid huiusmodi faciant: Si ergo contra hoc, quod iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent; nunquid secundum intentionem recipientis, an potius secundum intentionem iurantis iuramentum Deus illud acciperet?* ¶ *Item, si innocens de adulterio, vel furto impetitus innocentiam suam vellet asserere. iuraret autẽ se ab obiectis sic esse immunem, sicut in breui illo continetur, quod manibus suis se scripsisse arbitratur, continetur autem in illo, hunc reum esse obiectorum; nunquid à Domino periurus reputabitur? aut nunquid poterit argui se iurasse, adulterij, aut furti reatum incurrisse? Non.*

Hinc etiam Chromatius a *in c.5. Matthæi.*

a ¶ Chromatius.] *Antea citabatur,* Chrysostomus. *cui errori occasionem dederat similitudo primarum literarum.*

¶ Inter iuramentũm, & locutionem fidelium nulla debet esse differentia. C. XII.

IVramenti hæc causa est: quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum est, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam: [b] quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: quia vtrumque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnauit, dicente scriptura, [Os quod mentitur, occidit animam.] Quisquis ergo verum loquitur, iurat, quia scriptum est, [Te[illegible] fidelis non mentitur.]

Sap. 1.

Prouerb. 14.

Idem. †

† *al. Item.*

¶ Antequam aliquis iuret, peierat, si contra conscientiam iurare parat. C. XIII.

QVi peierare paratus est, antequam iurat, iam periurus esse videtur: quia Deus non ex operibus [c] iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, ꝙ iuramenta secundum

IVramẽti.] CASVS. Adhuc probat Gratia. per hoc capit. ꝙ iuramentũ debet intelligi secundum intentionem proferentis. Dicit ergo Chromatius, ꝙ quicũque iurat, ideo iurare debet, vt verum loquatur. vnde Deus inter iuramentum: & communem loquelã differentiam non facit: quia sicut in iuramento non debet esse perfidia, ita nec in loquela nostra: & si quis contrafecerit, pœna diuini iudicij damnabitur. & hoc probat auctoritate Domini dicentis: Os quod mentitur, &c. Seq c. per se patet.

a ¶ Ad hoc iurat.] id est, iurare debet.

b ¶ Distantiã.] Quãtum ad hoc, cũ mortaliter peccat q simpliciter dicit falsum sicut q sub iuramento dicit falsum, magis tamen peccat peierando quàm mentiendo 1 solidius subsistit vbi iuramẽtum interponitur, vt sup. ea. q. 1. c. 1. sed tamẽ plus operatur sacramentum, quàm simplex promissio, vt ex tra de iureiu. debitores. Itẽ hic est arg. ꝙ ex nudo pacto oritur actio, vt 12 q 2 quicunque suffragio. & q. 5. quia Ioãnes. Io.

QVi peierare.] c ¶ Non ex operibus.] Deus potius cõsiderat animum q̃ factum, vt 15. q. 6. c. 1. & Deus interrogat cor, & non manum. 14. q. 5. ff quid sic. 32. quæst. 5. proposito.

Iuramẽtum plus operatur, q̃ simplex promissio. 1 Dic ergo ꝙ licet De⁹ nõ faciat drĩam inter loquelã & iurm, ecclesia tñ facit, qa mendax simplex non patit pęnam quo ad infamiam & repulsionem testimonij, vel quin possit promoueri: sed secus in mendace iuro. & hoc itelligas, ex quo simpliciter mẽdax est de crimine emẽdat⁹, sm Dec ext. de test. testimonium, secundum H.

secundum intentionem iurantis, & non eius, cui iuratur. & hoc probat per duo exempla in illis posita.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ab illo §. [Sed obijcitur.] quod iuramẽta iudicantur à Deo

à Deo s͞m intentionem facientis, & non recipientis, & postea soluit prædictam ꝯrietatem, dicens ꝙ simplicitas q̄nque est ex parte facientis, q̄nque ex parte recipientis, & similiter dolus q̄nque est ex parte facientis, q̄nque ex parte recipientis, ex quacumque ergo parte est, Deus videns cordis simplicitatē sic accipit sicut illa pars intelligit, quę simpliciter intelligit: artem enim verborum Deus semper aspernatur & odit.

DE ÆTATE. Hęc est quarta pars q. in qua probat, quando & in qua ętate sit iurandum, & quando non: & hæc est q. incidens. Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mētio de iuramento: ideo nunc ostendit Grat. in qua ætate possit quis ad iuramentum cogi, & quod intra pubertatis annos nullus cōpelli debet, ĩ cap. 1. & 2. postea verò cōpelli potest.

Paruuli.] CASVS. Quæsitum fuit in qua ætate paruuli cogantur iurare. Et respondetur, cum sunt in ætate rationabili, & si quis cum iurare potest, semel peierauit, de cætero testis esse non potest: nec in sua vel alteri⁹ causa erit iurator. Quæ autē sequuntur, plana sunt vsque ad §. de forma.

a ¶ Iurare.] Nec testis esse pōt, vt 4 q. 3. c. 1. Et ideo hoc est, quia iuramēto debet adesse iudicium: sed hæc ætas nescit quid agat, vt C. de fal. mo. l. 1. Itē qui impubes non potest peierare, vt ff. de iureiuran. l. qui iurasse. vnde sacramentum calumnię præstare non potest. posset tamen dici, ꝙ si est doli capax, 1 ꝙ tunc calumniose petere potest, vt extra de delic. puer. cap. 1. & si nouerit veritatem, ꝙ bene pręstabit sacramentum calumnię: arg. C. de iureiur. propter calumniam, l. 2. §. 1. Sed de veritate dicenda bene potest iurare. Nam ab impuberibus & timidis sumitur initium quæstionis, vt ff. de quæstio. in princ. Item impubes ferula percutitur pro veritate dicenda, vt ff. ad Sylla. l. 1. § impubes, & tenet confessio quam facit, licet contra eam posset restitui, vt ff de confes. l certum, § penult. Ioan. quod falsum est, nisi sit doli capax cum hoc contradicat B. hoc autem certum est, quod si aliquis spontè receperit iuramentum minoris, bene valet, & tenet iuramentum, vt ff. de iureiur. l. qui iurasse. Item in hoc casu potest quis conueniri ratione iuramenti quod præstitit dum esset impubes, vt si impubes iurauit se præstiturum operas, ipse pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento, vt ff. de lib. causa, l. vlt in fine.

b ¶ Causa.] Sed 2 nōne si agere vult periurus in propria causa, audiretur, quia nulli prohibetur agere in propria causa, vt 4. q 9. omnibus sed agere non potest nisi pręstet sacramentum. Item nonne iudex vel altera pars potest ei deferre sacramentum? Ad hoc dicas, ꝙ hæc lex sumpta est de Lombarda, secundum quam non iuratur de calumnia. patet ergo ꝙ loquitur hic de alio iuramento: & potest dici ꝙ loquitur hic de iuramento purgationis, id est, vt nec se nec alios possit expurgare. ex hoc sequitur ꝙ si suspicio aliqua est contra periurum, statim habetur pro conuicto, cum se expurgare non possit, & imputet sibi, qui in talem casum incidit: quia culpa sua illud sustinet, vt 15. q. 1. si quis insaniens. ex quo enim semel peierauit, præsumitur ꝙ semper debeat peierare, vt 2. q. 7. non potest. vnde amodo non est sacramento suo credendum, vt extra de præsump. literas. ea tamen iuramenta quæ oneris sunt potius quàm honoris, bene præstabit, vt iuramentum calumniæ, similiter dominis suis iurabit in causa feudi, contra 47. dist. quantumlibet, extra de re iudic. in causis.

c Pueri.] ¶ Puella.] Idem est in puero, vt s̄ ead. q. 4. tribus.

d ¶ Statim.] Filij iuramentum debet pater reuocare, quam cito scit, 3 vt hic dicitur: sed votū religionis non tenetur statim reuocare cum scit, sed vsque ad annum & diem contradicere potest, vt 20. quæst. 2 puella. aliter ta-

intentionem præstantis, non recipientis à Deo iudicantur. Quomodo ergo secundum Isidorum quacumque arte verborum quis iurat; Deus sic accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed sicut aliud est callida arte verborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando enunciare: sic aliud est simplici intentione iuramentum factum recipere: aliud in recipiendo calliditate vti: quia sicut quisquam apud Deum non valet aliquem lædere, sic nec præter eius intentionem valet quis alicui subuenire. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem vtriusque considerat, & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præstantis verborum artem aspernatur & odit.

4 *De ætate vero iurantium quæritur: qua ætate quisque ad iurandum debeat cogi.*

De quo in primo libro capitularium, c. 63. sic inuenitur definitum.

¶ Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur iurare. C. XIIII.

PAruuli, qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur iurare, [a] sicut Gunebodigni faciunt. α Et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad sacramentū accedat, nec in sua causa [b] vel alterius iurator existat.

Iuo p. 12. c. 23. Pann. l. 8. c. 103.

α ¶ Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita istæc sunt ex originali.*

Item ex concilio Eliberitano.

¶ Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur. C. XV.

PVeri ante annos quatuordecim non cogantur iurare, Puella [c] quoque, si in puerili ætate sita in domo patris, illo nesciente, iuramento se constrinxerit, & pater eius, vt audierit, statim [d] contradixerit; vota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Burch. l. 12. c. 26. Iuo p. 12. c. 81. Pann. l. 8. c. 104. & 105.

¶ *Burchardus hoc citat ex concilio Hibernensi: vt alia, quę concilio Eliberitano tribuuntur.*

Capit. l. 1. c. 63.

Item Cornelius Papa.

Impuberes an possint iurare.

1 Dicit Azo. ꝙ hoc nō est verum, q̄uis sit doli capax. ar. C. de iura. cal. l. 2. §. 1. sed de veritate dicēda bn̄ ff. de cōfess. certū, §. minore, arg. ff de admin. tut. l. 1. in fi. s͞m L. & hoc est q͞d sequitur.

2 Ad hæc ꝙ periurus repellat ab agēdo, intelligē verum q̄n venit contra ꝯtum iuro celebratū sup actione aliàs intētata, vt hic, aliàs aūt non reperit ꝙ periurus repellat ab agendo, vt not. Doc. in c. dilecti, de except. & Ant. de But. in c. intelleximꝰ, ext. de iudi. Itē etiā adde ꝙ semel ꝑiurus ꝑdit priuilegium probādi impedimētum, conc. Alex. de Imo. in l. nō exigimꝰ, §. quod diximus. ff. si qs cau. & pe. & qui iurat. C. de bo. auth. iud. poss. ibi in princ.

3 Ad idē cōcord H qui exponit statim, id est eo quo sciuit & potuit.

tamen est sup. distinctum, scilicet 20. q. 2. in prin.

a Honestū.] Hoc ieiunius.] Similiter testimonium debet dicere ieiunius, vt extra de testi. placuit. Quæ à ieiunis fieri debeant, not. de consecra. dist. 1. sacramenta. tamen quod hic dicitur, magis est honestū, quàm

falsus semper debet in memoria habere. Et ponit exemplum de illis sex, in quibus omnibus debet vasallus domino consilium & auxilium præstare, si vult beneficio dignus videri, & salus esse de fidelitate, & dominus in his omnibus vasallo vicem reddere debet.

¶ De eodem, & vt à ieiunis iuramenta præstentur. C. XVI.

Burc. l. 12. c. 12. Iuo p. 12. cap. 69. & 33. Pan. l. 8. c. 120.

HOnestum etiam videtur, vt qui in sanctis audet † iurare, & hoc ieiunius [d] faciat cum omni honestate, & timore Dei: & vt pueri ante quatuordecim non cogantur iurare.

¶ Cæteri etiam collectores citant ex decretis Cornelij Papæ. Extat autem lib primo capitularium, c. 63. nonnullis præterea verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Iuo c. 33.

Simile quiddam in schedis capitulariū è Galia missis.

Præterea sunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde in concilio apud sanctum Medardum habito.

¶ Quibus temporibus iurare prohibemur. C. XVII.

DEcreuit sancta synodus, vt à Septuagesima [b] vsque in octauam Paschæ, & ab aduentu Domini vsque in octauam Epiphaniæ, nec non & in ieiuniis Quatuor temporum, & in Litaniis maioribus [c], & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione, nullus super sacra Euangelia iurare præsumat.

Iuo vsibus feudorū, li. 2. tit. 6.

§ *De forma vero fidelitatis, & quid quisque debeat domino, vel econuerso; sic inuenitur in epistola Fulberti episcopi.*

¶ Quæ in fidelitate sunt obseruanda. C. XVIII.

Iuo p. 12. c. 75. Pan. l. 8. c. 122.

DE forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat; nisi sex semper in memoria debet habere; incolumne, tutū, honestum [d], vtile, facile, possibile †. Incolum [e] videlicet; ne sit in damnum domino suo de corpore suo. Tutū; ne sit ei in damnum de secreto [e] suo vel de munitionibus [f], per quas tutus esse potest. Honestum; ne sit ei in damnū de sua iustitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem [g] eius pertinere videtur. Vtile; ne si ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile; ne id bonū qđ dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neue id ꝙ possibile erat

† Adde ꝙ simile obsequium debet clericus ecclesiæ. l. 2. & ibi Alber. de Ro. de ad no. diuer. iu.

d ¶ Honestū.] Sic ergo honestas & possibilitas in omni iuramento sunt intelligenda, vt supra. ea. q. 4. vnusquisque. & extra de iureiur. quemadmodum, sed illud sacramentum præstant archiepiscopi Romano Pontifici, vt extra de iureiur. ego. & subditi suis episcopis, vt 23. dist. quāquam. & Imperator Papæ 62. distin. tibi domino, & licet generaliter iuret vasallus domino, scilicet ꝙ in omnibus causis iuuabit ipsum & contra quemlibet tamen contra ꝓpriā patriam nō iuuabit ipsum, vt ff. de reli. minime. nec contra Papā, vt extra de iureiur. venientes. Sed qđ si dominus vult filiū vasalli impetere. nunquid iuuabit ipsum contra filium videtur ꝙ non: quia nec contra filiū excōmunicatum iuuabit. 11. q. 3. quoniam multos. & arg. ad hoc ff. de reli. minime. Contrarium tamen dicit lex feudi in titu. quemadmo. feu amit. dicit enim ibi, quod vasallus obligatus est filio suo tantum vinculo naturæ: sed domino suo obligatus est vinculo iuramenti. Itē nō tenetur ipsum iuuare si iniuste impetit alium: nec enim opē fert qui ad peccādū nos adiuuat. vt 15. q. 6. si ies. Item nunqđ vasallus pōt accusare dñm: Non, vt hic pōt colligi: nisi ꝓsequatur suam iniuriam. alioquin si accusat perdit ius feudi: sicut patronis, qui accusat libertum perdit bonorum possessionem, vt ff. de bo. lib. qui cū maior nec ēt testimoniū pōt contra ipsum ferre, nec in criminali causa, nec etiam pro ipso, vt extra de offi. deleg causam.

Imperator iurat Papæ.

Vasallus dominū nō accusat.

quàm iniustum Ioan.

b DEcreuit.] ¶ Vt à septuagesima.] In his etiā diebus causæ exerceri non debent. 15. q. 4. c. 1. & 2. huic tamen cap. & præcedenti obuiat consuetudo præscripta. Ioan.

c ¶ in litanijs maioribus.] Vt in festo sancti Marci.

DE FORMA. Hæc est 5 pars q. in qua dicitur quod in sequenti. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mentio de iuramēto: sed quia fidelitas fit iureiurando: ideo nunc ostendit Grat. quod fidelis domino & econuerso debeat facere.

DE forma.] CASVS. Quidem rogauit Fulbertum episcopum vt scriberet sibi quot debeant contineri in iuramento fidelitatis, quam facit vasallus domino: qui rescripsit sex debere ibi contineri, scilicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile: quæ va-

e ¶ De secreto.] Ille qui prodit secreta alicuius, capite punit, vt ff. de re mili. omne §. 3. & C de cōmer. & mer. l. 2. & sic potest quis iurare ne prodat secreta alterius. arg. tamen est contra 13. dist. nerui.

Secretorū proditor capite punit.

f ¶ Munitionibus.] Qui munitiones cedit hostibus, vel literas, vel nuncium vel aliqđ signū eis mittit, incidit in crimē læsæ maiestatis, vt ff. ad le Iul. maie l 2 & 3.

g ¶ Ad honestatem.] Vt nec cum vxore, nec cum filia commisceatur: nec aliquid in honeste faciat in dommo domini, vt de pœn. dist. 6. considerat.

Promissiones negatiuæ ad duo obligant.

a ¶ Consilium.] Vide quomodo interpretatur hoc iuramentum Ego iuro quod nullum faciam tibi damnū.i.ego iuro quod nec ego faciam & etiam quod alios facientes prohibebo. sic interpretatur lex tale pactum, vt si aliquis fecit pactum, quod siluam non cederet vel vteret, etiā custodire tenetur ne alius vtat vel cedat. vt ff loc.l. in lege. idē videtur in omnibus negatiuis de omissionibus, vt cū dicitur; promitto quod non faciam: non solum teneor non facere, sed etiam curare debeo ne fiat, vt ff. de verb. sign. facere. & de ver. ob. in illa stipulatione.

b ¶ Dignior.] Ergo si clericus præstat patrociniū contra ecclesiam suam, vel episcopum suum potest priuari beneficio suo 96. distin. si Imperator. & ext. de postu.c. si. Ioan. 2.

c ¶ Vicem.] Et sic eadem fide tenetur quis subdito suo sicut subditus dño, vt 95. dist. esto subiectus. & extra de iureiur. peruenit & 32. q. 6. nihil iniquius. & si non fecerit; priuatur illo, vel dño, quod habet in vasallo, & transit feudū ad superiorē, vt in li. de feu. quemadmodum feu. amit.

1 Adde pro hoc tex. in l. alia cum. nota. C de his qbus indig. Bal. & gl. in ver. non cui tabit. in cap. 1. versi. sed & qui delator. quæ fu. pri. cau. bene à mi.

ET ITAQVE. Hęc est sexta pars q. in qua dicitur, quod non solum verbis mentitur, sed etiam factis. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, dicens quod mendacium nec simplici loquela, nec in iuramēto est assumendū. Postea ostēdit quod mendaciū & verbis & factis fieri potest: quod per seq. c. probat.

CAuete fratres.] CASVS. Ambrosius monet fratres suos vt mēdacium vitēt: ostēdēs quod mendaciū fit duob modis, s. verbis & fact s. Nā si quis dicit se Christianū & clericū, & non faciat opera Christiani, vel clerici mēdax est in operibus suis.

d ¶ Operibus.] Arg. quod factis mentimur, sicut verbis, & factis negamus Christū, sicut verbis. 11. q. 3. æstimant. & factis appellamus. extra de eppella. dilecti f. & factis prædicamus 43. dist. sit rector. Quo-

Factis mentimur, sicut verbis.

reddat ei impossibile. Vt fidelis hæc nocumenta caueat iustum est. Sed quia non sufficit α abstinere a malo, nisi fiat id, quod bonum est †; restat, vt in eisdem sex supradictis cōsilium [a], & auxiliū domino suo fideliter præstet; si beneficio dignus [b] videri vult, & saluus esse fidelitate, quam iurauit: dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem [c] reddere debet. Quod si non fecerit; merito censebitur malefidus; sicut ille, qui in eorum β præuaricatione; vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & periurus.

† Concor. l. iustitia. §. iuris præcepta cū gl. in vers. tribuere. ff. de iusti. & iu. & insti. eo. tit. & 1. in glo: super verbo ius suum.

¶ *Epistola hæc Fulberti missa est è Gallia, descripta ex vetusto codice ecclesiæ Belluacensis: cuius hic est titulus,* Glorioso duci Aquitanorum VV. Fulbertus Carnotensis episcopus orationis suffragium.

α ¶ Sed quia non sufficit.] *In ipsa epistola legitur:* Sed nō ideo casamentum meretur: non ei sufficit. *Apud Iuonem vero,* Sed ideo cassamentum † meretur. Non enim sufficit, &c. † *al. causamētum.*

β ¶ Qui in eorum.] *In epistola legitur,* si mox præuaricatione, *apud Iuonem,* si in eorum præuaricatione, *In Pannormia vero vt apud Gratianum.*

Augustinus.

¶ De eodem. C. XIX.

SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi, & domino suo iurat, & postea peruersè, & dolosè eius regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur; qui sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens; anathema sit nisi per dignā pœnitentiæ satisfactionem emendauerit, sicut constitutū à sancta synodo est; id est, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ: veruntamen communionem in exitu vitæ suæ cum Eucharistia percipiat. Episcopus vero, presbyter, diaconus, si hoc crimen commiserit; degradetur.

Ans. l. 11. c. 74. Poly. l. 6 tit. 11. Bur. l. 12. c. 21. Iuo p 12. c. 78.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Burchardus & Iuo citant ex dictis Augustini. Simile autem habetur in concilio Toletano 16. c. 8. ex Hispania misso.*

6 *Vt itaque ex præmissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.*

Vnde Ambrosius ait in sermone habito in Dominica de Abraam. ℨ

¶ *Initium huius sermonis est,* Scitote fratres.

¶ Mentitur qui professionem suam operibus non ostendit. C. XX.

CAuete fratres mendacium, quia omnes qui amāt mēdacium, filij sunt diaboli α. & *infra.* ¶ Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus [d] mendaciū est. Mendacium namque est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est, episcopum, sacerdotē, vel clericū se profiteri, & cōtraria huic ordini operari. Pann. l. 8. c. 127.

QVoties vero.] CASVS. Docet Hierony. in hoc cap. ꝙ si quis non congruo tempore, & loco, & quod non conuenit audientibus loquatur: potius destruit audientes quàm ædificet. Vnusquisque enim considerare debet quod vel quando loquatur: quia pro quolibet verbo otioso reddituri sumus rationem. sequen. §. per se patet.

a ¶ Audientibus.] Forte instituit rudes magna, & subtilia, quod esse non debet. simi. 8. q. 1. oportet. & 43. distin. cap. 1. Ion.

α ¶ Diaboli] *In codice Vaticano, vbi hic sermo habetur, sequuntur hæc*, quia non solum mendax est, sed etiam, & pater, & inuentor ipsius mendacij est. Omnis enim simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

Item Hieronymus in c. 4. epist. ad Ephesios.

¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedit.

C. XXI.

QVoties vero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus [a], toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Consideremus itaq; quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij.

7 *Iuramentum uero clericus laico præstare non debet. Vnde in Rhemensi concilio legitur.*

Burc. l. 2. c. 118. Iuo p. 6. c. 283. Pann. l. 5. c. 11.

¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare præsumat.

C. XXII.

NVllus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico [b], quidquam super sacrosancta Euāgelia iurare præsumat: sed simpliciter cum veritate, & puritate dicat, est, est, non, non. Sed si est aliquid, quod sibi objiciatur C, prout iudicauerint, qui eiusdē ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

C ¶ Objiciatur.] *Apud Burchardum, & Iuonem sequitur*, ad episcopū in cuius territorio est, deferatur, & iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, dijudicauerint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter clericus iuramentum præstare non debet, nisi forte is, cui ecclesiæ procurationem committit.

Ext. de iureiur. c. nullus.

Vnde Vrbanus II. ait.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus finis huius causæ est in ver.* expurgetur. *absunt autem hæc verba, & sequens caput*, nullus. *In vno autem non modo ista habentur, sed etiam caput primum de iuramento calumniæ, & constitutio noua Henrici.*

¶ De eodem. C. XXIII.

NVllus episcopus clericos suos, nisi forte, quibus ecclesiasticarum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

IVRAMENTVM. Hæc est 7. pars qō in qua dicitur, quod clericus nō debet iurare laico. nec episcopo sine causa. Ioan. de Fant.

NVllus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Rhemē. virum clericus accusatus coram laico iudice, possit præstare iuramentum calumniæ, uel innocentiæ ad se purgādum. Et respondet quod nō: sed corā ecclesiastico iudice corrigatur uel expurgetur: sed corā laico iudice dicat, est, est, non, non. Quæ autem postea sequuntur patent.

b ¶ Laico.] Hoc cap. ītelligas de iuramēto expurgationis 1 ꝙ clericus nō debet facere corā laico, sed tantum corā episcopo vel eius delegato. nisi hoc fiat auctorite Papę, ut 2. q. 5. Mēnā: si enim clericus peteret aliquid corā laico, bene tenet ibi præstare iuramētum calumnię. Vel dic ꝙ sine licētia episcopi nullū dēt facere iuramentum laico. Imperatori tamē iurāt episcopi fidelitate in

Iurum expurgationis non dēt clericus pstare coram laico

1 Ista fuit sentētia. & B. fm L. & ꝙ hoc casu intelligatur c. patet ex fin. fm H. sed viget illa lra, quidquam.

CAVSA XXIII.



Vidam episcopi cum plebe sibi commissa in heresim lapsi sunt circumadiacentes autem catholicos minis, & cruciatibus ad hæresim compellere ceperunt: quo comperto Apostolicus catholicis episcopis circumadiacentium regionum, qui ab Imp. ciuilē iurisdictionē acceperāt, imperauit, vt ca

Vidā epi.] CASVS. Supra tractatū est d̄ catholicis. & dictū est, quod non sunt cogendi ad malum. Nūc uero subnectit Gra 23 causam ī qua de hæreticis tractat, quærens an episcopi sint cogēdi ad bonum. Item quæritur an militare sit peccatum, & quod bellum debeat dici iustum, & quod iniustum, & an vindicta sit inferenda, & an peccatum sit iudici malos occidere, cōdemnando scilicet. Sed vt hæc, & alia competentius faciat thema proponit, de quo octo elicit quęstiones.



Vòd militare. [CASVS. Hic ponit̃ prima q. in qua quæ'rit̃ an militare sit peccatū. Et rñdet̃ ꝙ nō, vt inf. e. militare, & hoc verū est, si bellū à principe indicat̃, inf. e. q. 2. iustū similiter ꝓ defēsione sua, vel patriæ vel legū paternarum ut 1. q. 8. si nulla cler. ēt arma mouere nō possunt, vt inf. e q. 8 clerici. & c. quicunq; Et ꝓcedit Grat. hoc ordine in hac q̃ōne, primo probat, ꝙ militare sit peccatum: postea in § ĩ his ita. rñdet allegatis, & probat contrarium. in vltimo §. conclu dit, verā ponens solutionē, scilicet ꝙ p̄cepta patiētiæ in p̄paratione cordis sūt seruanda, nō in ostētatione corporis. Est ergo casus, §. breuis. probat Gra. ex aucto rit militare esse peccatum, quas per te facile videbis si diligenter inplexeris.

a ¶ Quod militare.] Hic quærit an militare, seu bellare sit pcūm, & dicē sū est, ꝙ nō: vt inf. e. militare. & hoc verū est si à principe indicatur bellū, vt inf. e. q 2. iustū Similiter ꝓ defensione sua, vel patriæ, vel legū paternarū, vt inf. e. q 8 si nulla. clerici aūt i sacris ordinibus constituti nō possunt mouere arma, vt inf. e qō 8. clerici. Similiter vr, ꝙ nec in minoribus ordinibus constituti etiā vxorati possunt mouere arma: quia sub regula ecclesiastica debent viuere, vt 32. d. si qui. & 20. q. 3. eos ꝙ cōcedo si volunt gaudere priuilegio ecclesiastico, ar. ad hoc ext. de cle coniu. Io. de Fant.

Bella an sint permissa, & quibus.

1. 4. & 5. si tamen aliquis vim factā repellet, potius præsumi debet ꝙ defendēdi, quàm ulciscēdi causa fecerit id. ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. & hoc si primus percussor uolebat percutere denuo: alioquin si uolebat denuo percutere, & alter repercusserit, potius

pelli pôt in ... pune. colle. ... & q̃ ... pôt ff. d ... poss. p me... §. ul. & ... § q ad non ... dinas qi ... est iniuria ... lata persone ... q a tunc p... sumitur ... tio ... de Fant.

tholicos, ab hæreticis defenderent, et quibus modis possēt eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi hæc mandata Apostolici † recipientes, conuocatis militibus, parte, & per insidias contra hereticos pugnare cœperunt. Tandē nonnullis eorum neci traditis, alijs, rebus suis, vel ecclesiasticis expoliatis alijs, carcere, & ergastulo reclusis ad unitatem catholicæ fidei coacti redierunt.

† al. apostolica

1 *Hic primum quæritur, an militare peccatum sit.*

2 *Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.*

3 *Tertio, an iniuria sociorum, armis sit propulsanda.*

4 *Quarto, an vindicta sit inferenda.*

5 *Quinto, an sit peccatū iudici, uel ministro reos occidere.*

6 *Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.*

7 *Septimo, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi. & qui possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena.*

8 *Octauo, an episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, uel Apostolici, uel † Imperatoris præcepto arma mouere.*

† al. sine Imperatoris.

QVÆSTIO I.



Vod militare [a] alienum videatur ab Euangelica disciplina, hinc uidetur posse probari: quia omnis militia uel ob iniuriam propulsandam [b], uel propter uindictam inferendam est instituta: Iniuria autem uel à propria persona, uel à socio repellitur: quod utrumque Euangelica lege prohibetur cum enim dicitur: [Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei & alteram.] [c] & iterum: [Qui angariauerit te mille passus, uade cum eo duo millia [d].] Item cum Apostolus dicat: [Non uos defendentes [e] charissimi sed date locū iræ.] quid aliud prohibemur quàm propriæ personæ iniuriam repellere? ¶ Itē, cum Petro gladio magistrū defendente, Christus dixerit: [Conuerte gladium tuum in uaginam, an putas, quia non

Mat. 5.

Rom 12.

Iniuria an possit repelli, & à quib. 1. Ad de pro hoc glo. 2. & ibi Bar in l. ut uim. ff de iust. & iur. in l. si quis in seruitute. ff. de iur.

b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuriam, & qualiter possit repelli, & an tantum personę iniuria uel etiam personæ, & rerum possit repelli uidendum est 1 Et quidem uidetur, ꝙ non solum laici, sed etiam clerici possunt repellere iniurias, & rerū, & persona, ut extra de rest spol. olim. & extra de sent. excom si uero c. ex tenore, & sup. d 1. ius naturale & ff. de iust. & iu. re, ut uim. Ecōtra uidetur ꝙ clerici non possunt, ut extra de homicid. suscepimus 46 d seditionarios. Ad hoc dicunt quidam, qđ nulli licet uim repellere percutiendo, sed tm̄ impediendo Alii dicunt qđ licet laicis repercutere: clericis nō. Ego credo quod & clericis & laicis licet repercutere: distinguitur tm̄, quia aut uis infertur personæ, aut rebus, si personæ, tunc est uis repellenda prius quàm sit illata. sed quidā dixerūt qđ nullus uim repellere debet nisi illatam 2. uno no insistantē licitū est occidere, & eum qui uult occidere, ut ff. ad l. Aquil.

2 Et incontinenti repelli dēt. sed ex interuallo re-

tius est uindicta, quàm repulsio iniuriæ: & sic intelligo quod dicitur iniuriā incontinenti posse repelli Requiritur ergo quod defendendo repercutiat, non ulciscēdo, ut infra eadem, quod culpatur. & ff ad l. Aquil. scientiam, & cum moderamine se defendat, ut ext. de restit spol. & cū olim. causam. in si si quis tamen in modo tamen excedit, & non ex proposito, non tenetur, ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. § tabernaculis licet illa decret. olim causam. uidetur contradicere Item incontinenti debet uim ui repellere, ut ff de ui. & ui ar. l. 3. §. cum igitur. Si autem ut infertur rebus, & illatam, & inferendam licitum est repellere: sed potius illatā, quàm inferendam.

c ¶ Præbe] Illud intelligatur de cordis præparatione, ut inf. ea. paratus, uel cum agitur de fide.

d ¶ Duo millia.] Vbi est quæstio fidei.

e ¶ Defendentes] Ex odio, uel dic ex interuallo: uel non seruato moderamine.

a ¶ Non

Matth. 26. *possem* [a] *rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum?] denique sicut de* In martyrio ipsius 6. *B. Andrea legitur, cum fieret concursus populorum, vt de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illum defenderent; ipse econtra & exemplo & verbo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirent quid aliud monemur: quàm sicut proprias, ita & sociorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum præparare?* Deute. 32. Rom. 12. Matt. 7. *¶ Item cum in prouerbijs a dicatur, [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus,] ¶ Item, cum in Euangelio dicatur [Nolite iudicare* [b]*, & non iudicabimini,] Item, cum paterfamilias dicat seruis uolentibus colligere zizania* [c] *[Sinite vtraque crescere usque ad messem: & tunc dicam messoribus, colligite zizania, & alligate in falsciculos ad comburendum,] ¶ Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidas prophetarum & Apostolorum, qui vocati ad nuptias venire contempserunt credendo: Item cum Paulus apostolus dicat in epistola ad Romanos,] Nolite iudicare inuicem,] Item [Tu quis es, qui iudicas alienum seruũ? Suo dom nostat, aut cadit: Siue ergo viuimus siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur:] In his omnibus quid aliud præcipitur, quàm vindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, vt supra dictum est militia videatur instituta vel ob iniuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, vtrumque autem lege Euangelica prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum est.* Matt. 12. Rom. 14.

a ¶ In prouerbijs.] *Sententia ista solet quidem prouerbij loco vsurpari: sed non habetur in libro Prouerbiorum. Affertur à B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniuncte cum alia sen ẽtia ex c. 25. Prou.) & ad Hebreos 10. Deuternonij, c 32. In cantico sic subscriptum est,* Mea est vltio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt. C. I.

Origenes homilia 15. super Iosue.

NIsi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent; nunquam, vt opinor, Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in ecclesijs fuissent ab Apostolis [d] traditi. Quò enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu: [Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum iubetur, & dicitur [Non vosmetipsos vendicantes [e], sed magis iniuriã accipere, & magis fraudem patimini?] Vnde denique sciens Apostolus nulla nobis iã vltra bella esse carnaliter peragenda; sed animæ certamina contra spirituales aduersarios desudanda, velut magister militię, pręceptum dat militibus Christi, dicens: (Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus astutias diaboli. Io. 14. 1. Cor. 6.

His ita respondetur. Præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis, quã præparatione cordis retinenda.

Vnde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis.

a ¶ Non possum.] Et tamen noluit rogare vt præberet exemplũ humilitatis alibi tamen dicit, si fieri põt transeat à me calix iste 16. d. habeo.

b ¶ Iudicare.] Iniuste. Vel loquitur de ijs, qui non habent iurisdictionem.

c ¶ Zizania] 11. q. 3. nolite. Ioan.

NIsi bella.] CASVS. Quæsitum fuit à Grego. quare bella Iudæorũ legantur in ecclesia. Et respondet ꝙ non ob aliud, nisi vt per ipsa doceamur spiritualiter pugnare contra vitia & dęmones. Et ad hoc probandum inducit 4. auctorita. quarum vna est Christi. reliquæ sunt Apostoli Pauli.

d ¶ Ab Apostoli.] Ergo non tantũ ex præcepto vel constitutione ecclesiæ legimus libros Iudæorum: sed ẽt ex præcepto Apostoli. Sed quæro vbi hoc præcepit Apostolus? Dic ꝙ loquitur præsumendo. quod enim vniuersalis ecclesia tenet, credẽdũ est hoc ab Apostolis esse institutum 11. d. ecclesiasticarum.

Libri Iudæorum sunt legẽdi ex præcepto Apostoli.

Ecclesia aliàs quòd tenuit, hoc credendum est ab Apostolis etiam institutum.

e ¶ Vindicantes,] Ideo enim iudiciorũ vigor in medio positus est, ne quis sibi vltionẽ sumere præsumat C de iudæ. nullus. 16. q. 1. ad hoc Io.

HIS ITA. CASVS. Dictum est in §. 1. ꝙ militare est peccatũ quia patientiã habere debemus. Et ad hoc inducit proximũ capitulũ Nunc vero dicit Grat a. ꝙ illa patientiæ præcepta non tantum sunt in corporis ostensione retinenda quantũ in cordis præparatione: quasi dicat, internus debet esse homo patiens sed extra debet corrigere delinquẽtes: quod probat per sequens cap.

Fata-

¶ *Sic etiam citat Anselmus; Poly.non affert auctorem.Habetur autem in epist.5. Aug.ad Marcellinum.*

¶ Præcepta patientiæ virtuti animi,non ostentatione corporis seruanda sunt. C. II.

Paratus debet esse homo iustus,& pius patienter eorũ malitiam sustinere,quos fieri bonos quærit,vt numerus potius crescat bonorum, non vt pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad pręparationem cordis,quæ intus est,pertinere quã ad opus,quod in aperto[a] fit(vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse[b] posse,quibus bene velle debemus;)[1]¶ Hinc liquido ostenditur: quod ipse Dominus Iesus exemplum singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem; respondit, [Si malè dixi,exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?] Nequaquam igitur præceptum suum, si verba[c] intueamur, impleuit. Neque enim præbuit,percutienti alteram partem;sed potius prohibuit,ne,qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamẽ paratus venerat nõ solum percuti in faciem,verum etiam pro his quoque,à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis quia nesciunt[d] quid faciunt.][2]¶ Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui videtur implesse, vbi etiam ipse percussus in faciem,dixit principi sacerdotum:[Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundum legem[e]: & contra legem[f] iubes me percuti? Et cum à circunstãtibus diceretur:[Iniuriam facis principi sacerdotum;] irridens † eos admonere voluit,quid dixerit vt qui saperent, intelligerent iam destruendum[g] esse aduentu Christi parietem dealbatum,hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudæorum. Ait quippe. [Nesciui fratres,quia princeps est: Scriptum est enim principi populi tui,non male dices:]cum proculdubio,qui in eodem populo creuerat, atque † in lege fuerat eruditus,illum principem sacerdotum nescire[h] non posset, nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quòd nesciret. Sunt ergo ista præcepta patiẽtiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque beneuolentia,ne reddatur malum pro malo,semper in voluntate complenda est.[3]¶ Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius vtilitati consulendum est,quàm voluntati[i]. *& infra.*¶ Nam in corripiendo filio quamlibet asperè, nunquam profectò amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nolit, & doleat, qui etiam[k] inuitus videtur dolore sanandus.¶ Ac per hoc,si terrena

Poly.l.7.tit.7. Ans.l.13.c.3.

Non erat hic faciendum initium noui paragraphi cohærẽt in hæc cum antecedentibus.

Ioan.18.

Luc.23.

Act.23.

† al. incidenter] al. irridenter

Exo.22.

† al. ibi.

1 Arg. cõtra 31.q.2.c.1.

Vicinorum facta præsumitur scire, 2 Idẽ Ale.de Imo.in l.cũ ad cognitionẽ colla. ff. si. cer pe. & Bal.in l.de tutela. C.de in integ restit quẽ sequit Sal. & Pau. de Cast.

Homo liber verberari si debet.

Paratus.] CASVS. Ostendit Grat. in hoc c. ꝙ præcepta patientiæ magis inducenda sunt ad præparationem cordis, & animi beneuolentiam, quàm ad opera exteriora: quibus delinquentes inuitos possumus corrigere, & castigare, patientia, vel beneuolentia animi interius obseruata. Et hoc ꝓbat quinque exẽplis: scilicet Christi, Pauli, & Petri, & Reipublicæ, Ioannis Baptistæ. Primum exemplum incidit ibi. [Hinc liquido.] Secundum ibi, [Nec Paulus.] Tertiũ ibi. [Agenda sunt] Quartũ ibi, [Ac per hoc.] Quintum ibi, [Item paulo post.]
a ¶ In aperto.] Arg. ꝙ non semper per exteriora comprehenduntur interiora 1. 5.q.5. non omnis & c.non osculatur.
b ¶ Prodesse.] Sic ergo prodesse dicimur illi, quẽ verberamus, vt 45 di & qui emendat. Ioan.
c ¶ Si verba.] Argu. quòd non debemus inhærere verbis, sed potius menti. vt dixi 22. q. 5. humanę. 26. q.5. nec mirum. verba.n.in rescriptis posita, vel in lege, conformare debemus eqtati: & licet verba hoc nõ patiãtur, ext. de rescrip. causam & extra de consue. cũ dilectus. & ff. de in ius vo l quamuis, & ff. q ꝑ tut l.vlt. Argu. contra 19.distinct. in memoriam. & ff. qui & à qui. manumis. l. prospexit. vbi dicitur, sufficit ita scriptum esse. & si illud durum est.
d ¶ Quia nesciunt.] Pro illis, qui ex ignorantia hoc fecerunt rogauit. 1.q.1.§ cum ergo.
e ¶ Secundũ legem.] Iudex ſm leges iudicabit: & non ſm motum animi sui, vt extra de constit. cap. 1. & 11.q.3. summopere alioquin punitur vt falsarius, vt ff. ad le. Corne.de fal.1.§.1.
f ¶ Et contra legem.] Lex.n.dicit, quod liber homo non debet verberibus cædi, vt C.de repud.consẽsu. vltra medium, nisi in casu, vt no. 5.q.5.illi,qui & no.15.q.6. in summa.
g ¶ Destruendum.] Dixit eum non esse principem: quia non erat apud eũ duraturus principatus. vt extra de ver. signi. nam & ego.& infra de pœn.dist.1. diuortium.
h ¶ Nescire.] Arg. quod non potest quis se excusare 2. ꝑtextu ignorantiæ de re, q̃ facta est inter vicinos suos vt extra de præsumpt. quosdam, & c.quanto. 54. distinct. nulli & 12.q.2. qui. & humanis. similis præsumptio est. C.de integ restit. minor de tutela.
i ¶ Quàm voluntati.] infra.ea.q.4.displicet, supra 45. dist. & qui emendata.
K ¶ Qui etiam.] Vel quinetiam,

a Respublica.] Id est, aliquis gerens Rempublicam. Ioan.
b ¶ In Euangelio.] Ioannis.
¶ *In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, & in titulo est,* Item, *non* Idem: *est autem confectum ex locis indicatis, Fulgentij, Prosperi, B. Augustini.*

Non ergo necessitatẽ facit correctionis, vel obdurationis diuina prædestinatio, seu præscientia, cũ boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereãt. Neque enim quia prædestinatio, seu præscientia Dei falli [e] non potest, necessario eueniunt, quæ prædestinantur, vel præsciuntur, sicut nec necessario prædestinantur, vel præsciuntur quæ futura sunt, sed quia bona absque eius gratia, mala præter eius scientiam euenire non possunt. ¶ *Quamuis [f] ergo conuenienter dicatur, si hæc prædestinata sunt, vel præscita, necessario euenient: non tamen ideo absolutè verum est necessario euenient, quæ prædestinata sunt, vel præscita; quia hic necessitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præscientiæ. Vnde Augustinus: [Duæ sunt, inquit, necessitates, simplex vna, veluti qua necesse est omnes homines esse mortales; altera conditionis, vt si aliquẽ ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse nouit, id esse aliter, quàm notum est, nequit. [g] Sed hoc minimè secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adiectio. Nulla.n. necessitas cogit incedere voluntate gradientem: quãuis eum tunc, cum graditur, incedere necessarium sit.*

Sententia in lib. de prædestinat Dei. Burch. l. 20. c 21. Iuo p. 17. c. 32.

Prædestinatio est Deus prædestinans.

quod facit, est causa prædestinationis? Sed dicas hic prędestinationem appellari Deum prædestinantem. Nam nemo potest venire ad me, nisi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic, ꝙ prædestinatio non est causa efficiens, sed est causa sine qua non fit. Item si verè volumus loqui, non est concedendum quod futura bona sint causa prædestinationis: quia ex hoc sequeretur, ꝙ causa esset posterior suo causato. Item quidquid Deus prædestinauit, ab æterno prædestinauit. si ergo prædestinatio est æterna, ergo non habet causam suæ generationis. non ergo futura sunt causa eius. Item si quid esset causa generationis eius, ergo eius oppositum esset causa corruptionis eius. sed impossibile est eam corrumpi, vel desinere esse: quia si corrumperetur, vel desineret esse, ergo post hoc instans non esset, ergo si modo non est, nunquam fuit. Nam bene sequitur, si fuit prædestinatum, ergo prædestinatum est, & semper erit prædestinatum. Ioan.

NON ERGO NECESSITATEM. CASVS. Dictum est supra in capit. vasis, quod de sola voluntate bonum cum gratia procedit, & sola voluntate sine gratia malum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Gratian. quod

e ¶ Falli] Hæc argumentatio non valet; Deus præuidet aliquid, & aliter potest euenire: ergo præuidentiã Dei est fallibilis.

f ¶ Quamuis.] Ad huius §. intelligentiam, nota, ꝙ omnes tales locutiones sunt duplices, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: quia si hæc dictio, necessario, determinat totalem consequentiam, locutio est vera: & tunc talis est sensus in consequentia, si Deus præuidit aliquid, illud euenire est necessarium. Si autem hæc dictio, necessario, determinat ipsum consequens est falsa. Similiter hęc est duplex, necessarium est Socratem ambulare cum ambulat: quia si intelligatur composita & de dicto, vera est si de re, est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est hoc euenire quod Deus pręuidit, de dicto est vera, de re, est falsa. Illud enim ꝙ Deus præuidit, non est necessarium euenire. Et nota quod talis argumentatio non valet, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: ergo si Deus præuidit aliquid, necessarium est illud euenire, quia modo hæc dictio, necessarium non potest determinare ipsam consequentiam, sed tantum consequens. 1

g ¶ Nequit] Vera est si intelligatur de dicto. 2

Si Deus pręuidit aliqd necessario illud euenit, habet duplicẽ sensum.

1 Sub. nõ facta relatione ad antecedens, sed p se considerata.

2 Sub. quia idẽ est, i. de dicto sic cõposito, facta s. relatione consequentis ad antecedens.

HIS OMNIBVS. CASVS. Dictum est supra, quod mala nostræ voluntati adscribuntur. Nunc vero dicit Gratianus, quod indignationi diuinæ adscribuntur, quod probat per duo cap. seq.

CVM SVPERNA. CASVS. Ostendit hic Greg. quod ex quo semel Deus alicui ab intimis irascitur, eius indignationē pœnitentia, vel oratione nō remouebitur. Et hoc probat exemplo Moysi: qui licet in deserto reatū populi apud Deū terserit, tamen pp hoc, quia ad petrā Oreb veniēs de aquæ exhibitione diffidit, Domino sibi irascente, terram promissionis ingredi non potuit.

a ¶ Plebis.] Historiā habes 45 distinc. disciplina.

b ¶ Oreb.] Historiam habes de pœn. dist. 2. §. opponitur.

c ¶ irascente.] Intelligas tū quod quantū ad tēpalem pœnā potest ira Dei esse commutabilis: sed quantum ad æternam non 22. q. 4. incōmutabilis.

DE TYRIIS. CASVS. Quidā assignabāt rationem quare Deus nō saluauit Tyrios, & Sydonios, cū credidissent, si talia signa virtutū vidissent, qualia apud Iudæos nō credentes facta fuerunt, vel simpliciter quærebāt ab Augustino rationem diuersitatis. August. vero deridet eos, dicens, quod non est alia ratio, nisi quia non fuit eis datū desuper vt crederent: tamen quidquid dixit Deus vel fecit, totū verum fuit & iustū, qui non solū Tyrios, & Sydonios potuit saluare, sed etiam Corozain, & Bethsaida: & ille Deus, qui dixit per prophetā Oseam Iudaicæ plebi: Ego sepiā vias tuas spinis, & adimiā tibi facultatem peccandi, ille idē Deus etiam dixit damnandis per Psalmistā: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Dñi persequens eos.

Eodem igitur modo, si quid prouidentia præsens videt, id necesse est esse, tametsi nullā naturæ habeat necessitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniunt, præsentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per dispositionē diuinę notionis. Per se vero considerata absolutam ß naturę suæ libertatem non deserunt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus esse prænoscit: sed eorum quadā de libero proficiscuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant, existendo tamen naturam propriā non amittunt, quæ prius q̄ fierent, etiam non euenire potuissent. ¶ *His omnib. mala nostra libero adscribuntur arbitrio, cū alibi diuinæ adscribantur indignationi. Vnde Gregorius, [Cum superna indignatio sese, vt ita dixerim, medullitus mouet; hanc opinio, vel oppositio humana non remouet: nec se cuilibet vtiliter deprecatio obijcit, cū semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim, quod Moyses, qui reatū totius plebis apud Dominum suis precibus tersit, dumq; se obicem obtulit, diuinę iracundię vim placauit; ad petrā Oreb[b] veniens, & pro aqua exhibitione diffidens, repromissionis terram ingredi Domino irascente[c] non potuit.]* ¶ *Item Augustinus: [De Tyrijs vero, & Sydonijs quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum vt crederent,[d] quos etiā credituros fuisse ipsa veritas dicit,† si talia qualia apud nō credentes facta sunt, virtutum signa vidissent? Quare antē hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur, & ostendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit: & apud eos, quibus profutura erant, non fecerit. Nos etenim, † si rationem[e] facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non possumus; manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit: & non solum Tyrios, & Sydonios, sed etiam Corozain, & Bethsaida potuisse conuerti & fideles ex infidelibus fieri si hoc in eis voluisset Dominus operari. Neque enim vlli falsum videri potest, quod Veritas ait: [Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.] Item, qui per prophetam[f] Iudaicæ plebi promisit: (Ecce ego sepiam vias[g] tuas spinis,[h] & muniam eas lapidibus quadris.[i]) id est, adimam tibi facultatem peccandi: Idem per Psalmistam de damnandis dixit: [Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.] Sed in his omnibus uitia nostra humanæ adscribuntur mentis arbitrio, quod diuina clemētia in electis misericorditer uertit ad bonum; in damnandis iuste relinquit ad malum. Sicut ergo, quāuis certissimè sciamus neminem ultra terminum à*

lib. 9. Moral. c. 11.

Exod. 32.

Num. 14.

Matth. 11.

† al. docet

† al. etiam

Matth. 11.

Osea 2.

Psal. 34.

tionem non possumus assignare, quòd nihilominus illud iustum sit. 17. quæst. 4. §. qui autem.

f ¶ Prophetam.] Oseæ.

g ¶ Vias.] Id est, actiones.

h ¶ Spinis.] Id est, compunctionibus.

i ¶ Lapidibus quadris.] Id est. virtutibus quatuor, vel doctrina quatuor Euangeliorum.

d ¶ Vt crederent.] Præsente Domino, sed postea crediderunt ad prædicationem Apostolorum.

e ¶ Si rationem.] Eodem modo videtur dicendum, quod si Papa aliquid facit quod videtur iniustum, vbi nos ra-

SED IN HIS. CASVS. Dicit Grat. hic, quòd in omnibus malis arbitrium nostrum est in culpa, quod arbi-

bitrium Deus vertit in electis ad bonum, in damnandis vero relinquit ad malum: sed quia nescimus qui peccatores sint damnandi, vel qui sunt saluandi, omnes indifferenter debemus corrigere, ad instar medici, qui licet sciat hominem vltra terminum a Deo præfixum nō victurum,

trem, & ꝙ bonum sit eis corrigi, & ꝙ non sit desistendū à correctione, & disciplina malorum, probat quinque exemplis, scilicet medici, patris, domini, Imperatoris Theodosij, & eripientis homines de domo ruitura. In secunda parte respondet cuidam quæstioni Donatistarum dicentium. Vos vultis, vt redamus, sed non possumus retinere dignitates nostras. Et respondet Aug. hoc verum esse de iure, aliquando tamen secus fit dispensatiue, & pcipue vbi scandalum timetur, quia sicut sunt duo genera inserendi arbores, sic sunt duo genera recipiendi hæreticos. Secunda pars incipit ibi, [Item si inquiunt.

Deo sibi præfixum esse victurum; omnibus tamen languentibus non incongrue medemur; sic quamuis nemo saluetur, nisi prædestinatus ad vitam, omni tamen delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est negligenda disciplina.

α ¶Duæ sunt.] *Hac ex Burchardo, & Iuone citantur ex B. Augustino in lib. de prædestinatione. Et sententia habetur copiose explicata in libello de prædestinatione Dei inter opera B. Augustini, tomo 7.*

β ¶Absolutam.] *Apud Burchardum, & Iuonem legitur*, ab absoluta libertate non desinunt.

γ ¶De Tyrijs.] *Simillima his leguntur apud B. Augustinum in libro de bono perseuerantiæ, c. 14. Eadē vero fere sunt apud Prosperum ad excepta Ianuensium responsa ad dubium 8. siue 9.*

Vnde idem Augustinus ait epist. 50. Bonifacio.

Poly. l. 7 tit. 5. Ans. l. 12. c. 01.

Non semper in eos, qui peccant vindicta est exercenda. C. XXIIII.

Ipsa pietas, veritas, charitas nos non permittit contra Cæcilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non videmus, cui Deus perhibet testimonium.[a] Qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderunt[b]: *Item infra.* ¶Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cędendo: sed ambo diligēdo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. *Item infra.* ¶Si per † potestatem,[c] quā per religionem, ac fidem[d] regum tpe, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia: hi, qui inueniuntur in vijs, & in sepibus, idest in hæresibus, & schismatib. coguntur intrare[e]: non quia coguntur, reprehendant sed quare †[f] cogantur, attendant. Conuiuium Dñi vnitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed ēt in vinculo pacis. *Item eadem infra.* ¶Theodosius a Imperator legem[g] generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quisquis eorum episcopus, vel clericus vbilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur. *Item infra.* ¶Si duo[h] aliqui in vna domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisque id prænunciantibus nollent credere, atq; in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere, vel inuitos, quibus imminentem illā ruinā postea demonstraremus, vt redire vlterius sub eius periculum non auderent; puto, nisi faceremus, nō imme-

† *potestate*] orig. inf. q. 6. schismatis.

† *quos.*] orig.

Cod. Theo. l. 16. tit. 5. c. 21. & 65.

a ¶Testimonium.] In hoc quod est mortuus in vnitate 1 ecclesiæ: sed quidā hæretici volebant eum post mortem accusare de hęresi, vt 24. q. 2. sane profertur. vēr. Item si vera sunt: sed non erant recipiendi etiam in crimine hæresis, cum ille bonæ opinionis fuit, vt 2. q5. in primis hæreticus autem bene reciperetur contra hæreticum, vt 2. q. 7. si hæreticus. Io.

b ¶Perdiderunt.] 1. q. 7 non potest. Io.

c ¶Potestatē.] Quā non hēbat ecclesia, cum & nouella adhuc esset, sed postea quando cœpit dominari principibus, vt inf. ea. displicet, & c. non inuenitur.

d ¶Ac fidem] Ecclesiæ conseruandum.

e ¶Intrare.] .i. redire ad ecclesiam.

f ¶Sed quare.] Quasi dicat, non est considerandum quid fiat vt inf. ea q 8 occidit. & ff de fur. verum. similiter non est considerandum quid fiat, sed quo animo fiat, vt 15. q. 6. c 1. in fine, quasi dicat. cogātur ire ad commodū ipsorum. s. ad conuiuium, de quo agitur in Euangelio. 56. d. sponsus. sup ea cum in lege.

g ¶Legem] Quam habes. C. de hære. Arriani.

h ¶Si duo] Tres enim ponit casus. Primo sic: duo sunt in domo ruitura, & ambos possumus liberare: ad hoc tenemur 2 licet sint inuiti. Secundo sic: duo sunt in domo vna, & si vnum liberamus, alter vult se necare. Tertio sic: multi sunt in domo vna, & non nisi vnus liberari potest.

1 Et ꝑm hoc expone phibet testimonium ex hoc s. quidem ita a vitam a Deo habuit & seruauit, & dic cui s. Cęciliano.

2 Et nisi faceremus crudeles iudicaremur, vt infr. sequit ibi puto, &c. ex hoc quidam dīt hunc eligi ar. ꝙ quilibet tenetur aliū a morte tpali liberare si pōt sup. ea. q. 3. nō in inferēda. vbi de hoc. Arc.

victurum, tamen languentibus omnibus indifferenter medetur, cum ipse medicus ignoret quando, & qua ęgritudine sint morituri. Et ad hoc inducit seq. c.

Ipsa pietas] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quidam hæretici volebant accusare vel testificari contra Cœcilianum virum honestum. super hoc Bonifacius Papa consuluit Augustinum, vtrum fieri posset, & respondet quod nō. Et hoc fit eis, vt corrigantur, & reuertantur ad ecclesiam ma-

a ¶Por-

rito crudeles iudicaremur. Porro,[a] si vnus illorum nobis diceret, quando intraueritis eruere nos, memetipsum cōtinuo trucidabo: alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, sed neque necare se auderet, quid eligeremus, vtrum ambos ruinæ opprimendos relinquere, an vno saltem per misericordiæ nostram operam liberato; alterum non nostra[b] culpa, sed sua potius interire? Nemo est tam infœlix, qui non, quid fieri in talibus rebus oporteat, facillime iudicet. *Item post pauca.* ¶Quòd si plurimi essent in domo ruitura, & inde saltem vnus liberari posset, atque id, cum facere conaremur, alij seipsos præcipitio necarent: dolorem de cæteris, nostrum de vnius saltem salute consolaremur; non tamen, ne seipsos alij perderent, perire vniuersos nullo liberato[c] permitteremus. Quid igitur de opere misericordiæ, quod pro vita æterna adipiscenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum est: si pro salute ista non solum temporali, sed etiam breui ad ipsum exiguum tempus liberandi sic nos subuenire hominibus ratio vera, & benigna compellit.[d] *Item infra.* ¶Si (inquiunt Donatistæ) oportet, vos extra ecclesiam, & aduersus ecclesiam fuisse pœniteat, vt salui esse possimus; quomodo post istam pœnitentiam apud vos clerici, vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera (quod ferendum est) fieri non deberet,[e] nisi pacis ipsius compensatione[f] sanarentur. Sed sibi hoc dicant, & multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte præcisionis iaceant, vt isto quodam vulnere matris catholicæ reuiuiscant. Cum enim præcisus ramus inseritur, fit aliud vulnus[g] in arbore, quo possit recipi, vt viuat, qui sine vita radicis peribat: sed cum receptus recipienti coaluerit, & vigor consequetur, & fructus: si autem non coaluerit, ille quidem arescit, sed vita arboris permanebit. Est enim, & tale inserendi genus, vt nullo ramo, qui intus est, ille, qui foris est, inseratur; non tamen nullo, sed vel leuissimo arboris vulnere. Ita ergo, & isti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis quamuis post erroris sui pœnitentiam honor clericatus, aut episcopatus aufertur; fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis; verumtamen quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fusis, coalescente insitorum pace, ramorum charitas cooperit multitudinem peccatorum. *& paulo post.* ¶Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent; detrahendum[h] est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. Habeant ergo isti de præterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacij timore,[i] amarum dolorem, & veniant ad ecclesiam Christi veram, idest, matrem catholicam: sint in illa clerici, sint episcopi[k] vtiliter,[l] qui contra illam fuerunt hostiliter. Non inuidemus; immo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in vijs, & in sepibus inuenimus, intrare cogimus; & sic[m] nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum,[n] sed ipsos quærimus.

Denunciatio canonica oībus præcipitur:

Pann. in prol. c. 15.

1. Cor 3.
1. Pet 4.
Dic. 50. vt constituetur.

a ¶Porro.] Secundus casus.
b ¶Non nostra.] Licet enim aliquis seipsum interimat propter nos: dummodo: nos iuste moueamur: non tenemur nos, vt infra ea. q. 5. cum homo, & c. de occidendis, & 47. d. quod ad nos.
c ¶Liberato.] idest, non minus aliquem liberare teneris, licet omnes alij se perderent.
d ¶Compellit.] Ergo vr̄ quod omn. b. sit præceptū vt denunciēt crimina delinquentium: sed hoc intelligas tanū de prelatis, vel de canonica denunciatione, vt 2. q. 1. si peccauerit.
e ¶Non deberet.] De iure communi.
f ¶Cōpensatione.] .i. vt alij facilius redeant ad ecclesiam cum vident aliquos reuersos tolerari in suis ordinibus.
g ¶Vulnus.] Dupliciter inseritur ramus arbori, vt de consec. distinct. 5. vnquam. tunc dicuntur duo vulnera infligi arbori, idest, ecclesiæ, quādo ille qui fuit destitutus, restituitur, & alter, qui substitutus fuit, remouetur. secūdo modo quādo nullus fuit substitutus, & illud dicitur leue vulnus.
h ¶Detrahendum.] sic 44. d. comessationes, & d. 50. vt constituetur.
i ¶De mendacij timore.] idest, de mendacio timoris.
K ¶Episcopi.] Sup. d. 12, nos consuetudinem contra.
l ¶Vtiliter.] Nō intelligas, ꝙ Augu. hic restituat episcopos depositos: sed docet quod fieri possit s.
m ¶Et sic.] idest, ꝓpter res eorum.
n ¶Non res eorum] vt 1. quæst. 7. capit. 1. & 2.

Quid

QVid faciat.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte quæsiuit Factus ab Augustino, an ecclesia debeat corrigere hæreticos & obstinatos. Et respondet quòd sic ex dilectione corrigendi, ad instar medici, qui ex dilectione sanandi phreneticos ligat, & lethar-

a ¶ Medicina.] id est, correctio.

b ¶ Inter phreneticos.] Id est, ad modum phreneticorum sæuientes

c ¶ Incipiunt.] Egressus enim malitiæ, virtutis operat ingressum, 32. q. 1. cum renunciatur. hæc tamen non est concedanda: si aliqs incipit esse bonus: non tamē perfectus desinit esse malus. de pœn. d. 2. forte, & si sermo.

Virtutē ingreditur qui malitiam egreditur.

d ¶ Cōia.] inf. de cō se. d. 4. non in vobis. not. sup. 1. q. 1. sacramenta.

a ¶ Theodosius.] *Anselmus habet vt Gratianus: sed propria verba B. Augustini, vbi de reprimenda rabie Donatistarum agit, sunt hæc:* Quod eo modo fieri aliquatenus arbitramur, si legem pijssimæ memoriæ Theodosij, quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quisquis eorum episcopus, vel clericus, vbilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur, expressius in Donatistas, qui se negebant hæreticos, ita confirmarent, vt non omnes ea mulcta ferirentur, *& cætera quæ sequuntur.*

ECCE. Hæc est 4. pars qō. in qua probat Grat. q vindicta non est inferenda, supple scilicet amore vlciscendi, sed tantum amore iustitiæ, scilicet cum peccant in Deum: cum autem peccant in nos, parcere debemus. & hoc probat per tres auctoritates. Ioā. de Fant.

Idem Festo epist. 167

¶ Medicinali seueritate mali cogantur ad bonum. C. XXV.

Polyc. l. 7. tit. 5. Ansl. l. 9. c. 56. † *Quid igitur hoc faciat.* org.

QVid † faciet hic ecclesiæ medicina [a], salutem omniū materna charitate cōquirens, tanquam, inter phreneticos [b], & lethargicos æstuans? nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vel potest? Vtrisque fit necesse est, molesta; quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolūt excitari: sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed, ambo diligūtur. Ambo molestati, quamdiu ægri sunt indignātur: sed ambo sanati gratulantur, *& infra in eadem.* ¶ Catholici esse nō incipiunt [c], nisi hæretici esse destiterint. Neq; enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quæ cū illis sunt communia [d]: quia nō humana sunt, sed diuina. Proprius error eorum est auferendus, quem mali prohibuerunt, non sacramenta, quæ similiter acceperunt: quæ ad pœnam suam portant & habent, quanto indignius habent: sed tamen habent

CASVS. Concludit Gratian ex supradictis, quod crimina sunt punienda ubi schisma & scandalum non timetur: hoc tamen discretio ne seruata, vt multitudinem delinquentium per patientiam expectemus ad pęnitentiam: verū paucorum peccata sunt punienda, vt cæteri terreantur. Et hoc probat exemplo Christi, qui Samaritanos expectauit ad pœnitentiam, quos Apostoli volebant comburere igne cœlesti. & ad hoc inducit seq. capitulum.

4 *Ecce quòd crimina sunt punienda, quando salua pace ecclesiæ feriri possunt: in quo tamen discretio adhibenda est. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam est expectanda: aliquando in paucis est punienda* †, *vt eorum exemplo cæteri terreantur. & ad pœnitentiam prouocētur. Hinc, cum discipuli cœlesti igne Samaritanos vellent consumere; prohibiti sunt: & Samaritani ad pœnitentiam sunt expectati, vt Christo prædicante conuerterentur ad finem.*

† Conc. text. aut facta, ... de pę. cum val. cō ...

Luc. 9.

QVod Christus.] CASVS. Discipuli Christi volebāt ignem de cęlo mittere super Samaritanos, quia eum non recipiebant. sed Christus hoc non permisit, expectans Samaritanos ad pœnitentiam: nec tamen Apostoli in hoc peccabant. quia legem sequebantur. ad instar Phinees, qui Hebręū & Madianitam coeuntes interfecit: &

Apostoli vindicta desiderātes an peccauerunt.

Vnde Ambrosius ait libro 7. commentariorum ad c. 9. Lucæ.

¶ Non semper in eos, qui peccant, vindicta est exercenda. C. XXVI.

QVuòd [Christus] discipulos [e] increpauit, qui ignem

lethargicos excitat. In secunda parte quæsiuit, an sacramenta hæreticorum spernere debeamus. Et respondet quod non: sed tantum errorem. Sacramenta enim in quibus nobiscum concordant, & que acceperunt sicut & nos, bona sunt, licet ad suum damnum habeant. Secunda pars incipit ibi, [Neque enim sacramenta, l.

ad instar. Heliæ, ad cuius præces ignis de cœlo descendit, & consumpsit nuncios Achab regis: aliàs Ochoziæ.

e ¶ Discipulos.] Iacobum & Ioannem, quos præmisit in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent sibi hospitium.

a ¶ Ad correctionẽ.] Prosit vindicta: vel valeat disciplina. b ¶ Peccant.] Inf. ea. vindicta contra, vbi videtur, quod Apostoli odio desiderauerunt vindictam. Sed dic ꝙ nõ peccabãt in re, quam volebant: sed in modo volendi. 22. q. 2. §. Abraham. Vel dic ꝙ peccabant: sed dicuntur nõ peccasse quia lex hoc permittebat, scilicet punire inimicos, sup. ea q. c. um in lege f. c ¶ Et Phinees.] Historiam habes. 2. q. 7. item cum Balaam.

POTEST. CASVS Sup. dictum est quòd Apostoli fuerunt ꝓhibiti à cõbustione Samaritanorum, qa Domin' volebat eos ad pœnitentiam expectare. Nunc dicit G. ꝙ hoc potest etiã aliter intelligi. Nam Apostoli propria iniuriã vindicare volebant: quod non est faciendum. Iniuria vero Dñi inulta relinqui non debet. Et hoc probat exemplo duorum, scilicet Petri & Pauli. Nam Petrus licet contumelias sibi illatas cum gaudio susciperet, Ananiam tamen & Sapphiram Deo mẽtientes morte percussit. Similiter & Paulus magnum Elymã & Corinthium fornicatorem, quia in Deum deliquerant, puniuit.

d ¶ Multimoda.] quã fecit in illa prolixa lectione: Libẽter sufferstis: vbi narrat suas passiones & reuelationes suas.

e ¶ Elymam.] Historiam habes 46. d. §. Salomon. lo.

INter qrelas.] CASVS. Ianuarius episcopus propter iniuriam sibi illatã Isidorum virum clarissimum anathematizauit: super quo cum querelam deposuisset, scripsit G. Ianuario, & reprehendens eum, præcipit sibi, vt talia de cætero non presumeret, alioquĩ puniretur. Seq. c. pater.

f ¶ Conquestus.] Auditur ergo ille, q con queritur se iniuste excommunicatum: & hoc secundum vetera iura, vt 21. q. 3. si episcopus. Vel dic ꝙ tunc auditur talis cum euidenter constat de iniusta excommunicatione, vt extra de app. sollicitudinem. alias non auditur. nisi cum dicit excommunicationem esse nullam vt ext. de sent. excom. per tuas Io. Hodie recurretur super hæc ad nouellam. B.

g ¶ Propriæ.] Ergo episcopus non potest excommunicare aliquẽ ꝓ iniuria sibi facta, vt hic, & inf. e. q. 5. de occidendis. nec etiam potest esse iudex in causa sua. 2. q. 4. q.

1 Et 22. q. 2. si qs per vetus & hoc est ꝙ dicit Azo, ñ peccãt. s. ita ꝙ inde puniant à lege Gof. ꝙ peccabãt in pecta perfectione Euãgelij: nõ peccabãt in specto rigore iuris.

Eps in iurã tem sibi nõ põt excõmunicat.

super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant; ostenditur nobis non semper in eos, qui peccauerint, vindicandum: quia nonnunquam amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, lapso ad correctionem [a]. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur; nec discipuli peccãt [b], qui legem sequũtur. Sciebat enim & Phinees [c] reputatum ad iustitiam, quia sacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignẽ descendisse de cęlo, vt prophetæ α vindicaretur iniuria.

Luc. 9. — Io. 4. — Num. 25. — 4. Reg. 1.

α ¶ V. prophetæ.] *Hæc sunt addita, quoniam referuntur ab ipsomet Gratiano inf. ea. c. si illis.*

Potest in hac prohibitione Apostolorum illud intelligi Apostoli non zelo iustitiæ; sed amaritudinis odio ad iniuriam suæ expulsionis vindicandam Samaritanos igne voluerunt consumere: Dominus autem volens eos iniuriam propriæ personæ cum patientiã & gaudio tolerare, iniuriam vero seruitutis diuinæ non inultam relinquere; ait: [Nescitis, cuius spiritus estis?] Hinc etiam Petrus qui cum alijs audierat: [Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerunt omne malum aduersus vos: gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis:] contumelias sibi illatas cũ gaudio suscipiebat: peccata vero, quæ in Deum committebantur, acerrime puniebat. Vnde Ananiam & Sapphiram spiritui sancto mentientes mortis sententia perculit. Sic etiam Paulus dum à suo contemptu pia admonitione, & multimoda [d] commendatione sui Corinthios reuocaret; magum illum Elymam [e], qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percussit: vt cæteri perterriti prædicationem eius non impedirent, sed in Christum credentes animæ cæcitatem effugerent. Et Corinthium illum fornicatorem, qui in Deum peccauerat, satanæ ad vexandum tradidit. Hinc etiam Gregorius scribit Ianuario episcopo reprehendens eum, quod ob iniuriam propriæ personæ quendam excommunicauerat, dicens libro 2. indict. 10. epist. 34.

Inf. ea. c. si. illic. §. obijciuntur. — Luc. 9. — Matt. 5. — Act. 5. — Act. 13. — 1. Cor. 5.

¶ Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet. C. XXVII.

INter querelas multiplices Isidorus uir clarissimus à fraternitate tua frustra se excõmunicatũ, anathematizatumque conquestus [f] est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo, qa præsens erat, voluissemus addiscere; pro nulla alia causa, nisi ꝓ eo, quòd te iniuriauerat factum innotuit. Quæ res nos vehemẽter affligit; quod si ita est, nil te ostendis de cęlestibus cogitare, sed terrenã te conuersationem habere significas: dum pro vindicta ꝓpriæ [g] iniurię (quod sacris regulis ꝓhibetur) maledict o nem anathematis inuexisti. Vnde de cætero omnino esto

Poly. l. 7. tit. 1.

2 Conc. text. in l. Iulian' ff. de iu. om. iud. & in l. extat. cũ cõ. cor. C. vñ vi.

4.q.4.c.1. Sed contra infra. ead. Guilisarius. & 2.q 7.si quis erga. sed distinguas vt ibi no. per id quod est 63. d. Salonitanæ. Ioan.

S I quis.] CASVS. Ostendit Greg. hic, ꝙ ea, quæ in nos committuntur, facile relaxare debemus: ea vero quæ

sum capituli potest eam remittere. arg. extra de his quæ fiunt à prela. cum Apostolica cum enim episcopus sit pater, vt 95. dist. esto. & pater possit remittere iniuriam factã filio, vt ff. de iniu. sed si vnius. §. filio familias. ergo eps potest. sed non credo quod solus episcopus possit illã remittere. nam episcopus procurator dicitur ecclesiasticarum rerum, vt 12 quæst. 1. cap. vlti. vnde cum sit procurator, conditionem ecclesiæ non potest facere deteriorem, vt extra de dona. cap. 2.

circumspectus, atque solicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuo non præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.

Hinc idem in homilijs ostendens, quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda sunt: ea vero, quibus in nos delinquitur, patienter vel toleranda, vel potius dissimulanda sunt, ait.

¶ Valde offendit, qui Dominica debita impune dimittit.
C. XXVIII.

SI is, qui prælatus est debitori [a] Dominico culpas impune dimittit; non mediocriter profecto offendit [b], qui debita cęlestis regis: & Domini sua præsumptione resoluit. Ea namque, quæ in nos committuntur, facile possumus [c] dimittere: ea vero, quæ in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec sine pęnitentia [d] debemus relaxare.

† al. rediuiuo

¶ *Semel vero culpa dimissa recidiuo † dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

Vnde Gelasius Geruntio, Ioanni, Germanio, & Petro episcopis.

¶ Iniuria, cum semel remittitur, iterum reuocari non debet. C. XXIX.

† al. rediuiuo
1 eadem fere verba habentur. infr. de pœn. dist. 4. c. diuina.

SI illic, vbi hæc acta sunt [e], præsentibus vtriusque constiterit & satisfecisse Stephanum, & supplicatione [f] suscepta, eum, qui male tractatus est, ignouisse; semel in abolitione remissa punitio recidiuo † [g] dolore nõ debet iterari: diuinæ † scilicet imitatione clementię, quæ dimissa

d ¶ Sine penitentia.] interiori, scilicet cordis contritione, sine qua nulli datur venia, vt 24. quæst. 2. legatur. & infra. ead. est iniusta. 50 distin. si quis diaconus. habita ergo cordis contritione potest sacerdos partem, vel totũ remittere secundum qualitatem personæ, loci & temporis, vt 26. q. 7 de his.

SEMEL VERO. Hæc est quinta pars quæst. in qua probat quod peccata semel dimissa iterum non sunt punienda. Ioan. de Fant.

S I illic.] CASVS. Hu. sic ponit hũc casũ. Stephanus male tractauit quendam alium; sed dicebatur ꝙ ei de illa offensa satisfecerat; ille vero negabat. Scribit ergo Gelasius quibusdam episcopis, vt sup hoc cognoscant: & si inuenerint ꝙ Stephanus satisfecerit, & ille remiserit, non reuocent quod factum est: quia peccata dimissa in vltionem redire non debent. Si vero inuenerint nihil esse factum, studeant pro posse ad componendum inter eos. si hoc non potuerint facere, procedant ordine iudiciario: & iudicio diffiniant causam, punientes culpam vbi inuenerint. Ben. eodem fere modo posuit casum. sed H melius.

Episcopus procurator dicitur ecclesiasticarũ rerum ideo illius conditionem deteriorem facere non potest.

quæ in Deum committuntur, non facile, sed cum magna discretione dimittere debemus: non tamen sine pænitentia: quod si secus fiat, Deum offendimus. Sequens §. patet.

a ¶ Debitori.] Id est, qui in Deum deliquit. & est si extra de sentent. excomm. contingit.

b ¶ Offendit.] Vt infra. si ea nam culpa est quandoque relaxare vindictam, vt 28. dist. quia sunt culpæ.

Iniuriam nobis factam an teneamur remittere.

c ¶ Possumus.] Immo iniuriam nobis factam tenemur dimittere. C. de epi. & cle. si quis in hoc. versus finem. Iniuriam id est, rancorem: vel iniuriam, id est satisfactionem iniuriæ non tenemur remittere. vt 90. dist. si quis contristatus. immo bene facit qui prosequitur iniuriam sibi factam, vt 45. dist. & qui emendat & inf. ead. q. 5. de occidendis. nam reipublicæ interest pœnas non facile dimitti, vt C. de pœnis, si operis. & inf. ea. est iniusta. 45. dist. sed si illud, sic ergo per pactum possumus remittere in quantum nostrum priuatum commodum tangit: sed in quantum tangit commodum aliorum, non possumus, vt ff de pact. iurisgentium §. vlt. & est simi 6. d. Salonitanæ sic nec filius potest remittere id, quod debetur patri; nec tutor debitum pupilli, vt C. de pact. pactum & l seq. nec præses debitum ciuitatis. C. de transact. præses. Sed nunquid episcopus potest remittere iniuriam, illatam ecclesiæ? Videtur quod sic quia iniuriarum actio non est in bonis nostris ante litem contest. vt ff. de iniu. iniuriatum, vnde episcopus præter consen-

Iniuriam ecclesiæ illatam an possit epus remittere?

e ¶ Acta sunt.] Ibi enim est agenda, vt 3. q. 6. ibi.

f ¶ Supplicatione.] Bene dicit, supplicatione: quia si non per preces, sed propter pecuniam remittitur iniuria infamis esset, nisi hoc fieret auctoritate iudicis, vt ff. de his qui non infa. furti §. pactus.

g ¶ Recidiuo.] Argu. ꝙ ex quo quis est absolutus, vel postquã penituit, ꝙ amplius de illo crimine accusari nõ potest, vt extra de accusa. de his criminib. & 2. q. 1. prohibentur. similiter qui iurauit se non accusaturum aliquem, non potest eum accusare 1, vt extra de accusa. veniens licet possit denunciare crimen suum, vt extra de iureiuran. quemadmodum in fin. immo eo ipso ꝙ quis dicit se nolle accusare, non admittitur accusans, vt ff. de adulte. si maritus. §. si negauerit. immo tacite renunciat quis accusationi suæ. extra de his quæ fiunt à maiori par. capit. ex ore. in fin. & extra de offic. de lega. gratuim. Hoc autem scias, quod iniuria duobus modis tollitur vel remissione, vt hic; vel dissimulatione; & secundum hoc, si iniuria illata est per me-

Peccatũ per pœniteriam purgatũ an possit in accusationem deduci.

1 Adde ad hoc glo. & Bart. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. ad lege Iul. de adul.

tum anno vtili abôletur, vt ff. quod metus causa, si cum exceptione. §. 1. si alio modo inferatur, tollitur continuo anno institu. de iniur. in fin. C. de iniur. si non conuitij. Si autem non reuocatur statim iniuria ad animum, amplius agi non potest, vt ff. de iniur. non solum §. 1 & institu de iniur. §. vlti.

a ¶ Non patitur] De hoc agitur infra. de pen. dist. 4 diuina, & est hic argumentum quod post penitentiam non potest quis accusari. De hoc not. 33. q 2. admonere

b ¶ Transactum.] Iudicis auctoritate intelligas: qa sine eius auctoritate non licet transigi pro iniuria illata, vt ff. de his qui no. infa. furti.

c ¶ Afflicti.] Id est, iniuriati.

d ¶ Irremissibiliter id est, si non vult dimittere iniuriam, nō enim cogitur ad hoc vt notaui super. cap. proxi.

e ¶ Perstet.] Id est, persistat.

SED OBIICITVR. Hæc est 6. pars quæstio. in qua probat quod iudices merentur in correctione subditorum; si tamen formam canonicam non excedant. Et hoc probat per 7. cap. Io. de Pant.

CASVS. Supra dictū est, quòd aliquis propriam iniuriam vlcisci non debet. Nunc vero probat contrarium exēplo Heliæ, ad quē cum Achab rex Israel post sterilitatem trium annorum & sex mensium quæ facta est precibus Heliæ, misisset ei duos quinquagenarius, qui dicerent ei: Homo Dei, rex Israel vocat te. ait eis, si homo Dei sum descendat ignis de cœlo, & consumat vos: quod factum est: postea soluit hanc obiectionem, dicens quod Helias propriam iniuriam non vindicauit, sed potius iniuriam Dei: ostendens esse verum Deum quem colebat.

peccata in vltionem redire non patitur [a]. Sin vero nihil vel de satisfactione probabitur, vel de remissione transactum [b], dilectionis vestræ sermone monstretur: quatenus siue nunc saltem poterit competens satisfactio prouenire; illud potius exerceatur, vbi animum sanare possit afflicti [c]: siue irremissibiliter [d] prestet [e] acerbitas, ibidem nihilo minus vindicetur, vbi plectibilis est orta psumptio.

6 *Sed obijcitur* [f] *illud Ambrosii: [Ad preces Heliæ ignis descendit de cœlo, vt prophetæ vindicaretur iniuria.] Quod tunc intelligitur factum, quando Achab*† [g] *rex Israel post sterilitatem illam trium annorum & sex mensium, quæ facta est, quando precibus Heliæ clausum est cœlum annis tribus, mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicerent ei: [Homo Dei, rex Israel vocat te: qui ait, si homo Dei sum, descēdat ignis de cœlo, & consumat vos, & statim ignis descendit de cœlo: & consumpsit eos.] Quo facto* [h] *non cuius meriti apud Deum esset, voluit ostendere, sed quod ille esset verus Deus, quem colebat, non ille ad cuius culturam stupro proprij corporis Iezabel nonnullos prouocabat, euidentissimis indicijs monstrare curauit. Iniuria ergo prophetæ nō alia quam iniuria Domini ipsius intelligitur: quæ in paucis vindicanda est, vt cæteri terreantur.*

su. ea. quod Christus.
4. Reg. 1.
† Ochozias filius Achab.

Item obijcitur illud Silueri Papæ ad Amatorem episcopum.

¶ Apostolicus anathematizauit eos, qui eum ceperant, vel qui deinceps episcoporum aliquem ceperit.

C. XXX.

Guilisarius α patritius noster mandauit [i] me ad se venire pacifice pro quibusdā eccesiasticis dispositionibus in palatium Pincis: & ad primum & secundum velum [k] retinuit omnem clerum, & populum, qui mecum veniebat, & nullum permisit introire, nisi me solum & Vigilium diaconum nostrum †. Me vero vi retento [l], & ante prædictam β patritiam deducto miserunt in exilium: in quo sustentor modo pane tribulationis, & aqua angustię. Ego tamē propterea non dimisi, nec dimitto officiū meū:

Polv. l. 1. tit. 7. Ans. l. 12. c. 8. & 9.

† al. meum

f ¶ Sed obijcitur] Contra illud, quod nullus debet iniuriam suam vlcisci.

g ¶ Achab.] Confundit historiam, non enim Achab misit illos quinquagenarios, sed rex Ochozias: nec etiā illud contigit tempore Achab, sed illud contigit sub Ochozia 1.

Sub. cuius filius fuit Achab, vt legitur 4. lib. Reg in prin. & 3. Reg. vlt.

h ¶ Quo facto.] Soluit obiectionem.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijcit quod propria iniuria vindicanda est. Et ad hoc inducit sequentia cap.

Guilisarius.] CASVS. Guilisarius patritius mandauit Silueriо. vt ad se veniret in palatium Pincis: qui cum intrare vellet cum multitudine clericorum & laicorum, solus cum Vigilio diacono proditore permissus est intrare: clero & populo retento ad primum & secundum ostium cameræ palatij: vbi captus missus est in exilium in quo exilio captiuus tenebatur. Ipse tamen cum episcopis, quos potuit congregare, anathematizauit Guilisarium cum complicibus suis: & quicunque de cætero talia fecerit, sit anathema maranatha, id est, separatus a collectione sanctorum in aduentu Domini secundo. Vigilium vero diaconum cum suis fautoribus non solum anathematizauit, sed etiam deposuit, [Sacerdotalis:] quod habiturus erat vel sacerdotalis id est, clericalis.

i ¶ Mandauit.] Hic mandare ponitur pro rogare: sicut alibi ponitur rogare pro mandare, vt 11. q. 3. rogo.

K ¶ Velum.] Id est, cameram vel ostium.

l ¶ Me vero vi retento.] Qui hoc modo includit clericum, licet alio modo non inijciat manus in eum violentas, est excommunicatus, vt ext. de sen. excom cum desideres in parte decisa,

a ¶ Ana-

a ¶ Anathematizaui.] Sup ea. inter querelas. contra. Sed dic ꝙ hæc iniuria contingit ecclesiam 1.64.di. Salonitanæ. Vel hic non erat superior iudex 40. d. si Papa. potest tamen iudex corporalem infligere pœnam pro offensa sua, vt 45. d. & qui emendat.

1 Vt inf. §. 1. Vel dic ꝙ vbi fit iniuria Papę manifesta, potest eã vendicare, vt hic. Si est oc culta, pôt de ea facere inquiri G. siqs imp male I. j. ẽm Inn. q de hoc satis no. ex. d vet. lig ex parte. de hoc etiã satis no. Ber. ext. de cleri. malef. l. 4.

b ¶ Ma-

SED ET HIC. CASVS. Soluit nunc Grat. obiectionem de facto Siluerij, dicens ꝙ Siluerius non est propriam iniuriam vltus: sed iniuriam ecclesiæ. Postea prosequitur secundum membrum illius. [Ecce.] vbi dicitur quod delictum paucorum est puniendum, vt cæteri terreantur. Sed quia hoc non probauerat: ideo nunc probat, quòd peccatum paucorum est puniẽdum quinque exemplis. & hoc si peccata fiãt manifesta: sed si occulta sunt, non debent puniri eo exemplo, quo Christus nõ puniuit Iudam, & ad hoc vltimum sequẽs c. inducitur, cuius casus est plan. Ita quoque ordina literam, non habet potestatem abijcere quem scit reum.

sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizaui [a], & vna cum illis Apostolica & synodali auctoritate statui, nullum vnquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum: & si aliquis deinceps vllum vnquam episcoporum taliter deceperit anathema maranatha [b] fieret in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum. *Idem Vigilio.* ¶ Habeto ergo cum his, qui tibi consentiunt, plenę damnationis sententiam, sublatumque tibi nomen, & munus ministerij sacerdotalis [c] agnosce spiritus sancti iudicio & Apostolica à nobis auctoritate damnaris.

α ¶ Guilisarius.] *In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restitutum est Siluerio (antea enim tribuatur Siluestro) legitur* Belisarius. *sed, quia est initium capitis: non est mutatũ.*
β ¶ Prædictam Patritiam.] *Sic mutatum est ex ipsa epistola, & vita Siluerij, vbi hæc patritia vocatur Antonina. Antea legebatur,* prædictum patritiam.

† al. puniendum
Exo. 32.

Sed & hic non suam; sed ecclesiæ iniuriam vltus est. Quod autem [d] peccatum populi in paucis vlciscendũ † sit; Moyses exemplo suo docuit: qui peccatũ idololatriæ in paucos cultores vituli [e] vindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in præsens terrens, in posterum disciplinam sanciens. Sic & ipse peccata totius populi morte paucorum puniuit: dum pro fornicatione totius populi vna die [f] xxiiij. millia perierũt. Sic & pro peccato murmurationis [g], vel tentationis nonnulli puniti sunt; vt eorum exemplo cæteri ad pœnitentiam cogerentur. Sic & quotidie nonnullos punit Deus; vt diuina prouidentia etiam circa humana vigilare cognoscatur; & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiã expectat, vt patientiam suæ benignitatis nobis ostendat. Sic etiã Helias culturam Baal [h] vendicauit, sacerdotes & prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata imitantium populorum. Quòd vero peccata [i], quæ publicis iudicijs deseruntur, punienda non sint, illo exemplo probatur, quo Christus qui Iudam solus furem nouerat, non abiecisse, sed patienter tolerasse asseritur.

Num. 25.
Num. 11.
1. Reg. 18.
Io. 12.

Vnde Ambrosius super primam epistolam ad Corinthios, c. 5. ait.

¶ Iudicis non est sine accusatore damnare.

C. XXXI.

SI quis potestatem non habet [k], quẽ scit reum, abijcere aut probare non valet; immunis est [l]: & iudicis nõ est, sine accusatore [m] damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur α esset, quia non est accusatus, minime abiecit.

su. 2. q. 1. de manifesta. ver. vt S. Ambrosius Capitul. l. 5. ca. 244.

d ¶ Quod autem.] Dixit sup. in c. quid faciet. in §. ecce ꝙ crimina. ꝙ quandoque delinquentes sunt patienter expectandi. & illud membrum executus est. dixit enim quòd crimen quandoque in paucis est vindicandum, vt cæteri terreantur.
e ¶ Vituli.] 45. d. disciplina.
f ¶ Vna die.] Dum Phinees occidit Hæbræum coeuntem cũ Madianita quam historiam habes 2. quæstio. 7. §. item cum Balaam.
Phinices Hębręũ occidit.
g ¶ Murmurationis.] Quando Iudæi murmurabant in deserto propter carnes. volebant enim sibi constituere ducem, & reuerti in Ægyptum. 90. d. alienus.
h ¶ Baal.] Hanc historiam habes 1. q. 1. cum scriptura.
i ¶ Quòd vero peccata.] Istud spectat ad illud. sup. ea §. his ita respondetur, sunt quædam.
k ¶ SI quis.] ¶ Non habet.] Quia non est eius iudex.
l ¶ Immunis est.] à peccato participationis: nec imputatur ei si tacet, cum non possit illud probare. 2. q. 7. plerumque, licet autem iudex sciat aliquem criminosum, non ideo statim potest eum à se abijcere, vt 6. quæst. 2. si tantum.
m ¶ Sine accusatore.] Excipiuntur casus positi 2. q. 1. de manifesta.

b ¶ Maranatha.] Dicitur Maranatha aduentus Domini si. 24. q. 3. §. sed qui, idest, vsque ad aduentum Domini sit excõicatus, supple, nisi pęniteat. sic 27. q. 1. de viduis.
c ¶ Sacerdotalis.] i. clericalis; arg. ꝙ alicui aufertur quod non habet, vt 5. q. 6. iusta. 2. q. 2. §. ex his omnibus.

SIM. LITER. CASVS. Dictum est supra, quòd cum peccata sint occulta, non est sententia ferenda. Nunc vero ostendit Gra. idem esse faciendum quando multitudo est in causa, vel peccans, sociam habet multitudinē, & ad hoc inducit seq. cap. cantibus relaxetur impunitas: & si sunt incorrigibiles, debemus eis alimēta ministrare, & dolere, & gemere; donec inuenta opportunitate per iudicem puniantur. Si autem corrigibiles sunt, debemus eis misereri: & non esse nimis seueri cōtra eos: quos probat tribus auctoritatib'. i ¶ Præ-

a Cum fur.] *Addita hic sunt aliquot verba ex originali.*

Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, vel quando ille peccat, qui sociam habet multitudinem.

Vnde Augustinus in libro 3. c. 2. contra epistolam Parmeniani.

¶ Quod à multitudine peccatur, vel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur. C. XXXII.

NOn potest [a] esse salubris à multis correptio; nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinē [b]. Cum ergo idem morbus plurimos occupauerit: nihil aliud bonis restat, quam dolor, & gemitus: vt per illud signum [c], quod Ezechieli sancto reuelatur, illæsi euadere ab illorum vastatione mereantur. *& infra.* ¶ Reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit; diuinæ disciplinæ seuera misericordia [d] necessaria est. Nam consilia separationis [e] & inania † sunt, & perniciosa, atque sacrilega, quia impia, & superba sunt †; & plus perturbant infirmos [f] bonos, quam corrigant animosos malos. *& infra.* ¶ Turba autem iniquorum, cum facultas [g] est in populis promendi sermonem, generali [h] obiurgatione ferienda est, & maxime, si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.

Præcepta [i] vero Euangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis exhortationem quoque Apostoli de cibandis uel potandis inimicis non eatenus intelligenda sunt, ut peccandi † relaxetur impunitas: sed vt delinquenti correctio, & naturæ ministretur subsidium: donec per sententiam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos, & misereri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus: & pro eorum correctione quotidie laboremus, & oremus, pœnitentibus solatia impendamus, alter alterius onera portantes, non ut pertinaces, & in malo persistentes impunitate donemus. Sicut enim erga pœnitentes non seueri, sed misericordes esse monemur iuxta illud: [Noli esse [k] nimis iustus: quia est iustus, qui perit in iustitia sua.] & iterum: [iudicium sine misericordia erit ei, qui non fecit misericordiam] & item illud Apostoli in secunda epistola ad Corinthios: [Cui aliquid donastis [l], & ego:

Iuo in prologo
Pan. in prologo c. 15. 16. 17.

Ezech. 9.

† *al. immania*
† *al. sunt*

su. ea. hæc autem
Luc. 6.
Rom. 12.
† *al. peccanti.*

Gal. 6.
Iac. 2.
Eccl. 7.

Vindicta rōne multitudinis relaxatur.
i Sic vbi timet periculū. sup. eadē cum quinq.

NOn potest.] CASVS. Parmenian' dicebat quod cū multitudo, vel ille, qui habet sociam multitudinē, est in scelere, qui corrigi nō potest, fugiendū est tūc. Sed Aug docet nō esse fugiēdū sed dolēdum, & gemendum: quia tunc misercodia Dei necessaria est: & cū facultas prædicādi se obtulerit, nō est cessandū à generali increpatione: & maxime cū videmus populū affligi mortalitate, & fame, & alia mala peste.

a ¶ Non potest.] Sup. d. 50. vt constitueretur.

b ¶ Multitudinē.] Sic ergo rōne multitudinis non exercetur vindicta. i. vt 11. q. 7. quoties su. ea ipsa pietas, & 9. q. 1. ordinationes. Dñr autē hic multi plures. q̃ xl. extra de cleri. excommi latores.

c ¶ Signum.] Scilicet Thau.

d ¶ Misericordia.] Ex seueritate præcedens.

ADDITIO. Vel dic seuera mia, i. Dei vltrix correctio Gofred q Deo vltio relinquitur: quia homo non potest.

e ¶ Separationis.] Idest, excommunicationis.

f ¶ Infirmos.] Qui facile scandalizant.

g ¶ Cum facultas.] i. cum non contemnetur eius prædicatio. nam si non proficit, potius tacere debet. 11. q. 3. quandoque.

e ¶ Generali obiurgatione.] 8 q. 1. qd autem.

PRAECEPTA. CASVS. Dictum est supra, ꝙ mali in pace, & sine scandalo sunt puniendi, & corrigendi: sed quia hoc videbatur contrarium dictis euangelicis, & Apostolicis, quæ ponūtur in superiori §. ex his omnibus qui est versus principiū quæstionis, vbi dicitur quod debemus esse misericordes inimicis, & eis benefacere: ideo nunc Gratianus soluit hanc contrarietatem, dicens quod illa dicta sunt intelligenda, vt pec-

i ¶ Præcepta.] Posita in superiori §. ex his omnibus.

K ¶ Noli esse.] Hæ auctoritates sunt expositæ 2 qō. 8. §. his ita respondetur.

l ¶ Donastis.] Loquitur ibi Apostolus de Corinthio, qui ad pœnitentiam rediit: & petiit Apostolus vt reciperent ipsum: & remisit ei offensam, & simile 35. q. 9 capveniam.

E St iniusta.] CASVS. Ostendit Ambrosius in hoc c. q̄ prælatus ecclesiæ non debet inconsulte peccantem reconciliare, non semper est ei parcendum: licet audiat eum iudex lachrimari. Et hoc probat quatuor rationibus, 1 auctoritate veteris testamenti vel legis: scilicet

& Latronis incorrigibilis, & aspirantis ad exitia multorum qui seruari non debet & exemplo iudicis, q debet condēnare condemnandum, & absoluere absoluendū.

a ¶ Est iniusta.] Scilicet iustitia quandoq; dicitur esse falsa, vt 45. dist. vera. nam sæpe vitia virtutes se esse mentiuntur. 41. dist. sæpe.

b ¶ In lege.] id est, Deuteronomio: vbi scriptum est de illo, qui inuitat alios ad idololatriam nec acquiescas ei: non audias eū, nec misserearis eius: sed statim occidas eum, vt infra e. q. 5. si audieris.

c ¶ Diuina.] Si. ff. depositi. si hominē & ff. de dolo, eleganter. §. item Labeo. instit. de lege Aqui. in fin.

d ¶ Lacrimis.] Iudex non debet moueri ad lacrymas calamitosorū, vt ff. de of. præs. obseruandum. & de pœ. dist. 3. sunt plures.

e ¶ Tradit.] Occasionaliter.

f ¶ Si gladium.] Sed quare hic redarguit ecclesia iudicem, qui gladium reprimit: cum alias petat August. reus non occidi, vt inf. q. 5. c. 1 & c. de occidēdis? Sed dicas hic loqui de incorrigibilibus: ibi de corrigibilibus. sic infra e. q. 5. prodest.

g ¶ Periculo.] Propter hoc verbum quidam hic dixerunt, q̄ in criminali causa non esset mitius agēdum cum reo, quam cum actore quod nō concedo, vt 25. quæst. 9. veniam. in fin.

h ¶ Communionis.] rerum quibus suspēsus est non intelligas hoc de sententia excōmunicationis: nā ibi propter periculū nō est differēda absolutio, nam quandoque fit absolutio a iudice nō suo vt extra de sen. excom. sacro. & extra de appell. qua fronte. nisi vellis itelligere in eo casu quando propter contumaciam detinetur aliquis diutius in excommunicatione 11. q. 3. qui iubente.

i ¶ Facilitas.] Verum est q̄ de iure nō dat, sed de facto sæpe dat: & sic non obst. 1. q. 7. exigūt.

2. Cor. 2.

† in persona. Christi.] orig. Glossa interl. ibi.

Nam & ego, si quid donaui, propter vos donaui ac † si ipse Christus donaret, vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.][*Qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos;* [*sicut inquam, pœnitentibus, vt dictum est misericordes esse iubemur, sic impœnitentibus, & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.*

α ¶ Noli esse.] *Gratianus non fert ipsa prorsus verba Ecclesiastis. Ea enim sic habent.* Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ iustus perit in iustitia, sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.

Vnde Ambrosius sermone 8. in psal. 118. vers. 5.

Ans. l. 13. c. 33. Poly. l. 6. tit. 21. 1. Reg. 15.

¶ De iusta & iniusta misericordia. C. XXXIII.

E St iniusta [a] misericordia. Denique in lege [b] scriptum est de quodam: [Non misereberis illius.] Et in libris regnorum legis, quia Saul postea cōtraxit offensam, quia miseratus est Agag hostem regi, quem prohibuerat sententia diuina [c] seruari. Itaque †, si quis latronem filiis deprecantibus motus, & lacrymis [d] coniugis eius inflexus absoluendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus; nonne innocentius tradit [e] exitio, qui liberat multorum exitia cogitātem; Certe si gladium [f] reprimit, vincula dissoluit: cur laxat exilio, cur latrocinandi, qua potest clementiori via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde † inter duos, hoc est, accusatorem & reum pari periculo [g] de capite decernentes, alterum si non probasset; alterum, si esset ab accusatore conuictus, non id quod iustitię est: iudex sequatur: sed dum miseretur rei, damnet probantem: aut dum accusatori fauet, qui probare non possit, abdicat innoxium: non potest igitur hæc dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia, vbi maxime misereri decet, teneri quàm maxime debet forma iustitię, ne quis à communionis [h] consortio abstentus β breui lachrymula atq; ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, [à facilitate † sacerdotes extorqueat. Non ne, cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas [i] enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.

† At qui, si qui latronis.] orig.

al. Denique

† al. facilitate.

Iudex lacrymis flecti nō debet.

1 Præterea ecclesiasticus iudex libenter audit socitos pro salute 35. q. 9. veniam. vbi de hoc in fi. & adde quod le. & no. 9 di salus quippe.

β ¶ Abstentus] *Antea legebatur*, à consortio communionis vel criminationis abstractus. *Emendatum est & multa alia ex ipso originali.*

Item Augustinus in libro psalmorum, ps. 32.

Ex gloss. or. ibi.

¶ Non debemus in mala causa pauperi misereri. C. XXXIIII.

N E amisso † iudi-

† al. commisso.

licet in Deuteronomio de quodam præuaricatore, qui inuitabat homines ad idololatriam: & exemplo Saulis

N E amisso.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod iude-

prętermissa discretione in mala causa pauperis misereri non debet: quia si iudex paupertati eius parcit. reddit eum nequiorem, cum videat sibi iustum fauere. [Amisso,] id est dimisso, & derelicto. [Iudicio.] Id est discretione. [Sacello.] i. paupertati corporis vel pecuniæ.

casus planum est.
K ¶ Ille gladium accipit.] Iniuste.
l ¶ Potestate.] Nam potestas gladij tantum à principe habetur, vt su. ca. q. militare. & q. 2. c. 1.
PORRO. Hæc est 7. pars q. in qua probat magister per

a ¶ Iudicio.] Id est, ordine iuris.
b ¶ Sacello.] Id est, paupertati. Ioan.

DVo ista] CASVS. Ostēdit Augus. in hoc ca. quod duo sūt nomina: homo scilicet, & peccator in eo quod aliquis est homo. est ei miserēdum; in eo quod est peccator, est corrigēdus: quia homo non liberatur à morte nisi puniatur in eo delictū: & huic officio correctionis inuigilare debet qui libet, qui nomen habet & officium corrigēdi, quod probatur vij. exemplis, scilicet episcopi, pauperis, & diuitis, mariti, patris iudicis, & regis: quorum quilibet corrigere debet delictum secundum officium sibi commissum. Non est igitur contemnēda in peccatoribus eleemosyna, dummodo eorum iniquitatem persequamur.
c ¶ Quia homo.] Sic 8. dist. odio.
d ¶ Officio] Correctionis.
e Nominis.] Id est secundum quod aliquis nominatur vel prælatus vel pater, vt ostendit per exempla.
f ¶ Episcopo.] Ex hoc c. & ex illo supra ead. ita consueuit dici, quòd illud, Si peccauerit in te frater tuus, ad solos illos spectat, qui ex potestate aliqua pňt puniri: sed certe hic nō loquitur de denunciatione, sed tantū de correctione: ad quam etiam alii tenētur, qui enumerātur hic: nam & vicinus tenetur corrigere vicinū suum, inf. ea. q. 5. non potes. Item quilibet tenetur aliū occultè corripere, vt extra de hęreti. cum ex iniuncto circa fi.

Correctio occulta est pcepti.

g ¶ Familiam.]. C. de emend. propinquorum. l. vna. & 33. q. 2. placuit.
h ¶ Marito.] Supra 7. q. 1. sicut alterius.
i ¶ Quibusq; pauperibus.] su. 42. dist. quiescamus. Io.
ITEM ILLVD. CASVS. Dictum est su. quod possumus persequi peccatorem sed contra hoc obijcitur ab hęreticis auctoritas Euangelij, qui gladio, &c. Sed hāc auctoritatem determinat August. in sequ. capit. cuius

cio [a] sis pauperi in mala causa misericors; cuius si parcis sacello [b]; percutis cor, & tanto nequiorem reddis quanto iustum sibi fauere videt.

¶ Ferè eadem sunt in glossa ord. in Ps. 32. ad vers. Diligit misericordiam. *ex B. Augustino collecta sententia.*

Beda Gal. 6.

Idem.

¶ Homini miserendum, peccatori irascendum.
C. XXXV.

DVo ista nomina cum dicimus, homo peccator; non vtique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe: qa homo [c] est, miserere: nec omnino liberabis hominem nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio [d] nominis† [e] inuigilet disciplina, sicut cuique regenti apta, & accōmodata est, non solum episcopo [f] regenti plebē suā, sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam [g] suam, marito [h] regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. *& paulo post.* ¶ Ita nulli homini claudenda est misericordia: nulli† peccatori impunitas relaxanda est. † Hoc itaque maxime intelligendum est, q̄ non sit cōtemnēda eleemosyna, quæ quibusque [i] in pauperibus iure humanitatis impeditur: quandoquidem Dominus subleuauit indigentiam pauperum etiam ex his loculis, quos ex opibus implebat aliorum. *& paulo post.* ¶ Nō ergo suscipiamus peccatores, propterea quòd sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia & homines sunt humana consideratione tractemus: persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem conditionem.

Poly. l. 6. tit. 21. Ans. l. 13. c. 71.

† *omnis*] vera lectio.

† *al. sicut nulli peccato.*

† Ex [illegible] text. [illegible] quod absolu[illegible] non est [illegible]renda. con[illegible] text. in l. [illegible] cū ibi [illegible] C. de [illegible]ma trini.]

¶ Initium huius capituli habetur in sermone 94. & 109. de tēpore & hom. 6. in lib. 5. homiliarum. Verum integrum est apud Bedam in comm. epistola ad Galatas. c. 6.

su. ead. tres personas in fine.

Item illud Euangelij quod obijciebatur [Qui gladio vsus fuerit, Gladio cadet.] Augustinus exponit in 22. lib. contra Faustum Manichæum, c. 70. ita dicens.

† *Vtitur gladio.*] orig.

¶ Quis dicatur gladium accipere. C. XXXVI.

ILle gladium † accipit [k], qui nulla superiori, ac legitima potestate [l] vel iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armatur.

Iuo p. 10. c. 110. Pann. l. 8. c. 44.

7 Porro illud Hieronymi [m], quo ecclesia negatur aliquē persequi, non ita intelligendum est, vt generaliter ecclesia nullum persequatur, sed quòd nullum iniuste perse-

su. ea. qui sm.

per 13 auctoritates. quod omnino iudices malos corrigere debent, alioquin pœna eorum imputabitur eis Io. de Fant.
CASVS. Dictum est su. in ca. qui secundum carnem quod aliquem persequi nō debemus Sed dicit nunc G. quod hoc non est generaliter verum, quod ecclesia nullum persequatur: sed quod iniustè nullum persequatur: Nam iuste hæreticos persequimur & alios peccatores, & sic Christus persecutus fuit illos, quos de templo eiecit.
m ¶ Illud Hieronymi.] Supra ead. qui secundum carnem.

Nimium

Nimium sunt.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima innuitur ꝙ Vincentius Donatista conquerebatur, quod Christiani ipsum persequebantur iniuste: sed August. ostēdit ꝙ ipsum iuste persequuntur, & hoc probat nouē rationibus, quæ in ipsa litera patent, & quatuor exemplis, s. Prophetarum, Christi, & Apostolorum, & Imperatoris. In 2. parte dicitur, ꝙ nullius crimē nocet nescientī: quia facta malorum, quæ probari nō possunt, nō coinquinant quenquam: nec deserēdi sunt boni ꝓpter malos, sed mali sunt tolerandi propter bonos. Secūda pars incipit ibi, [Certè nullius.] Prima ratio incipit ibi, [Si enim.] Secunda ibi, [At in quibusdam] Tertia ibi, [Itē post aliqua.] Quarta ibi, [Meliora.] Quinta ibi, [Meli⁹.] Sexta ibi, [Vtilius.] Septima ibi, [Item post pauca.] Octaua ibi, [Et cum noueritis.] Nona ibi, [Item si semper] Exempla satis patent.

quatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est: sed rationabiliter hereticos persequimur: sicut & Christus corporaliter persecutus est eos, quos de templo expulit.

Vnde Augustinus ait Vincentio, epist. 48.

¶ Potestatis officio vtiliter inquieti corriguntur.

C. XXXVII.

Poly. l. 7. tit. 6. Ansel. l. 12. c. 55.

Nimium sunt inquieti Donatistę? *a* quos per ordinatas à Deo potestates *β* cohiberi, atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. *Item infra* ¶ Si enim quisquā inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum currere videret in præcipitium; † nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic currere permitteret; quàm si corripiendum ligandumq; curaret? Et tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus videretur; quando vtilissimus, & misericordissimus extitisset. Sed planè salute reparata tanto ei vberius gratias ageret; quanto sibi eum minus pepercisse sensisset. *& post pauca.* ¶ At enim quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideo negligēda est medicina; quia nonnullorū est insanabilis pestilentia? *Item post aliqua.* ¶ Non omnis, [a] qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm blanda † oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur; [b] si de cibo securus iustitiam negligebat; quā esurienti panis frangitur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. *Item post pauca.* ¶ Putas neminem debere cogi [c] ad iustitiam; cum legas patremfamilias dixisse seruis: [Quoscunque inueneritis, cogite intrare:] cum legas etiam ipsum primo Saulum, postea Paulum ad cognoscendā, & tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis cōpulsum. *Item post pauca.* ¶ Et noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. *Item infra.* ¶ Si semper esset culpabile persecutionē facere; non scriptum esset in sanctis libris, [Detrahentem proximo suo occultè, hūc persequebar.] Aliquando ergo & qui eam patitur, iniustus est: & qui eam facit, iustus est. Sed planè semper & mali [d] persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos: [e] illi nocendo per iniustitiam, † isti, consulendo per disciplinam: illi immaniter, isti temperanter; illi seruientes cupiditati, isti charitati. Nam qui trucidat, non considerat quemadmodum laniet: qui autem curat, considerat, quemadmodū secet. Ille. n. persequit̄ sanitatē, iste putredinem. Occiderunt impij prophetas: occiderunt impios, & prophetę. [f] Flagellauerunt Iudęi Christum; Iudęos flagellauit & Christus: traditi sunt Ap̄li ab hoībus ptāti humanę, tradiderunt & Ap̄li hoīes ptāti satanæ. In his oībus quid attenditur, nisi quis eorū pro veritate, quis ꝓ iniquitate, quis nocēdi causa, [g] quis emendandi? *& paulo post.* ¶ Constātinus Imperator, primus cōstituit, [h] vt res cōuictorū, & vnitati pertinaciter resistentiū fisco vēdicarent. *& post pauca.* ¶ Certè [i] nullius crimē ma-

S. 5. q. 5. c. 2.

a. al. præceps

† al. voluntaria

Prou. 27.

Matt. 22. Luc. 14. Act. 9.

Psal. 100.

† illi] orig.

3. Reg. 18. Matt. 17. Ioan. 2. Act. 16. 1. Cor. 5.

a ¶ Non omnis.] Supra 5. q. 5. nō omnis.

b ¶ Tollitur.] Supra ead. duo contra.

c ¶ Cogi.] Supra 45. dist. c. 2. contra. Sol. ab initio nemo cogendus est ad bonū, sed aliquis cogit̄ ꝑseuerare in eo quod incepit, vt ꝟ. e. q. 5. ad fidem. nec obuiat ꝙ dicitur de Paulo, ab initio fuit coactus. 1 nam hic arg. à minori, id est, ex quo Paulus ab initio fuit coactus, ergo alij possunt ex postfacto cogi.

1 Vt ꝟ. ea. displicet. vers. si vero. & c. qui nos, ver. mirum. nam Dn̄s eum 5. si Paulus,

d ¶ Et mali.] Vt Ismael Isaac, & Saul Dauid.

e ¶ Boni malos.] Vt Helias quinquagenarios.

f ¶ Et prophetæ] Vt Moyses Aegyptium, vt s̄ ead. q. 3. non in inferenda.

g ¶ Nocendi causa.] Q. d. plus causam facti quàm factū considerabimus, vt ꝟ. ea. quæst. 8. occidit.

h ¶ Constituit.] C. de hęre. Arriani. 2 Ioan. de Fant.

2 Tu dic, ꝙ legē Cōstantini hoc expresse dicentē non habemus: Christiano tamē qui fit Iudæus hāc pęnam imponit, vt C. de apo. l. 1. Archid.

i ¶ Certè.] Supra ea. quàm magnum.

Displi-

Displicet.] CASVS. Donatus cũ esset captus a Christianis cum quodam suo socio, & duceretur super equum, se proiecit in terram. vnde in corpore suo grauiter lęsus fuit: socius vero istud non fecit, sed se seruauit illęsum quare Donatus super hoc conquerebatur, quatuor modis abijciendo Augustino. Primo obijciebat dicẽs quod hoc fieri sibi non debuit: quia nemo cogi debet ad bonũ. Augu. vero huic obiectioni respondet, dicens, hoc non esse verum, cum multi cogantur ad episcopatum donec de nolentibus fiant volentes. Secũdo obijciebat, quòd Deus dedit homini liberum arbitrium, & ideo nullus debet cogi ad bonum sed respondet Augustin. contra, quod licet homo liberum, habeat arbitrium, non tamen suę malæ voluntati est relinquendus: quod ꝓbat quatuor exemplis. scilicet Israelitarum, & Pauli, & patris, & negligentium prælatorum. Tertio obijciebat: non debes me inuitũ saluare, quia sic volo errare sic volo perire. Respondet August dicens, quod sicut alii commẽdandi sunt, & bene fecerunt, qui te de puteo leuauerunt, in quem te proieceras, vt ibi morereris. sic nos bene facimus si te inuitum de erroris puteo eleuemus: ne moriaris in æternum. Quarto obijciebat, ꝙ nõ debet recedẽs ab eo inuitus teneri: qa Dominus lxx. discipulos, q schisma fecerunt, abire ꝑmisit. & respondet August. dicens ꝙ tempora sunt distinguẽda. Nam tũc ecclesia nouo germine pullulabat nec fortis erat ad puniẽdum delinquẽtes. hodie autem cũ sit fortis & potens inuitum ad bonum cogere debet. & hoc ꝓbat auctoritate Euãgelij. Prima obiectio Donati est ibi, [Sed neque hoc putas.] Secunda ibi, [Dicis Deum] Tertia ibi. [Noli ergo iam iam dicere] Quarta ibi, [Repetis sicut audio]

a ¶ Alius] Arg. optimum: ꝙ ex quo vnus secure potest venire ad iudicium: ergo & aliter. sic extra de elec c. bonæ in fi. similiter dici lex: ex quo tutor suam pecuniam bene collocauit, ergo & pecuniam pupilli potuit bene collocasse ff de admi. tut. l tutor. §. Similiter ex quo res tuas conseruasti. & res etiam commodatas conseruare debuisti ff commoda. si vt certo. §. commodatum. in fi. tũ hoc arg. fallit. nam licet aduersarius meus ẽt q venire non poterat, venit non ideo sequitur ꝙ ego tenebar venire, vt ff. de arbi. l. si cum dies. §. pen.

b ¶ Inuiti] Quid ergo est ꝙ dicitur, ꝙ nemo cogitur crescere inuitus, vt 74. distinc. genua & c. vbi, sed ibi loquitur

Dilligens] in suis, dẽt in alienis similiter facere.

cular nescientem. *Item infra* ¶ Facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quenquam, si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi: sed propter bonos mali tolerandi sunt; sicut tolerauerunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant; nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant: — 1. q. 4. nullius. su. c. quam magnum.

α ¶ Donatistæ.] *Apud Anselmum titulus est*, Augustinus Vincentio *Initium vero capituli est*, Donatistæ nimium *&* *apud B Augustinus*, Sed Donatistę nimium *propterea reposita est hoc loco dictio*, Donatistæ, *inducta autem in titulo Ibi enim antea legebatur*, Augustinus aut Vincentio Donatistę.
β ¶ Potestates.] *Sequebatur in vulgatis*, Sęculares. *quæ vox abest à plerisq; vetustis, & Anselmo, & originali. Multa vero alia ex ipso presertim originali sunt emendata.*

Item Donatio presbitero epist. 204.

¶ Hæretici ad salutem etiam inuiti sunt trahendi.

C. XXXVIII.

Displicet tibi, quia traheris ad salutem; cum tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & seruari, ne pereas? Quod autem in corpore læsus es, ipse tibi fecisti, qui iuramento tibi mox admoto vti noluisti, & te ad terram grauiter collisisti. Nam vtique alius [a], qui adductus est tecum collega tuus, illęsus venit, qui talia sibi ipse non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid dixerit Apostolus: [Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.] Et tamen tam multi vt episcopatum suscipiant, tenentur inuiti [b], perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur quæ nolunt; donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis & perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam, non solum vt honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis? ¶ Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur, ad bonum? Attende α ergo, quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigantur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ voluntatis? nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo, qui diligun-

Poly. ibidem. Ans l. 12 c. 57. Deusdedit p. 2.

1. Tim. 3.

Pann. l. 8. c. 17.

quitur

tur malæ suæ voluntati impune,& crudeliter permittendi sunt; sed, vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam, si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare Israelitæ recusantes, & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est liberati; quare Paulus
Act.9. non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur ecclesiam; sed prostratus est, vti excæcaretur: excæcatus, vt mutaretur: mutatus, vt mitteretur: missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera [a] eius tun-
Prou.13. dere, vt ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur? Vnde idem dicit: [Tu percutis eum virga, ani-
Prou.23. mam autem liberas a morte.] Si mala voluntas semper suæ permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes [b] pastores, & dicitur eis: [Errantem ouem non
Ezech.34. Hier.23. reuocasti, perditam non inquisistis.] Et vos oues Christi estis: characterem Dominicum portatis in sacramento, quod accepistis; sed erratis, & peritis: Non ideo vobis displiceamus; quia reuocamus errantes,& quærimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis,vt vos ad eius ouile redire cogamus;quàm consentiamus voluntati ouium errantium,vt perire vos permittamus.¶Noli ergo iam dicere,quod te assidue audio dicere; Sic volo errare: sic volo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus, quantum possumus. Modo,quod te in puerum,vt morereris,[c] misisti;vtique libera volũtate fecisti: Sed quàm crudeles essent serui Dei, si huic malæ voluntati tuæ te permitterent,& non te de illa morte liberarent? Quis eos nõ meritò culparet?Quis non impios recte iudicaret? Et tamẽ tu te volens in aquam misisti, vt morereris: illi te nolentem de aqua seruauerunt, ne moreris. Tu fecisti secũdum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam: illi contra voluntatem tuam,sed propter salutem tuam.Si ergo salus illa corporalis sic custodienda est,vt etiam in nolentibus ab eis,qui eos diligunt,seruetur;quãto magis illa spiritalis,in cuius desertione mors æterna metuitur:quamquã,& in illa morte,quam tibi tu ipse inferre voluisti,non solum ad tempus,sed etiam in æternum morereris,quia etsi non ad salutem,nõ ad ecclesiæ pacem,non ad Christi corporis vnitatem,non ad sanctam & indiuiduam charitatem,sed ad mala aliqua cogereris;nec sic tibi ipse mortẽ inferre debuisti [d].Considera scripturas diuinas,& discute quantum potes,& vide vtrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum,atq; fidelium; cum ab eis tanta mala perpessi sunt, qui eos ad ęternum interitum,non ad vitam æternam,quo tu compelleris,adigebãt.
Ioan 6. ‡ lxxij. *& post pauca.* ¶Repetis sicut audio,quod in Euangelio scriptum est,recessisse a Domino lxx.† discipulos,& arbitrio suæ malæ,atque impiæ discessionis fuisse permissos:cæterisq; duodecim,qui remanserant,fuisse responsũ.[Nunquid & vos vultis ire?] Et non attendis,quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa prophetia: [Et
Psal.71. adorabunt eum omnes reges terræ,omnes gentes seruient illi.] Quod vtiq; quanto magis impletur, tanto maior vtitur ecclesia potestate,vt non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat: qui quamuis haberet magnam potestatem; prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa conuiuij similitudine satis euidẽter ostendit,vbi

quitur,cum malo zelo quis cogitur tamẽ hæc est veritas,quod si aliquis semper esset nolens, non debetur cogi. De hoc not. 8.quæst.1. in scripturis.

ADDITIO. De hoc etiam not.40.distin. ante omnia.& 61.d. Catinensis,& melius 2.quæstio 6.biduum in princip. ver. appellare ibi videas. Archid.

a ¶Sed etiam latera] Sup.45.distin.§ Salomon.

b ¶Negligentes.] Vt 86.distinct. cap.1. & vlt

c ¶Vt moreris] Bona illorum,qui seipsos interimunt, fisco applicantur,si ꝓpter conscientiam delicti hoc faciant: si secus propter impatientiã alicuius doloris, vt ff. de bonis eorum, qui ante sentent sibi mor.consci.l. penul.

Bona seipsos interimentũ quãdo fisco applicentur.

d ¶Debuisti] infra ead quæstio 5.cap. si non licet & capitul. non est nostrum, & de consec. distinct.2. prima.

a ¶In

a ¶In vias.]idest,hęreses & schismata.

QVādo vult.]CASVS. Hæretici mirabantur si ecclesia eos corrigebat, vel si sæculares iudices,vel principes mouebantur cōtra eos. Sed dicit August. ꝙ ipsi mirari non debent, si ecclesia, vel principes sæculares eos corrigant,& hoc probatur exemplo Saræ, quæ correxit Agar ancillam suā: sic, & ecclesia debet corrigere hæreticos, & exēplo Nabuchodonosor,q fecit edictum, vt quicumque dixerit blasphemiā in Deum Sidrac, Misac,& Abdenago, in interitum iret,& domus eius in dispersionem.

b ¶A Sara.]idest,ab ecclesia.

c ¶Agar.] idest, cōuēticula hæreticorū.

d ¶Hæreditatē]inf. 32.q.4 recurrat: sed inf.32.q.4.dicat.cōt. Sed hic de cęlesti,ibi de hæreditate terrena, vt 1.q.4.Iudæi.

Principes ecclesias tueri debent.

e ¶Pacatā.] Ad hoc enim constituti sunt principes, vt tueātur ecclesias, vt inf ead. quæstio.5.principes. & si noluerint tueri, possunt excommunicari, vt infra ead. quæst.5. administratores.

f ¶Matrem.]sup.12. q.2.qui abstulerit,& 22.q 4.recurrat.

g ¶Temporales.] Vides ergo quòd hæretici sunt occidendi. primo tamē sunt admonendi.inf.ea.non inuenitur.in fi. & infra, q.5. si audieris. Qualiter sit cogendus,dixi 24.q.1.quæ domus.in fi.

misit ad inuitatos, & venire noluerunt, & ait seruo: [Exi in plateas β,& vicos ciuitatis:& pauperes ac debiles,cęcos & claudos introduc huc. Et ait seruus domino:Factū est vt imperasti,& adhuc locus est, & ait dominus seruo; Exi in vias [a], & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea:]Vide nunc, quemadmodum de his,qui prius venerunt,dictum est introduc eos:nunc † dictum est compelle. Ita significata sunt ecclesiæ primordia adhuc crescentis,vt essent vires etiam compellendi.

Luc.14.

† al.non.

α ¶Attende ergo.] *Locus hic (quemadmodum,& multa alia in hoc capite) emendatus est ex B.Augustino. Antea legebatur.* Attende ergo, & considera, quòd non ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur.

β ¶In plateas.] *Sic emendatum est ex Euangelio B.Lucæ, expunctis duabus vocibus.Antea enim legebatur,*exi cito in vias, & plateas.

Idem super Ioannem, tractatu 11.ad c.3.

¶Hæretici vtiliter patiuntur, quæ catholici vtiliter inferunt. C. XXXIX.

QVando vult Deus concitare potestates aduersus hæreticos,aduersus schismaticos,aduersus dissipatores ecclesiæ,aduersus exsufflatores Christi,aduersus blasphematores baptismi; non mirentur,quia Deus concitat,vt a Sara [b] verberetur Agar: cognoscat se Agar [c],& ponat † ceruicem; quia cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei Angelus,& dixit; (Quid est Agar ancilla Saræ?) Cum questa esset de domina; quia audiuit ab Angelo?(Reuertere ad dominam † tuam.)Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur: atque vtinam reuertatur, quia proles eius,sicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem [d] tenebit.Mirantur autem,quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores ecclesiæ.Si non ergo mouerentur: quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra,quid dicam,quid hoc pertinet ad reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam [e] uelint matrem [f] suam ecclesiam habere,vnde spiritualiter nati sunt. *& paulo post.* ¶Nabuchodonosor rex decreuit dicens: (Quicumque dixerint blasphemiam im Deum Sidrach,Misach, & Abdenago, in interitum erunt,& domus eorum in perditione.) Ecce quomodo sæuit rex alienigena, ne blasphemaretur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare.Et nolunt,vt sæuiant reges Christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarū igne liberatur. *& infra.* ¶Quomodo ergo isti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed seipsos liberatos de gehenna? quando uident Christum a quo liberati sunt,exsufflari in Christianis?quando audiunt dici Christianos,dic te non esse Christianum?Talia facere uolūt, & saltem tali pati nolunt.Nam uidete qualia faciunt,& qualia patiuntur;occidunt animas,affliguntur in corpore; sempiternas mortes faciunt, & temporales [g] se perpeti conqueruntur.

Poly.l.7.tit.6. Ans.l.12.c.54. Iuo p.10.c.99.

† al.supponat.

Gen.21.

† al.domum.

Dan.3.

Item contra literas Petiliani,lib.2.c.79.

QVi peccat.] CASVS. Petilianus conquerebatur dicens ꝙ Christiani ipsum & alios hæreticos iniustè persequebantur, & ipsi se iuste defendebant à Christianis. sed ostendit August. ꝙ ecclesia Christianorum iustè persequitur ipsum, & alios hæreticos. Et hoc probat nouem exemplis, s. exemplo prophetæ dicentis: Detrahentem proximo suo, &c. & exẽplo Pauli, qui tradidit hominem satanę in interitum carnis: & exemplo Christi, qui ementes & vendentes de templo flagellatos eiecit: & exemplo patris, & mariti, domini, & possessoris, iudicis, & regis. Et probat ꝙ non debet se defendere auctoritate Domini dicentis; Ego autem dico vobis non resistere malo. vltima sex exempla sunt circa finem capituli, & incipiũt ibi, [Nam quotidie videmus.] Alia tria præcedunt cum auctoritate Domini:

¶ Ecclesia hæreticos ratione persequitur.

C. XL.

Iuo p. 10. c. 75.

QVi peccat, non peccat legis [a] auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia vero interrogas me, quæ sit ratio persequendi; vicissim te interrogo, cuius sit vox in psalmo dicẽtis: [Detrahentem [b] secreto proximo suo, hunc persequebar.] Quære itaque persecutionis vel caussam vel modum: & noli tanta imperitia generaliter malorum persecutiones † reprehendere, *& infra cap. 20.* ¶ Non enim persequimur vos, nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatem. *Item supra cap. 10.* ¶ Petilianus dixit, si [c] Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit, possem quidem dicere ipsum satanam omnibus malis hominibus esse peiorem, cui tamen tradidit [d] Apostolus hominem in interitum carnis; vt spiritus sit saluus in die Domini Iesu: itemque alios de quibus dicit, [Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.] Et Dominus Christus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi etiam connexum est testimonium scripturę dicẽtis, [Zelus [e] domus tuæ comedit me.] Ecce inuenimus Apostolum traditorem, [f] Christum persecutorem. *& infra c. 19.* ¶ Postremo, quare per violentissimas turbas etiam vltro improbi estis ecclesijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exemplis [g] res ipsa indicat? Sed dicitis vos, loca vestra defendere: & resistitis fustibus, & cædibus, quibuscumque potueritis. Quare ibi non audistis vocem Domini dicentis: [Ego autem [h] dico vobis, [i] non resistere malo? [k] Aut si fieri potest, vt aliquando rectè per vim corporalem resistatur violentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus [l] à Domino: [Ego autem dico vobis, non resistere malo:] cur non etiam hoc fieri potest, vt per ordinarias, † & legitimas potestates [m] de sedibus, quæ illicitè vsurpantur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & iustus iniustum? Neque enim eo modo [n] persecutionem passi sunt pseudoprophetę ab † Helia, quomodo ipse Helias à rege [o] nequissimo: aut quia flagellatus est Dominus à persecutoribus, propterea passionibus eius comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo, vt nihil aliud requirendum esse fateamini; nisi vtrum iustè, an impiè vos separaueritis à communione orbis terrarum. Nam si hoc inuentum fuerit, quòd impiè feceritis; non miremini, si non desunt ministri Deo, per quos flagellemini, quia persecutionem patimini non

Psal. 100.

† *al. persecutores*

1. Cor. 5.

1. Timot. 1.

Ioan. 2.

Psal. 68.

Matt. 5.

† *al. ordinatas*

† Adde ꝙ hęc præpositio ab ponitur hic pro, per sicut ff. l. nemini, C. de decu. lib. 10.

3. Reg. 18. & 19.

Zelus domus tuę comedit me, qualiter exponitur.

Hæreticis resistendum est.

a ¶ Legis.] Si 14 q. 5. dixit. arg contra 33. q. 5. noluit.

b ¶ Detrahentem.] Q. d. manifestè vos possumus persequi, non latenter.

c ¶ Si.] Id est, an.

d ¶ Tradidit.] Sicut nos tradimus hæreticos principibus.

e ¶ Zelus.] Zelus hic potest poni in bona vel mala significatione.

e ¶ Zelus.] Id est indignatio, quam habui erga eos pro domo tua: & quia dehonestabant templũ tuum. 1. q. 3. saluator. ver pensandum. Vel zelus, id est amor, quem habui ad templum, comedit me, i. fuit mihi caussa inuidiæ propter quẽ occiderunt me.

f ¶ Traditorem.] Id est, tradentem. Ioan.

g ¶ Exemplis.] Multa habes exẽpla vbi Christus fuit persecutus aliquos, vt supra ead. c. nimium, & cap. displicet.

h ¶ Ego autem.] Talis est sensus huius literę, hęretici obijciebant Augustino, ꝙ ecclesia eos persequeretur contra præceptum Domini, qui dixit: Nolite resistere malo, aut si fieri potest, &c. eandem auctoritatem retorquet Augustinus in eos: quia ipsi contra hoc faciebant, cum ipsi cędib. & fustibus resistebant. Sed ad hoc ipsi respondebant: quia hoc faciebant sine offensione huius præcepti, defendendo se & sua. dicit ergo Augustinus, ꝙ multo magis ꝑ legitimas potestates possumus eos repellere de suis sedibus.

i ¶ Dico vobis.] Id est, in vos idem retorqueo.

K ¶ Malo.] Id est, per malum.

l ¶ Quod audiuimus.] Vt ipsi dicunt.

m ¶ Potestates.] Vult ergo August. quòd quia auctoritate iudicis expellit aliquem à possessione sua, quod iustè possideat, sic ff. de acquir. possess. iustè. ff. quod metus causa, l. 3.

n ¶ Eo modo.] Quia Helias iniustè, & illi iustè, s. ead. §. sed obijcitur.

o ¶ A rege.] Scilicet Achab,

a ¶ Sicut

1 3.c.in fi.

2 Et not. ꝗ. si ecclesia. ibi videas. Prelatus excedens modum in corrigendo deponi potest.

3 Al persecutione.

a ¶ Sicut scriptũ est.] In libro sapientiæ. 1
b ¶ Secreto.] Id est, in absentia.
c ¶ Cõqueri.] Secundum canones ergo filius potest conqueri de patre, vt not. 2. q. 7. quæritur. 2
d ¶ Modus.] Si enim prelatus excedit modum in corrigendo, deponi potest, vt 45. dist. cum beatus. nõ tamẽ propter hoc debet petere veniam à subditis, quos correxit, vt 86. dist. quando. Ioan. de Fant.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincẽtius quæsiuit ab August. vbi inueniatur exemplum, ꝗ ecclesia petierit auxilium à Regibus terræ contra inimicos. Et rñdet August. ꝗ nõ inuenit in Euangelio, nec in Apostolo illud exẽplum. Inueniuntur tamen duo exempla Nabuchodonosor regis, in quibus vtrumque significatur, scilicet primitiuæ ecclesiæ, in qua iusti ab impijs cogebant ad malũ: & ecclesię, quæ nunc est, in qua hæretici coguntur à Christianis non ad mortem, sed ad exiliũ vel damnũ rerum tẽporalium.
e ¶ Non inuenitur.] Hæc sunt verba hæreticorum.
f ¶ Pro ecclesia.] Paulus tamen in sua ꝑsona 3 petijt, vt sup. quæstione 3. Maximianus.
g ¶ Nabuchodonosor.] Supra distin 9. cap. 1.
h ¶ Patiebantur.] Tunc tẽporis persequebant impij Christianos, modo econuerso sit.
i ¶ Rumoribus.] Arg. ꝗ propter rumores non

à nobis: sed sicut scriptum est, [a] ab ipsis factis vestris. *Et in libro de vnitate ecclesiæ, cap.* 17. De persecutione vestra querela sedabitur; si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: [Detrahentem secreto [b] proximo suo, hunc persequebar.] Nam quotidie videmus & filium de patre tamquam de persecutore suo conqueri, [c] & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel rege: cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum † pœnarum à grauioribus malis prohibeant, atque compescant: plerumque autem à bona vita, & à bonis factis minando, & sæuiendo deterreant. Sed cum à malo, & illicito prohibent; correctores, & consultores sunt: cum autem à bono, & licito; persecutores, & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent à malo: si modum peccati modus [d] coercitionis excedat.

Psal. 100.

† *al. leuium*

Idem in epist. 48. *ad Vincentium.*

¶ A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petat ecclesia. C. XLI.

NOn inuenitur [e] exemplum in Euangelicis, & Apostolicis literis, aliquid petitum à regibus terrę pro ecclesia, [f] & contra inimicos ecclesiæ. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia; [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: seruite Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Veruntamen si facta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorum; in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, [g] vtrumque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit; & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est quando rex memoratus pios, & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [h] Christiani pro impijs. Posterius vero tempus † eiusdem significabat tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti à peruersis; ne forte oues Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ sint, temperata seueritas, & magis mansuetudo seruatur: vt coercitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur considerare, quid, & quare patiantur: & discant præponere rumoribus, [i] & calumnijs hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non

Psal. 2.

Dan. 3.

† *al. illius*

non sit aliquis cogendus ad expurgationem, vt 11. q. tertia, in cunctis extra de eo, qui cog. consang. vx. suæ, su per eo.
a ¶Sacrificia.] C. de sacrifi. paga. l. 1.
b ¶Potius.] idest, prius, & sic ponitur hæc dictio, potius.

vellet hæretici duo sibi obijciebant. Primo quia vera ecclesia, vel sanctus homo nullum persequi debet, sed potius pati persecutionem. Sed August. duobus exemplis ostendit, vno, scilicet Saræ, per quam significatur ecclesia, & Prophetæ dicentis. Persequar inimicos meos, &c. qd ecclesia iuste persequitur hæreticos: hæretici veró iniuste persequûtur ecclesiã. Secundo obijciebãt, ꝙ Apostoli a regibus terræ contra inimicos nunquam auxilium petieũt. Et respondet Augus. aliud tempus fuisse tũc, & aliud modo. tunc. n. reges erãt infideles, hodie vero Christiani reperiuntur. Et ad hoc probãdum duas auctoritates Prophetæ inducit.

Potius quandoque prius significat.

Sara persequebatur ancillam.

laudat leges ab Imperatoribus datas aduersas sacrificia [a] paganorum? Et certe longe ibi pœna seuerior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium est. De vobis autem corripiendis, atque coercendis habita ratio est, quã potius [b] admoneremini ab errore discedere, quã pro scelere puniremini.

Item eiusdem ad Bonifacium comitem, epist. 50.

Poly. l. 7. tit. 11. Ans. l. 13. c. 14. Gal. 4.

¶Malos ecclesia iustè persequitur. C. XLII.

SI ecclesia [c] vera ipsa est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit; quærant ab Apostolo, quam ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem nostram cœlestem Hierusalem, idest veram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius [d] discutiamus; magis illa persequebatur Saram superbiendo, quam illam Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam; ista imponebat superbiæ disciplinam. Deinde quæro, si boni, & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantũmodo patiuntur; cuius putant esse in psalmo vocem, vbi legitur: (Persequar inimicos meos, & comprehendam illos; & non conuertar, donec deficiant.) Ergo si verum dicere, vel agnoscere volumus: est persecutio iniusta, quam faciunt [e] impij ecclesiæ Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impijs ecclesiæ Christi. Ista itaque beata est, quæ persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde persequitur diligendo; illi sæuiendo: ista vt corrigat; illi vt euertant: ista vt reuocet ab errore; illi vt præcipitent in errorem. *& infra.* ¶Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges iusta institui nolunt, non petijsse a regibus terræ Apostolos talia; non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus [f] agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret? quando adhuc illud propheticum implebatur: (Quare fremuerunt gẽtes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dñm & aduersus Christum eius.) Nondum autem agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur: (Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) Quomodo ergo reges Domino seruiunt in timore; nisi ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiã

Psal. 27.

Psal. 2.

c ¶Si ecclesia.] Dicebant hæretici, ꝙ ecclesia potius deberet pati persecutionem, q̃ facere? quod improbat Augu. exẽplo Saræ, quæ significat ecclesiam, quæ persequebatur ancillam. Item probat auctoritate illa. Persequar inimicos, & comprehendam illos, & cæ. secundo dicit quandam persecutionem iustam, quãdam iniustam.

d ¶Melius.] Proprie dr̃ persequi, qui ad malum persequitur, vt inf. e. q. 5. non vos & ideo dicit, melius, idest, subtilius, videtur tamen ex loco isto, ꝙ dominus non possit facere iniuriã seruo suo: argu. sup. ead. qui peccat. in fi. æque enim punitur dominus interficiendo seruũ suũ, sicut liberum hominem, vt 50. d. si qua fœmina. Et sic dico secũdum canones, ꝙ filius potest agere contra patrem, & econuerso, vt 2. q. 7. quæritur. sic potest dici, ꝙ seruus potest agere contra dominum de iniuria sibi facta, si sine causa sæuiat in ipsum dominus, vel si immoderate sæuiat, licet aliud sit secundum leges, C. de emend. seruo. l. vnica. Nam

Filius cõtra patrẽ, & ecõuerso, agere potest.

Seruus põt agere contra dominum.

tius. extra de spon. requisiuit. bene enim puniuntur hæretici si non resipiscant, vt sup ea. quando vult in fi.

SI ecclesia.] CASVS. August. suadebat Bonifacio comiti, vt hæreticos persequeretur, quod cum facere

& pater agit contra filium contumacem, vt C. de pat. potest. l. 3.
e ¶Faciunt.] idest, facere debent.
f ¶Temporibus.] Concordat tempora, & concordabis scri-

Scripturas cõcordabis si tempora cõcordes.

scripturas, vt 2.q.1.si peccauerit, & ex tempore, loco & persona debemus concordare canones, vt 29. d.c.1.2.& 3.sic 35.q.3.qđ scripsi. q.1 cum per bellicam 43.d.si rector.ff.de lega.1.si seruus plurium,in fi.

Quæsi-

a ¶Quia homo.] Et no. ꝙ aliud facit qs in eo ꝙ rex, & aliud facit in eo ꝙ homo. sic lu.ea. duo ista sic extra de elect. quod sicut. in fi.1.ff. quod cuius. vniuer.l itē ff. qñ.a pp.sit.l.1.loan.

1 §.præterea & c.cũ inter vniuersas,in fi.vbi de hoc & est si. 16. q.1.superio. ri.i.ista fin.

QVis nos potest.] CASVS Hæretici dicebant, ꝙ ecclesia non debet cogere eos ad fidem, quia liberum est eis credere, nec Christus alicui vim intulit, nec aliquem ad fidē coegit. Aug. vero docet, ꝙ ecclesia eos recte, & licite potest ad fidem cogere, exēplo Christi, qui Paulum cæcatum, & inuitum ad fidem perduxit.

b ¶Si pœna.] Q d.si non præcessisset pœna,non esset opus liberatione.

c ¶Cogentem.] istud quod de Paulo dicitur, sola diuina volũtate factum fuit. nã nullus cogitur recipere fidem, sed receptam cogitur retinere,vt 45.distin. de Iudæis.32.q.1. integritas H.

QVid crudele.] CASVS. Faustus hæreticus dicebat, quòd Moyses crudelis fuit occidendo eos,qui vitulum cõflatilem adorauerũt in deserto. Sed Aug. ostendit, quòd hoc non fecit ex crudelitate, sed potius ex magna dilectione in paucis vindicauit,& disciplinam in posterum sanxit, quòd patet per verba eiusdem Moysi, si dimittis illis,&c Similiter, & Paulus non crudeliter, sed amicabiliter Corinthiũ tradidit satanæ, vt spiritus eius saluus fieret.

d ¶Quid crudele.] ꝓbat exēplo Moysi ecclesiā non esse crudelē, si hæreticos ad se venire compellat.

e ¶In verbis.] Arg. ex antecedentib. probari sequētia.sic sup. 28.dist. peruenit 34.

& rex est. Quia homo [a] est; ei seruit viuendo fideliter. Quia vero etiam rex est; seruit leges iusta præcipientes. & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.

α ¶Et est iusta.] *Addita sunt hæc vsque ad vers.* Ista itaque. *& multa alia ex ipso originali emendata.*

Idem in eadem epistola.

¶Exemplo Christi,mali cogendi sunt ad bonum. C XLIII.

QVis nos potest amplius amare, quàm Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen,cũ Petrum,& alios Apostolos solo uerbo uocasset; Paulum, prius Saulum,ecclesiæ suę postea magnum ędificatorem, sed horrendum antea uastatorem, non solum uoce compescuit,uerumetiam potestate prostrauit,atque in infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandum lumen cordis,vt surgeret,prius corporis cæcitate percussit. Si pœna [b] illa non esset; non ab ea postmodum sanaretur, & quãdo apertis oculis nihil uidebat, si eos saluos haberet, non ad impositionem manus Ananiæ, ut eorum aperiretur obtutus,tanquam squamis, quibus clausus fuerat,inde cecidisse scriptura narraret. Vbi est,quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, uel non credere? cui uim Christus intulit? quem cogit? Ecce habent Paulum Apostolum:agnoscant in eo prius cogentem [c] Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille,qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit,plus illi omnibus,qui solo uerbo uocati sunt,in Euangelio laborauit,& quem maior timor compulit ad charitatem,eius perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent; si perditi β filij coegerunt alios, ut perirent?

Poly.ibidem. Ans.l.13.c.16. Io 10. Matt.4. Act.9.

inf.ea.q.6.schismatici.

1.Cor.15.

1.Io.4.

β ¶Si perditi.] *Hæc vsque in finem sunt addita ex originali,& alia emendata.*

Item contra Faustum, lib.22.c.79.

Beda 1.Cor.5.

¶Non crudelitate, sed dilectione Moyses populum flagellauit. C. XLIIII.

QVid crudele [d] Moyses aut mandauit,aut fecit; cum commissum sibi populum sancte zelans,& uni uero Deo subditum cupiens,posteaquam cognouit ad fabricãdum, & colendum idolum defluxisse, mentemq; impudicam prostituisse dæmonibus, in paucos eorum uindicans gladio,quos Deus ipse,quem offenderant,alto,& secreto iudicio feriendos uoluisset, mox feriri, & in præsenti salubriter terruit, & disciplinam in posterum sanxit? Nam eum nulla crudelitate,sed magna dilectione fecisse quod fecit,quis non in uerbis [e] eius agnoscat orantis pro peccato eorum, & dicentis, (Si dimittis illis peccatum, dimitte:sin autē,dele me de libro tuo:) *& infra.* ¶Sic plane, & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem satanæ in interitum carnis,ut spiritus eius saluus sit in die Domini Iesu:tradidit, & alios,ut discerent non blasphemare.

Poly.ibidem. Ans.l.13.c.1. Exo.32.

1.Cor.5. 1.Timot.1.

QVæsitum.] CASVS. Quæsitum fuit ab Innocentio, vtrum illi, qui post baptisma sæua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, vel capitalem sententiā proferendo peccauerint hoc faciendo. Et respondet q̄d non: quia a Deo huiusmodi potestates sunt concessæ, & non peccant, si amore iustitiæ faciunt, vt sup. ead. q. 5. si homicidium.

f ¶ Vindicem.] Idest, iudicem.
g ¶ Auctore] Sic 26. d. deinde. si. 14. q. 5. dixit.
h ¶ Aut disciplinam.] Quod faceremus, si eos diceremus peccare.

Item Innocentius Papa, epist. 3. ad Exuperium episcopum Tholosanum, cap. 3.

¶ Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem sententiam ferunt. C. XLV.

Rabanus pœni. c. 6. Burc. l. 6. c. 44. Iuo p. 10. c. 94.

QVæsitum est [a] etiam super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta [b] sola † exercuerunt [c], aut etiam capitalem protulere [d] sententiam. Nihil [e] de his legimus à maioribus diffinitum. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum α vindicem [f] in huiusmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore [g] Deo viderent esse concessum? De his ergo, vt hactenus seruatum est, sic habeamus; ne aut disciplinā [h] euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in reddenda ratione, gesta sua omnia seruabuntur.

† al. sæua

Rom. 13.

α ¶ Ministrum.] *Sic emendatum est ex originali, & Iuone. Antea legebatur*, & Dei ministerio esse datum in huiusmodi vindices. *Glossa autem optime etiam conuenit voci*, vindicem.

Idem in eadem epistola, c. 5.

¶ Immunis est dictator à culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur. C. XLVI.

Iuo p. 10. c. 94.

ILlud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus [i] liberum concedatur vtique post baptismi regenerationem à Principibus poscere [k] mortem alicuius, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt: sed ad iudices [l] commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, vt causa cognita vindicentur β: quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

β ¶ Vindicentur.] *Emendatum est ex originali. Antea legebatur*, vindicent, qui cum quæsituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib. 7. indict. 1. epist. 5.

¶ In correctione malorum Deus omnipotens placatur. C. XLVII.

Ansl. l. 13. c. 24.

SI quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel alijs prauis actibus studere cognoscitis: Deum de eorum α correctione placare festinate: vt per vos β flagel-

ILlud etiam.] CASVS. Archiepiscopus Toletanus quęsiuit ab Innocentio vtrum peccent officiales, q post baptisma decapitant criminosos. Et respondet, ꝙ principes sine causa mortē non infligunt: immo cōsueuerunt committere iudicib criminosos iudicando; quos si iudices condēnauerint, erit officialis immunis ipsos interficiēdo. [Vel dictātes preces,] intelligas tabellionis qui sententiam dictant: vel porrigunt preces accusatorum principi de morte alicuius.
i ¶ Dictātibus.] Extra ne cle. vel mon. sententiam.
i ¶ Dictātib.] Idest, assessoribus: quorū officium cōsistit in libellis dictandis, vt ff. de off. asses. l. 1 de hoc enim dubitabatur, an assessor esset reus, qui daret cōsilia de morte alicui⁹ vel loquatur de executoribus: vel de notarijs.
K ¶ Poscere.] i. de morte postulata cōsilium dare 1.
l ¶ Sed ad iudices.] Hic habes, ꝙ gladii potestas delegatur: quod est cōtra id ff. de off. procon. solēt. secundum leges nō potest iudex delegare causam criminalē, ff. nō possit adesse, vt ff. de offic. eius cui man. est iuri. l. 1. secundū canones secus, vt hic, & 2. quęstio 7 sicut 2 & ext. de offic delegat. venerabili princeps tamen passim potest delegare causam criminalem, vt ff. de test. l. 3. §. idem diuus.

Assessoris officium.

1 Vel dic pascere. i. à prīcipib. postulatam infligere, sic itelligas hoc. c. de iudicibus s̄m Laur. Vel dic, poscere. i defer re, vel denūciare aliquē verū criminis capitalis quia eis licitum est C. de accus. l. ead. quidem. Sed hic non quæritur an illicitū, sed an irregularitatis & dicit ꝙ non, vt in præced. cap.

& propter vindictam malorum gladius est permissus à Deo. [super his.] Idest de his. [Disciplinam. Idest, exilium, vel correctionem.
a ¶ Quæsitum est. [Vtrum peccent, &c.
b ¶ Aut tormenta.] De talibus autem an possint promoueri, habes 51 d. in summa.
c ¶ Exercuerunt. Executores.
d ¶ Protulere.] Vt iudices.
e ¶ Nihil.] Idest, non hoc quòd peccent, quia reuera

SI quos.] CASVS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores: quare Greg. mandat Brunichildæ reginæ Francorum, vt eorum violentiam, & malitiam refrænet ne Deus inducat flagellum gentium perfidarum, quod ad vindictam multarum nationum est excitatum: vt quos præcepta Dei non reuocant, nec se emendant, interimat pestis belli.

lum [a] perfidarum gentium (quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est) non inducat: ne si quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota; belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

α ¶ De eorum.] *Sic restitutum est ex varijs codicibus epistolarum B. Gregorij. Antea erat,* Deorum.

β ¶ Per vos.] *In originali est,* super vos. *sed ob glossam in ver flagellum non est mutatum.*

Idem Gennadio patritio, & Exarcho Africæ, lib.1. epistol.72.

¶ Ecclesiasticæ religionis inimici etiam bellis sunt coercendi. C. XLVIII.

Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis ecclesiæ eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: & cum forensibus bellis, aduersarijs catholicæ ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obsistitis, & ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit suppetit, nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere: quatenus hæreseos sua venena ad tabefaciendum, si valuerint, Christianis corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos contra Catholicam Ecclesiam, Domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare: sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis præmat. Concilium vero catholicorum episcoporum admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine [b] loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas non passim (sicut moris) per villas, sed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate resideat: quatenus adeptæ dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio vero Numidiæ, si qui desiderauerint ad Apostolicam sedem venire; permittite; & si, quilibet eorum viæ contradicere voluerit †; obuiate. Magis profecto excellentiæ vestræ apud creatorem gloria proficit, si per eam dispersarum ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit reuocari; tanto largiora [c] tribuit, quanto per eum religionis suæ dignitatem viderit ampliari. Persoluentes præterea paternæ charitatis affectum, Dominum petimus, quod † brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram fidei [zelo † velut mucrone gladij uibrantis exacuat.

Ansl.13.c.29.

1.Reg 18.

† al. putauerit

† al. Magna

† al. quo

† Abest ab ori.

Idem ad eundem, lib.1.epist.73.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria. C. XLIX.

Si non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperi-

Burc.l.15 c.18.
Ansl 13.c 30.
Iuo p.6.c.19.

a ¶ Flagellum.] Arg. ꝙ propter negligentiam pastoris, vel etiam propter peccata aliquorum mittit Deus flagella, vt 7.q.1.sciscitaris.

Sicut excellentiã.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima parte rogat Gregorius Gennadiũ Patritium, vt sicut hactenus pugnauit cõtra hostes, ita & nũc pugnet contra hæreticos, qui contra catholicam ecclesiam colla subrigere volunt. In secunda parte rogat, vt conciliũ episcoporum, faciat cogregari, quatenus primatem eligant. q no debet eligi ex loci dignitate, eo quod in maiori dignitate cõstat: sed qui maiorib. meritis adiuuat, qui non per villas, sicut moris est, sed in vna ciuitate resideat, vt Donatistis fortius resistere valeat. In 3. parte rogat, vt si aliqui epi de Numidia volunt Romam venire, permittat eos uenire, & obuiet volentib. contradicere ipsis. Secunda pars incipit ibi, [Conciliũ] Tertia ibi, [Ex concilio vero. Quatenus eius] scilicet excellentiæ.

b ¶ Non ex ordine.] Nec est considerandum quis maior sit ĩ loco vel ordine: sed quis sit iustior, vt 40. dist. non loca & cap. multi. in fi. arg cõtra 40.d.c.vlt & penult. Ioan.1.

1 Et sup.1 q. 7. iudices. & 56.d.si gens Aich.

c ¶ Largiora.] Sic 16. q.1. reuertimini. Ioã.

Si nõ ex.] CASVS. Greg. de duob. in hoc ca. commendat Gẽnadiũ Patritium. Primo commendat eũ ex eo ꝙ victorias suas faciebat non per corporalẽ prouidentiã, sed magis orationib. preuenientibus: quod in alijs ducib⁹ non contingit. & ꝙ facit non causa fundendi sanguinis, sed potius causa reipublicæ dilatandæ. id est, ecclesiæ Secundo cõmendat eum, eo ꝙ quæ-

quædam patrimonia beati Petri nudata cultoribus, Dacorum habitatoribus restaurasset. [Opinio.] Id est, fama: quæ opinio loquitur: [Bella nos,]&c. & litera sic ordinata non errabis.

a ¶ Non summopere miranda.] q. d. hoc est mirandum, quod victoriam solis orationibus obtineatis.

ADDITIO. Ad idem 61.dist.miramur. sed quod hic dicit postpositis meritis, soluit cõtrarium. nec enim ad fidem,&c.ff. de tu.& cu. da.ab his. l.scire, §.vlt.Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celsitudine sedium, seu locorũ, secundum Ioan.

b ¶ Largitis.] Id est, ibi positis.

c ¶ Sustinetis.] id est, expectatis. Ioan.

BREVITER. Hæc est 8. pars q. in qua probatur p quatuor auctoritates, ꝙ vindicta debet fieri: qa magis diligitur qui punitur, quàm qui peccat, & non punitur. & est hic incidens q. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit G. ex supradictis, ꝙ boni iuste malos per sequuntur: & non econuerso. Postea respondet auctoritati Pauli, quam habuimus sup. ead. quæst. i.§.1.dicens eam esse intelligendam de occultis delictis. & dicit monstratum esse su. ꝙ vindicta possit inferri. Nunc vero ostendit, ꝙ vindicta debet inferri: & ad vtrumque probandũ inducit capitula sequentia.

a ¶ Non

tas eueniret; non summopere miranda [a] fuerat: cum sciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futura, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus præuenitis; fit, vt hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Vbi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? quę & bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ causæ reip. in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat. Sicut enim exteriora vos virtutem opera eminentes in hac vita constituunt: ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram α vitam cœlestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ouibus beati Petri Apostolorum principis excellentiam vestram præstitisse dicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius propriis nudata cultoribus, largitis [b] Dacorum β habitationibus restaurauerit. Quæcumque igitur hic illi Christianissima † mente confertis; horum retributionem per spem in futuro iudicio sustinetis [c].

† al. Christiana.

α ¶ Futuram.] *In duobus codicibus epistolarum legitur*, in futurorum gaudiorum participatione. *in vno vero manuscripto*, in futura cęlestium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.*

β ¶ Diaconum.] *In libris epistolarum impressis, & duobus manuscriptis legitur.* datitiorum. *In aliquot vero antiquis Gratiani exemplaribus est:* Dacorum, vel aliorum habitationibus.

Rem.14.

8 *Breuiter monstratum est, quòd boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter persequuntur bonos. Illud autem Apostoli: [Tu autem quis es, qui iudicas alienum seruum?] de alieni cordis occultis intelligendum est. Quòd vindicta inferri possit, monstratum est. Nunc restat ostendere, quòd debet inferri: & quòd magis diliguntur illi, qui puniuntur, quàm qui impuniti relinquuntur: quod vtrumque multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Augustinus.

Ios 22.
† al. Achan

¶ Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur. C. L.

SI ea γ, de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus [d], ad irascendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [e] filius [f] Zaræ præterijt mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus [g] perijsset in scelere suo.]

† al. Mariniano.

γ ¶ Si ea.] *Vsque ad ver.* prouocamus *sunt in regesto Beati Gregorij lib.2. indictione 11. epist.27. scripta. Martino † abbati, & Benenato Notario. Reliqua vero non ibi leguntur, sed sunt verba sacræ scripturæ 22. Iosue.*

SI ea de quibus.] CASVS. Ostendit hic Augu. quod non debemus esse negligentes ad vindicandum: quia occasione & peccato vnius irascitur Deus vniuerso populo, quod probat exemplo Achor.

d ¶ Differimus.] su e. si is qui su.27.d. quia unt culpæ.

e ¶ Nonne Achor.] sup.1.q.4.§. item peccato Achor.

f ¶ Filius.] Id est, nepos.

g ¶ Solus.] Negatiue exponitur, id est, vtinam non perijssent plures. si 1.q.1. iudices 1.arg. tamen contra. quia videtur, ꝙ potius debuit parcere nocenti, qua in punire innocentem, ꝑpter nocẽtem, vt 14. quæst.5. denique. & ff. de pęnis, absentẽ

1 Et 26.q.5. episcopi.

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib. 1.c.37. & 38.

¶ Vindicta, quæ ad correctionem valet, non est prohibenda. C. LI.

EA vindicta α, quæ valet ad correctionem, non prohibetur. Quę etiam ad misericordiam pertinet, nec impedit illud propositum, quo quisq; paratus est ab eo, quē correctum esse vult, plura perferre: sed huic vindictę referendæ non est idoneus [a], nisi qui odium, quo flagrare solent, qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerit. Non enim metuendum est, ne odisse paruulū filium parentes videantur, cum ab eis vapulat [b] peccans, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur: [Diligite inimicos vestros, bene facite his, q oderunt vos, & orate pro eis, qui persequuntur.] Et tamē de ipso dicitur per Prophetam: [Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autē omnē filium, quē recipit.] Dicit etiam Dominus: [Seruus β, qui nescit voluntatē domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis [c]: seruus autem, qui scit voluntatē dñi sui, & facit digna plagis, vapulabit multis.] Nō ergo quęritur, nisi vt & ille vindicet, cui rerū ordine potestas data est, & ea volūtate vindicet, qua pater γ paruulū filium flagellat, quem per ætatē odisse [d] nondū potest. Hinc enim aptissimum † exemplum datur, quo satis apparet posse peccatū amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui; vt illum, in quem † vindicat, non pœna miserum, sed correctione beatum velit: paratus [e] tamē, si opus est, ęquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. ¶ Magni autem, & sancti viri, quamquam † optimè scirent, mortē istam, quæ animam dissoluit à corpore, formidandā non esse; secundum eorum tamen animum, qui illam timerent [f]; nonnulla peccata morte punierunt: quo & viuētibus vtilis metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viuerēt, [diminueretur † [g].] Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde est, quòd Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum † & alij multi & magni viri eodem spiritu consulendo rebus humanis nō temere fecerint †. De quo Helia cū exemplum dedissent discipuli Domino commemorantes, quid ab eo factum sit, vt etiam ipsis daret potestatem petendi de cœlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant †; reprehendit in eis Dominus non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animadeertens eos, non amore correctionem, sed odio [h] desiderare vindictam. Itaque postquam eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem [i] suā desuper, vt promiserat, misit, non defuerunt tales vindictæ; quam

Ansl.13.c.2. Iuo p.10. c.60.

Matt. 5.

Prou. 3.

Luc. 12.

† *al. apertissimum*
† *al. quem*

C. 38.
† *al. qui iam.*

† abest ab or.
3. *Reg. 18. & 4.1.*
† *al. quod.*

† *al. fecerunt.*
Luc. 9.

† *al. præberent*

Matt. 22.
Act. 2.

EA vindicta.] CASVS. Ostendit August. in hoc c. φ prælati, vel iudices malos punire debent animo corrigendi, & ex dilectione: & hoc probat quinque exēplis, scilicet patris & Christi, & quorundā sanctorum vete. test. & Heliæ, & Petri. sed non debent vlciscēdi animo punire: sicut volebant facere discipuli Christi, cū desiderabant ignem cęlestē mittere super Samaritanos: sed propter hoc fuerūt à domino reprehēsi. Exēplum est de Petro in fine capituli. Vbi autem alia exempla incipiant, p te videbis.

a ¶ Idoneus.] Arg. φ nullus potest esse iudex nisi habeat charitatem, & mansuetudinem. 45 distinc. disciplina.

b ¶ Vapulat.] su. 5. q. 5. non omnis.

c ¶ Paucis.] Quædam enim ignorantia pro parte excusat, pro parte non, vt 30. q. 1. de his. supra dist. 8. consuetudo.

d ¶ Odisse] Cum puer non potest odio haberi, non potest vt ingratus exhæredari, vt C de inoff. testa si quis in suo.

e ¶ Paratus.] sup. ea. q. 1 paratus.

f ¶ Timerent.] Ergo quæ pœna magis timetur, illa est magis infligenda: siue sit pecuniaria, siue corporalis, vt 16. quæst. 6. cognouimus. & c de lapsis. & inf. ea. q. 5. prodest. & expresè dicitur ext. vt li. non contest. quoniam frequenter, in fi.

g ¶ Diminueretur.] Quosdam. n. Deus rapit de medio, ne malitia mutet intellectū eorum, vt inf. de pœ. dist. 4. §. verum hoc.

h ¶ Sed odio.] su. e. q. c. qđ Christus contra.

i ¶ Post ascēsionem.] Illud, post, potius includit diem ascensionis, quàm excludit. nam aliàs non essent decem dies, nisi dies ascensionis computētur. 76 dist. scire.

Quis

uis multo rarius, quàm in veteri testamento: Ibi enim ex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam, & verbis Apostoli Petri Ananias, & vxor eius (sicut in actibus Apostolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

Act. 5.

α ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Augustinum, & Anselmum sic legitur.* Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valeat etiam. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit, &c.

β ¶ Seruus.] *Totus hic locus restitutus est Euangelio, & B. Augustino, multaque alia emendata.*

γ ¶ Qua pater.] *In originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem &c.

Item Augustinus contra Cresconium Grammaticum, lib. 3. c. 51.

Iuo p. 10. c. 61. Pann. l. 8. c. 15.

¶ Quæ veritati contraria sunt, Christiani persequi debent. C. LII.

QVisquis [a] Christianum α (inquis) persequitur; Christi est inimicus [b]. Verum dicis, si non ζ hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicus. Neq; enim Dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint vtrique Christiani, non debent persequi vitia Christianæ contraria veritati. An vero, si non persequantur, non rei negligentiæ merito tenebuntur?

α ¶ Christianum.] *Antea legebatur.* Quisquis Christianus iniquum non persequitur. *Emendatum est ex originali. Sunt enim verba Cresconij, quod etiam auctor glossæ animaduertit.*

ζ ¶ Si non.] *Apud B. Augustinum est*, sed hoc in illo. *Verum Iuo, & Pannormia cum Gratiano concordat.*

Item Augustinus ad Macedonium, epi. 52.

Iuo p. 10. c. 62. Pann. l. 8. c. 16.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut seipsum. C. LIII.

DEbet homo diligere proximum tanquam seipsum: vt quem potuerit hominem [c], vel beneficientiæ cōsolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Augustinus ad Donatum presbyterum, epistola 204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum.

¶ *De hac re copiosa disputat B. Augustinus in c. displicet. sup. eadem. Hic vero summa illius disputationis paucis verbis collecta est.*

Ex his omnibus colligitur, quòd vindicta est inferenda non amore ipsius vindictæ, sed zelo iustitiæ; non vt odium exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis; aliquando etiam morte; quæritur, an sit peccatum iudici, vel ministro reos morti tradere.

QVisquis.] CASVS. Cresconius Grammaticus dicebat, quod inimicus Dei erat, qui Christianum persequebatur. Sed Aug. respondet, hoc esse uerū si ex odio persequatur sed si persequatur ex charitate vitia quæ sunt in Christiano, Dei est amicus, quod probat tribus exemplis, scilicet domini & patris, & mariti. Et not. quod à principio cap. vsque ibi, [Verum] sunt verba Cresconii: postea uero sequuntur uerba Aug. quæ interrogatiue leguntur. Seq. c. patet.


a ¶ Quisquis.] uerba Cresconii.

b ¶ Inimicus.] Sup. 86 di. su. ead. q. duo ista.

c DEbet.] ¶ Hominem.] Argu. quod cum pecunia possumus aliquos alicere ad fidem, ut inf. ead. quæst. 7. quod autē. & sup. 45. dis. qui sincera. sub tali enim cōditione possumus aliquam ducere in uxorem, ut fiat Christiana, 28. quæstio 1. caue, & c. non oportet. & possumus eos grauioribus pensionibus onerare ut cōuertātur, infra ead. quæstio. 6. iam uero. quod satis admitti potest. & sic in talib. spiritualibus licite fit pactio, ubi agitur de conuersione alicuius ad fidem. & sic nō obstat. prima quæstio. quàm pio. Ioan.

Pactio quandoque licite fit in spiritualib.

MAli.] EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit. Grat. ex supradictis quòd uindicta est inferenda zelo iustitiæ, & non amore uindictæ, scilicet uō ut odiū exerceatur, sed ut prauitas corrigatur. Cum uindicta quandoque inferatur damnis rerū, quandoque flagellis & quandoque ipsa morte, quæritur, an peccet iudex uel minister reos occidendo.



Vod autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima intendit probare 6. auctoritates, q ecclesia debet pro eis intercedere. Secunda ibi, [Hinc apparet.] Tertia ibi, [Seipsum.] Quarta ibi, [Miles.] Quinta ibi, [Ipsis autem.] Sexta ibi [Præterea.] Septima ibi, [Non solū.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta, quæst. qua quæritur an peccet iudex, vel minister occidendo reos? Et respondet, q nō, vt int. ea miles. &c. cū magister. dūmodo faciat hoc amore iustitię, vt in q. pro. ea vindicta. & quandoq; qui non est iudex, sine peccato pōt aliū occidere. s. si se defendēdo occidat, ut inf. ea. c. cum homo & sup. 50. dis. quia te obnoxium. Similiter publicum latronē, vel nocturnum de populatorē agrorum potest occidere, ut C. quādo liceat vnicuique sine iudice se vendicare, lege vna Et procedit hoc ordine Gratian. Primo probat, q mali nō sunt interficiēdi, vsque ad §. [Hic appareat.] Exinde probat, qd possūt interfici vsq; ad §. [Si ergo] & eādem dat solutionem.

a ¶ Quod autem.] Nulli licet occidere nisi habeat potestatem gladij, nec tunc licet, nisi cū hoc faciat amore iustitiæ, vt in q. prox. ea vindicta, & inf. ea. c. miles. Itē si spes est correctionis, non debet occidere. sed si non est spes correctionis, potest occidere, vel reddere eum inutilem ad male faciendum, vt inf. q. proxim. est iniuste. inf. eo. ca. rex debet si autem paratus sit corrigi nec occidi debet nec debilitari in membris, vt hic, & inf. ea. c. 12. & 3. & hæc vera sunt, quòd iudex solus potest occidere nisi sint aliqui nocturni depopulatores agrorum, vel sint latrones in publicis stratis, quos quilibet potest occidere, vt C. quando liceat vnicuiq; sine iud. seipsum vind. l. 1. & supra ead. q. 3. fortitudo. vel nisi defendendo se occidat aliquem. extra de homic. c. 1. circa fin. inf. ca. c. cum homo.

Occidere an sit alicui permissum.

ti, sed à notariis quorum interest, præsentari. vnde rogat rem, vt in monasterium detrudantur, vel alicui tali deputentur operi, vt eorum audacia refrane tur, & mala quæ fecerūt, salutifera valeant emēdare.

b ¶ Restitutum.] Proprium nomen.

c ¶ Con-

QVÆSTIO V.



Vod autem [a] nulli liceat aliquem occidere illo præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit dicens: [Non occides.] Item in Euangelio: [Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.] Item Augustinus ad Marcellinum comitem de Donatistis captis, epist. 159.

Exod. 20. *Matt. 26.*

¶ Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi. C. I.

Circumcelliones illos, & clericos partis Donati, quos de Hypponensi ciuitate † ad iudicium pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio; quod in Restitutum [b] catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso, & de digito præciso fuisse confessos [c]. mihi solicitudo [d] maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, vt hoc nec facias [e], nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ab illorum interitu [f] dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum [g] notarijs α [h], ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini; nolumus tamen passiones seruorum [i] Dei, quasi vice talionis, paribus supplicijs vindicari: non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri: sed hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla corporis [k] parte truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Vocantur quidem, & ista

Ans. 13. c. Poly. l. 7 tit 11. † *al. ecclesia*

Circumcelliones] CASVS. Quidam hæretici Donatistæ interfecerunt quendam presbyterum catholicum nomine Restitutum. quendam vero alium presbyterum. s. Innocentium verberantes eius effoderunt oculum, & digitum præciderunt, propter quæ scelera cum ducti fuissent ad comitē Marcellianum, verberib. fustigati, rei veritatē sunt cōfessi. Sed quia Aug. timebat ne propter talia scelera interficerentur, ideo rogat præfatū comitē, vt eos non interficiat, licet posset hoc sub dissimulatione transire: cum non fuerint à clericis accusa-

c ¶ Confessos.] Coram laico. & sic est contra, extra de iud. at si clerici. in fi. sed. isti propter hæresim sunt facti de foro eius.

d ¶ Solicitudo.] Qui eos accusauerat. i. licet non ex nomine, vnde timuit, quod esset reus mortis ipsorum, vt inf. ea. c vnum in fi.

e ¶ Nec facias] Argu. quod in criminalibus potest iudex pœnam temperare, argum. contra. 2. quæst. §. notandum.

f ¶ Interitu.] Argu quod iudex sæcularis potest corrigere clericos incorrigibiles, vt inf. c. si audierit. ext. de senten. excom perpendimus.

g ¶ Sed illorum.] iudicum.

h ¶ Notariis.] i. officiariis, qui deferunt crimina iudicib. vt 4. q 4. §. aliquādo. sicut testes synodales deferunt crimina episcopis 35. q. 6 episcopus.

i ¶ Seruorum.] Idest, quas patiuntur serui Dei. ADDITIO. Vel dic quod seruos Dei eos vocat. quia iam egerant pœnitentiam, vt intra cap. proxim. secundum L.

K ¶ Corporis.] Sup. quæstione prox est iniusta contra. sed hic de corrigibilibus. ibi non.

α Hoc nō habet ex text. vñ dicebat Goffr. q isti accusati sūt à notariis curiæ, & hoc denotat ver. ideoq; ibi, ga nō accusantib nris, &c. Clerici incorrigibiles pñt à iudice sæculari corrigi.

a ¶ Dam-

a ¶ Damnatio.] Not. iudices posse remittere pœnam. sic 22.q.4. innocens.
b ¶ Succense.] Id est, irascaris.
c ¶ Inquisitione.] Id est, per inquisitionem criminum.
d ¶ Et à magistris.] Magistri non incidunt in canonem verberando clericos causa disciplinæ. ext. de sen. excom. super eo. dum tñ non nimiũ sæuiant in eos, vt ff ad le. Aquil. pceptoris. quibus autem liceat alios castigare, habes su ea. q. 4. duo ista 7. q. 1. sicut datur autẽ ista potestas patri in filium clericũ quousque sacrũ ordinẽ receperit: licet tamen ordo non liberet à patria potestate, vt 54. dist. si seruus 2. vnde maiorem potestatẽ habet magister in discipulum. q. pater in filiũ: cũ magister adhuc post ordinẽ habet eum in potestate, per illam decret. super eo. extra e. cum voluntate.

Magister, & pater clericum verberantes non incidunt in canonem.

damnatio [a]: Sed quis non intelligat magis beneficium, quàm supplicium nuncupandum; vbi nec sæuiendi relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahitur? Imple Christiane iudex pij patris officium: sic succenseas [b] iniquitati, vt consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinẽ: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligẽtiam, quam in ipsa inquisitione [c] seruasti: quando tantorum scelerum confessionem nõ extento equuleo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti; qui modus coercitionis & à magistris [d] artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in iudicijs solet ab episcopis [e] adhiberi †. Noli ergo atrocius vindicare, quòd lenibus inuenisti: inquirendi, quam puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim, & mitissimi homines facinus occultatum diligenter, atque instanter examinant, vt inueniant, quibus parcant.

† *haberi*] orig.

α ¶ Notarijs.] *In libris B. Augustini excusis partim est*, notaria: *partim*, notoria. *In codice Vaticano epistolarum vbique legitur*, notaria: *& epistola 160 in qua de eadem re agitur, in codicibus impressis, ac manuscriptis legitur*, notaria: *itemque in Breuiculo in collatione primi diei semel, & secundi bis. De notorijs vero mẽtio est in lege ab accusatione. § .nũciatores. ff. ad S.C. Turpil. & ad C. de accusat. l. ea quidem. Apuleius etiam libro 7. de asino aureo habet*, notoriam: *Et in glossario legitur*, notoria: ἀναφορά.
β ¶ Succense.] *Sic est emendatum, additis etiã nonnullis ex originali, Anselmo, & Polycarpo: Antea erat*, Sic succensere iniquitati memineris, vt non in peccatorum, &c.

Poly. l. 7. tit. 12. Ansl. l. 13. c. 11.

Item Marcellino, epistola 158.

¶ Præter supplicium mortis, rei sunt puniendi. C. II.

POena [f] illorum, quamuis de tãtis sceleribus confessorum, rogo te, vt præter supplicum mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commẽdatam. Ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorum; quia inuenit catholica ecclesia, vbi suam erga atrocissimos inimicos seruet, atq; exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quæcumque præter sanguinẽ vindictam processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris illa atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis, & negligentiæ simile; transactis [g] tamen motibus animorũ (qui recentioribus factis solent turbulentius excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

Idem Donato, epistola 127.

¶ Mali prohibendi sunt à malo, & cogendi ad bonum. C. III.

Polyc. ibidem. Ansl. l. 13. c. 12.

VNum solum est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniam quidquid mali contra Christianã

e ¶ Ab epis.] Non tñ manib. proprijs hoc facere potest, vt 86. d. non liceat. nec per laicum potest hoc facere, sed per clericũ, vt extra de sent. exc. vniuersitas. Est ergo hic argu. quòd iudex ecclesiasticus virgis potest punire [1], & q clerici virgis possunt puniri, not. 5 q. 5. illi qui & 45. distin. cum beatus Ioan.

Eps nec per se, nec per laicum verberet clericos.

1 De hoc etiã no. inf. e. q. 7. his à quibus, in glo. virgis tamen, &c.

POena.] CASVS. Quidam catholici scelerum atrocitate commoti iudicabant Donatistas interficiendos, qui homicidium, & cædẽ commiserunt in Restitutum & Innocentium catholicos sacerdotes. Sed Aug scribit comiti Marcelliano: rogans eum, vt non interficiat eos, tum propter cõscientiam suam, tum propter mansuetudinem ecclesiæ commendandam: sed imponat eis aliam pœnã: quæ quantumcumq; fuerit, mitissima reputabitur, dummodo pena sanguinis nõ irrogetur.
f ¶ Pœna.] Hic dr̃ q propter tria parcendũ sit istis: tũ, quia videt ecclesiã læsam habere conscientiam, si ad denunciationẽ suã isti occidãtur: tũ propter spẽ correctionis: tum propter mansuetudinem ecclesiæ.
g ¶ Trãsactis.] Ar. q executio sententiæ in causa ciuili, vel criminali differẽda est 11. q. 3. cum apud. Argu. contra 2 q. 1. sicut.
VNum solum.] CASVS. Aug. rogat

societatem ab hominibus impijs, ingratisq; committitur, profecto grauius est, & atrocius, quàm si in alios talia cõmittantur; tu quoque pro immunitate facinorum, ac non potius ꝑ lenitatis Christianæ cõsideratione cēseas coercendum. Quod te per Iesum Christum, ne facias, obsecramus. *& paulo post.* ¶ Ex occasione terribilium iudicũ, ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant †, corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicijs, quibus digni sunt, coerceri †. Sic igitur eorum peccata compesce, vt sint, quos pœniteat peccasse. *& paulo post.* ¶ Proinde, si occidendos in his sceleribus homines putaueritis; deterrebitis nos, ne per operam nostrã [a] ad vestrum iudicium aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabuntur, necessitate nobis impacta, vt etiam occidi [b] ab eis eligamus potius †, quàm eos occidendos vestris iudicijs ingeramus.

† *al. incidant*

† *al. exerceri*

† abest ab or.

Idem Macedonio, epist. 54.

¶ Quies ecclesiæ, principum sęueritate iuuatur.

C. IIII.

PRodest, & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra [c]. Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio sęueritas temperatur & vestra. Non vobis displiceat, quòd rogamini à bonis: quia nec bonis displicet, quod timemini à malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de præsentibus vestris sæcularibus α potestatibus terruit, asserens & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinere. [Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.] Hæc verba Apostoli vtilitatem vestræ sęueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere, qui timẽt; ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat; sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec intercessoris religio contemnatur: qui & plectendo, & ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur [d]. Quod si tanta est peruersitas, & impietas, vt ei corrigendæ β nec disciplina possit prodesse, nec venia; à bonis tamẽ intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue sęueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

Poly. l. 1. tit. vlt.

Rom. 13.

α ¶ Sæcularibus.] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Augustini in margine est adscriptum*, de præsentibus vestris sæcuribus terruit. *In Antuerpiana vero est in textu hæc eadem lectio sed sine dictione*, præsentibus.

β ¶ Et corrigendæ.] *Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur*, vt corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragentur, ab omni tamen intentione, &c.

PALEA. C. V.

HOc tamen intelligendum est de illis, quos pręsentia supplicia in melius commutant, non de illis, qui obstinati sunt in malo: qui si semper viuerent; semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

De pęnitētia dist. 3. cap. sunt plures in fine.

gat Donatũ suppliciter sicut põt, ne quosdam hæreticos captos occidat, quos occidi timebat, eo ꝙ grauius contra Christianos committitur q̃ contra alios: sed alijs dignis supplicijs coerceant, vt de suis peccatis valeant pœnitere: alioquin ecclesia operam non exhibebit vt tales hæretici capiantur: quo cõperto licentius contra ecclesiam insultabunt.

a ¶ Per operam nostram.] Idest, per querelas nostras & est hic arg. ꝙ si iudex suspendit aliquem ad querelam clerici, ꝙ clericus non possit promoueri. vt sup. c prox. & de pe. dis. 1. periculosè. & extra de exces. prǽla. ex literis argu. contra su. q. 3. Maximianus. & inf ea non vos. & ff. de bo. lib. qui cũ maior §. 1. & est expressum extra de homi. postulasti, & c. tua.

b ¶ Occidi.] Argu. est hic pro Hugo. qui dicit, ꝙ clericus debeat potius permittere se occidi, quàm ꝙ ipse occidat, vt dixi sup. ea. q. 1. in princ 1.

PRodest.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte commẽdat Augu. Imperatorem eo ꝙ per ipsum ecclesia adiuuatur. In secũda parte rogat eũ ne malos morte puniat, sed ad vitam reseruet, vt deflere possint peccata, quæ commiserant. si vero aliter cũ sint icorrigibiles, eos punire voluerit, officiũ dilectionis cõtra eos exerceat, & non cupiditatem nocẽdi, & ad hoc eum multipliciter hortatur. Secũda pars incipit ibi, [Nob vobis,] Sequẽ. ca. non facit ad principale propositũ quæstionis, sed continuatur præcedenti capi. vbi dicitur, quia & plectendo.

c ¶ Et nr̃a.] Mutuum enim prętãt sibi auxilium. inf. e principes.

d ¶ Corrigatur] Q. d. siue

1 Intellige ergo cũ Ber. hoc cap. qñ tales capere possumus, non dẽmus eos interficère, vt hic dr̃: & hoc no. illa litera occidendos vestris iudicijs ingeramus. ſm L.

siue per verba, siu per pecuniam, siue alio modo, non refert. sic §. ea. q. 4. ea vindicta. Ioan.

QVid ergo.] CASVS. Hoc cap diuiditur in duas partes, in prima parte redargu t Hieronym. quosdam, qui dicebant Deum fuisse crudelem, rigidum & cruentum, Si vero falsa sunt, ergo & falsum est, quod dicitur, Non consurget duplex tribulatio. & Deus quæ sunt in lege scripta, non fecit: & ꝙ falsa sunt dicere, nefas est: ergo qui puniti sunt, iterum non punientur. In secunda parte quærebatur à Hieronymo, si Christianus deprehensus in adulterio decolletur, aut postea punietur, aut non? si punietur, ergo falsum est ꝙ dr: Non iudicabit Deus bis in idipsum. Si nõ puniet, optare debet adulter vt breui pœna capitis euitet æternos cruciatus. Ad quod Hiero. rñdet dicens, ꝙ Deus scit mensuras suppliciorum: & si quis in vita præsenti non est sufficienter punitus iterũ punietur: alioquin nõ debet iterũ puniri, vt ille qui maledixerat Israelitæ: quia leuis culpa eius præsenti supplicio est compensata. [Ipsi dixerunt,] s. prophetæ. Sequens c. patet.

¶ *Abest hæc palea à vetustis exemplaribus, quæ collata sunt, vno excepto, in quo est coniuncta capiti superiori.*

Item Hieronymus in Naum prophetam ad c. 1.

¶ In præsentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagelientur. C. VI.

Poly. l. 7. tit. 22.

QVid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? ipse qui creauit mundum; & consummationem eius faciet. Quod si vobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, ꝙ in diluuio genus deleuit humanum, super Sodomam, & Gomorrham ignẽ & sulphur † pluit, Aegyptios submersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in heremo; scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret.[a] Certè aut vera sunt, quæ prophetę loquuntur, aut falsa. Si vera sunt, quæ de seueritate eius videntur dicere; ipsi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione.) Sin autem falsa sunt, falsum est,[b] quod dicitur: (Non consurget duplex tribulatio,) falsa est ergo & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, vt negare non poterunt, dicente propheta: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione;) ergo qui puniti sunt, postea non punientur: Si autem illi postea punientur; scriptura mentitur, quod dicere nefas. Receperunt ergo & qui in diluuio perierunt, & Sodomitæ, & Aegyptij, & Israelitæ in solitudine mala sua in vita sua. ¶ Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat: Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur, [Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:] aut non punietur, & optandum est adulteris, vt in præsentiarum breui, & cita pęna cruciatus frustrẽtur ęternos. Ad quod respondebimus, Deum vt omnium rerum, ita & suppliciorum quoque scire mensuras; & non pręueniri[c] sententia iudicis:[d] nec illi in peccatorem[e] exercendę[f] dehinc pęnæ auferri potestatem: & magnum peccatũ, magnis, diuturnisque lui † cruciatibus. Si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis[g] maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri, quia culpa leuis[h] præsenti supplicio compensata sit.

Gen 7. & 19.
† *al. sulphurem.*
Exo. 15.
Naum 1. secundum LXX.
De pęnitẽtia dist. 3. quęrat hic.
† *al. elui*
Leuit 24.
Num. 15.
§. 14. quęst. 6 hi, qui in furtis.

Item Gregorius Papa.

¶ Qui rei sunt sanguinis, ab ecclesia defendi debent. C. VII.

Burch. l. 19. c. 109. Iuo p 15. c. 121.
† *al. effusionis.*

REos[i] sanguinis defendat a[k] ecclesia, † ne effusione † sanguinis particeps fiat.

†Ex isto tex. infertur, ꝙ clericus pôt esse aduocatus pro accusato de crimine. facit tex in l. addictos, cum sit. not C. de episc. & cler.

tum, quia in diluuio genus deleuit humanum: Sodomam & Gomorrham subuertit, Aegyptios in fluctibus submersit, Israelitas in deserto prostrauit. Et ostendit, ꝙ ideo Deus hæc fecit in vita præsenti, ne in æternum punirentur, quod probat vno argumento cornuto dicens: ea quæ prophetæ dixerunt, aut vera sunt, aut falsa: si vera sunt, ergo in alia vita iterum non punientur: quia propheta dicit: Non iudicabit Deus bis in idipsum.

a ¶ Puniret.] Ergo hoc de pęnitentibus tantum, vt ĩ de pęn. dist. 3. §. auctoritas. nam quorundam pęna incipit hic, & durat in infinitũ, vt ĩ. de pęnit. dist. 3. ignis succensus est. sicut econuerso quãdoque remunerat aliquos tẽporaliter, vt eos puniat æternaliter, vt 22. q. 2. si quæliber.

Tpaliter remunerantur aliqui vt puniantur æternaliter.

b ¶ Falsum est.] Q. d. ex quo falsum dixerunt in vno, dicunt ergo, & in alijs, & est hic arg ꝙ instrumentũ, vel testamentum si est in vno falsum, ergo in omnibus, vt supra dist. 9. si ad sacras.

1 Al testimonium.

c ¶ Non præueniri.] Tunc sententia iudicis præueniretur. si quis hic plenè, punitus esset: quia in futuro non puniretur.

d ¶ Iudicis.] id est, Christi. 2

2 Al. scilicet terreni.

e ¶ In peccatorem.] Non punitũ hic sufficienter.

f ¶ Exercendæ.] In futuro.

g ¶ Israeliticis.] id est, Deo Israelitarum.

h ¶ Leuis.] Ecce quòd leuem dicit culpam maledicere * Deo, cum magis sit maledicere Deo, quàm principi sic C. si quis Imper maled l. vnica.

* *B. Hieronymus cum videtur putasse illum maledixisse Deo, sed Israeliticis & res apud interpretes dubia est.*

i REos] Infra quæst. 8 si vobis.

K ¶ Defendat.] Omnes fugientes ad ecclesiã tenetur defendere, vt 17. q 4 reum & hoc verum est siue rei sint, siue non: nisi in casibus, extra, de immu. eccl inter. & c. vlt.

& c. vlt. Sed illos, qui non fugerint ad ecclesiam, quandoque iuuabit, quandoque non si enim est spes correctionis, debet eos iuuare, vt supra ea. q. proxi. est iniusta. Item si iniuste sint condemnati aliqui: omnibus modis; iuuabit eos si autem iuste, tunc temperatè & non importunè iuuabit eos: sed tātum intercedendo pro eis, ne ex indiscreta defensione incidat ecclesia in malam opinionem, vt 14. q. vlt. hi qui, & su. q. 3. non in inferenda. Et licet teneatur aliquos defendere, non tamen tenetur pro eis bellū mouere, vt C de episc. aud addictos supplicio. Ioan.

Cōdemnati & iuste & iniuste, sunt ab ecclesia iuuandi.

HINC APPARET. Hæc est secunda pars quæstion. in qua magister probare intendit quod iudices nō peccāt occidendo secundum legem: sed illi tantum peccant, qui sine auctoritate, & sine iussu diuino hominem occidunt: & hoc probat per multos patres veteris testamenti. Io de Fan. CASVS. Hucusq; probatum est, quod mali non sunt morte puniendi. Nunc contrarium probat ex auctoritatibus, & exemplis. Postea soluit dicens, quod qui habet potestatem occidendi, licitè occidere potest malos: sed auctoritate propria hoc non potest. quod probat seq. cap.

a ¶ Illo præcepto.] Non occides.

DE occidēdis hominibus.] CASVS. Beneuent ponit hūc casus, dicens quod Publicola de duobus quæsiuit ab August. Primo vtrum quis iuste possit interficere malos, ne ipsi alios occidant. Et respondet quod non nisi sit miles, vel potestas, qui faciat non pro se, sed pro vtilitate aliorum. Secundo an sit peccatum repellere malos obstaculum interponendo: & si aliquid contingat inde præter voluntatem nostram, an nobis imputetur? Et respon. non esse peccatum: nec nobis imputari debet: si aliquid indè contingat: & hoc probat viij. exemplis, scilicet exemplo muli, & bouis; equi, & canis, Pauli & ferramentorum, arboris, & fenestræ. Secunda pars incipit ibi, [Qui uero repelluntur.

b ¶ Miles.] Sub potestate aliqua coonstitutus. vt infra eadem miles. nisi hoc fiat iniusto bello, vt infra eadem, si homicidium. & in casibus positis in summa huius quæstionis.

c ¶ Pro se.] Sic ergo officiatus non potest esse aduocatus in propria causa. & ita officium suum est ei damnosum. si. 10 q. 2. hoc ius. sicut nec in causa sua potest quis esse iudex, vt supra q. 4 inter 1. Vel dic pro se, id est, pro priuato odio 2 Ioan. Quod primo dixit, falsum est: cum non inueniatur hoc prohibitum. nec litera ista contradicit. Bar.

Officiū est que est damnosum. 1 Cōcor. tex. in l. qui iurisdictioni. C. de iurisdi. om. iud. & C. ne quis in sua cau. p totū. 2 Hoc ē se quit L. 3. q. 7. iudicet ii. quæst 3. qua tuor Aliàs absūdum est aliquem aliis & nō sibi, &c. C. de na. li. nuper. fm Io de Fat. & hic tenet quidquid ist. sequitur.

a ¶ Defendat.] *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur,* non defendat.

2 *Hinc apparet, quod mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, vel temporali morte plectendi. Sed obiicitur illud, quod Dominus ait ad Moysem: [Maleficos non patierit viuere.] ¶ Item: [Qui coierit cum iumento, morte moriatur.] Adulterio etiam, vel blasphemiæ crimine notatus immisericorditer lapidari iubetur.*

Exo. 22.
Leuit. 20.

¶ Item, Moyses, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag pinguissimum regem in frusta cōcidit Phineas quoq; Iudæum cum Medianita coeuntem gladio transfixit: quod est ei reputatum ad iustitiam. Similiter nonnulli in veteri testamēto inueniūtur malos trucidasse: nec tamen trangressores legis, sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo pcepto quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis Imperio reos morti tradere. Qui enim publica potestate functus, ipsius legis Imperio malos premit: nec illius præcepti transgressor, nec à celi patria alienus habetur.

Vnde Augustinus ad Publicolam, epist. 154.

¶ Ex officio non est peccatum hominem occidere.

C. VIII.

Poly. l. 7. tit 11. Ant l. 13 c. 18. Iuo p 10. c. 1. Pann. l. 8. c. 1.

DE occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, nō mihi placet consiliū: nisi fortè sit miles [b], aut publica functione teneatur, vt nō pro se [c] hoc faciat, sed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiā ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personæ [d]. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant; etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: [Non resistamus malo,] ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, non vt correctionem hominum negligamus. Vnde [e] nec reus est mortis alienæ; qui cum suæ possessionis ex lapidibus a murum circumduxerit, aliqs ex ipsorum vsu percussus intereat. Neque enim reus est [f] Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Christianorum † boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes carnis. An † vero, quoniam apostolus

Matth. 5.

† al. Christiani
† Aut] orig.

d ¶ Personæ] Hoc dicit propter episcopos, qui habent iurisdictionem sæcularem, sed non possunt præsidere causis sanguinis, vt 15 q 4. c. 1. & inf. ead. q. 8. his à quibus &c sæpè.

e ¶ Vnde.] Q. d. cum quis ex officio suo occidit aliquem, non est ei imputandum, si ex officio tali sequantur homicidia. Item continuantur sequentia exempla. Vel si continua. si aliquis repellendo malos occidat aliquem, hoc non est ei imputandum.

f ¶ Reus est.] Nisi equus ille fuerat calcitrosus vel bos fuerat cornupeta nam si talis hoc uerit, bene tenetur dñs, vt ff si quadru. dam fec dic l. 1 § 1. & generaliter si habuerit tale animal, quod consueuit nocere, ut vrsum,

sum, Leonem, vel aprum, siue ligatum, siue non, si occisus fuerit liber homo, præstabit cc. solidos. sed si aliter nocuerit, condemnabitur secundum arbitrium iudicis: sed in cæteris rebus condemnatur pœna dupli, vt ff. de ædil.edi hi enim.& l.sequenti.

a ¶Pau-

c ¶Non possit.] Arg. ꝙ non semper prohibetur bonum propter malum, quod sequi potest. Argu.contra.22.q.2. in nouo.contra 21.d. denique. Io.

SEIPSVM. Hæc est tertia pars q. in qua probat magister per quatuor auctoritates, ꝙ nullus occidat seipsum, quia in illo pręcepto: Non occides, intelligitur, nec te, nec alium, quia bene ordinata charitas a seipso incipit. Io.de Fant.

CASVS. Supra ostensum est, an aliquis possit alium interficere iurisdictionis potestate: nunc vero ostenditur, ꝙ seipsū nulli interficere permittitur, quod probatur per seq. c.

SI non licet.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte quæsitum fuit ab Augu. vtrum liceat alicui iusto in persecutione seipsum interficere, ne ab alio interficiatur, vel vtrum liceat ipsum interficere causa immortalitatis, idest gloriæ adipiscendę, vel causa cauendi, idest, vitandi futura peccata, vel curandi criminis, id est, remouendi? Et respondet ꝙ nō, & hoc probat quatuor modis. Primo argumento a minori, quia nō licet occidere alium innocentem: ergo multo minus seipsū. Secundo, quia Iudas fuit reprehensus, q a seipsum occidit quā uis sceleratus fuisset multo magis reprehendi debet qui se innocentem occidit. Tertio, quia in lege prohibitum est (vt ibi dictum est.) Neminē occides. Quarto probat hac ratione, quia, si contra se nemo falsum testimonium dicere debet, ergo multo minus contra se mortem inferre debet. Secundo quæsitum fuit, an liceat alios interficere? Et respōdet ꝙ non, nisi vel lex, vel Deus iubeat occidi. propter quod Abraham, Iephte, & Sampson excusati fuerunt. Secunda pars incipit ibi, [Sed his exceptis.] Et quod dr̄ ibi, [Mortalitatis.] idest, gloriæ habendæ, quia credens se iustum volens migrare ad gloriam seipsum occidit, vel immortalitatis, idest, inanis gloriæ, vt aliquid dicatur de ipso, quod sic videtur despicere mundum.

Paulus [a] satis egit, vt in tribuni notitiam perferretur insidias sibi a quibusdam perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos; si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? (Act.21.) Absit, vt ea quæ propter bonum, [b] ac licitum facimus, aut habemus: si quid per hæc præter nostrā voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputentur. Alioqui nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se, vel alterum interimat: nec arbor aut restis, ne quis se inde suspendat: nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisquam præcipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non possem? Quid enim est in vsu hominum bono, ac licito, vnde non possit [c] etiam pernicies irrogari.

α ¶Ex lapidibus.] *Sic est emendatum ex codice Vaticano epistolarum B. Augustini. Nam in impressis desunt istæ voces. Apud Gratianum vero erat*, suæ possessioni murorum ambitum circumduxit.

2 *Seipsum etiam perimere nulla legis auctoritate alicui permittat.*

Vnde Augustinus libro primo de ciuitate Dei, cap. 17. & 18.

Iuo p.10.c 4. Pann.l.8.c.2.

¶Qui Deo auctore bella gesserunt, præcepta non occidendi nequaquam transgressi sunt. C. IX.

SI non licet priuata potestate alicui hominem occidere nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla cōcedit; profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est: † & tanto [d] fit nocentior, cum se occiderit, quanto innocētior in ea causa fuit, qui se occidendum putauit. (Matth.27.) Nam si Iudæ factum merito detestamur, eumque veritas iudicat, cum laqueo se suspēdit, sceleratæ illius traditionis auxisse potius, quàm expiasse commissum; quoniam de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit; quanto magis a sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat, non habet. Iudas enim cum se occidit; sceleratum hominem occidit, & tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus finiuit hanc vitam; quia licet propter suū scelus, alio tamen scelere suo occisus est.] (C.18.) ¶Cur autem homo, qui mali nihil fecit, sibi male faciat, & seipsum interficiendo hominē interficiat innocentem, ne aliū patiatur

† Conc. l.2. C. vt ne pri. & l. præter. C. de ser. & aqua.

Damni dans occasionē nō semper damnum dedisse videtur.

1 Et extr. de iniu. c. vlt. & leg. & no. ex. de ref si q & no. in p̄d.ca. sæpe. Arch.

a ¶Paulus.] Arg. ꝙ non imputatur clerico, qui ad defensionem sui iuris vocat milites, si aliquis sibi occidatur, sic sup. ea q.3. Maximianus.

scere, neque obedire primo, & secundo [a] vocanti; hunc oīno volumus damnari, nec vnq̄ vel orationē [β] [b] mereri, nec recipere [c] eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens, & seditiones ecclesiæ; per exteram potestatē tanquam seditiosum volumus comprimi,] ¶ Et B. Augustinus de talibus dicit: [Multa enim cum inuitis [d] benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt; quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis aspere, nunquam amor amittitur: fit tamen, quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.] Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur [e] coercendo talia; sed diligat emendando tales semper ecclesia. Facite ergo etiam vos, quod scientes intentionem Christianitatis vestræ frequenter hortamur, & date operam, vt talia fieri vltra non liceat: sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hi, qui talia præsumpserunt ad pijssimum principem sub digna custodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Histriam, & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis; nisi ad clementissimum principem [f] exinde retulissetis, & quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognouissetis: & inter vbique feruentes hostes, Rauennam tamen, & is, qui ordinabatur [g], & is, qui ordinatus erat, prouidentia culminis vestri deducti sunt.

Cap.l.5.c.24.

sup.d.45.emendare.

α ¶ Infertus Chalcedonensi.] *Actione quarta concilij Chalcedonensis in epistola Archimandritarum ad ipsum concilium pro rehabilitatione Dioscori citatur canon quintus concilij Antiocheni: & eodem fere modo habetur in epistola atque hic refertur. Cum neutra tamen antiqua versione ipsius concilij magnopere concordat.*

β ¶ Vel orationem.] *In vtroque concilio, idest, Antiocheno, prisca versionis & Chalcedonensi legitur*, curationem, *Græce enim est, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν.*

Item Narsæ patritio, & Duci in Italia.

¶ Schismaticos, & hæreticos sęculi potestates coerceant. C. XLIII.

Anſ l.6.c.196. Poly.l.7.tit.5. De hoc schismate B. Greg.li.4. epi.50. & lib.7.ind 2.epist.10. & alibi.

DE Liguribus, atque Veneticis, & Histrijs episcopis quid dicam? quos idonea est excellentia vestra, & ratione, & potestate reprimere, & dimittitis eos in contemptum Apostolicarum sedium de sua rusticitate [h] gloriari: cum, si quid eos de iudicio vniuersalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte mouebat, ad sedem Apostolicam

a ¶ Ele-

(quomodo semper factum est) electis [a] aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt; & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est sanctam ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiusmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate cōprimere: quia regulæ patrum hoc specialiter constituerūt, vt si qua ecclesiastici officij persona, cui subiectus est, restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit; iste excommunicetur, atq; damnetur. Quòd si forte & hoc cōtempserit, & permanserit, diuisiones, & schisma faciendo: per potestates [b] publicas opprimatur. Ecce domine †, quod animus vester forte timidus est, ne persequi videaris; de patrum vobis auctoritate hęc breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exempla, & constitutiones sint, quibus euidenter agnoscitur, vt facientes scissuras in sancta ecclesia, non solum exilijs, sed etiam proscriptione rerum, & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri.

su. proximo capite canon Apos. 32. Antioch. 5.

† al. de quo animus

Item Pelagius.

¶ Ab ecclesiæ vnitate diuisi, à sæcularibus potestatibus coerceantur. C. XLIIII.

Ans. l. 12. c. 46. Poly. ibidem.

QVali nos de gloriæ vestræ studijs iudicio gratulemur; nō solum vestram, sed multorum ac pene [c] omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quiæ vobis pręsentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam vestram duximus conquerēdum. Thracius † si quidem, atque Maximilianus nomina [d] tantum episcoporum habentes, & ecclesiasticam ibi vnitatem perturbare dicūtur, & omnes ecclesiasticas res suis vsibus applicarem tantum vt contra vnum eorum, id est, Maximilianū vsque ad nos per tam longum iter, necessitate compellente quidam infatigabiliter venientes, preces offerrent. Ob quam causam Petrum presbyterum sedis nostræ, sed & Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos; vt ea, quæ canonicis statutis à pdictis pseudo episcopis compererint commissa, vel digna debeant ibi vltione compescere, vel eosdem ad nos vsque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram, petimus, vt præfatis, qui à nostra sede directi sunt, in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim & diuinæ & humanæ † leges statuerunt; vt ab ecclesiæ vnitate diuisi, & eius pacem iniquissime perturbātes, à sæcularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quidquam maius est vnde Deo sacrificium possitis offerre; quàm si id ordinetis, vt hi; qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.

† al. Tertius

† al. mundanæ

Idem Pelagius Papa Ioanni patritio.

¶ Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda est. C. XLV.

Ans. l. 12. c. 47. Poly. ibidem.

RElegētes literas excellētię vestrę, de iniuria quidē,

a ¶ Electis] Seu qualiter potuit hæc causa per procuratorem agi, cum isti de crimine conuenirentur? Sed dic, quod licet fuerit de crimine actum, non tamen criminaliter. vnde potuit procurator interuenire, vt ext. de accusa. veniens, & cap. super his. & 3. q. 6. hæc quippe.

b ¶ Per potestates.] supra ea. cap principes.

QVali nos.] CASVS. Thracius & Maximilianus hæretici erant, & episcopi, qui vnitatem ecclesiæ conturbātes res ecclesiæ suis vsibus applicabant, de quorum altero, scilicet Maximiliano quidam infatigabiliter Romam venientes querelam deposuerunt: quare Pelagius mitit ad loca illa duos iudices delegatos, scilicet Petrum & Proiectum, vt ea quæ inuenerint contra canones à prædictis episcopis commissa vel digna vltione compescant, vel eosdem episcopos Romam perducant: quod quia forte per se facere nō possent, mandat Pelagius cuidam principi rogans eum vt præfatis nuncijs auxilium præbeat in omnibus.

c ¶ Pene.] Not. q dicit pene: & tamen lōge plures erant, qui nescirēt, quā qui scirent, dum tamen ad modicam quantitatem deberet deferri, vt 3. q. 7. qui fine. ff. de verb. sig. hæc adiectio.

d ¶ Nomina.] Sic 15. q vlti. si quis presbyter. Ioan.

REligentes.] CASVS. Apud Aquileiam erant multi hæretici, inter quos erat inuasor ecclesiæ Aquileiensis, qui quendam bonum virum potentem tanquam pollutum à suo consortio repulerunt: quod per diuinam prouidentiam fuit factum, inter quos

ques hæreticos, Eufrasius quendam suum consanguineum sacerdotem interfecit, vt liberè cum eius vxore posset adulterari: cuius præfati viri potentis iniuriam cum Pelagius percepisset, præcepit eidem, vt hanc præsumptionem hæreticorum non relinquat impunitam: quia si hoc atrociter nō vindicetur in minoribus, talia exercere non verebuntur, & mandat ei similiter, vt præfatum Eufrasium puniat: quod plenè fieri poterit, si auctores scelerum, & maximè Aquileiensis ecclesiæ inuasor, ad principem dirigantur. Sequens c. planum est, & per se patet.

Bonū prouenit ex malo.

a ¶ Bona.] Nota quod ex malo prouenit bonum, vt decimatertia distinctio. nerui. in fine. sicut de facto Iudæorum, qui crucifixerūt Deum. Item est hic argumētum, quod malum punitur, quamuis exinde proueniat bonum: vt si quis puerum castrauerit, licet eum meliorem fecerit, tamen punitur. ff. ad leg. Aquiliam, si seruus seruum, § & si puerum. similiter licet quis rem fecerit prohibitā, licet bene fecerit, tamen punitur. ff. de re milit. l. 2. § in bello. argumen. contra ff. ad leg. Aquil. si seruus seruum, §. si obuiam.

b ¶ Abstulit.] Hoc ideo dicit, quia pœna mortis puniri fuit pro vno, siue pro altero, alias autem idē delictum potest varijs pœnis puniri, vt decimaseptima, quæstione quarta, attendendum. & 16. quæstione 1. statuimus. 1 Hic consueuit distingui, cū quis accusatur de diuersis criminibus, aut illa crimina descendunt ex eodem facto, aut ex diuersis. Et hæc distinctio nota. C. de accusat. qui de crimine. si autem diuersis actionibus velit quis agere, distinguitur, aut illæ actiones sunt ambæ pœnales, aut ambæ rei persecutoriæ, aut vna pœnalis, & altera rei persecutoria, vt not. ff. nau. caup. stab. l. 2.

1 Ad idem 21. q. 5. c. 3. in fi. & vide quod not. Inn. de hac materia extra de col. cap. vlt. & de purga. can. cum dilectus.

Accusetur ne quis de diuersis criminibus.

c ¶ Si adulterium.] Hic videtur, quod secundum canones & adulterium & incestus morte puniantur, secundum legem hodie adulterium non punitur morte, vt C. de adult. auth. sed hodie. Ioan.

Omnium

quam vobis iniquorum hominum præsumptio ingessit, valde doluimus. Sed quia scimus occulto Dei iudicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem, & superbiam a contaminatione schismatis custoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona [a] operari consueuit. Nec enim sine illius prouidentia factum esse credendum est; vt insensati, & peruersi homines ad hoc vsque prosilirent, vt suam diuisionem, catholicam esse credentes ecclesiam, à sua vos pollutione prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam nescientibus illis hoc factum est, vt schismaticorum factione † eruti, catholicæ, quam diligitis, seruari vos contigisset ecclesiæ. Quamuis igitur vestra per illorum scelus vtilitas facta sit, nolite tamen impunitam præsumptionem iniquorum hominum grassari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam præsumpserunt, non fuerit vindicta compressum; quod in minoribus α non valeant puniri, ambigi vltra non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem: & ne eis amplius talia committendi spiritus † crescat; vestris coercitionibus reprimantur. Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra vos talia præsumpserunt; vt talia vobis corrigentibus ab eodem † scelere alios possitis, Deo propitiante, munire. Quales autem sint, qui ecclesiam fugiunt; Eufrasij vos scelera (quę amplius occulta Deus esse noluit) euidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec fratris charitatem, nec sacerdotij reuerentiam cogitauit. Incestuoso autem adulterio † etiam ipsius vindictæ abstulit [b] modum: quia si adulterium [c] punias; non remanet, in quo vindicetur, incestus. Si incestuoso ingeras pœnam, multum crimen adulterij remanebit. Ecce de quo collegio sunt, qui quantum ad superbiam suam iniuriam nobis inferre moliti sunt; & quantum ad prouidentiam Dei impollutos vos ecclesiæ seruauerunt. Auferte tales ab ista prouincia, vt imini oblata vobis à Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur: & maximè ecclesiæ Aquileiensis inuasor, qui & in schismate, & in eo β maledictus, nec honorem episcopi poterit retinere, nec meritum.

† al. communione

† al. spes

† al. eorum

† al. in adulterio

α ¶ Quod in minoribus.] *In aliquot vetustis, & apud Anselmum, legitur,* quid in minoribus valeant; ambigi, & cætera.

β ¶ In eo.] *Anselmus habet,* & à schismatico maledictus.

Item Nicolaus exercitui Francorum.

¶ *Iuo parte 10. capit. 87. versic. omnium vestrum. hoc idem citat ex epistola Leonis quarti ad exercitū Francorum, vbi etiam affert id, quod infra ead. quæst. 8. cap. omni timore, ex eodem Leone refertur.*

a OMnium.] ¶ Certamine.] Infra ead. quæst. 8. omnium.

EXcommunicatorum.] CASVS. Godefredus Lucanus episcopus quæsiuit ab Vrbano quomodo pœnitentiam debeat imponere eis, qui quosdam excõicatos inter- tamen quia potuerunt aliquid duplicitatis pro humana fragilitate committere, secũdum eorum intentionem bonam sed in damnum negat eis pœnitentiã competentem. b ¶ Intentionem.] scilicet occidentium. vel finem intentionem imponentis pœnam, vt 26. q. 7. tempora.

¶ In certamine, quod contra infideles geritur, quisquis moritur cœleste regnum meretur.

Iuo p. 10. c. 87.
Pann. l. 8. c. 30.

C. XLVI.

OMnium vestrum nosse volumus charitatẽ, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit; regna illi cęlestia minimè negabuntur.

Item Vrbanus secundus Gotfredo Lucano episcopo.

¶ Non sunt homicidæ, qui aduersus excommunicatos zelo matris ecclesiæ armantur. C. XLVII.

Iuo p. 10. c. 54.
Pann. l. 8. c. 11.

EXcommunicatorum interfectoribus (prout in ordine ecclesiæ Romanæ didicistis, secundum intentionem α [b] modum congruæ satisfactionis iniũge. Non enim eos homicidas arbitramur, quos aduersus excommunicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidasse contigerit. Ne tamen eiusdem ecclesiæ matris disciplina [c] deseratur; eo tenore, quem diximus, pœnitentiam eis indicito congruentem; qua diuinæ simplicitatis oculos aduersus se complacere valeant; si forte, quid duplicitatis [d] pro humana fragilitate in eodem flagitio [e] incurrerint †.

† al. contraxerint.

α ¶ Intentionem.] *Iuo, & Pannormia habent,* intentionem ipsorum. *sed ob glossam non est additum.*

Item Augustinus epist. 50. ad Bonifacium de coercendis hæreticis.

¶ Pax ecclesiæ mœstitiam consolatur perditorum.

C. XLVIII.

QVis enim nostrum [f] β velit aliquem illorum non solum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed si aliter nõ meruit pacem habere domus Dauid; nisi Absalon filius eius in bello, quod gerebat contra patrem fuisset extinctus; quamuis magna cura mandauerat suis, vt eum, quantum possent, viuum, saluumque seruarent; vt esset cui pęnitentia paternus affectus ignosceret; quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam męstitiam consolari?

Iuo p. 10. c. 59.
Reg. 12. 8.

β ¶ Nostrum.] *Emendatum est ex B. Augustino, à quo parum discordat Iuo. Antea apud* Gratianum *legebatur.* Quis enim vestrum velit aliquem inimicorum suorum non solum, &c.

Si ergo viri sancti; & publicæ potestates bella gerentes non fuerunt transgressores illius mandati, Nõ occides: *quamuis quousq; flagitiosos diuina morte perimerent: similes suæ potestati obediens non est reus homicidij: si eius imperio quęlibet flagitiosum interfecerit: si homicidas et venenarios punire non est effusio sanguinis sed legum ministerium, si pax ecclesiæ męstitiam consolatur perditorum: si illi, qui zelo catholicæ matris accensi excommunicatos interficiunt, homicidæ non iudicantur: patet quòd malos non solum flagellari: sed etiam interfici li-*

c ¶ Disciplina.] No. ad cautelã, & ex abũdãti debet aliqd fieri, ne disciplina matris ecclesiæ deseratur vt 50. dist. presbyteros. & 34. q. 2. in lectum & 15. q. 1. si qs insaniens. quæ enim dubitationis causa ex abundanti apponuntur, ius commune nõ lædunt. vt ff de re iu. quæ dubitationis, & l. non solet. Item est hic art. quòd in dubiis in deteriorẽ partem interpretamur r. cõtra regulam illam ext. de reg. iuris estote.

d ¶ Duplicitatis.] d est, mortalis peccati.

e ¶ Flagitio.] Id est, ꝙ alias esset flagitium.

QVis enim.] CASVS. Bonifacius dubitabat pugnare cõtra hæreticos propter homicidiũ, quod inde sequebatur. sed Augustin. docet, qđ debet velle inimicũ suum perire, nec aliquid perdere. verum tamen si pax haberi non potest aliter, contra eos pugnandum est. Et hoc probat exẽplo Dauid, qui aliter pacem habere non potuit nisi Absalone filio suo prius interfecto.

f ¶ Quis enim nostrum.] Ex hoc ca. dici t quidam, quod excommunicatum, non indicit in canonem, & qđ non est priuandus aliquis ingressu ecclesiæ per eum, qui est extra ecclesiam: quod non admitto, & loquitur hic de tali excommunicato, qui penitus incorrigibilis est. vndecima quæstio. prima. petimus.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gratiã ex supradictis cap. quod mali, non solum sunt flagellandi, sed etiam interfici possunt. Postea quærit si hi, qui non habent potestatem legitimam occidendi, aliquos interfecerint; an sint rei effusi sanguinis indicandi, interfecerunt: qui respondet dicens: non putamus eos esse homicidas, qui zelo iustitiæ eos occiderunt: verun-

Disciplina ecclesiæ nõ est deserenda.

1 Vt in hoc casu. Alium casum hẽs 30. q. 5. c. 1. sed hoc ideo sit, vt quod certius, & magis sine periculo aię est, teneat. Vñ tene certũ, & dimitte incertum de pę. dist 7. c. 2. ad hoc ext. de spo. iuuenis. alias ordinarium est ꝙ dubia in meliorẽ partẽ interpretemur. extra de reg. iur. c. de hoc no extra de ser. cap. vnico & 78. dis presbyteri. Arc.

dicandi,

cet. Sed quæritur, ſi contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam poteſtatem, an ſint rei effuſi ſanguinis hi, per quos puniuntur.

De his ita ſcribit Ambroſius li. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶ Aliquando puniuntur peccata per populos iuſſu diuino excitatos. C. XLIX.

REmittuntur peccata per Dei verbum[a], cuius leuites interpres, & quidam executor eſt. Remittuntur etiam per officium ſacerdotis, ſacrumque miniſterium: Puniuntur quoque per homines: ſicut per iudices, qui poteſtate ad tempus vtuntur. *& infra.* ¶ Puniuntur peccata etiam per populos: ſicut legimus, quia ſæpè † ab alienigenis Dei iuſſu excitatis, propter diuinæ maieſtatis offenſam ſubactus † populus Iudæorum. †*ſæpè alienigenis.*] orig. †*ſubiectus.*] orig.

Hinc notandum eſt, quòd aliquando punit Deus peccata per neſcientes, aliquando per ſcientes. Per neſcientes peccata punit: ſicut per Sennacherib[b], & per Nabuchodonoſor[c], & per Antiochum, & per principes[d] Romanorum, & per non nullos reges gentilium populum Iſraeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipſe Dominus ait per prophetam: 4. Reg. 25. 2. Malcch. 5. *[Virga furoris mei Aſſur: ipſe autem non cognouit.]* Eſa. 10. *Aſſur[e] erat virga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iuſtitia flagellare diſpoſuit. Ipſe vero non cognouit: quia in ſuperbiam elatus victoriam, quam aſſecutus fuerat, non diuinæ potentiæ, ſed ſuis viribus attribuit. Vnde contra eius ſuperbiam Dominus loquitur dicens:* Eſa. ibid. *[Numquid glorіabitur ſerra contra eum, qui ſecat in ea? aut nunquid exaltabitur ſecuris contra eum, qui cedit in ea?] Quibus ſimilitudinibus ſatis perſpicuè oſtenditur, quod ſicut ſerra & ſecuris nec cedere ligna poſſunt, niſi ab alio regantur, ac ideo contra regentes ſe ſuperbire non debent; ſic illi, per quos Deus punit, abſq; nutu diuinæ diſpoſitionis nihil agere valent; ac ideo contra regentem ſe ſuperbire eis non licet. Tales in eo quòd puniunt, Deo ſeruire dicuntur: in eo autem quòd ignorantes ſe eſſe miniſtros iræ Dei impia vanitate ſuperbiunt, mercedem ſuæ ſeruitutis à Deo non niſi temporalem[f] inueniunt: pœnam vero*

dicandi. Cui quæſtioni reſpondet per ſequens capitulum.

R Emittuntur.] CASVS. Oſtendit Ambr. in hoc ca. quod ſicut peccata remittuntur per verbum Dei, cuius verbi diaconus interpres eſt & executor: ſic peccata quandoque puniuntur per iudices, qui poteſtatem habent puniendi: quandoque per populos: ſicut populus Iudæorum ſæpè punitus eſt ab alienigenis ex præcepto Dei.

a ¶ Per Dei verbum] .i. per orationem vel per prædicationē eccleſię ſcilicet per prędicationem Euangelij ſic 15. q. 1. necis. & ſupra ea. non ſolum.

HINC NOTANDVM. CASVS. Iſte. §. diuiditur in duas partes In prima parte oſtendit Grat. quod Deus aliquando punit peccata hominū per neſcientes: & hoc probat quatuor exēplis Regum & principum, ſcilicet exemplo Sennacharib, & Nabuchodonoſor, Antiochi, & Principum Romanorum: qui licet Deo ſeruirent in puniendo malos; tamen quia ſuæ fortitudini & ſuperbiæ imputabant, ignorantes ſe eſſe miniſtros Dei; ideo & ipſi puniti ſunt, & deſtructi ſicut patet p exempla, quę apertè ponūtur in litera. In ſecunda parte oſtendit quod Deus aliquādo punit peccata hominum per ſcientes, & hoc probat exemplo Iudæorum, per quos puniuit Deus Amorrhæos, & Chananęos, & alias gentes, quas expulerunt de terra promiſſionis. quam Deus promiſerat ſe daturum Abrahæ & ſemini eius ſed nō antequam peccata Amorrhæorum conſummata fuiſſent: quæ tunc conſummata fuerunt cum populus Iſrael de Ægypto eſt liberatus. Qui ergo diuino iuſſu & bona intentione ſicut populus Iſrael punit delinquentes, non peccat: qui vero praua intentione hoc faciunt, licet occulto inſtinctu Dei incitentur ad perſequandum malos, ſicut Sennacherib, & cęteri qui populum delinquentem ſunt perſecuti: non ſunt immunes a delicto, qui quandoque incitantur ad puniendum peccata eorum, qui ſunt futuri boni, vt tandem per ipſos bonos correctos, ipſi poſtea puniantur: quod probatur exemplo Iabin Regis Chananæorum, & exemplo Madianitarum. Secunda pars inci-

pit ibi, [Per ſcientes peccata.] [Aſſur] i. Sennacherib. [nondum enim conſummata ſunt peccata Amorrhęorum,] .i. nondum peruenerunt ad cumulum peccatorum ſuorum: quia nondum fecerant omnia peccata: quæ facturi erant ad hoc vt digni eſſent expulſione:

b ¶ Per Sennacharib.] Regem Aſſiriorum, qui maximam partem filiorum Iſrael captiuauit, qui cum veniſſet obſidendum Hieruſalem, ab angelo exterminatore nocte eſt fugatus. occiſis ab eodem Angelo clxxxv. millibus de exercitu ſuo. Sēnacharib fuit Rex Aſſyriorum.

c ¶ Et per Nabuchodonoſor.] Qui cœpit Hieruſalem & tribum Iuda, & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

d ¶ Et per princ. pes.] .ſ. per Veſpaſianum, & Titum, qui xlij. anno poſt p ſſionem Dñi Hieruſalem deſtruxerunt.

e ¶ Aſſur.] Sennacharib.

f ¶ Non niſi temporalem.] Arg quod ſufficit aliquē bonū facere

Ezech.29. paulo aliter, quam in Vulgo. aut apud lxx. *suæ superbiæ non effugiunt. Vnde cum Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor: (Quid dabo ei pro labore quo seruiuit mihi apud Tyrum? statim subiunxit,* Dan.4. *(Da)* [a] *hoc est datum sibi pronuncia Aegyptum & Aethiopiam. Cum autem in corde suo superbiens postea diceret: (Nonne hæc est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? &c.) statim immutauit Deus rationabilem mentem eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab hominibus fugiens cum bestijs viueret. Per Antiochum* [b] *quoq; cum idololatriam iudaicæ plebis Domi-* 3.Machab.1. *nus puniret, & pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex sacris nationum assumptis quærebant, illis in perniciem verteret, quia Dei dispositionem ignorans suæ facultati deuastationem illius plebis attribuit: imprecatur in eum* Psal.79. *propheta dicens: (Effunde iram tuam in gentes, quæ te nō nouerunt, & in regna, quæ non inuocauerunt nomē tuū: ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum?) Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset; vrbis excidium & iudaicæ plebis mi-* Psal.73. *seram captiuitatē suis viribus adscribere cœperunt: vnde contra eos propheta imprecatur dicens: (Leua manus tuas in superbias eorum, qui te oderunt.) & qui multa maligne operati, monumenta suæ victoriæ posuerunt* [c] *in medio atrio tuo.) Per scientes peccata puniuntur: sicut* Iosue 5 & 6. Deut.7. *Deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum gentium: quarum terram Israelitis possidendam dedit: quibus et præcepit, vt nemini eorum parcerent; sed omnes morti traderent. Quod pp peccata eorum illis contigisse ex verbis Domi-* Gen.15. *ni apparet, qui cum diceret ad Abraham: (Semini tuo dabo terram hanc.) veluti quæreret; quare non modo cā das mihi? audiuit: (Nondum n. sunt peccata Amorrhæorum consumata.) Quæ tunc intelliguntur fuisse consumata, cum populus ille de Aegyptiaca seruitute liberatus terram eorum, sicut Abrahæ promissum fuerat, in hæreditatem accepit.¶Cum ergo sic diuino iussu ad puniendū peccata populi excitantur, sicut populus ille iudaicus est excitatus ad occupandam terrā promissionis, & ad delendas gentes peccatrices: sine culpa noxius sanguis effunditur, & quæ ab eis male possidentur, in ius & dominium rite transeunt bonorum.* [d] *Cū vero occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendos malos, sicut Sennacherib, & cæteri, qui populum delinquentem persecuti sunt; licet occulto instinctu operante illorū meritis incitentur ad persequendum; tamen, quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, vel suæ ditioni subijcere quærunt, non sunt immunes a crimine. De quibus etiā* Iud.4. *notandum est, quòd aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorū; vt tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur: sicut in libro Iudicū legitur de Iabin rege Chananæorum, & de Madianitis: quòd propter idololatriam populi suscitauit eos Deus, vt Israel affligerent, & terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, & per pœnitentiam sibi Deum placaret;* Iud.8. *Dei præcepto, & Barach comitatus Delboram prophetissam vxorem Lapidoth, Iabin regem Chananæorum, & Zizaram ducem exercitus sui contriuit: & Gedeon Zebee, & Salmana reges Madianitarum, & Oreb, & Zeb, duces eorum morti tradidit. Apparet ergo, quòd aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos, ma-*

facere ad hoc vt remunerandus sit, etsi illud mala intentione faciat. Nam & qui prædandi animo gerit negotia alicuius, habet actionem negotiorū gestorum, vt ff. de ne gev. si pupilli §. sed & si quis negotia. Item est hic ar. ꝙ qui ignorās adimpleuit volūtatem alicuius dicitur obtemperasse suæ voluntati argu. contra, ff de cō.i. & demon. l. 2 vbi dicitur: non enim videtur obtemperasse qui tali casu obtēperat. Sed illud obtinet cum conditio apponit, quæ est in potestate alicuius secus si non est in potestate, vt ibi dicitur. Obtēperans casu fatali. non videtur obtēperare. Item est hic argu. ꝙ ex eodem facto consequitur quis præmium, & pœnam, vt 22.q.2.si quislibet.

a ¶ Da] idest, datam pronuncia. similis expositio ff. de testa' hæredes palam.§.si. quid.

b ¶ Per Antiochū] Qui tēpore Machabæorum Hierusalem cœpit, & templum polluit 1

1 Qui ēt posuit arā idoli in medio Hierusalē q Matathias destruxit, & nau fugit ad mōtes cū quinque filijs, p quos Deus fecit salutē in Israel. de hoc habes sup.e. si audieris. sub isto Antiocho ignis de tēplo extinctus fuit, quia vēdidit sacerdotium Iasoni, vt habetur 1. q 1. sicut eunuchus. Arch.

c ¶ Posuerunt] Quia vexilla & scuta, & arma posuerunt in templo in signum victoriæ.

d ¶ Bonorum.] idest, in signum eorum, qui sunt futuri boni.

Quòd


Vòd autem.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, qua quæritur, vtrum mali sint cogendi ad bonum? Et respondet, ꝙ ad illud bonũ, quod nunquam voluit, aliquis cogi non dēt, vt sup.e.q.5.ad fidē, & 20.q.3.præsens, sed ad illud bonum quod semel voluit, si postea deserat, est cogendus, vt sup. 45.d.de Iudæis, & ꝑcedit hoc ordine Gr. Primo probat, ꝙ mali sunt ad bonũ cogēdi, vsque ad §. [Ex his.] Deinde probat contrarium: tandē solutionem dat. Probat ergo Gra in hoc cap. ꝙ mali sint cogendi ad bonum exemplo populi Israelitici, & . . . Christi, & Pauli.

a ¶Quod autē.] Hæc q. nihil habet dubitationis, quia ad bonũ non susceptũ nemo cogēdus est. su.q. proxi. ad fidē: sed ad bonum quod suscepit. cogendus est, vt 45. d. de Iudæis magister tamen aliter soluit. inf ea. § vlt.

Bonum fecere verũ quis cogatur.

ADDITIO. Dicas ꝙ illi, qui fidem nō receperunt, nō sunt absolute compellendi, sed sunt quandoque excitādi exhortationibus. 45.d. qui syncera. quandoq; præmijs sup. ea q 4 cap. vlt. qualiter hoc intelligatur habes ext. de bapt. maiores. nostra enim fides nō patitur, ꝙ tales inuiti cōpellātur, vt ꝑdictis iuribus, & ext. de Iudæ. sicut Ioan.

SChismatici dicũt. CASVS. Augus. ostēdit Bonifacio in hoc ca. ꝙ hæretici & schismatici possunt violenter ad bonum compelli. Et hoc probat quinq; modis, q legēdo literā clarius ostenduntur. Primus modus incipit ibi, [Ecce habent.] Secũdus ibi, [Cur ergo.] Tertius ibi,] An non hoc ꝑtinet. Quartus ibi. [Etiā hinc nō absurde.] Quintus ibi,] [Vnde & ipse Dñs.]

b ¶Schismatici.] Su. ea. q.4 quis nos.

c ¶Seduxerunt.] Mitius hic agitur cũ circumuento, quam cũ coacto, cum tamen aliàs subuenitur coacto in voto, vt extra quod metus causa, per latum: sed non subuenitur in circumuento, vt 20 q.3. constituit.

Coacto subuenitur.

d ¶Prophetica.] Quia nondum erat impleta prophetia. Et nunc Reges intelligite, &c. vt sup. q.4. non inuenitur.

a ¶Com-

li pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam rite perduntur. Nec est contrarium illud Augustini quòd ad Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabat, vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim supplicando spatium vitæ eis reseruari poposcit; non tamen legum seueritatem, qua tales morte plectuntur, non obseruandam docuit. sup. ead. c. 1.

QVÆSTIO VI.



Vòd autem [a] quæritur, an mali sint cogendi ad bonum, facile apparet. Antiquus namque populus ille metu pœnarum ad obseruationem legis cogebatur. In Euangelio quoq; Dominus ait discipulis suis: (Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete,) idest, ei in timore seruite, (qui potest animam & corpus perdere in gehennam.) Paulus quoque cum ecclesiam persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est. Unde se abortiuo similem testatus est dicens: (Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est, & mihi.) Matth. 10. Act. 9. 1. Cor. 15.

Hinc Augustinus scribit epist. 50. ad Bonifacium.

¶Ecclesia malos debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum coegit. C. I.

SChismatici [b] dicunt, cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem; prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pena corporis ad Euangelium coactus intrauit; plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit, & quem maior timor compulit ad charitatem; eius perfecta charitas foras misit timorem. ¶Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent; si perditi filij coegerunt alios, vt perirent? Quamuis & illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, [c] si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium reuocentur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius, quàm de illis, quos nunquam perdiderat, gratulatur. ¶An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blāde, leniterque seductæ a grege aberrauerint, & ab alienis possideri cœperint, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? *Item infra.* ¶A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quia prius, vt neminem cogeret, expectauit, vt de fide regum atque gentium prædictio † prophetica [d] compleretur.) Etiam hinc enim non absurde

sup. ea. q.4. quis nos Iuo p.10.c.59.

1. Cor 15. 1. Io. 4.

† *prædicatio*] ori.

a ¶ Completa.] Primo.n. salubriter admonendi sunt boni, vt sic cætera multitudo frãgatur, vt 44 d. commessationes 50. d vt constituetur. Io.

Q Vod errauerat.] CASVS. Donatistæ dicebãt ꝙ ipsi non erant cogendi ad bonum: sed Augu. reprehendit eos auctoritate Ezechielis prophetæ reprehendentis ꝑlatos, qui negligebant malos corrigere & reuocare. Dominus enim per bonos prælatos reuocat malos rogando, minando, & corrigendo, damnis & laboribus, siue per suas occultas visitationes, siue per potẽtiam sæcularem.

2. Cor. 10.

intelligitur illa Apostolica sententia vbi Beatus Paulus dixit. [paratus vlcisci omnẽ inobedientiã, cum completa[a] fuerit prior vestra obedientia.] Vnde ipse Dominus nos ad magnam cęnam suam prius adduci iubet cõuiuas postea cogi. Nam cum ei serui sui respondissent: [Domine factũ est quod iussisti, & adhuc locus est: exite, inquit, in vias, & sepes, & quoscunque inueneritis, cogite intrare.] In illis ergo, qui primo leuiter adducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coercetur. *Item infra.* ¶ Si per potestatem †, quã per religionem, ac fidem Regum tempora, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, ij, qui inueniuntur in vijs, & sepibus, id est in hæresibus, & schismatibus coguntur intrare; non quia coguntur, reprehendat; sed quo cogantur, attendant.

Luc. 14.

su. e. q 4. ipsa pietas. §. si ꝑ potestatem.

† al. potestate.

¶ *Initium huius capituli apud B. August. ibi de Donatistis agẽtem sic habet.* Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberũ est credere, cũ vim; &c. *vt supra ea q. 4. quis nos vers. cui vim.*

Item ad Donatistas epist. 166.

¶ Varijs modis errantes corripiuntur à Deo C. II.

Q Vod errauerat[b] (inquit Dominus) non reuocastis; & quod perierat, non requisistis.] Hoc vobis[c] per nos ipse Deus facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes, siue per potestatũ temporalium leges.

Iuo p. 10. c. 64. Ezech. 34.

Item in epist. 48. *ad Vincentium.*

¶ Non considerandum, quòd quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur. C. III.

V Ides, vt opinor, non esse considerandũ, ꝙ quisq. cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur, vtrũ bonũ[d], an malum; non ꝙ quisque bonus possit esse inuitus; sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatẽ, vel ignoratã cõpellitur cognoscere veritatẽ vt timens vel respuat falsum de quo cõtendebat, vel quærat verũ, quod nesciebat, & volens[e] iam teneat quod nolebat. *Item infra.* ¶ Mea primitus sñia erat, neminẽ ad vnitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos hẽremus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio[f] mea non contradicentium verbis, sed demõstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quę cum tota esset in parte Donati, ad vnitatem catholicã timore legũ Imperialium conuersa est, quã nunc videmus ita huius vestræ animositatis ꝑniciẽ detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur[g]. Ita aliæ multæ, quę mihi nominatim commemorabantur, vt

b ¶ Quod errauerat] Verba sunt prophetæ alloquentis magistros legis per quos intelliguntur prelati per quos ꝓbat Augu. malos esse cogendos. 1. Ezechiel. 34.

c ¶ Hoc vobis.] Verba Augustini.

V Ides.] CASVS. Hoc capit. duas habet partes. In prima parte dicitur, quod Vincentius nõ debet considerare, quod ipse cogitur, sed ad quid cogitur, vtrum ad bonũ, vel ad malum Nec hic dicit August. propter hoc, quod quis inuitus fit bon⁹, sed quia propter metũ vel relinquit malũ ꝙ faciebat, vel conpellitur cognoscere veritatem In secundi parte dicit ꝙ Au. fuit in hac opinione ꝙ hęretici verbis & nõ vi essent compellendi ad bonũ. Sed hæc sua opinio multis exemplis prudentiũ superabatur. Et primo exemplo suæ ciuitatis, & postea aliarum multarum. Secũda pars incipit ibi.] Itẽ infra, Mea primitus sentẽtia.]

d ¶ Bonum.] Vt supra q. 5. ad fidem.

e ¶ Et volẽs.] Sic ex nolẽte fit volens, vt supra 74. d. cõsuluit. & su. q. 4. displicet.

f ¶ Opinio.] Sic ergo iurisperitus dẽt mutare opinionẽ suã, si expedit mutare. vt 12 q. 1. certe & ff de iure pat. diu. Item ex hoc loco dicunt quidam Augu quãdoq; fuisse hęreticũ sed potius probatur hic contrarium. Opinio mutari potest.

g ¶ Credatur.] Nunquã creditur fuisse malum quod factũ est bonum vt 50. distinct. ferrũ. & ff de edi edict. quod ita 2 Iam

2 Vide quod not. 33. q. 1. qd aũt &c. nõ erit &c. apud.

ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse, quod scriptum est: [Da sapienti occasionem, & sapientior erit. *Prou. 9.*

Itē Gregorius Ianuerio episcopo Saralitano, lib. 3. epi. 26.

¶ Onere pensionis rusticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

IAm uero[a], si Rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus, ut ad Deum minimè uenire cōsentiat; tāto pēsionis onere grauandus est, ut ipsa exactionis suę pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur quòd mali sunt cogendi ad bonum. Sed obijcitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur: cū Deus aspernetur coacta seruitia[b]. Unde Apostolus cū ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait: [Unusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.] Vnde datur intelligi: quòd qui inuitus[c] dat propter præsentem pudorem[d], & rem & meritum perdit. Item, cū redderet causā, quare sumptibus abstineret; ait: [Si ex necessitate[e] euangelizauero, non erit mihi gloria.] ¶ Item: [Si inuitus euangelizauero, dispensatio[f] mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedē habeo apud Deum.] ¶ Item cum Galatis scriberet legalia non esse tenenda, ait: [Si spiritu ducimini, nō estis sub lege.] Ex quo apparet eum, qui sub lege est id est, qui timore pœnæ, nō amore iustitiæ seruit; nō duci spiritu sancto: Si autem spiritu sancto nō ducitur, Deo placere minimè ualet. ¶ Item] Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus uerbis datur intelligi, quòd, & si in ueteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum; tamen in nouo testamento sola libertate, & dilectione iustitiæ sunt inuitādi ad fidem. Vnde illi dicuntur serui, & filij ancillæ, pertinētes ad Ismael: isti dicuntur liberi, & filij liberæ, pertinētes ad Isaac. ¶ Item Ioannes in sua epistola: [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate; qui manus comprimit, non animū mutat, quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porro sine dilectione boni, nullus Deo placere, uel in numero bonorum cōnumerari poterit. Vnde cum propheta diceret: [Animalia tua habitabunt in ea, scilicet hæreditate; ostendens, quomodo ad ipsam habitationem perueniat, subdit. [In dulcedine tua quam tu præparasti pauperi Deus:] dulcedinem uocans, suauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pœnę sed delectatione iustitiæ. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hæreditate nō habitent, patet ꝙ nemo, nisi inutiliter, ab bonum cogitur

2. Cor. 9.
1. Cor. 9.
Gal. 5.
Rom. 8.
Gal. 5.
1. Io. 4.
Ps. 67.

IAm vero. CASVS. Christianus aliquis nomine Rusticus contumaciter in delicto persistens, admonitionibus non corrigebatur: quare quærebat Maximianus episcopus à Greg. qualiter iste Rusticus sit coercēdus? Et respondet, ꝙ graui onere pensionis est grauandus, vt per hoc cogatur credere ad bonum.

a ¶ Iam vero.] Hoc c. intelligit de hęreticis] cōtrarium est extra de heret. ca. sicut vbi ꝓhibetur ne aliqs eos teneat in terris suis, vel in domo vel aliquem contractum cū eis faciat. Sed dic, quòd loquitur de eo, qui aliàs est incorrigibilis, vel loquitur de Iudæis pro vt dixi supra q. 4. c. Ioan.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Hucusque ꝓbauit Gratia. ꝙ mali sunt cogēdi ad bonum: nunc vero vult probare contrarium: quia Deus coacta seruitia aspernat: quod sex auctoritatibus probat, q̄ in littera facile apparebūt, & hoc in prima parte. In scda parte rūdet obiectis dicens ꝙ homo, si sp esset inuitus, inutiliter cogeret ad bonū sed cogitur, vt timore pœne malum ducatur in desuetudinem. bonum vero ex consuetudine dulcescat. Et ad hāc solutionem probandū inducit auctoritatē Aug [Si ex necessitate.] i. causa sumpt⁹ [Si inuitus, quia iniunctū est mihi hoc officium [dispensatio,] id est distributio verbi Dei est tantum mihi credita.

b ¶ Seruitia [Supra 15. q. 1. non est.

c ¶ Inuitus.] Sed qualiter pōt quis inuitus dare cum nec ignorās nec inuitus quis donet, vt C. de dona. nec ignorās? Sed facias viū & differētiam inter dare & donare, vt donum dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa sciētia 1. vnde episcopus non dicitur donare prębendas, sed dare.

d ¶ Pudorem.] Quādoque etiam si aliquis tacet propter verecundiam; non sibi præiudicat; vt ff. de furtis l. penul.

e ¶ Si ex necessitate,] Id est, præcepto, vel loquitur de necessitate vitæ.

f ¶ Dispensatio.] alijs dispenso: sed nihil nō proficio.

a ¶ Con-

Donare & dare differunt.

1. Vt ff. de do. l. dari.



a ¶ Consuetudo.] Sicut enim se fer induxit filium, sic iste timor iustitiam, vt inf. de pœn. d 3. sicut ieta. Ioan.

Nunc autem] CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur an hæretici sint rebus suis, & reb. ecclesiæ iure. & inf. ead. c. 1. & sup. ead. q. 5. si vos melius tamen est quod auctoritate iudicis fiat, vt sup. ead. quæst. 3. sex sunt. Si ergo condemnatus est laicus de hæresi, confiscantur bona eius, vt extra de hær. vergentis: si clericus, tunc res eius sunt ecclesiæ applicandæ, vt extra eod. ad abolendam, & hæc vera sunt etiam si aliquis hęreticus habet filios, vel agnatos, vt extra eod vergentis. in fi. 1 Et sic corrigit lex, quæ dicit bona hæreticorum ad filios, vel agnatos devolui, vt C. de hær. authen. de Nestorianis. Licet aut̃ bona sint ablata hęreticis si tamen fuerint reuersi ad fidem, priora bona eis ex misericordia restituuntur, & etiã episcopatus, vt sup. ea. q. 4. ipsa pietas, & inf. ea. c. 3. Sic est melioris conditionis ille, q reuertitur ab hæresi, q̃ qui reuertitur ab hostibus. Nã si desertor reuertitur sponte ad suos, licet indulgeatur ei vita, tamen in insulã deportatur, vt ff de re mi. l. non omnes, §. qui desertorem.

Hæreticorũ bona cui applicantur.


1 Dicit Ray. hoc videtur intelligendũ cũ pater publice prædicat contra fidem catholicam, vel publice profitetur, vel defendit errorem, vel coram prælato suo est cõuictus, vel cõfessus; aut sententialiter cõdẽnatus de hæresi. extra de verbo. sign. super quibusdam.

solo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur; solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum. ¶ *His ita respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tolerarent, & nunquam voluntarij seruirent, inutiliter cogerentur ad illud. Sed quia humanæ naturæ est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magna custodia diligere; flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo, & prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum vero ex consuetudine dulcescat. Unde Augustinus in psalmũ 127.* [*Cum* a *per timorem gehennæ continet se homo a peccato fit consuetudo iustitiæ, & incipit quod durum erat amari: & incipit excludi timor a charitate; & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quod timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis est sed non permanet in æternum ut iste.*

Ad versi. vxor tua.

a ¶ Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum glossa ordinaria in eundem psalmum: sunt tamen hic aliqua ex B. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

QVÆSTIO VII.



Nunc autem [b] *quæritur, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possident hæreticis ablata, an dicantur possidere aliena.*

De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

¶ Res terrenæ non nisi diuino, vel humano iure tenentur. C. I.

Iuo p. 3. c. 179. Poly. l. 7. tit. 5.

QVicumque vos ex occasione legis huius Imperialis non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur; displicet nobis. Et quamuis res quæque terrena recte a quoquam possideri non possit; nisi vel iure diuino [c] quo cuncta iustorũ sunt; vel iure humano, qđ in potestate est regum terræ, (ideoq; falso res vestras appellatis, quas nec iuste † possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis, nos eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis:] Labores α impiorum iusti edant †.] (sed tñ, quisquis ex occasione huius β legis, quàm reges terræ Christo seruientes ad

† al. iusti.

† al. edent.

Qvicumq; vos.] CASVS. Vincentius Donatista de quatuor conquerebatur. Primo, quod Christiani persequebantur eum & alios hæreticos occasione legis Imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio vindicandi. Secundo, quod occasione legis Imperialis res suas cupide auferebant. Tertio, quia res pauperum, vel basilicas, quas ipsi quondam tenebant, nunc tenent Christiani per auaritiam. Quarto, quia recipiunt ita inhoneste viuentes hæreticos sicut honeste viuentes. Sed Au. istis quatuor quęstionibus respondet per ordinem: dicens, quòd displicet sibi si ista fiant, licet ipsi nihil recte possideant: cum scriptum sit, Labores impiorum iusti edant, & tamen de facili non credit ista sibi, quia ea non monstrat: quæ & si vera sint, ecclesia tamen multos tolerat, quos corrigere non potest: quod tribus rationibus probat. Secunda quæstio incipit ibi, [Et quamuis res] Tertia ibi, [Quisquis denique.] Quarta ibi, [Quisquis pro aliquo.]

ecclesiæ spoliandi, & an illi, qui possident res illas, sine peccato valeant possidere? Et respondet q̃ sic vt inf. cap. 2. & sup. 8. d quo iure. dummodo fiat per iudicem, vt su. ea. q 3. sed sunt differentiæ. circa fi. Idem est de quolibet hoste, dummodo bellum sit iustum, vt sup. eo. q. 5. dicat, & d. 1. ius naturale.

b ¶ Nunc autem.] Non solum hæretici, sed omnes hostes licite possunt spoliari rebus suis, dummodo bellum sit iustum, & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei. sup. ead. quæst. 5. dicat, & sup. distinct. 1. ius naturale, & ff de acq. rer. do. naturale, §. vlt. hæreticis autem licitum est auferre ea, quæ habent, vt sup dis. 8. quo iure.

c ¶ Diuino.] idest, iure canonico, quo eis sunt omnia auferenda, vt sup. ead. q. 5. si vos. non obstat sup. dist. 8. quo iure.

a ¶ Dele-

emendandam impietatem vestram promulgauerunt, res proprias vestras cupide appetit; displicet nobis. Quisquis denique res ipsas pauperum, vel basilicas congregationū, quas sub nomine ecclesiæ tenebatis (quæ omnino nō debentur, nisi ei ecclesiæ, quæ vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per auaritiam tenet; displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore deiectum † [a] à vobis [γ] ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore quo a nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt; displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis: & si mōstratis, nonnullos toleramus [b], quos corrigere, vel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus areā Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hædos in fine segregandos deserimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini.

24.q.1.quisquis.
† *al. proiectum*] orig.

α ¶Labores impiorum.] *Huic sententiæ simile est, quod scribitur prouerb. 14.* θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος ἀσεβῶν, *i. vt inf eo. c. quemadmodum*. Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum. *Vbi vulgata habet*, Custoditur iusto substantia peccatoris. *Itemque Esa. 61. scriptum est*, καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, *cum ante dixisset*: ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθαι. *Sapientiæ 10. legitur*. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: *infra ea. c. quemadmodum*.

β ¶Huius legis.] *In codice Theodosiano, libro 16. tit. 5. sunt leges Honorij, & Theodosij 43. 52. & 54. in quibus præcipitur ædificia, prædia, & loca, quæ ad conuenticula Donatistarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab ecclesiis catholicis vendicari, vel eisdem sociari debere. Et ad has leges videtur spectasse B. Augustinus, & hic, & in tract. 6. in Ioannem (vt notatum est sup. d. 8. quo iure.) & contra literas Petiliani, (vt in proxime seq cap.) & alibi.*

γ ¶Vobis.] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus, & originali, cum in vulgatis, & hic, & infra 24 q. 5. quisquis. legeretur,* nobis, *Vox autem*, deiectum, *non est mutata ob glossam. Nam in vetustis hic, & inf. cap. citato, & apud Iuonem, & in originali est*, proiectum.

Item contra literas Petiliani lib. 2. c. 43.

¶Catholici non ideo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent. C. II.

SI de rebus, [c] vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, queritimini; possunt & Iudæi se iustos dicere, & iniquitatem nobis obijcere, quia locum, in quo impie regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum; si ea, quæ tenebant hæretici, secundum parem Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes idest ad omnes impios, [d] & iniquos illa vox Domini valet: [Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam.] An frustra scriptū est: [Labores impiorum iusti edent?] Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis. *Item c. 59.*

Iuo p. 10. c. 75.

Matth. 21.

¶Si qua iam præcisi † possidere cœpistis; quia vobis ablata nobis Dominus dedit: non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio, [e] cuius sunt omnia facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: Vos enim his vtebamini ad præcisionem; nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo Dei possent illi obijcere alienæ rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea

sup. c. proximo.

† *concisi.*] orig.

a ¶Deiectum.] Arg. q̄ si hæreticus tulit sententiā super matrimonio, q̄ valet, vt infra proxi. cau. q. 5. quisquis. Arg. contra extra eod. fraternitatis.

b ¶Toleramus.] Infra. 24. q. 1. puder. d. 1. q. 1. pudenda 1.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulū diuiditur in duas partes. In prima conquerebatur Petilianus de Christianis q̄ bona possidebant hæreticorū, sed Aug. respondet, q̄ iniuste cōqueritur, quod ꝓbat exemplo vno, & duabus auctoritatibus. In secūda parte obijciebat Christianis concupiscentiam rerum alienarum: quod reprobat Aug. vna ratione, & duobus exemplis, quæ omnia si bene inspexeris, facile videbis. Secunda pars incipit ibi, [Si qua iam præcisi.]

c ¶De reb.] Hoc nomē res hic stricte sumitur. nam secundū veram significationē omnia comprehendit, & corporalia, & incorporalia. Vt ff. de verb. significa. rei appellatio. & l rei appellatione Ioan.

d ¶Et impios.] Per hoc dicunt quidā, ꝓ Iudæis, & Sarracenis licite possumus sua auferre, & intelligūt id quod dicitur inf. quæst. 8. ca. dispar. de personis Iudæorum, non de rebus. Sed secus credo. quia Iudæi soluunt tributū, & de voluntate nostra tenent ea, quæ habent 1.

e ¶Imperio.] Simile 14. q. 5. dixit. 45. dis. qui sincera.

Iudæis, & Sarracenis sua aufere ñ debemus.

1 Dicas: q̄ est differentia inter Iudæos, & Paganos, siue Sarracenos: Iudęos enim non debemus occidere, vel spoliare, sed Sarracenos sic īf. e. q. 8. dispar. arg 45. di. q sincera. extra de Iudęis sicut. ſin lo. de Fant. Sed de hac materia vide latius q̄d not. Inn. & Host. extra de voto, cap. quod supr. Arch.

α ¶ Diptychis.) *Sic emendatum est ex ipso concilio, cum antea legeretur,* dicticis, *Diptycha vero duæ tabulæ erant, quarum altera viuorum, altera mortuorum ea nomina continebat, quæ in Missa recitabantur: translato vocabulo ab ostreorum diptycho, cuius mentionem facit B. Ambrosius Hexam. lib. 5. c. 8. De huiusmodi autem ecclesiasticis diptychis partim viuorum partim mortuorum, partim vtrorumque mentio fit in epistola Innocentii primi, ad Decentium ca. 2. & in epistola B. Augustini 137. clero & plebi ecclesiæ Hipponensis supra 2. q. 1. c. nomen,* & 11. q. 3. *c. qui obest, & in epistola Gelasii ad Anastasium Augustum, & in epistola episcoporum Aegyptiacæ diœcesis ad Anatolium. quæ habetur post concilium Chalcedonense, & alibi sæpe.*

β ¶ Et conueniunt.] *Sic est emendatum ex ipsa synodo antea legebatur,* & statuit teneri.

γ ¶ Inculpatum.] *In glossa interlineari duorum vetustorum Graziani codicum habetur,* id est, ualde culpatum.

δ ¶ Dioscorum.] *In antiquis Pontificalibus in vita Bonifacij secundi hæc leguntur.* Hic (*scilicet Bonifacius.*) Cum Dioscoro ordinatus est sub contentione: Dioscorus in basilica Constantiniana: Bonifacius vero in basilica Iulij. Fuit itaque dissensio in clero, & populo, & senatu dies viginti octo, donec defunctus Dioscorus V. Idus Octobris. Ipsis diebus Bonifacius zelo ductus cum grandi amaritudinem coacta synodo sub vinculo anathematis chyrographo damnauit Dioscorum & reconciliauit clerum: quem chyrographum in ecclesiæ archiuio reclusit.

QVÆSTIO III.

1 gl. QVod autem [a] pro peccato alicuius tota familia excommunicãda sit, multorum exemplis probatur. Pro peccato [b] namq; Sodomitarum paruuli eorum, qui beneficio ætatis paterna flagitia nesciebant, cęlesti igne sunt consumpti. ¶ Item pro peccato Amalechitorum non solum paruuli eorum, sed etiam bruta animalia vsque ad mingentem ad parietem [c] iussa sunt à domino deleri. ¶ Item Dathan & Abiron auctores schismatis fuerunt contra Moysem, & Aaron: nec tantum ipsi soli, sed omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos: ¶ In nouo etiam testamento nonnunquam peccatis exigentibus grauis pestilentia dis. euisse

Gen. 19. 1. Reg. 15. Num. 16.

a ¶ Quod autẽ.] Hic intitulatur. q. 3. in qua quæsitum fuit an pro delicto dñi familia esset excõicãda. & tu ipse distingue: quia est pena corporalis, & est pœna spiritualis. Pœna corporali sæpe punitur vnus ꝓ alio, vt 6. q. 1 si quis cum militibus, & de consec. dist. 1. in sancta. & no. su. 1. q. 4. in summa. item pœna spirituali dupliciter: aut interdicti, aut excommunicationis pęna interdicti bene punitur vnus pro alio extra de spon. c non est vobis. similiter alia pœna spirituali. vt 90. dist. oblationes. 17. q. 4 miror. extra de fi. presb. per totum 1. q. 5. quicũque. sed pœna excommunicationis non. nisi (vt quidam, dicunt) enormitas delicti aliud suadeat, vt infra ead. c. si habes. extra de sent. excommunic. c. inter. in fi. Sed pęna æterna non punitur pro alio. 11. q. 3. illud Gratianus ꝓ vtraque parte allegat.

Familia an pro delicto dñi sit excõmunicanda.

opuscula eius recipiuntur? Dic ꝙ recipiuntur non quia eius sunt, sed quia ecclesia approbauit 1. omnia etenim nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur, vt C. de ver. iur. enu. l. 1. §. 1.

1 Dic vt 15. d. sãcta. ver. item Origenis.

QVod autem.] Hæc quæstio. diuiditur in 6. partes: in prima quorum probat, quod nullus pro peccato domini sui debet excommunicari: licet quandoque temporaliter puniatur unus pro alio sine culpa, non sine causa. de quibus multa ponit exempla. Secunda ibi, [Vt ergo.] Tertia ibi. [illicita.] Quarta ibi. [Quia vero,] Quinta ibi: [Qui vero.] Sexta ibi. [Ideo,] Ioan. de Fant.

b ¶ Pro peccato.] supra 1. q 4. §. item peccato Achor.

c ¶ Ad mingentem ad parietem.] Id est, vsque ad canẽ vel infirmum, qui propter debilitatem adhæret parieti. & mingit.

legitur: quæ etiam illos inuoluit, qui peccati conscientiam non habebant. Si ergo tã seuerissime pro peccatis parentum inueniũtur paruuli puniti; non dubium est, quin pro peccatis eorundem sentẽtia excommunicationis pariter feriti valeat. ¶ His ita respondetur. Pro peccatis parentum paruulos corporaliter flagellari ex verbis Euangelij apparet: vbi discipuli de cęco nato Christum interrogasse dicuntur: [Rabbi quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus nesceretur?] In quibus etiam illud completur, quod Dominus ait ad Moysem: [Ego sum Deus zelotes visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem.] Spiritualiter autem peccatis parentum paruuli non tenentur [a]: ex quo per sacramẽtum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Vnde per Ezechielem Dominus ait: [Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit: & impietas impij eris super eum.] Quæcumque etiã peccata parentes commiserunt, ex quo filius personaliter ab eis separatus fuerit, ei non imputantur ad pœnam. Vnde peccato Adæ ideo omnes posteri teneri dicuntur: quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat pro seminatus. Quia vero apud Deum non sententia sacerdotum, sed vita eorum quæritur: patet, quod non est notandus sententia, quem peccati macula non inficit. Hinc Paulus Corinthijs scribens ait: [Siquis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens cum huiusmodi nec cibum sumere debetis.] Ex quibus verbis datur intelligi, quod nisi primum aliquis nominatus α fuerit de crimine idest, vel coram iudicio accusatus, & conuictus, vel in iure ipse de se fuerit confessus: quòd nec sententia est feriendus; nec ab eius communione abstinendum. Non ergo pro alicuius peccato tota familia excommunicanda est.

Io.9.
Exod.20.
Exech.18.
1. Cor. 5. mutatis aliquãtulum verbis.

α ¶ Nominatus.] *Hæc explanatio loci B. Pauli ad Corinthios & hic, & supra 11.q.3. ad mensam, §. euidenter. viderur acceptæ ex verbis B. Augustini in lib. 50. homiliarum, homiliæ, c. vlt. c. 12. supra 2.q.1.c. multi.*

Vnde Augustinus scribit ad Auxilium episcopum, epist. 75.

¶ Pro peccatis patris non est filius anathematizandus.

C. I.

SI habes de hac re sententiam certis rationibus, vel scripturarum testimonijs exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo rectè anathematizetur [b] pro patris peccato filius: aut pro mariti [c], vxor; aut pro domini, seruus, aut quisquam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore, quo vniuersa domus est analhemate obligata nascatur, nec ei possit per lauacrum regenerationis in mortis periculo subueniri. Hæc α enim [d] fuit corporalis, pęna [e], qua legimus quosdam contemptores Dei

Iuo p. 14. c. 44.
Pann. l. 5. c. 126.

a ¶ Non tenentur.] Sup. d. 56. vndecunq; & c. nunquam.

Si habes.] CASVS. Auxilius episcopus excommunicauit filiam Classiciani cum coniuge, & cum tota familia sua, quæ non peccauerat. Super quo cum ab Augustino, reprehenderetur, eo quòd propter peccatum vnius nec vxor nec familia sit excõmunicanda defendebat se duobus exemplis, scilicet sociorum Chore vel Amalechitarum, vbi non solum malefactores sunt puniti, sed ẽt familiæ eorũ: & exẽplo quorũdam sacerdotum magni nominis, q quõdam excõmunicauerunt parentes cũ tota familia sua. Au. vero respondet eidẽ dicẽs, ꝙ ille se tueri nõ potest cũ loquãtur de corporali pęna: qua sępè vnus punitur ꝓ alio ad terrorẽ aliorum. Similiter exemplo illorum sacerdotũ magni nominis se tueri nõ potest: quia si essent interrogati, idoneam redderent, rationem Vnde cum de hoc reddere rationem nõ possit, restat vt incõsultè aliquid facere non debet, de quo si interrogetur, rectè respondere nõ valeat.

b ¶ Anathematizetur.] Alias minori excommunicatione bene vnus ꝓ alio punitur. & sic non sunt cõtraria 90. distinct. oblationes. 17. quæstione 4. miror. extra de spon. non est vobis.

c ¶ Aut pro mariti.] Nec etiam ciuiliter vxor pro marito cõuenitur. C. ne vxor ꝓ ma. l. 1. per totum. nisi in casu vbi res vxoris pro marito intelligũtur obligatæ. C. de principio l. 1. & 2. & 3. in fi. leg. 12.

d ¶ Hæc enim.] Antypophora est, ꝙ posset dici, quia inuenio vnum pro alio punitum.

e ¶ Pœna. Certè in hoc grauiter excedunt: nam istud specialiter eis conceditur, aliis etiam interdictis. ext. de spõ. non est vobis Sed pone, ꝙ possit anathematizari sic familia pro peccato alicuius, vel ciuitas tota nunquid erunt excommunicati, qui nascuntur sic quam primum sunt baptizati, an non? pro hoc facit, quia eadem familia est 7. q. 1. denique eff. deiudi, proponebatur. Quidam tamen dicunt, quòd qui nascuntur, non sunt excommunicati.

Ciuitate tota excõicata q nascuntur qñ sunt excõmunicati.

a ¶ Ad

a ¶ Ad terrorem.] 2. quapropter.
b ¶ Mortalia.] Et ideo non videtur esse magnum, si id faciam quòd aliàs facturus essem., vt sup. prox q. 1. quid culpatur ff. de cond. cau. da. l. si peccuniam. §. vlt.
c ¶ Anima.] Sup. 1. q. 4. Iudæi.
d ¶ Au-

rijs, & est hic arg. testes non esse recipiendos, qui dicunt se rem scire, nisi qualiter & vnde nouerunt declararent, nisi enim omnia inquitatur, non potest perueniri ad veritatem. 23. q. 8. occidit, & arg. sup. 17. q. 4. miror argu. 35. q. 6. de parentela, & 4. q 3. si testes. extra de senten. & re iud. sicut. Dic, de omnib. non redditur ratio inspecta ratione voluntaria, vnde illud: Sic volo, &c. sed inspecta naturali ratione secus. C. de his qui ve ætа. impe. leg. vlt. lo.

Testis orationem suidi. Si assignare debet.

cum suis omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuisse, pariter interfectos. Tunc quidem † ad terrorem [a] viuentium mortalia [b] corpora perimebantur, quãdoque vtique moritura. Spiritalis autem pœna; quia fit, quod scriptum est, [Quæ ligaueris in terra, erunt ligata & in cœlo.] animas obligat: de quibus dictum est: [Anima [c] patris mea est: & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.] Audisti [d] fortasse aliquos magni nominis [e] sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium. Sed forte, si essent interrogati, reperirentur idonei [f] reddere inde rationem. Ego autem quoniam si quis à me quærat, vtrum recte fiat, quid ei respondeam, non inuenio: nunquam hoc facere ausus sum de quorundam β facinoribus vnanimiter aduersus ecclesiam perpetratis, nisi grauissime commouerer [g]. Sed si tibi, quòd iuste fiat, Dominus reuelauit; nequaquam iuuenilem ætatem tuam, & honoris ecclesiastici rudimẽta contemno. En adsum: senex [h] à iuuene coepiscopo, & episcopus tot annorum à collega nec dum anniculo paratus sum discere, quomodo vel Deo, vel hominibus iustam possumus reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno (ex quo non trahunt, sicut ex Adam, in quo omnes peccauerunt, originale peccatum) spirituali supplicio puniamus. Etenim Classiciani filius, etsi traxit ex patre primi hominis culpam sacro fonte baptismatis expiandam [i]; tamen quidquid, posteaquam eum genuit, peccati pater eius admisit, vbi particeps ipse nõ fuit, ad eum non pertinere [k] quis ambigit? Quid, dicam de coniuge? Quid de tot animabus in vniuersa familia? Vnde si vna anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit; innumerabilium mors corporum, si de ecclesia homines innocentes [m] violenter abstrahantur, & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo ad hac re potes reddere rationem; vtinam & nobis rescribendo præstes, vt possimus & nos. Si autem non potes: quid tibi est inconsulta commotione animi facere; vnde si interrogatus fueris, rectam rationem non valeas inuenire? Hæc autem dixi, etiam si filius noster Classicianus aliquid admisit, quo tibi anathemate plectendum iustissime videretur.

† al. quippe

Matth. 16.
Ezech. 18.

Tom. 5.

α ¶ Hec enim fuit.] *Sic etiam apud Ioannem, & in Panormia: In epistola autem ipsa legitur*. Neque enim hæc corporalis est pœna: qua legimus quosdam contempores Dei cum suis omnibus qui eiusdem impietatis participes non fuerunt pariter interfectos. *Verum ob glossam, & doctorum dicta nichil est mutatum.*

g ¶ Nisi grauissime commouerer] Genus loquendi, sicut & illud ego non facerem tale quid, nisi essem extra memetipsam, posset tamen prohiberi familiæ ne domino communicaret, forte propter atrocitatem facinoris, vt arg. ext. de senten. excom inter alia. in fi. & 17. q 4. miror. & not. 11. q 3. quoniam multos. Sed nunquid hoc licebit, si grauissime cõmoueret? non. Innuit ergo non qd heri deberet: sed qd fieri posset. solent qppe homines recentiorib. factis turbulentius excitari, vt 23. q. 5. c. 2, & 11. q. 3. ira.
h ¶ Senex.] Reprehensibilis est. n. eps, qui a perito subdito contemnit edoceri, vt sup. 38. d c. vlt. su. d. 22. de Constantinopoli Et nulla ætas sera est ad discendum. vsq. ad 88. annum. ff. de fideic. liber. apud Iulianum, & sępe reuelatur minori, &c. vt 95. dist. esto.
i ¶ Expiandam.] Inf. de consec. d. 4. si quid quid.
K ¶ Ad eum non pertinere.] Sup. 1. q j. Dominus declarauit. supra 1. q. 5. c. 1. & vlti. contra.
l ¶ De coniug.] Supra 11. q. 3. qm multos. C. de sacros. eccl. sancimus. in fin.
m ¶ Innocentes] Ar maius peccatum esse interficere paganum quam Christianum bonũ. arg contra. 25. q. 5 si non licet 1. Sed

Eps nõ erubescat à subdito doceri.

Paganum interficere an sit grauius, q̃ Chrianũ. 1 A q idẽ 50. dis de his 1. ver. verũ. & de cõs dist. 4. rebaptizare. vbi d hoc

d ¶ Audisti.] Alia antypophora.
e ¶ Magni nominis.] Ironice.
f ¶ Idonei.] Et ita non sufficit dicere nisi ratio dicti assignetur. 2. q. 7. criminationes. Ar. contra. de pę. d. 4 ss. ex bono. ff. de leg. non omnium, & inf. prox. quæ. 4. de Ty-

hoc verum est in illato, non in commisso, idest, maius peccatum est si vna anima per peccatum infidelitatis pereat, quam si innumerabilium martyrum corpora pro eo trucidarentur. & hoc videtur litera dicere, si innocentes de ecclesia extrahantur, si martyrum corpo-

corpora pereant non est damnum: sed dicitur secundum vulgare hominum damnum ibi esse.

VT ERGO Hæc est 2. pars q. in qua probat per 8. c. quod magis nocet maledicenti, quam illi, cui iniuste maledicitur. Ioan.

CASVS Concludit nunc Grat. ex supradicto ca. quod aliquis non est excommunicandus pro peccato alterius: nec aliqua ratione nituntur qui totā familiam pro peccato vnius excōicāt: quod si factum fuerit, talis illicita excommunicatio non lædit excōmunicatū, sed excommunicantem: quod probat vsq; ad §. illicita.

a ¶ Mediolanensi.] i. de illa ciuitate nato, vel suffraganeo Mediolā. archiepiscopi.

COmperimus.] CASVS. Laur. archi. Mediolanē nulla culpa exigente, Magnum episcopum excommunicauit: qui postea ei successit. Papa vero Greg. ipsum absoluit, mandans ei vt libere suū officiū exequatur. Seq. c. patet

b ¶ Laurentius.] Is fuit archiepš Mediolanen. di 17. § hic ēt sup 63. dist. quāto vel ipse magnus fuit post Laurentium natus.

c ¶ Priuauerit.] Arg. cōtra. ff. de re iudi. l. 4 §. condēnatum. Sed ibi de condemnato in causa pecuniaria, vbi contemptus non ligat.

Excōicatio & absolutio solo verbo fieri possūt.

d ¶ Munitus.] Arg. quod sicut solo verbo excōicatur q s, ita ex solo verbo absolui potest 1. ar. 5. q. 1. quidā. arg. contra. inf ead. §. notandū. ext. de sē. ex. cum desideres. 11. q. 3. cū aliquis credo quod solo verbo possit absolui. quia omnis res per quācunq; causā contrahit &c. extra de reg. iur. cap. 3. ff eod. tit. nihil vel non tenuit hæc sententia: quia Laurentius erat hereticus. Io.

1. Ad hoc facit quod no. extra de scnē excō. quāuis gl. 1. de hoc ēt no. 11. q. 3. cū aliquis.

quis non commisit delictum propter quod à prælatis iniuste excommunicatur sententia eorum læditur: & ideo interdum fit, quòd ille, qui extra ecclesiam mittitur, intus sit: & econuerso. Sequens capit. patet, quod de eadem materia loquitur, & de simili,

β ¶ De quorundam] *Eadem glossa obstitit, ne hoc mutaretur: itemque, quoniam cum Iuone, & Pannormia concordat. In originali autem est*, cum de quorundam facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis grauissime permoueret.

γ ¶ Quid dicam de coniuge:] *Verba hæc desunt in cæteris editionibus epistolarum, excepta Antuerpiana. Sunt autem in codice illarum Vaticano, & apud Iuonem & in Pannormia.*

2. *Vt ergo ex hac auctoritate euidentissime monstratur, illicite excommunicetur quis pro peccato alterius: neque aliqua ratione nituntur, qui pro peccato vnius in totam familiam sententiam ferunt excommunicationis. Illicita autem excommunicatio notatum non lædit, sed excommunicantem.*

Vnde Gregorius scribit Magno Mediolanensi[a] *episcopo, lib. 2. epist. 26.*

¶ Qui illicite aliquem excommunicat, semetipsum, non illum condemnat. C. II. — Poly. l. 1. tit. 22. Iuo p. 14. c. 17. Pann. l. 5. c. 129. † *al. extantib.*

COmperimus, quòd Laurentius[b] quoniam frater, & coepiscopus noster nullis te culpis exigentibus † communione priuauerit.[c] Ideoque huius præcepti nostri auctoritate munitus[d] officium tuum securus peraget: & communionem sine aliqua sume formidine.

Item Hieronymus in Leuiticum. — Origenes ho. 14. ad c. 24. Leuit.

¶ Qui non corde, sed ore maledicunt, labiorum immunditiam contrahunt. C. II.

QVi negligunt oris maledici consuetudinem[e] resecare: etiam si non ex corde maledicant[f]; etiam si non voto, & animo iniquo proferant maledicta, tamen immunditiam labiorum (secundum Esaiæ verbum) & iniquinamenta oris incurrunt. — *Esa. 6.* — Origenes ibid.

Item Hieronymus vbi supra.

¶ Vita, non sententia quemlibet ligat, vel soluit. C. III. — inf. ea. cum aliq.

SIquis non recto iudicio eorum, qui præsunt ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur: si ipse non ante exijt, hoc est, si non ita egit, vt mereretur exire, nihil[g] in eo, quod non rect. iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit, vt interdum ille, qui foris mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus[h] retineri videtur.

Item Rabanus de ecclesiasticis pressuris, libro primo.

e QVi negligunt.] ¶ Consuetudinem. [Inducitur ex consuetudine præsumptio, vt distinct 44. multis. infra. ead. Deus. ff. de re mil. non omnes. ff. de vsu. & habi. plenum. §. sed si. ff. de accusati. si cui.

f ¶ Maledicant.] Quod fit quando non credunt esse verum quod dicunt: vel quando pater maledicit filio vt 5. q. 5. non osculatur.

SI quis non recto.] CASVS, Dicit Hierony. quod si

g ¶ Nihil læditur.] Sup. 11. q. vlt. cui est illata, & cap. & ad tempus.

h ¶ Qui intus.] Supra 2. q. 1. nemo contra 11. quæstio. 3. illud, & capit. quid obest. & dic, nihil læditur quantum ad recipiendum vnitatem sanctorum: leditur autem quantum ad participanda ecclesiastica ministeria. Sententia autem pastoris semper timenda est: Nam quo ad Deum non potest ecclesia ligare, nisi cum emittit constitutionem, aliquam, vt sup. eadem quæst. 1. capitu. 1. & 2.

Ecclesia qualiter potest ligare.

g ¶ Ni-

a ¶ Non

a Non in perpetuum.) ¶ Illud.] Scilicet iustum b ¶ Illi.] id est, ad malum illius, scilicet iniusti. c ¶ Sacrilegii.] Item tenetur actione iniuriarũ. 11.q.3. c.temerarium, & tenetur ad omne interesse.& ad maiorem pœnam, si visum fuerit expedire: extra de senten. excom.

excommunicans. & respondet ꝙ nullus debet iniuste excõica.e, & sine causa: & ꝙ iniuste excommunicatus à maiori prælato petere debet absolutionẽ: iniustus vero excommunicator priuari debet communione spatio xxx. dierum: quod probat auctoritate Greg. In secunda parte quærebatur quoties aliquis sit vocandus ad causam: & si non uenerit, vtrum possit contra illum sententia ferri. Et respondet ꝙ tribus edictis, vel vno ꝓomnibus perẽptorio est quis vocãdus ad causam: & si non uenit, tanquam cõtumax poterit cõdemnari: nec releuabitur sententia per appellationem. De tribus edictis probatur quattuor auctoritatibus, scilicet auctoritate legis. & tribus auctoritatibus aliis de vno perẽptorio ꝓbat duabus auctoritatibus, scilicet per eãdem legem, & auctoritate Africani concilii de sententia in contumacem ferenda probatur auctoritate Greg. Secũda pars incipit ibi [De cõuentione. Auctoritatibus,] idest, citationibus Et hanc litteram sic ordinabis. [De tribus &c.] idest, de cõueniẽtib. tribus auctoritatibus.

Iuo p.14.c.20. Pann l.5.c.132. Psal.36.

NOn in perpetuum damnamur, cũ iniuste iudicamur: dicente psalmo: [Nec damnabit illum [a], cum iudicabitur illi [b].] Multi sacerdotum, culpam zelo Dei se persequi profitentur. Sed dum indiscrete hoc agitur, sacrilegij [c] facinus incurrunt: & dum præcipites [d] quasi ad emẽdandum ruunt, ipsi quoque multo magis deterius cadũt.

Item ex concilio Parisiensi tempore Ludouici.

¶ Qua pœna feriatur qui illicite aliquem excommunicat. C. VI.

Iuo p.14.c.21. Pann.l.5.c.124.2.q. 1.nemo episcopus.

DE illicita excommunicatione lex Iustiniani Imperatoris catholici, quam probat, & seruat catholica ecclesia, constitutione cxxiij. [e] cap.cccli. decreuit, vt nemo episcopus, nemo presbyter excõmunicet aliquẽ, antequã causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduersus eam† aliquem excommunicauerit; ille quidem, qui excommunicatus est, maioris [f] sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem qui legitime [g] non excommunicauerit; in tantum abstineat à sacra communione tempus, quãtum maiori sacerdoti visum [h] fuerit: vt quod iniuste fecerit ipse, iuste patiatur. Et hic sanctus Gregorius ad Ioannem episcopum iniuste excommunicantem inter cętera scribit dicens: [Cessatis prius, atque in nihilum redactis prædictæ sententię tuæ decretis, ex beati Petri principis Apostolorum auctoritate decernimus, triginta dierum spatio te sacra communione [i] priuatum ab omnipotenti Dei nostro tanti excessus veniam cum summa pœnitentia, ac lachrymis exorare. Quòd si hanc sententiã nostram tę cognouerimus implesse remissius; non iam tantum iniusticiam, sed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoscas, adiuuante Domino seuerius puniendam.] quia nemo pręproprere, vel præpostere, scilicet nõ cõmonitus, neq; conuentus †, est iudicandus. De conuentione autem huiusmodi patratoris manifestorũ [k] criminum lex dicit.

†al.eã

Lib.2.ind.11.epi.6.

†al.conuictus

e ¶ Cxxiij.] Hodie non distinguitur liber iste per cap. r. ponitur autem lex illa in authen de sanct. episc. coll. 11. 2. quæstio.1.nemo episcopus.

f ¶ Maioris] Quando superior possit absoluere ligatum ab inferiore, not. 11.q 3 si episcopus. Qua autem pœna puni tur iniuste excommunicans, habẽs ex tra de senten. excom.sacro.

1 Sub. nec tot sunt constitutiones in corpore authenticorum. sed dic ꝙ appellat hic constitutiones diuersitat es rubricarum, quia vt patet in auth. frequẽter in vna constitutione continentur plures rubricæ secundũ Ioan. de Fant.

excõ.sacro. Item crimen sacrilegij dignum est depositione, vt 81.dist. Apostolicus. nec potest promoueri talis, vt ibi dicitur quare ergo tamen pęna suspensionis xxx. dierum infligitur ei, vt Inf. e.c prox. Sed forte ibi loquitur cum agitur ad depositionem. Vel dic ꝙ non quodlibet sacrilegium inducit depositionem.

Sacrilegium est depositio ne dignum.

ADDITIO. Nam varia est pæna sacrilegij prout no. 17. q.4 sacrilegium.

Virtus est a percunctatr.

d ¶ Et dum pręcipites.] Iudices non erunt præcipites ad excommunicandum, vt extra de app. reprehensibilis iniquitas enim omnia præcipitat: virtus autem lenta est omnium percunctatrix. de pæni. distin. 3. inter hæc hircum.

DE illicita.] CASVS. Hoc diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ duæ factæ fuerunt quæstiones in concilio Parien. scilicet à quo petat absolutionẽ iniuste excomunicatus: & quam pœnam patiatur iniuste

g ¶ Qui legitime.] Etiam si iusta fuerit causa excommunicationis, vt extra de sent. excom. sacro.

h ¶ Visum.) Hodie relinquitur arbitrio iudicis, vel episcopi sed tantum mensis ad hoc præfigitur, vt extra de sent. excom. sacro. Vel dic ꝙ secundum arbitrium superioris carebit communione hominum, sed tamen ipso iure est priuatus ingressu ecclesiæ.

i ¶ Communione.] Hodie tantum ab ingressu ecclesiæ. vt extra de sent. excom sacro

K ¶ Manifestorum,] Argu. ꝙ in manifestis criminibus præcedit admonitio arg 3 q.5. quia suspecti arg. contra extra de iureiur ad nostram.

l ¶ Lex.] Hæc lex inuenitur nisi intelligatur ex tenore legis, quę est C. quomodo & quando iud. consentaneum.

a ¶ Auctoritatibus.] Id est, citationibus.

b ¶ Peremptorio.] Dic ꝙ quilibet iudex potest peremptorium mittere, vt probatur extra de sent. & re iud. cū Bertholdus in prin. extra de off. iud. del, ex literis. licet oēs dicere consueuerint ꝙ tantū ordinarius vel à principe delegatus possit illud mittere, vt in authen de lit. § omnē. in fi. coll 8. C. de iud. sancimus, in fi. extra de ap. cum sit Romana. Itē peremptoriū non est statim mittēdū, nisi cogat necessitas, vt ext. de dila. c. 1. ff. de iudic. nōnūquam. Itē scias, ꝙ licet lex dicat ꝙ iudex debet mittere adhuc vnum edictum post peremptorium, vt ff. de iudi. & post. illud tñ non est verum, nisi velit iudex gratiā facere ei ext. de offi. deleg. consuluit. Itē dicunt quidam, ꝙ perēptoriū debeat cōtinere tantum quantū si quodlibet triū edictorum proponeret. C. quomodo & qñ iudex. in auth. q semel. Sed verius credo, quod illud sit iudicis arbitrio, vt extra de app. cū sit Romana. Item licet iudex tribus edictis & vno peremptorio debeat citare, si tamen pars non venerit ad primam citationē punit in sumptib' litis. C. de iudic. sācimus. Itē si iudex ter citet, & non apponat hoc aduerbiū, pēptorie, tñ ītelligitur citatus perēptorie, vt C. quomodo & quando iudex tres denūciationes. Itē si reus ad primā citationē dicat se nolle venire, non est denuo citandus quia ideo ter citatur, vt p̄sumat eius contumacia. ff. de re iud. cōtumacia. cū ergo certū si eum nolle venire nō est denuo citādus qa in incertis, nō in certis locus est coniecturis. ff. de verb. obliga. cōtinuus. Sed qd si iudex proferat sententiam cōtra citatū non perēptorie? videtur ꝙ nō teneat snīa vt; C. quomodo & qñ iudex. l. ea. quę & hic idem videtur ar. contra C quomodo & quando iudex, cessante.

c ¶ Per appellationē.] Nā & contumax nō audit appellans, vt 2. q. 6. §. sunt etiam quorū. sed est arg. contra. 3. q. 6. reuera. extra de sent. excom. per tuas.

d ¶ Ex Euangelica auctoritate.] Nam paterfamilias bis misit seruos suos. tertio filiū ad inuitatos. Vel loquitur de Euangelica denunciatione, vt 2. q. 1. si peccauerit [1].

e ¶ Iu

[Quicumque tribus auctoritatibus [a] iudicis conuentus, vel tribus edictis ad iudicem fuerit prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorio [b], id est, quod causam extinguit, fuerit euocatus, & præsentiam suam apud eum iudicem à quo denunciatum est, exhibere noluerit; aduersus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. Quinimo nec retractari per appellationem [c] negocia possunt; quoties in contumacem fuerit iudicatum.] Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus conuentis ex Euangelica auctoritate [d] Cælestinus β ad Nestorium dicens, & Ephesina γ synodus de eodem decernens, & beatus Gregorius ad Ioannem scribens comprobant. De peremptorio autem scripto Africanum concilium demonstrat de Cresconio, vt si conuentus resipiscere detrectauerit; suo contemptu, & sua contumacia faciente, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Item beatus Gregorius de sententia in contumacem scribens ad Maximum præsumptorem Salonitanum episcopum dixit: [Hortamur, vt ad nos venire omne postposita excusatione festines: quatenus seruata iustitia, hæc, de quibus accusaris & cognoscere, & finire secundum canonica instituta Christo releuante possimus. Ita autem fac, vt ad veniendum amplius iam moras non ingeras: ne ipsa te magis absentia obnoxium his, quæ dicuntur, adsignet: & nos in te hæc res non solum propter dicta crimina, quę purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientiæ culpam, durius scilicet, vt in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium [e].]

α ¶ cxxiij.] *Sic est, & in nouellis Iustiniani, & in Epitome Iuliani Antecessoris & in aliquot Gratiani codicibus; licet in alijs sit cxxviij. Numerus autem capitis emendatus est ex vetustis exemplaribus. Olim enim nouellę per capita, non per libros diuisæ citabantur.*

β ¶ Cœlestinus.] *In concilio Ephesino bibliothecæ, Vaticanæ, & Lutetię impresso in epistola ipsa Cælestini ad Nestorium hæc leguntur ad hoc caput pertinentia.* Scias volo post primā & secūdam illius, (*scilicet Cyrilli*) & hanc nostram correptionem, quam constat esse iam tertiam, ab vniuersitate collegij, & cōuentu Christianorum te prorsus esse seiūctum: nisi mox quæ male dicta sunt corrigantur. *In eodem vero concilio nuper Ingolstadij impresso, epistola hæc est in tomo primo, c. 16.*

γ ¶ Ephesina.] *In ijsdem Vaticano, & Parisiensi Ephesini cōcilij. exemplaribus in epistola ipsius synodi ad Nestorium hæc habētur* Ecce, autem simul præsidente sanctæ synodo, quæ in magna Roma congregata est, sanctissimo, & reuerendissimo fratre, & comministro nostro Cœlestio, & episcopo; & tertia te hac contestamur scriptura, &c. *In sententia vero depositionis ipsius Nestorij post mentionem duarum citationum additur*, Canonibus autem præcipientibus euocari tertia vocatione inobedientem, dirigentes ad eum rursus alios sanctissimos episcopos, contumacem inuenimus, & renitentem, &c.

e ¶ Iudicium.] Potest intelligi de infamato, qui se noluit expurgare: vnde propter hoc erat deponendus, vt

Citatio peremptoria an possit à quocumque iudice mitti.

Citatio peremptoria quātū tempus continere debeat.

Contumax non appellat.

In cod. Theod. li. 5. snīatum Iulij Pauli tit. 5. partim in interpretatione, partium post interpretationem.

[1] Et 17. q. 4. de presbytero.

c. 15. & 44.

lib. 5. epist. 3.

In concilio autem Ingolstadij excuso tomo 2.c.2. sunt expressæ tres citationes ipsius Nestorij.

Item Origenes super Leuiticum, hom. 14. ad c. 24.

¶ Vita, non sententia ab ecclesia aliquem eijcit, vel ad eam reducit. C. VII.

Sent. 4. dist. 18. supr. ead. si quis.

CVm aliquis exit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate; exit de castris ecclesiæ; etiã si per episcopi vocem minime abijciatur: sicut è contrario, dum aliquis non recto iudicio foras mittitur; scilicet si non ante exierit, idest, si non egerit, vt mereretur exire; nihil læditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foris est, intus retineri videtur.

¶ *Apud Origenem post c. qui negligunt. supra eadem citatum sequitur.* Iste tamen, qui licet matre Israelitide, Aegyptio tamen patre progenitus est, exijt, & nominans nomen maledixit. De quo ego puto, quod nisi exijsset, nec litigasset ad versus verum Israelitam, nec nominans maledixisset. Exijt enim à veritate: exijt à timore Dei à fide, & charitate: sicut superius diximus, quomodo per hæc quis exeat à castris ecclesiæ, &c.

Item Augustinus serm. 11. de verbis Domini.

¶ Et qui aperto sacrilegio, & qui peruersa vita fidelibus non sociantur, ad ecclesiam non pertinere probantur. C. VIII.

1. Cor 3. In epist. Iudæ. † al. referretur. Sau. 1.

DE illis, qui sunt ab ecclesia segregati, non dicit [a] [ea, quæ sunt spiritus, non percipientes] ne ad scientiæ [b] perceptionem referrentur †: sed dictum est,] Spiritum non habentes.] *& infra.* ¶ Hoc vtique α nullo modo diceret ab ecclesia segregatis, qui dicti sunt spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in ecclesia [c], & ad istam societatem spiritus pertinere, qui ouibus Christi ficto corde miscetur. Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet fictum.] Neque enim solum β ad ecclesiam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi, qui in eius vnitate corporaliter misti per pessimam vitam separantur.

¶ *In sermone indicato B. Augustinus agẽs de ijs, qui se omnino ab ecclesia separauerunt, ait horum schisma longe diuersum esse ab illo, quo aliqui in ecclesia vnitate permanentes inter se dissentiũt prout Corinthij faciebant: ad quos Paulus scribens epistola prima, carnales eos vocat; quia dicerent, Ego sum Pauli, ego vero Apollo. De illis ergo (inquit B. Augustinus) qui plane sunt ab ecclesia separati, non est accipiẽdum, quod dicit* Apostolus 1. Cor. 3 ea, quæ sunt spiritus non percipientes, *sed dicit in sua epistola Iudas,* qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.

α ¶ Hoc vtique.] *Repetendum est quod apud B. Augustinum antecedit de paruulis, & carnalibus, qui tamen sunt in ecclesia vnitate.* Postremo (*ait*) vt certissime nouerimus, quod paruuli in Christo, non percipientes, quę sunt spiritus Dei, habent tamen spiritum Dei, paulo post, intueamur, quemadmodum eos ipsos increpans ait nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Hoc] vtique nullo modo diceret ab ecclesia segregatis, &c.

β ¶ Neque enim solum.] *Hinc vsque ad finem non sunt inuenta. Facit tamen ad hanc sententiam, quod scribitur libro 3. de baptismo contra Donatistas, c. 17.*

Item ex quinta synodo, collatione 5.

vt 30 dist. c. vlt. in fi. Vel intelligas istud de sen excom. & nõ de diffinitiua: quia illa non fertur nisi lite cõtest. qualiter autem in criminalibus ferenda sit sententia, notaui tertia quæst. 9. in summa. Ioan.

CVm aliquis] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si quis facit cõtra fidem, & veritatem; si extra ecclesiam per prælatum non abijciatur, tamen extra ecclesiã est: sicut è conuerso si quis iniuste excõmunicatur in ecclesia remanet, & non læditur: & ita cõtingit, ꝙ qui foras mittitur, intus est: & qui foris est, videtur intus retineri.

DE illis] CASVS Dr̃ in hoc c. ꝙ sunt duo genera hominum, qui sunt ab ecclesia separati, sci licet iuste excõmunicati, & hypocritę de quibus dicit Augu. ꝙ spiritum sanctum non habẽt: dona tñ eius (vt scientiam) habent. Et hoc probatur auctoritate Iudæ.

Hipocritæ non habent spiritum sanctum.

a ¶ Non dicit.] Iudas Apostolus.

b ¶ Sciæ.] Hoc vult dicere, ꝙ hæretici, & hypocritæ ab ecclesia sũt segregati, nec spiritum sanctum habent, licet habeant dona spiritus sancti, idest, scientiam, & fortitudinem.

c ¶ In ecclesia.] Inf. de consecr. distin. 4. est vnitas. cõtra. sed ibi ecclesiæ nomen largius sumit, vt cõprehendat bonos, & malos. ad hoc facit 11. q. 3. and. & melius c nolite 1.

a ¶ Cer-

1 Hic vero sumitur ecclesia ꝓ triũphante.

a Certum est.] Anathematizatus.] Scilicet iustè: nam quoad Deum æquè separatur quis à Deo per peccatum, sicut per excommunicationem.
b ¶ Separationem.] Sup. 4 q. 4. Engeltrudam.
ILLICITA. Hæc est 3. pars q. in qua probatur, quod nullus bonus debet filium maledicere, nisi quando aliud facere non potest: & tūc amore iustitiæ, nō liuore vel vltione. Io. de Fant.
CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, quod iniusta sn̄ia excommunicatum non lædit, sed excommunicantem, & ideo innocentes ex crimine alterius excommunicari nō debent: sicut à quibusdam imprudentibus fieri consueuit. postea obijcit contra prædicta dicens, ꝙ non solum innocentes, sed nec criminosi sunt maledicendi: & ad hoc probandum inducit tres auctoritates. & hoc ꝓbat per seq. duo c.
c. ¶ In epistolam.] Iudæ originaliter, sed in cōmentarijs Hieron. super epist. ad Titum cap.
Si igitur,] CASVS Hic ostendit Hierony. ꝙ ex ore prælati maledictum exire nō debet ad instar Michaelis, qui diabolo maledicere noluit cum secum de corpore Moysi altercaretur & ad instar populi Israelitici, quem Dominus præcepit in duas partes diuidi, vt sex maiores tribus super per montem Garizin populo benedicerent. & sex minores trib. super montem Heliel, siue Habel, vt maledicerent transgressorib. legis.
d ¶ Diabolo.] Cum contendebant de corpore Moysi.
e ¶ Blasphemiæ.] Cū non aliud dixit quā hoc, imperet tibi Deus. sed vnde hoc habuerit Apostolus, ignoratur.
f ¶ Populo.] Illo qui seruaret legem Dei.
g ¶ Altero.] Idest, Hebal.
h ¶ Heliel.] in prox. c. vocat eundem montem Hebal.
i ¶ Maledicant.] Non seruantibus.
Cum ergo] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ duplex est propositum hominum. Nam quidam spōte faciunt bona, quidam metu malorum, & timore suppliciorum. primi designantur per sex maiores tribus, quæ super montem Gariz incedentes electi erant ad benedicendum: secundi vero, qui timore vel metu bona faciunt, indicantur p alias sex minores trib. q̄ iuxta montē Heliel, siue Hebal positæ erant, & paratæ ad maledicendū.
K ¶ Proponti.] Idest, varijs modis seruatur lex. quidam seruant eam amore iustitiæ, quidam timore pœnæ.
l ¶ Ad salutem.] Sicut Paulus sup prox. p. 4. quis nos tamen quamdiu seruilis timor est in homine, non saluantur, vt sup. prox q. 6. § ex his.
m ¶ Malorum.] Idem dicitur in Deuteronomio.

¶ A Deo separamus; quos impios demonstramus.

C. IX.

Certum est; quòd qui impius demonstratus est; omni modo separatus est à Deo: sicut etiam ille qui anathematizatus [a], tanquam impius separatus est. Nihil. n. aliud significat anathema, nisi à Deo separationem [b]. (Iuo p 14. c. 49. pan. l. 5. c. 89.)

3 *Illicita ergo excōmunicatio, vt ex præmissis aparet, non lædit eum, qui notatur, sed à quo notatur: ac per hoc qui innocentes sunt, ex alterius crimine condemnari nō possunt, sicut ab imprudentibus familiæ potentum pro peccatis dominorum solent notari. Sed adhuc obijcitur, quòd non solum innocentes, sed nec etiam criminosi sententia maledictionis sint feriendi. Ait enim Christus in Euangelio, [Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, benefacite his, qui vos oderunt;] Item Apostolus, [Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere.] Item [Maledici regnū Dei non possidebunt.* (Matt. 5. Rom. 12. Gal. 5.)

Item Hieronymus in epistolam [c] ad Titum initio c. 3.

Si igitur Michael non fuit ausus diabolo [d]; & certe maledictione dignissimo iudicium inferre blasphemiæ [e]; quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum: sed per os Archangeli blasphemia exire non debuit. Relege veteres libros, & vide, quæ tribus in monte Garizin constitutæ sunt, vt benedicerent populo [f], & quę in monte altero g, vt maledicerent: Ruben, qui maculauerat torum parentis, & Zabulon nouissimus Liæ filius, & ancillarum liber in monte Heliel † [h] ponuntur; vt maledicāt [i] his, qui maledictione sunt digni. (In epist. Iudæ. Deut. 27. † al. Hebal.)

Item in libro Iosue.

¶ Quos significent illi, qui ad benedictionem, quiue ad maledictionem de filij Israel electi sunt. (Origenes ho. 9. ad c. 9. Iosue.)

C. XI.

Cum ergo in singulis quibusque fidelium talis sit propositi [k] varietas; hoc mihi designari videtur in hoc loco, quòd dimidij illi, qui iuxta montem Garizin incedunt (illum, qui ad benedictionem electus est) istos figuraliter † indicent, qui non metu pœnæ, sed benedictionum, & repromissionum desiderio veniunt ad salutem [l]: illi vero dimidij, qui iuxta montem Gebal † incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, istos alios incedent, qui malorum [m] metu & suppliciorum timore cōplentes quæ in lege scripta sunt, perueniunt ad salutem. († al. singulariter.] orig. † al. Hebal.)

SED

SED QVI PRO. CASVS. Probatum est sup. ꝙ criminosi male dicendi non sunt. Nunc ostendit Gratian. ꝙ sunt maledicendi. Et hoc probat xj. auctoritatibus, vel rationibus, quæ satis in litera patent, & hoc in prima parte. In secunda parte distinguit inter maledictum & maledictum. Nam maledictum quod fit amore iustitiæ, non prohibetur: quod vero fit libidine vlciscendi, vel odio persequentis, prohibetur. Secunda pars incipit ibi. [Distinguendum,] Et ad hoc inducit seq. cap.

a ¶ Primæ præuaricationi.] Scilicet fraterno odio, vel peccato Adæ. Ioan.

b ¶ Chanaam.] Ipsi Cham non maledixit, sed filijs eius vt ostenderet, ꝙ primi motus nō essent puniēdi, sed ipsi secundi. Vel ideo quia magis terrentur parentes in pœna filiorum, quam in propria, vt ff. quod metus cau. isti quidem. §. vlt.

Motus primi nō sunt puniendi.

ADDITIO. De hoc etiā legi. & no. sup. 1. q 4. § his itaeīn fine, ver. item Cham.

Gen. 3.

Sed qui pro persecutoribus iussit orare; primos parentes pro transgressione mandati, mortis maledicto percussit. Cain quoque, quia primæ præuaricationi [a] *fratricidium adiunxit, sententiam maledictionis à Domino reportauit. Abrahæ quoque Dominus dixit: [Maledicā maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi.] In Euangelio etiam cum esuriens veniret ad ficum, non inueniens fructum in ea, sua maledictione perpetua sterilitate ipsam damnauit. ¶ Item Noe cum verenda sua à Cham derisa cognosceret, filium eius Chanaam* [b] *maledicens dixit: [Maledictus Chanaam, sit seruus fratrum suorum:] Itē Isaac cum benediceret Iacob filio suo, ait:] Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus; & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur.] ¶ Item sicut in libro Deuteronomij legitur, Moyses ex præcepto Dei duodecim trib. filiorum Israel in duas partes diuisit, & sex tribus iussit, vt iuxta montem Cebal † incedentes maledictionem transgredientium legem vociferarentur: alijs vero præcepit, vt iuxta alium montem incedentes benedictiones obseruantium inclamarent. ¶ In nouo etiam testamēto Petrus Apostolus legitur Simoni maledixisse, cum ait: [Pecunia tua tecum sit in perditionem,] Paulus quoque, qui dixerat: [Benedicite, & nolite maledicere] fornicatorem Corinthium iussit excommunicari. ¶ Item in eadem* [a] *epistola ait.] Si quis non fuerit secutus doctrinam Domini nostri, Iesu Christi, sit anathema, maranatha.] ¶ Item Galatis. [Si Angelus* [c] *de cœlo veniens aliud vobis euangelizauerit, anathema sit.] Distinguendum est* [d] *ergo inter maledictum, quod prohibetur, & maledictū quod à Domino, & sanctissimis viris rationabiliter profertur. Maledictū, quod prohibetur est illud, quod procedit ex voto vltionis, & odio persequentis, non ex amore iustitiæ. Maledictū vero, quo sancti maledicūt, est illud, quod procedit ex amore iustitiæ, non ex liuore vindictæ.*

Gen. 4. Gen. 12. Matt. 21. Gen. 9. Gen. 27. Deuter. 27. † al. Hebal. Act. 8. Rom. 12. 1. Cor. 5. & 16. Gal. 1.

c ¶ Si angelus] Hoc expositum, est su. 11. q. 1. si is, qui præest.

d ¶ Distinguendum est.] Qui ex pertinacia maledixit, punit, vt ext. de cler. male. c. 1. qui ex temeritate vel leuitate meretur veniam, vt 2. q. 3. si quis iratus, §. 1. & §. notandum. talis. enim venialiter peccat, vt 25. dist. supra, aliàs. in fi. qui ex insania miseratione dignus est, vt C. si quis Impera. maled. l. vnica.

Maledicens an semꝑ puniri debeat,

Vnde Gregorius ait in Moralib. lib. 4. c. 6.

a ¶ In eadem.] *Antea legabatur, vt etiam in manuscriptis,* in alia. *Huius vero loci, ac sequentis sensum retulit Gratianus, non prorsus Apostoli verba.*

¶ Sancti viri non ex voto vltionis, sed amore iustitiæ aliquos maledicunt. C. XII.

Beda in acta. c. 8. quo p. 14. c. 4. & 5. pann. l. 5. c. 82.

CVm sancti viri maledictionis sententiā proferūt; nō in hanc ex voto vltionis [e], sed ex iustitiæ † examine prorumpunt. Intus enim subtile [f] iudicium † aspiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledicto debent ferire, cognoscunt; & eo in maledicto non peccant, in quo ab interno † iudicio non discordant. *Item supra capit. quinto*

† al. iustitiæ examini.

† Dei iudicium] vera lectio

† al. æterno

CVm sancti.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ duo sunt genera prælatorum. s. boni, & mali, & maledictio bonorū prælatorum iusta est, & de iustitia procedit: quia in mente diuinum iudicium respiciunt, sicut fuit maledictio, q̄ fecit Deus in primum parentē. & quæ facta fuit in illus, qui maledicebāt Abrahæ. Maledictio malorum prælatorū est iniusta, q̄ à liuore vindictæ procedit, à quo liuore vindictæ boni debent abstinere. Et hoc probatur auctoritate Apostoli. [Intus.] idest, in mente. [Subtile.] idest, diuinum. [A quo] scilicet liuore vindictæ Seq. duo c parēt, in quibus dr̄, ꝙ cum discretione debet aliquis corrigi, vel excommunicari.

e ¶ Vltionis.] su. 45. d. c. vera iustitia. su. 86. d. odio.

f ¶ Subtile.] Arg. ꝙ subtilitas est in canonibus consideranda. arg. 2. q. 1. in primis. argum. contra extra de appella. dilecti, & institut. de fideicom hæred. §. sed quia vbi dicitur, ꝙ subtilitas perniciosa est in legibus, & simplicitas est amica veritatis. Ioan.

Subtilitas reprobatur.

a ¶ Apo-

a Vt 11. q 3. audi.

a Apostolicæ.] ¶ Exemplo.] Qui tradidit Corinthium Satanæ. 1.

b ¶ Errantium.] In fid. lo.

c Tam sacerdotes.] ¶ Fideles.] .i. prælati, sic non est hic ar ꝙ istud. si peccauerit, &c. spectat ad omnes.

Corripiantur.] CASVS. Dicebant quidam, ꝙ episcopi non debent aliquem excommunicare, vel separare ab alijs. quoniam præsciti omnes damnabuntur, & prædestinati salui erunt. Et respondet August. cum nesciamus quis sit prædestinatus, & quis præscitus: sic

d ¶ Separentur. [Ergo sacerdotes habent officium excõicandi vt 2. q: 1. nemo eps..

De excommunicationis.] CASVS. Gregor. vel quidam alius quendam excõicauit interposita comminatione degradandi ipsum, de quo cum ipse conquereretur, scribit ei Grego & reprehendẽdo eum dicit, ꝙ iniustẽ conqueritur. Et hoc probat auctoritate Apostoli dicẽtis, ꝙ nos omnem inobedientiã debemus vlcisci. Vel dic, ꝙ simpliciter nõ fuit excõicatus, sed citatus fuit sub periculo sui gradus; vel gradatim facta fuit citatio, s. primo, scdo, & tertio: & ita excõicatus fuit, nisi tũc venerit, & ita secundum varias expositiones vario modo formabis casum. vltima tamen expositio bene innuitur ex litera.

e ¶ Gradus.] Quia sub periculo gradus honoris sui excõicauerat eũ, vel ẽm gradum honoris sui vocauerat ipsum: nã aliter vocandi sunt maiores, aliter minores: vel quia gradatim vocauerat ipsum in vltimo peremptorio.

Resecandæ.] CASVS. Ostendit in hoc Hiero. ꝙ inobediẽs à cõsortio bonorũ est repellendus. & hoc ꝓbat quinque exẽplis, s. ouis scabiosæ, & putridę carnis & fermẽti, & Arij hæretici, & scintillę: [Ardeat domus,] .s. corrũpatur, s massa. [putrescat,] s. corpus. [interimat.] s pecora.

f ¶ Ouis.] 45. dist. sed illud.

g ¶ Totum orbem.] Totum dicit, & tamen tantum Alexandrinam ecclesiam intellexit, vt 1. q, 1. manifestum. Vel dic, totũ quia eius sequaces erãt per totum orbẽ.

¶ Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat: aliud videlicet, quod approbat; aliud, quod damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iustitiæ α, vt in ipso primo peccante prolatum est, cum audiuit: [Maledicta terra in opere tuo, &c.] & sicut Abrahæ dicitur: [Maledicam maledicentibus tibi.] Aliter vero profertur maledictum, quod non iudicio iustitiæ, sed liuore vindictæ promitur: à quo voce Pauli Apostoli prædicantis cessare admonemur, qui ait: Benedicite, & nolite maledicere. Gen. 3. Gen. 12. Rom. 12.

α ¶ Iustitiæ.] *In his, quæ sequũtur, non omnino refert Gratianus ipsa verba B. Gregorij, neque etiam cæterorum collectorum, licet propius ad eos accedat. Sententia tamen eadem.*

Item Pelagius Papa Anglio episcopo.

¶ Errantes, & in errorem mittentes excommunicentur.

C. XIII.

Apostolicæ auctoritatis exemplo [a] dicimus, errantium [b], & in errorem mittentium spiritus tradẽdos esse Satanæ, vt blaspemare dediscant. 1. Cor. 5.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

¶ Delinquentes corrigantur à sacerdotibus, incorrigiles inuenti excommunicentur. C. XIIII.

Tam sacerdotes, quàm reliqui fideles [c] omnes summã curam habere debent de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur [d]. Burc. l. 1. c. 136. Iuo p. 5. c. 250.

Item Gregorius Papa lib. 2. epist. 37. ad Natalem episcopum.

¶ Secunda, vel tertia admonitione interposita, excommunicationis sententia procedat. C. XV.

De excommunicationis articulo (quæ tamen interposita conditione gradus β [e], secundo, vel tertio iã, vt ita dicam, ex necessitate subiuncta est) beatitudo vestra immerito quæritur, cum Paulus Apostolus dicat: [In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam.] 2. Cor. 10.

γ ¶ Resecandæ.] *Apud B. Hieronymũ legitur,* secandæ putridę carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum.

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, c. 5.

¶ Mali ab ecclesia sunt eliminandi. C. XVI.

Resecandæ γ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis [f] à caulis repellẽda; ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem [g] eius flamma populata est.

β ¶ Gradus.] *In tribus vetustis exemplaribus epistolarũ B. Gregorij, & vno Gratiani legitur,* gradu secundo, &c.

Item Augustinus in lib. de correptione, & gratia, c. 5.

¶ Pro diuersitate culparum subditi à præpositis corripiantur. C. XVII.

Corripiantur itaque à præpositis subditi fratres

sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus, & laboremus saluos esse, & ideo vbicumque aliquem incorrigibilem inuenimus, separare eum ab aliis debemus forsan ipsa separatione sanandum: ne eius coniunctione alij polluantur, ad instar morbidæ ouis, quæ est a sa-

c ¶Desperandum est.] inf. 32. q. 2. ancilam, & de pœ. d. 7. nemo.
d ¶Damnatumque.] Ab ecclesia.
e ¶Non damnet.] idest, non disponit damnare æternaliter.

correptionibus de charitate venientibus pro culparum diuersitate diuersis, vel minoribus; vel amplioribus, quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam facit episcopale [a] iudicium (qua pœna in ecclesia nulla maior [b] est) potest, si Deus voluerit, in correctionem saluberrimam cedere, atque proficere. Neq; enim scimus, quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ huius de aliquo desperandum [c] est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat,† & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti, a reatu quamuis iustæ damnationis absoluat, damnatumque α [d] ipse non damnet? [e] pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare [f] ab omnibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandum. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorū numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri.

† al. recipiat.

α ¶Damnatumque.] *Sic emendatum est ex originali, nec glossa visa est impedire. Antea legebatur,* damnatum, quem ipse non damnat.

Item prosper libro secondo de vita contemplaciua, cap. 7.

¶Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abscindi. C. XVIII.

ECce † autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, [g] vndecumque [h] claruerint; quæcumque non fuerint patientiæ [i] leni medicamento sanata velut igni quodā piæ increpationis vrenda sunt, & curanda. Quòd si nec sic quidem æquanimiter sustinentis, ac pie increpantis medela processerit,† in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint; tanquā putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne, sicut caro morbis emortua, si abscissa nō fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis [k] suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant. β

† Ea. orig.

† al. profecerit.

β ¶ Inficiant.] *Apud Prospecum continue sequitur, cap. porro. infra de pœnitentia dist. 1.*

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

f ¶Separare.] Quia talis damnatio medicinalis est, nō mortalis, vt 2. q. 1. multi.

ECce autem] CASVS Docet Prosper in hoc c. ꝙ si crimina aliquorum nolentium cōfiteri fuerint manifesta, vel ꝓbata, prælati eorū debent eos prius admonere, & increpare, vt emendentur, quod si nō fecerint, ferro excōmunicationis sunt ab aliis separandi, ne exemplo suæ perditionis alios inficiant si in eorū societate perseuerēt. sicut contagione putridæ carnis cæteræ partes humani corporis corrumpuntur.

g ¶Nolentibus.] Argu. est hic, ꝙ in notoriis requiritur admonitio, vt sup c. de illicita. Item est hic arg. ꝙ licet qs neget crimē, tā est notorium. Item hic argu. quod etiam si in modum exceptionis ē aliqd crimen probatum ꝙ est facta fides, & potest talis puniri nisi corrigatur: ex hoc ꝙ dici t, vndecumque claruerint. Nā & iudicium hæreticorum clarificat ecclesiam, vt su. e. q. 1. subdiaconus. Ad hoc pōt dici ꝙ in causa denunciationis loquitur [1] vbi qualiscumque sciētia sufficit, vt dixi 22 quæst. 5. hoc videtur, & 2. quæst. 1. multi, & licet in causa denunciationis agatur ad pœnitentiam, tamen si noluerit postea pœnitere, potest puniri. Alii intelligunt de crimine notorio.

1 Ista fuit sententia B. & Hugo. sm Lau.

a sanis separanda. Et quod dicitur in litera, [Damnatio] idest, anathema. [Respiciat.] Dando gratiam suam [pœnitentiam.] idest, contritionem. [Damnationis.] idest excommunicationis.

a ¶Episcopale] Argu. ꝙ excommunicatio spectat tantum ad officium episcopale. nam inuero episcopi dicitur. 16. q. 2. visis. De hac materia dixi 2. q. 1. nemo episcopus.

Excōicatio dicitur munus epi.

b ¶Maior.] Si excōicatio est maxima, ergo non debet infligi pro leuibus criminibus, vt sup ea q 1. non afferamus. an si. & 11. q. 3. nemo episcopum, & c. episcopi.

h ¶Vndecumque.] Et eodem modo dicit lex, qualitercumque constet tutori. quod sit tutor, si simpliciter dictum sit ei, periculum spectat ad eum, vt ff. de administ. tuto. l. pater §. vlt. sic 22. q. 5. hoc videtur.

Periculum ad tutorem spectat, vbi scit se tutorē. licet simpliciter sciat

i ¶Patientiæ.] idest, quod propter denunciationem noluerit corrigi si intelligas prout alij intelligunt de notorio crimine, tunc exponas si non fuit dispensatū cum eis: nam bene episcopus cum talibus potest dispensare, extra de iudiciis, at si clerici.

K ¶Putredinis.] Hoc intellige cum sine scandalo id fieri potest, vt sup. proxi. q. 4. cum quisque.

An

¶Excommunicandus est, qui duas simul vxores habere præsumit. C. XIX.

AN non districta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium [a] Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? Quod Dominus nõ nisi post lxxvii.[b] generationes suo salutifero aduentu deleuit: cum Cain fratricidium septima generatione aquis absolitum sit cataclysmi. Iuo p.8.c.227. Gen.

Item ex concilio Agathensi.c.37.

¶Falsi testes, & homicidæ communione priuentur. C. XX.

ITaque censuimus homicidas, & falsos [c] testes a communione ecclesiastica submouendos; nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. Burch.l.6.c.29 Iuo p.10.c.38. & 158.

Item ex concilio Toletano primo, c.11.

¶Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religiosum spoliare præsumit. C. XXI.

SI quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, α [d] aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus, vt audiatur, & contempserit; inuicem mox scripta [e] percurrant per omnes episcopos prouinciæ, & quoscumque adire potuerint, vt excõmunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena. Ans.l.7.c.171.

α ¶Pauperum.] *In plerisque vetustis, & apud Anselmum, & codicibus concilij impressis, & manuscriptis est*, pauperiorem.

Ex dictis Gregorij Papæ.

¶*Caput hoc abest a plerisque manuscriptis. Burchar. autem, & Iuo citant ex concilio Gangrensi.*

¶De eodem. C. XXII.

QVisquis per dolum manum suam mittit in Christũ Domini, idest, episcopum, vel presbyterum (quia sacrilegium graue committit), & si quis ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit (quia & hoc grauissimũ est sacrilegum.) placuit sanctæ synodo, vt ß in primis omnia bona eius proscriptione publicentur; deinde in vno loco, idest, in monasterio inclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. Burc.l.10.c.65. Iuo p.12.c.86. & p.13.c.65.

ß ¶Vt in primis.] *Apud Burchardum, & Iuonem legitur*, vt in vno loco, &c. *sine verbis illis quæ hic sunt interiecta.*

Item Calixtus Papa.

¶Communione priuetur, qui Romipetas, vel peregrinos vel mercatores molestare præsumit.

C. XXIII.

SI quis Romipetas, & peregrinos, [f] & Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere seu rebus, quas ferunt, spoliare, & mercatores nouis telonæorum, & pedagiorum † exactionibus molestare tentauerit; donec satisfecerit, communione careat Christiana. † al. pedaticorum.

Item Vrbanus Papa.

¶Excommunicentur qui oratores, & ecclesias, bonaq; earum, & personas ibi seruientes infestare præsumunt. C. XXIIII.

PAternarum traditionum exemplis cõmoniti, pastoralis officii debitum persoluentes ecclesias cum bonis

---

AN nõ.] CASVS. Lotharius rex duas habebat vxores de facto de quo reprehendit eum Nicolaus Papa, dicens quod vltione districta sit feriendus: cũ adulterium Lamech post lxxvij. generationes fuerit punitũ: qui primo habuit duas vxores de facto cum Cain fratricidium septima generatione in diluuio sit deletum. Scias tamẽ ꝙ casus iste poni potest secundum varias expositiones, quę fieri consueuerunt de generationibus Lamech. Sequentia tria capitula plana sunt.

a ¶Adulterium.] Sed qualiter dicitur committere adulterium cũ vxore legitima? Respõ. quia per adulterium reddit eã sibi illicitam, 32.q.1.in coniugio.in fi.

b ¶Post lxxvij.] Contra inf. 31 q.1. quomodo. hoc ibi solutũ est & expositum.

c ITaq;.] ¶Et falsos.] su.22.q.5. si qs coniunctus. su. 23.q.5. Rex debet.

d SI quis.] ¶Pauperẽ.] videtur ergo ꝙ causæ oppressionis pauperum spectent ad ecclesiam, vt 77.d. defensionis.

e ¶Scripta.] Sic 11. 3 curæ. secunda q 1. legum. Hic videt ꝙ statim post citationẽ primam aliquis possit excommunicari. arg.5.q.2. præsenti. Sed dic, ꝙ non, nisi post tria edicta, vel vnũ peremptorium, sup.ea. c. de illicita.

f SI quis Romipetas, & peregrinos] Sic ext. de tregua, & pa. innouamus solus .n. princeps pt indicere noua vectigalia, vt ibi dr, & ff.de pu. & Vecti.l. vectigalia, & talis, qui indicit noua vectigalia, & vel deportatur, vel capite punitur nam inerdit in leg. Iul. de vi. pu. vt ff. ad leg. Iul. de vi pub.l.vlt.

Vectigalia noua a solo principe indici possũt.

PAternarum.] CASVS. Statuit Vrbanus

nus Papa in hoc c. si quis ecclesias, clericos, & monachos, & eorum conuersos, vel oratores, id est, peregrinos suis bonis spoliauerit, & intra spatium triginta dierum, non emendauerit, anathematizetur. Sequens ca. planum est, & per te videbis.

a ¶ Ti-

qua ponit differentiam inter schisma, & hæresim Ioan. de Fant. & reuertitur hic ad materiam propositæ quæstionis. Arch.

CASVS. Superius facta est mentio de hæreticis, & schismaticis: & ideo Gratianus nunc ostendit, quæ sit differentia inter schisma, & hęresim, & q. sint hæretici, & quæ sint sectæ hæreticorum. Sequens c. patet.

suis, tam personis, quã possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conuersos α: oratores quoque cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, sine molestia esse statuimus. Si quis autem cõtra hoc facere pręsumpserit; & postquam facinus suum recognouerit, intra dierum triginta [a] spatium competentes [b] non emendauerit; à liminibus ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur [c].

α ¶ Conuersos.] *In codicibus impressis sequebatur*, vel commissos; *quæ sunt expuncta, quia absunt à plerisq; manuscriptis Gratiani exemplaribus: & vetusto quodam codice: in quo quidem extremo & hic & alij tres canones descripti sunt tanquam fragmentum alicuius concilij.*

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis,

¶ Qui oratoribus, pauperibus non arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur. C. XXV.

Pann. l. 5. c. 114.

ILli, qui peregrinos, vel oratores cuiuscunque sancti siue clericos, siue monachos, vel fœminas, aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendauerint. Pax vero illa, quam treugã dicimus, sic obseruetur, sicut ab archiepiscopis [d], & episcopis vniuscuiusque prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

4 *Quia vero sermo de hæreticis habetur: videndum est, quid intersit inter schisma, & hæresim* [e]*: & qui sint hæretici: & quot sint hæreticorum sectæ: Differentiam autem inter schisma. & hæresim Hieronymus in epistolam ad Titum, c. 3. assignat dicens.*

Ad locum [Hæreticum hominem.

¶ Schismatis, & hæresis differentia. C. XXVI.

Poly. l. 7 tit. 5. Ans. l. 12. c. 49. † *al. post episcopalem decessionem.*

INter hæresim, & schisma [f] hoc interesse arbitrantur, quòd hæresis peruersum dogma habeat, schisma propter † episcopalem dissensionem ab ecclesia β pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest γ: cæterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur.

β ¶ Ab ecclesia.] *In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, & Ferraria excusis, itemque duobus manuscriptis Vaticanis legitur*, ab ecclesia separetur.

e ¶ Hæresim.] Vario modo dicitur hæreticus. Vno modo quicunque est dubius in fide, infidelis est 1, vt extra de hęre. dubius. Secundo dicitur hæreticus omnis simoniacus, vt 1. q. 1. quisquis. Tertio omnis præcisus ab ecclesia, secundum quòd excommunicatus dicitur hæreticus, vt 4. quæstio. 1. capit. 2. Quarto modo omnis qui male interpretatur sacram scripturã vt infra ead. hæresis. Quinto modo q nouam opinionẽ inuenit, vt infra ea. hæreticus. Sexto modo. q vult auferre priuilegium Romanæ ecclesię, vt 22. dist. omnes. Septimo qui trãsgreditur præcepta sedis Aposto. vt supra. 19. dist. nulli. Item quandoque largè dicitur hæreticus omnis, qui non tenet articulos fidei, & secundũ hoc Iudæi, & Gẽtiles sunt hæretici, & secundũ hoc non omnis hæreticus est excommunicatus. Stricte sumitur hæreticus omnis, qui remotus est ab ecclesia, quia errat in fide & secundum hoc omnis hæreticus est excommunicatus, vt extra de hære. ad abolẽdam. & c. excommunicamus.

1 De hoc not su. e. firmissime. & hic adde aliũ casũ 20. dist. de libellis. Itẽ qui non recipit quatuor concilia. & sic intellige sm Host. C. de hære. quicũque cum simi.

INter hæresim, & schisma. CASVS. Docet hic Hier. q in hoc differt schisma ab hæresi: qa hæresis prauam hẽt doctrinam: schisma vero non. Item hæresis nulla fit occasione, sed sponte: schisma vero fit propter dissensionem epalẽ, & ideo in principio discordant: sed in fine concordant: quia sicut hæresis, ita schisma ecclesiã lædit. Sequentia duo c. plana sunt & per te videbis.

Hæresis, & schisma. differunt.

f ¶ Et schisma.] Potest dici, q hæc sit differentia inter hæresim & schisma. quæ est inter dispositionem, & habitum. primo enim dicitur schisma, sed cum post tempus pertinaciter adhæserit suæ sectæ, dicitur hæresis. Vel aliter dicas, q omnis hæreticus sit schismaticus, sed non conuertitur & sic est illa differentia, quæ est, inter speciem, & genus.

a ¶ Triginta.] Arg. q sufficit si peremptorium sit edictum triginta dierum, vt 4. q. 1. c. 1.

b ¶ Competenter.] Non intelligas, id est moderate. sicut curiales exponunt: sed competenter, id est iuste sic exponitur extra de appellatio. reprehensibili. ff. de iudi. si debitori. Ioan.

c ¶ Feriatur.] Ergo nondum erat promulgatum. 17. q. 4. si quis suadente, &c.

d ILli qui.] Archiepiscopis.] Ergo illi possunt indicere treugas. similiter canon indicit treugas, vt extra de treug. & pa c. 1.

QVI VERO. Hæc est quarta pars quæstionis, in

a ¶ Hæ-

a HAeresis.] ¶ Scripturam.] Supra 37.d.relatum extra de consti.ne innitaris.

QVI VERO. Hæc est 5.pars q.in qua ponit differentias hæreticorum, quas probat per diuersa iura. Io.de Fan.

ADDITIO. Vide q prouo.de con se.dist.2. in Christo supra 37.d.relatum.arg.59.dist.c.1.& Archid.

a ¶ Qui

γ ¶ Potest.] *Sequebatur*.diuersum, *qua vox abest à memoratis editionibus, & Vaticanis exemplaribus.*

Vnde autem hæresis dicatur, in epistolam ad Galatas, c.5. Hieronymus diffininit, ita dicens.

Ad locum] Hæreses. inuidiæ.]

¶ Vnde hæresis dicatur. C. XXVII.

HAeresis Græcè ab electione dicitur: quòd scilicet eã sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicunque igitur aliter scripturam [a] intelligit quã sensus spiritus sancti flagitat, quo scripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est eligens quæ peiora sunt.

Poly. ibidem. Ans.l.12.c.50.

5 *Qui vero propriè dicantur hæretici, Augustinus in libro de vtilitate credendi, c.1. ostendens ait.* *Gal.5.*

¶ Qui propriè dicantur hæretici. C. XXVIII.

HAereticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusq; sui gratia, falsas, ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit; homo est imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illusus.

Beda.1. Cor.11. Poly. ibidem. Censdedit p.2. Ans.l.12.c.58.

Idem Glorio, & Eleusio, & aliis. epist.162.

¶ Non sunt hæretici, qui non sua audacia, sed aliena seducuntur in errorem. C. XXIX.

DIxit Apostolus: [Hæreticum hominem post primã, & secundam [b] correptionem deuita, sciens, quia subuersus est huiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus.] Sed qui sententiam suam, quamuis falsam atq; peruersam nulla pertinaci [c] animositate defendunt; præsertim quam non audacia suę præsumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperũt, quęrunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint; nequaquam sunt inter hęreticos deputandi.

ad Titum, c.3. Polyc. ibidem. Ans.l.12.c.61.

Item Leo Papa epist.10.ad Flauianum.

¶ Magistri erroris existunt, qui veritatis disciplinam contemnunt. C. XXX.

QVid autem iniquius est, quam impia sapere, & sapientioribus, doctioribusq; [d] non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro; non ad propheticas voces, non ad Apostolicas literas, nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos [e] recurrunt: & ideo, magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.

Item Augustinus contra Manichæos.

¶ Hæretici sunt, qui quod praue sapiunt, contumaciter defendunt. C. XXXI.

L.18.de ciu.Dei c.51.

QVi in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumq; sapiunt; si correpti, vt sanum, rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt; hæretici fiunt.

Polyc. ibidem. Deusdedit. p 2. Ans.l.12.c.51.

DIxit Apostol⁹.] CASVS. Docet in hoc c. Aug ꝙ illi hæretici, q suã hæresim ptinaciter defendunt, post primã, & secundam admonitionem sunt euitandi: quod probat auctoritate Apostoli. Illi vero qui suum errorem non defendunt animo pertinaci, & maxime quem à suis parentibus in hæresim lapsis receperunt sed veritate inuenta parati sunt se corrigere, nõ sunt inter hęreticos deputandi. Sequen. duo capi. plana sunt in quibus dr̃, ꝙ qui in errorẽ cadunt nec volunt corrigi, sunt inter hæreticos deputandi. In tertio c. dr̃, ꝙ magis peccat qui defendit errorẽ, quam ille qui errat, q non solũ hęreticus sed etiam hæresiarcha dicendus est.

b ¶ Et secundum.] Hic dicit hæreticos post secũdã admonitionem vitandns, vt sup. prox. q.5. non vos, alibi semel. sup. ea q.1. quę domus, in fi. Ad hoc porest dici, quòd hæreticum dãnatum post vnicã admonitionem vitabimus in secretis fidei nostrę, ne eũ periciorem reddamus, vt 43.dist. in mandatis. 11. q.3. nolite. Sed quantum ad admonitionẽ faciendã possumus ei cõicare quotiescũq; visum fuerit [1] sed hæretico nõ dum damnato possumus explicare secreta fidei, sæpius eum corrigendo.

c ¶ Pertinaci.] Licet ergo teneat aliquis ea quæ sunt contra fidem: dummodo paratus sit corrigi nõ est habendus hæreticus [2] vt su. e. q.1. schisma in princ. c. hæc est. [3]

d QVid autem.] ¶ Doctioribusque] Supra 37. d. relatum.

e ¶ Ad semetipsos.] Quod esse nõ debet.

1 Vt no su.1. q.7. conuenientibus.

2 Nec põt. đ hæresi puniri ſm Ias. in rub. C. đ sũ. tri. & fide catho. & Bart. Veron ĩcautè. 205. & 237. Itẽ ad de Albe. de Ro. in 3. parte statutorũ q.32. vbi dicit se hoc practicasse ĩ curia Ro.

3 De hoc ẽt uo, supra 21. dist. nũc autem in glo. sed nr̃. in fi.

Item Vrbanus Papa.

¶Errante damnabilior est, qui eius defendit errorem. C. XXXII.

QVi aliorum defendit [a] errorem; multo amplius damnabilior [b] est illis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam alijs offendicula erroris præparat, [c] & confirmat. Vnde quia magister erroris est; non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est.

Item Hieronymus lib. 2 Commen. ad c. 5. Oseæ.

¶Qui mendacio veritatem immutant, patrum terminos transferre probantur. C. XXXIII.

TRansferunt principes Iuda terminos, quos posuerunt patres eorum; quando immutant mendacio veritatem, & aliud prædicant, quàm ab Apostolicis acceperunt. *Idem infra eodem capite.* ¶De hæreticis manifestus est sensus, quòd sophismatibus suis, & arte dialectica sæpe opprimant ecclesiasticos. *Idem ad c. nouum.* ¶Veteres scrutans historias inuenire non possum scidisse ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes [d] a Deo positi fuerant, & prophetæ, idest speculatores. Isti ergo vertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum.

Item Leo Papa epist. 74. ad Anatolium.

¶Abijciantur qui aduersariorum conueniunt prauitati. C. XXXIV.

Iuo p. 6. c. 339. Illud sane plurimum mihi displicere significo, quod inter α dilectionis † tuæ clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conueniant † prauitati, & vasa iræ β vasis misericordiæ misceantur. Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere, ita vt his, quibus prodesse non potuerit correptio, non parcat abscissio. Oportet enim nos euangelici meminisse mandati: quo ab ipsa veritate præcipitur; vt si nos oculus, [e] aut pes, aut dextera scandalizauerit manus; a compage corporis auferatur, quia melius sit his in ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus; si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abijcienda [f] prorsus pestifera hæc a sacerdotali vigore patientia est; quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.

Rom 9. † al. ditionis. † al. conueniant. orig. Matth. 5.

α ¶(Quod inter.) *Sic est emendatum ex ipsa epistola cum & in vulgatis, & in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus esset,* quòd iurisdictionis tuæ clerici. *In duobus tamen quemadmodum, & apud* Iuonem *est,* inter ditionis tuæ clericos.

β ¶(Vasa iræ.) *Sic est emendatum ex originali. Alludit enim ad locum B. Pauli Rom. 9. Apud Gratianum erat, itemque apud Iuonem,* uesaniæ uasis misericordiæ uasa misceantur.

Item ex concilio Cartaginiensi 4. c. 70. 71. 72.

¶Et sodalitates, & conuiuia hæreticorum clerici vitare debent. C. XXXV.

CLericus hæreticorum, & schismaticorum tam conuiuia, quàm sodalitates euitet æqualiter. Eorum conuenticula non ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum est, [g] neque psallendum.

a QVi aliorū defendit.] Talis enim hæreticus dicitur, vt extra ead. sicut.

b ¶ Damnabilior.] Not. ꝙ plus punitur consulens, quam faciens, vt sup. prox. q. 5. cum homo.

c ¶ Præparat.] Sic q scalam, vel ferrum, vel aliud auxilium præstant furi, tenentur furti, vt ff. de fur. si pignorum, §. pen.

TRansferunt.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dr̄, ꝙ illi, qui mendacium ꝑ veritate dicunt, & aliud prædicant quā ab Apostolis acceperunt, transferunt terminos patrum suorum. In secunda parte dr̄, ꝙ hæretici sophismatibus, & arte dialectica sæpe ecclesiā, & ecclesiasticos lædunt. In tertia parte dr̄, ꝙ nulli alij inueniuntur populos seduxisse nisi sacerdotes, ī omnib. locis ponētes scandalum.

d ¶ Qui sacerdotes.] Not. contra testimonium sacerdotis, & illud, qs vidit digne sacerdotem pœnitentem: vt de pœn. d. 1. mensuram, &c. quis aliquando, alias præsumitur pro eis, vt 11. q. 4. absit.

ILlud sane plurimum.] CASVS. Quidam prælatus in parochia sua quosdā habebat, qui prauam doctrinam seminabant, quare Leo præcepit sibi, vt commoneat eos, ne talia faciant: qui si se non correxerint; a cōione aliorum separentur. Et hoc probat auctoritate Euangelij. [Ditionis.] .i. potestatis. Seq. c. planū est, & per te formabis casum.

e ¶ Oculus].i. familiaris alicuius.

f ¶ Abiicienda.] Hoc intelligas de penitus incorrigibilibus: ne sit contra sup. prox. q. 5. cum homo. 1

1 Arg. ex. de iudi. cū non ab hoīe alias contra su. 5. c. 1. & q. 3. si quis fortuito. quidam hoc intelligunt in spirituali pena, illud in corporali. & sic non est contra. h.

g CLericus.] ¶ Orandum est.] De conse. d. 1. episcopus ...

nullum, contra. Dic, illic est derogatum per hoc c. & per consuetudinem generalem ecclesiæ, supra d. 4. §. leges. Ioan.

Augustinum dicentem, quod mali sunt ferendi, & non abijciendi. Sed Vrbanus eos super hoc conuincit exemplo Augustini, & duabus auctoritatibus, scilicet Euangelii, & Pauli.

c ¶ Notandum.] Supra 23. q. 4. recedit, & c. ecce.

a ¶ Di-

CVm quibus.] CASVS. Achatius conquerebatur, quod Gelasius illum cũ suis fautoribus condemnauerat absque episcoporum synodo congregata. Gelasius vero respondet dicens, quod synodus congregari non debuit: tum quia ibi non erant catholici episcopi: sed tantum hæretici, cum quibus non erat synodus ineunda, qđ probat auctoritate psalmistæ. tum quia ipse Achatius inciderat in hæresim iã damnatã, & ideo propter hoc nõ erat opus nouũ concilium congregari. De eadẽ materia loquitur c. sup. 22. dist. qua traditione.

a ¶ Cũm quib.] CASVS. Achatius Constantinop. patriarcha excõicauit Antiochenum, & Alexandrinum, quia non recipiebant statuta, quæ ipse fecerat: propter hoc Papa excommunicauit eum, & de hoc conquestus est Achatius, quod sine synodo excõicauit eũ: Papa vero dixit, quod synodus congregari non debuit: tu quia non erant ibi catholici episcopi, cũ quibus posset haberi synodus: tum quia incidit ipse in hæresim iam damnatam, vnde non fuit opus nouo concilio.

b ¶ Certamẽ.] Ergo cum hæreticis nõ est disputandum, nec cũ aliquo de fide est disputandum extra de hære. c. 1. & C. de sũ. trinit l. nemo, sed ad hoc potest disputari cum eis, vt conuincantur non vt in dubium reuocẽt fidem nostram, vt extra de hære. capitu. primo, Ioan.

Fidei disputatio cũ hæreticis est ꝓhibita.

NOtandum.] CASVS. Quidam reprehendebant Vrbanum Papam, qui criminosos excommunicabat, & dicebant eum facere cõtra Euangelium, vbi Dominus præcepit zizania non esse eradicanda, & contra

Item Gelasius Papa in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Canonum obseruatores cum hæreticis nullum debent inire certamen. C. XXXVI.

CVm quibus [a] erat synodus ineunda? Catholici pontifices fuerant vndique iam depulsi: solique remanserant socij perfidorum; cum quibus iam nec licebat habere conuentum, dicente psal. [Non sedi in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.] Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem permistamque cum perfidis, miscere concilium.† Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam, huiusmodi præuaricatio repulsa est potius, quàm ad α concilium vocata, quod nec opus erat post primam synodum: nec cum talibus habere licebat. *Idem in commonitorio ad Faustum.* ¶ Canonum β magistris, atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen [b] cum hominibus communionis alienæ.

Psal. 25.

† *al. consilium.*

α ¶ Quam ad.) *In originali legitur*, quàm per concilium, quod nec opus, &c.

β ¶ Canonum.) *Gelasius in commonitorio ad Faustum obiurgans Græcos illos, qui cum maxime canones violarent, eorum tamen se obseruatores simulabant, in hac prorumpit verba*, ò canonum magistros, atque custodes. Nobis nullum, &c.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Non contradicit, sed potius obedit Euangelio qui malos excommunicat. C. XXXVII.

NOtandum [c] est, quòd quidã dicunt contra Euangelicam parabolam nos facere, vbi de zizaniis nõ eradicandis Dominus præcepit; cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subiicimus, & aiunt ẽt sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, vbi ait, [Quia non est præcidenda vnitas; ferendi sunt mali, non abiiciendi.] Quibus hoc primum respondendum est. Si hæretici, & mali homines excommunicandi non sunt; quare ipse Augustinus cum legatis sanctæ Romanæ ecclesiæ, & cum sanctis Episcopis suis Pelagium, & Cœlestinum nouam hæresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes excommunicauit, & ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista, & multa his similia loquitur, tam ipse, quàm omnis ecclesia Dei excommunicatos habuit? & nisi prius pœnituissent, & per manus impositionem reconciliati essent eis nequaquam cõmunicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens, [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit; sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Vnde apparet liquido, aliud esse excommunicationem; aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excommunicatur, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini,

Matth. 13.

Sententia habetur, 23. q. 3 per totum. In concilijs Mileuitano, & Africano.

Matth. 18. paulo aliter.

1. Cor. 5.

Disciplina [a] enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu, & superbia excommunicati proueniat.

† al. Item

Vnde † Origenes α in libro Numerorum, homilia 19. ad c.23.

α ¶ Origenes.] *Sic est restitutum cum antea esset*, Augustinus. *Et magnam huius capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert. indeque nonnulla emendata.*

¶ Diuina maledictio meritum maledicti designat. C. XXXVIII.

† al. sententiam veram promit.

DEus, quando maledicit meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam † promit [b], vt pote quem non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc non potest scire [c] (neq; enim propositum, mentemq; alterius videre alius, aut cognoscere [d] potest:) idcirco etiam si iudicantis, vel sententiã promentis intuitu proferat maledictum: non potest esse iusta maledicendi [e] causa, vbi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum vitium tunc sciat maledista proferre; cum forte conuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod vitium volens resecare Apostolus, ne maledicta, & conuitiis conuitia prouocemus: mandatum necessarium ponit: vt benedicamus, & non maledicamus, quo conuitiandi vitium resecetur, non quo iudicandi veritas, quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

1. Pet.3. Rom.12.

Sectæ vero hæreticorum quot sint, & vnde nomina acceperint; Isidorus octauo libro Etymologiarum, c.5. determinat dicens.

¶ Quot sint sectæ hæreticorum. C. XLIX.

Rabanus l.2.de inst.cle.c.58. Ans.l.12.c.vlt. Pann.l.5.c.345.

QVidam autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidã vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

Simoniani. Act.8.

¶ Simoniani dicti à Simone magicę artis perito: cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quod ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non a Deo, sed à virtute quadam superna creatam.

Menandrini. † al. Menandriani.

¶ Menandrini à Menandro mago discipulo Simonis nuncupati; qui mundũ non à Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

Basilidiani.

¶ Basilidiani à Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Iesum passum abnegauit.

Nicolaitæ. Act.6. Apoc.2.

¶ Nicolaitę dicti à Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano, & cęteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens vxorem dixerat, vt qui vellet, ea vteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.

Gnostici.

¶ Gnostici propter excellentiam scientię se ita appellare voluerunt. Ani-

a ¶ Disciplina.] Medicina animæ est excommunicatio, vt secunda q.1.multi.

DEus quãdo.] CASVS. Docet August. in hoc c. differẽtiã esse inter maledictum Dei, & maledictum prælati: quia maledictum Dei semper iustum est, cum ipsum non fallat peccati qualitas, neque peccantis affectus: sed maledictio prælati duob' modis est iniusta. Primo quia licet maledicat vt iudex: potest tamen nõ subesse causa maledicendi, cum ipse ignoret affectum delinquentis. Secundo, cũ ex certa scientia maledicit hominem sibi conuitiãtem, propter quod vitium resecandum præcepit Apostolus ne maledicamus. [Quo.] sci licet mandato. Quæ autẽ postea sequuntur vsque in finem, patent, nec leguntur in scholis.

b ¶ promit.] Sicut vtile est dæmones esse propter malos, vt 25. quæst 5. quia malos. sic 1.q.3. Saluator. in princi & 26.q.5.nec mirum.

c ¶ Scire.] 22.q.5.humanæ.

d ¶ Cognoscere.] 85. distinct. archidiaconum.

e ¶ Maledicendi.] 27. q.1.nec aliqua.

Car-

mam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocratiani. ¶ Carpocratiani a Corpocrate quodam vocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum.

Cerinthiani ¶ Cerinthiani & à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. Vnde & græce χιλιάςαι, latine Millenarij sunt appellati. Millenarij

Nazarei ¶ Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui à uico Nazaræus est appellatus) filium Dei confiteantur; omnia tamen ueteris legis custodiunt.

Ophitæ ¶Ophitæ à colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum † induxisse virtutis cognitionem. †al paradiso.

Valētiniani ¶ Valentiniani a Valentino quodam Plotinico sectatore vocati: qui αἰῶνας, idest sæcula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoq; de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit.

Apellitæ ¶Apellitæ, quorum auctor † Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse. †al princeps.

Archontiaci ¶ Archonatici à principibur appellantur: qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani ¶Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares fœminæque conueniunt.

Cainani ¶ Cainani † a inde sunt appellati: quoniam Cain adorant. † al Cayani al Caianiani

Sethiani ¶ Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui uocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani ¶ Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutrm Dei esse arbitrantur.

Angelici ¶ Angelici vocati, quia Angelos colunt.

Apostolici ¶ Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo † in hoc mundo vtuntur. † al. aliquid

Cerdoniani ¶ Cerdoniani a Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asseruit.

Marcionistę ¶ Marcionistæ à Marcione Stoico philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis, † & bonitatis. † al. creat...

Artorytæ ¶ Artoritæ ab oblatione uocati: panem enim & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terrę, & fructib. omnium fuisse celebratam.

Aquarij ¶ Aquarij apellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

Seueriani ¶ Seueriani à Seuero exorti vinum non bibunt: uetus testamenlum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatian Encratitæ ¶ Tatiani à Tatiano quodam vocati: qui & Encratitæ dicti; quia carnes abominantur.

Alogij ¶Alogij vocantur tanquam sine verbo λόγος enim græce, verbum dicitur: Deum enim verbum non credunt, respuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.

Cataphryges ¶Cataphrygis nomen, prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Mótanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

Cathari ¶ Cathari propter munditiam ita se nominauerunt, gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum: viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere uellent: mundanos se potius, quam mundos vocarent.

Pauliani ¶Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati: qui materiam non ß natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi ¶Manichæi à quodam Persa extiterunt; qui vocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, idest bonam, & malam; & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentnm vetus respuit, nouum ex parte recipit.

Antropomorphitæ ¶ Antropomorphitę y dicti pro eo, quòd simplicitate rustica eum habere humana mēbra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, ἄνθρωπος enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes vocem Domini, qui ait: [Spiritus est Deus.] Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur. Ioan. 4.

¶Hie-

Hierarchitæ. ¶ Hierarchitæ ab Hierarcha auctore exorti monachos tantum recipiunt: coniugia respuunt: regna cœlorum paruulos habere nõ credunt.

Nouatiani † a Nouato ¶ Nouatiani à Nouatiano † Romę vrbis presbytero exorti: qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizare baptizatos.

Montani ¶ Montani, hæretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt; quia occasione se à catholicę ecclesiæ corpora diuiserunt.

Ebionitæ † al. prouectum ¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, siue à paupertate: Christum enim per profectum † solum, virum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt: & ita tenent Euangelium, vt legem carnaliter seruent: aduersus Gal. 5. quos Apostolus ad Galatas scribens inuenitur.

Photiani ¶ Photiani à Photino Gallogræciæ Syrmij episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans asseruit Christum à Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aeriani ¶ Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sunt; hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aetiani Eunomiani ¶ Aetiani ab Aetio vocati: Iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes † al. nulli. filium, & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum † imputari peccatum in fide manentium.

Origeniani ¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possint videre filius patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse † al. terras [...] or. dicunt., & pro diuersitate peccatorum è cœlis vsque ad terras † diuersa corpora, quasi vincula meruisse; eaque causa factum esse mundum.

Noetiani ¶ Neotiani à quodam Neoto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsam Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt.
Patripassiani Vnde & Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt.

Sabelliani ¶ Sabelliani ab eodem Neoto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, vnde & Sabelliani vocati sunt. Hi vnam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

¶ Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; & contra illud, quod ait Dominus: [Ego & pater vnum sumus.] Arriani Io. 10.

¶ Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum. Macedoniani

¶ Appollinaristæ ab Appolinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. Apollinaristæ

¶ Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quod Mariæ Virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam. Antidicomaritæ

¶ Metangismonitæ ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος Græce, vas dicitur. Asserunt enim sic esse in parte filium, tanquam vas minus intra vas maius. Metangismonitæ

¶ Patritiani à quodam Patritio nuncupati sũt, qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt. Patritiani

¶ Colluthiani à quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: [Ego Domiuus creans mala.] Colluthiani Esa. 45.

¶ Floriani † à Floriano: qui è contrario dicunt Deum creasse mala contra hoc quod scriptum est: [Fecit Deus omnia bona. Floriani † al. Floriniani a Flone Gen. 1

¶ Donatistæ à Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos. Donatistæ

¶ Bonosiani à Bonoso quodam episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptiuum, non proprium asserunt. Bonosiani

¶ Circumcelliones dicuntur, eo quòd agrestes sint: quos Scototopicos vocant, supra dictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martyrij semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes, martyres nominentur. Circumcelliones Scototopoci

¶ Priscillianistæ à Priscilliano vocati; qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum permistum dogma composuit. Priscilliani.

¶ Luciferani à Lucifero Sardinię episcopo orti: qui episcopos catholicos, qui Constantij † persecutione perfidiæ Arrianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes Luciferiani † al. instanti Aug de Agone Christiano, c. 30.

siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis; hanc illi matris charitatem superbè accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesię communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistæ

¶ Iouinianistę à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullã nuptiarum, & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani

¶ Heluidiani ab Heluidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani

¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur.

Arabici

¶ Arabici nuncupati eo quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrumque resurgere.

Tertullianistæ.

¶ Tertullianistę dictę à Tertulliano presbytero Africanę prouincię ciuitatis Carthaginiensis, animam immortalem esse, sed corpoream prędicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dęmones verti putantes.

Tessarescædecaritæ

¶ Tessarescędecaritæ dicti quod decima quarta luna Pascha cum Iudeis obseruandum contendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

Nyctages

¶ Nyctages à somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani

¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinę gratię anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implendum iussa diuina.

Nestoriani

¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam Mariam Virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, vt aliam personam carnis, aliã faceret Deitatis, nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei; alterum hominis predicauit θ.

Eutychiani

¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate: qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis: sed solum in eo diuinam asseruit esse naturam.

Acephali

¶ Acephali dicti, idest, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. Hi trium Calcedonensium, capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prędicant.

Theodosiani, & Gaianitæ

¶ Theodosiani κ, & Gaianitę appellati à Theodosio, & Gaiano: qui temporibus Iuniniani principis in Alexandria, populi peruersi electione, vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioscori sequentes, Calcedonense concilium respuunt ex duabus vnam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam; Gaianitæ incorruptam contendunt.

Agnoitę, & Tritheitæ

¶ Agnoitę λ, & Tritheitę à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitę ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, à quo exorti sunt, id adijciunt, q̄ Christi diuinitas ignoret futura, q̄ sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in Esaia loquentis, [Dies iudicij in corde meo.] *Esa. 30.*

Tritheitæ

¶ Tritheitę vero vocati, q̄ sicut tres personas in Trinitate; ita quoq; tres asserunt Deos esse contra illud, quod scriptum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est.] Deuter.

¶ Sunt & alię hęreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformẽ esse Deum: alię Christi diuinitatem passibilem dicunt: alię Christi de patre natiuitati initium temporis dant alię liberationem hominum apud inferos factam Christi descensionẽ non credunt: alię animam, imaginem Dei negant: alię animas conuerti in dęmones, & in quęcumque animalia existimant: alię de mundi statu dissentiunt: alię innumerabiles mundos opinantur, alię aquam Deo coęternam faciunt, alię nudis pedibus ambulabant, alię cum omnibus non manducant.

¶ Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidẽ exortę, & ab Apostolis, & à sanctis patribus, vel concilijs prædamnatæ; quæ dum in se multis erroribus diuisę, inuicem sibi dissentiunt; communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant.

¶ Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. sup. ea. hæresi. §. quicq;

α ¶ Cainani.] *Apud Beatum Augustinum in libro de hæresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetustis*

His Gratiani exemplaribus legitur. Cayani. *In vno autem eiusdem Gratiani*, Cayni. *De quibus quidem hæreticis Tertullianus in libro de præscriptione aduersus hæreticos hæc scribit.* Sunt, & nunc alij Nicolaitæ: Caiana hæresis dicitur, *& paulo inferius*. Nec non etiam erripit alia quoque hæresis: quæ dicitur Caienorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso.

β ¶ Non natam.] *Locus hic emendatus est ex plerisque vetustis, & Isidoro. Antea enim legebatur*, Non naturam introducens, Deo, non naturæ eam comparauit.

γ ¶ Anthropomorphitæ.] *In codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedunt hæc*; Anomini ani latine sine lege dicuntur: *quæ tamen absunt à codice Isidori peruetusto, & valde emendato monasterij B. Augustini in carbonaria Neapolis*.

δ ¶ Hirarchitæ.] *Ita mutatum est ex libello B. Augustini quamuis in aliquot ipsius editionibus sit*, Hierarchitæ *Hierachitæ vero hæretici meminit B. Hilarius libro quarto, & sexto de Trinitate. Antea legebatur*, Hieraclitæ ab Heraclio.

ε ¶ Montani.] *Horum nulla mentio est apud B. Augustinum; sed* Montensium: *quo nomine Donatistas Romæ vocari solitos tradit*.

ζ ¶ Metangismonitæ.] *Sic emendatum est ex Isidoro, & B. Augustino, cum antea legeretur* Metangi nominati.

η ¶ Scototopicos.] *Apud Isidorum, in Pannormia. & in aliquot manuscriptis Gratiani est*, Cotopitas. *Quod vero ait*, supradictæ hæresis habentes doctrinam. *referendum est ad Donatistas, non ad Bonosianos*.

θ ¶ Prędicauit.] *In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano hic est finis capituli, & incipit nouum caput*, De philosophis gentium.

ι ¶ Chalcedonensium.] *Tria capitula tractata, & definita sunt in quinta synodo sub Iustiniano, quæ significantur supra distinct. 15. sicut sancti. Qui vero occasione horum trium capitulorum ab ecclesia recesserant: non Chalcedonensem, sed quintam synodum impugnabant*.

κ ¶ Theodosiani.] *Horum meminit Liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. c. 45. 49. & 50. ac Gregorius Cedrenus anno xiiij. Iustiniani Imperatoris. B. Augustinus memorat Theodotianos à Theodotione: sed idem videtur qui Theodorus, de quo Epiphanius lib. 2. tomo 1. hæresi 54.* Theodotianos à Theodoro; *vt etiam Philastrius, & Damascenus*.

λ ¶ Agnoitæ, & Tritheitæ.] *Sic restitutum est quamuis in codicibus Isidori, & Gratiani legeretur*, Gnoitæ Tritholtæ. *De his meminit Nicephorus in locis proxime indicatis: eosque à Theodosianis profectos scribit. De Agnoitis vero multa dicit S. Gregorius lib. 8. epist. 35 & 42. ad Eulogium*.


Item Augustinus de Genesi contra Manichæos, lib. 1. c. 1.

¶ Quare diuina prouidentia multos errare permittat. C. XL.

6 I Deo diuina prouidētia multos diuersi erroris hęreticos esse permittit; vt, cum insultāt nobis, & interrogāt nos ea, quæ nescimus, vel sic excutiamus pigritiā, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Propterea, & Apostolus ait, [Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiāt inter vos.] Hi autem Deo probati sunt: q bene possunt docere: sed manifest a hominibus esse nō possūt, nisi cum docent.

α ¶ Sed manifesti.] *Hæc addita sunt ex originali, itemque alia nonnulla, & emendata*.

IDeo.] Hæc est sexta pars qō. in qua dicitur quod ad experientiam bonorum hominum permittit Deus esse hæreses 1. q. 3. saluator. Ioan. de Fant. & est huic simile de consecr. distinct. 2. & sancta. Arch.


Ancta Romana ecclesia.] CASVS. expedito tractatu hæreticorum, subiicit Grati. xxv. causam, in qua tractat de priuilegijs Romanæ ecclesiæ: de quibus, vt nos competentius instruat, thema proponit, de quo duæ quæstiones eliciuntur.

1. Cor. 11.

a ¶ Oritur.] Primo inter episcopum, & clericos 1. Secundo inter clericos, & monachos, & hæc est differentia istarum quæstionum. Ostendit ergo primo, quod clerici non possunt se defendere contra episcopum per tale priuilegium, & ad hoc inducuntur

1 De hoc sequitur hæc 1. qō. & hæc patet in f eo. §. his ita, in fi. ver clerici ergo ēm Lauren.

CAVSA XXV.


Ancta Romana Ecclesia quandam baptismalem Ecclesiā suis muniuit priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens. Item quoddam monasterium similiter muniuit priuilegijs, decernens, vt ex proprijs prædijs nulli decimas persolueret. Accidit itaque, vt in diœcesim præmunitæ baptismalis ecclesiæ præfatum monasterium alia emptione, alia donatione prædia sibi inueniret. Oritur [a] *itaque contentio inter monachos, & clericos de decimis.*

1 *Hic primum quæritur, an clerici baptismalis ecclesiæ, auctoritate priuilegij, decimas suæ diœcesis ex integro sibi valeant vendicare.*

2 *Secundo, an subsequenti priuilegio monachorum, derogetur antiquioribus priuilegijs baptismalium ecclesiarum.*


cuntur omnia ista c. eod. ꝙ Papa non potuit dare tale priuilegium. Ioan.

Vòd vero.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes: in quarum prima probat magister per 19. cap. ꝙ priuilegia ecclesiarum, scilicet per quæ firmatur status ecclesiæ, non sunt immutanda. Secunda ibi,] Si ergo. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 1. quæstio, qua quæritur an clerici baptismalis ecclesiæ possint decimas totius episcopatus sibi uendicare auctoritate priuilegii Apostolicę sedis. Et respõdet ꝙ sic, vt ĩf. ea. §. [His ita.] Primo tamen probat, ꝙ non possint, cũ decimę ĩ quatuor partes diuidi debeant, vt sancti canones declarãt manifeste. & not. quod in hoc loco vsque ad §. [His ita.] probat Gratia. quod Papa nõ potuit concedere tale priuilegiũ clericis baptismalis ecclesiæ.

Confidimus, ꝙ.] CASVS. Dicit Gelasius ĩ hoc c. q̃d nullus magis tenetur custodire cõstitutũ uniuersalis synodi, quã dominus Papa, cuius auctoritate unaquæque synodus confirmatur, ꝙ nullus Christianus debet ignorare.

a ¶ Oportere.] Hoc verbũ oportere, est verbũ honestatis. sic ponitur 19. q. 1. c. 1. sicut hęc dictio, debet quandoque. honesta tẽ designat 1, ut extra de despõ. impu. tua. quandoque est verbũ officij, vt 25. dist. vnũ, quandoque est verbũ necessitatis, vt 3. quæst. 9. non oportet. hoc ideo dico, qa princeps legibus solutus est, vt extra de elect. signi ficasti. tamen honestum est ut secundũ leges uiuat, vt ff. de leg. l. 3. ex imperfecto. C. de test. ex imperfecto. Ioan.

Oportet non semper est uerbum necessitatis.

1 Sub q̃nq; necessitatẽ, ut extra ut eccle. benefi. cã. vno. ver. & ideo. & extra de ap. proposuit. ꝙ hic vt de hoc plene no. ff. de of. præb. sæpe.

Diuinis.] CASVS. Docet Leo papa in hoc capit. quod Apostolicus uigilans debet esse in omnibus ut ea quæ male sunt vsurpata, eius auctoritate reuocentur: quod si neglexerit, summum pastorem non videtur amare: nec Petrum Apostolum imitari, cui dictum fuit, vt Christi oues si Christum diligat, diligenter pascat.

b ¶ Trina.] Ter enim confessus est Christum 2, vt ostẽdat se corde, opere, & ore Christum diligere, Ioan.

2 Vt 7. q. 1. imitare,

QVAESTIO I.


Vòd vero auctoritate illius priuilegij decimas sibi ex integro clerici vendicare non ualeant hinc probatur: quia decimę iuxta decreta sanctorum patrum quadripartito diuiduntur, quarum vna pars episcopis, secunda clericis, tertia fabricis restaurandis, quarta vero pauperibus est assignata. Decreta vero sanctorum canonum neminem magis, quàm Apostolicum seruare oportet.

Vnde Gelasius Papa ait in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Constitutum synodi, quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus, Romanam sedem seruare oportet.

C. I.

Confidimus, quòd nullus iam veraciter Christianus ignoret, vniuscuiusque synodi constitutum, quod vniuersalis ecclesię probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere [a], quàm primam: quæ & vnamquamque synodũ sua auctoritate confirmat†, & continuata moderatione custodit.

poly. l. 1. tit. 1; Ans. l. 1. c. 49.

†*al. firmauit*

Item Leo Papa epist. 4. eipscopis Siciliæ.

¶ Qui negligenter pascit Dominicum gregem sibi commendatum, conuincitur summum non amare pastorem. C. II.

Diuinis præceptis, & Apostolicis monitis incitamur, vt pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid vsquam reprehensioni inueniatur obnoxium, cleri solicitudine aut ab ignorãtiæ imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocamus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina [b] admonitione *a* mysticis sanctionibus imbuitur, vt Christi oues, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam gratiæ diuinæ pręsumus, reuerentia coarctamur †, vt periculum desidię, quantum possumus declinemus; ne professio summi Apostoli, qua amatorem Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, conuincitur summum non amare pastorem.

Ans. l. 1. c. 32. & 43. & l. 2. c. 22.

Io. 21.

†*al. cohortamur.*

a ¶ Admonitione.] *In originali, & apud Anselmum legitur* trina repetitione mysticæ sanctionis. *Alia vero quadam sunt emendata ex ipsa epistola.*

Item Anatolio episcopo, epist. 51.

Capi. l. 6. c. 254. & l. 7. c. 222.

Quæ

QVę ad perpetuam.] CASVS. Anatolus episcopus prætergrediebatur fines sui episcopatus aliena vsurpando, & ideo Leo Papa præcipit. vt suis terminis sit cōtentus: & quæ ad communem vtilitatem sunt ordinata, nulla commutatione varientur. non valet statutum: sed omnes hæretici essent, vt 15. dist. sicut, & sic potest intelligi inf. ea. c. sunt quidam. & c. seq. sed contra statutum ecclesiæ, quòd non est ita generale, sicut de cōtinētia sacerdotū, bn̄ pōt dispēsare.

a 1 Nulla

b ¶ Nec ad priuatum.] communis vtilitas priuatæ p̄iudicat, vt 7. q. 1. scias. & c. 8. q. 1. in scripturis.

1 Vide quod legitur, & no. sup. 88. dist. cum in præterito.

¶ Non debent vllo modo variari, quæ ad perpetuam ordinantur quietem, Ci III

Anf. l. 18. c. 121. Iuo p. 16. c. 317.

QVæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione [a] varientur: nec ad priuatum [b] trahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa *: sed † manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo in iuste α vsurpet alienum: sed intra fines proprios, atque legitimos prout quis valuerit † in latitudine se exerceat charitatis.

* Conc. l. 2. § si quis municipalis ff. si qs caut. & l. vnica §. fi. C. de op. pub.

† al. &

† al. voluerit.

α Iniuste.] Apud B. Leonem legitur, nemo in ius tendat alienum. Apud Iuonem, & in capitularibus legitur, nemo dānet alienum. Apud Anselmum vero, nemo iniuste damnet.

Item Hilarius Papa synodo Romana, c. 1.

Poly. l. c. tit. 17. Ans. l. 1. c. 47. & 62. Iuo p. 5. c. 37.

NVlli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare; quia nos, qui potentissimi β † sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentiæ sacerdotum. Si quidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur † & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas [c] peccantium †

† al. potissi.

Ezec. 3 & 34.

† Concor. cum l. nemo C. de epis. & cle. & in l. moris § iste se ff. de pœ.

† al. dignitatum] orig.

NVllis fas sit] CASVS. Ostendit Hilarius papa in hoc c. q̄ nullis debet venire contra decretū Apostolicę sedis, nisi velit deponi: quia quanto quis in maiori positus est dignitate, si sacras constitutiones violat, vel negligēs inueniatur: tanto maiori reatu constringitur.

c ¶ Sublimitas.] Crimen enim augetur p̄ dignitatem, vt 40. d. homo. ff. de re milit. omne delictum, §. 2 Ioan.

β ¶ Potentissimi] Sic apud Anselmum, & in cęteris vetustis Gratiani exemplaribus, præter vnum, in quo habetur vt in concilio ipso, potissimi

Item Damasus Papa.

¶ In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant. C. V.

Deusdedit p. 4. Ans. l. 3 c. 116. Poly. l. 4. tit. vlt.

VIolatores canonum voluntarij grauiter à sanctis patribus iudicantur, & sancto spiritu (instinctu cuius, ac dono dictati sunt) damnantur: quoniā blasphemare [d] spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissum est, aliquid, aut proptereue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spōte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste vnū genus est blasphemantiū spiritum sanctum: quia, vt iam prælibatum est, contra eum agit, cuius nutu, & gratia sancti canones editi sunt.

VIolatores.] CASVS. Quidam episcopi canones spōte violabant, vel violantibus consentiebant. quare Damasus papa eos reprehendit, dicens. q̄ tales blasphemant spiritū sanctum, instinctu cuius canones editi erant: & ideo à sanctis patribus, & spiritu sancto grauiter iudicantur.

d ¶ Blasphemare.] Immo eo ipso videt excommunicatus, & hæreticus vt 19. dis. nulli. & inf. ea. c. generali.

Item Vrbanus Papa.

¶ In quibus Romano Pontifici liceat nouas condere leges. C. VI.

SVnt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. Quod, & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde nouas leges condere po-

SVnt quidam.] CASVS. Quidam dicebant, q̄ semper licuit Romano pontifici condere nouas leges: quibus Vrbanus papa consentit, confirmando quod dicunt, dumodo contra Euangelium, vel contra Apostolos legem non edant: vbi enim Dominus, vel Apostoli vel eius sancti patres aliq̄d sētētialiter diffinierunt, ibi Romanus pontifex nouam legem condere non debet: sed quod statutum est, vsque ad sanguinis effusionē defendere. nam si vellet aliquid statuere contra euangelium, vel contra Apostolos vel p̄phetas, hæreticus esse conuinceretur. Seq. capitulum est.

Papa in aliquib. non dispensat.

a ¶ Nulla commutatione.] Ex hoc patet, q̄ papa non potest contra generale ecclesiæ statutum dispensare, nec cōtra articulos fidei. nam & si omnes assentiātur ci

dere potest, vnde Euangelistę aliquid, & prophetæ α nequaquam dixerunt: vbi verbo apertè Dominus, vel eius Apostoli[a], & eos sequentes, sancti patres sententialiter aliquid finierunt; ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatum est, vsq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur; non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini ecclesiam contra luporum insidias optimè custodierunt.

α ¶ Et Prophetæ] *Absunt hæ voces à multis manuscriptis.*

Item Zozimus Papa.

¶ Apostolicæ sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet. C. VII.

Iuō p:4.c.220. Pan.3.c.4.concordat.

CONtra statuta[b] patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest[c] auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas † cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

¶ *Epistola vnde sumptum est hoc caput non est inuenta: Iuo autem in loco indicato, & in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem affert hoc ex epistola Zozimi ad episcopos Narbonensis prouinciæ: & ipse Zozimi in 1. epistola ad Hesychium narrat se scripsisse ad episcopos Galliæ, & Hispaniæ.*

† Conc.l.ā. § l... quia C.de ... lib & ..1. §. & ... ci C.ad ... tol.

Item Marcellinus β *Papa epist. 2.*

β ¶ Marcellinus.] *Restitutum ex vetustis exemplaribus. Non in vulgatis erat,* Marcellus.

¶ Stare non valet, quod contra Euangelicam, vel propheticam doctrinam, seu constitutionem factum fuerit. C. VIII.

sup.d.81.si qui i fine. 11.q.3.iniustum. Ans.l.3.c.27.

OMne, quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. *& infra.* ¶ Iniustum[d] iudicium, & diffinitio iniusta regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata, non valet. Nec quidquam γ, quod contra Euangelicę, vel Propheticæ aut Apostolicæ doctrinæ constitutionē, successorum vel eorum, siue sanctorum patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus[e] hæreticus factum fuerit, omnino cassabitur.

γ ¶ Nec quidquam.] *Emendatus est hic locus ex ipsa Marcellini epistola.*

Item Hormisda Papa episcopis Hispaniæ.

¶ A statutis patrum non deuiare, & fidei regulam custodire prima salus est. C. IX.

Et in libello Ioannis Constantinop. episcopi ad Hormisdam.

PRima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare.

Item Pelagius Papa Childeberto Regi.

Papa vtrum possit cōtra Apostolorū dispensare.

a ¶ Apostoli.] Hic videtur, ꝙ papa non possit dispensare contra Apostolum, vel Dominum qualiter ergo Martinus dispensauit cum bigamo contra Apostolum, vt 34 dist. lector *. Item cum canon Apostolorum dicat, presbyter si fornicatus fuerit, deponatur. 81. dist. presbyter. quomodo ergo Grangrense cōcilium dispensat in tali casu, vt di. 82. presbyter. itē cōtra Dominum dispensauit. qui dixit, Vouete, & reddite. & tamen absoluit à iuramēto, & a voto. 15. q. 6 iuratos extra de vot. & vo. redemp per totū. Satis potest sustineri ꝙ papa contra Apostolum dispensat: nō tamen in his, quæ pertinent ad articulos fidei eodem modo dispensat in Euangelio interpretādo ipsum. ext. de testi. licet in fin item nō est vera dispēsatio quæ fit in voto perigrinationis quia non dicitur vouēs liberari ab illa obligatione: sed potius dr̄ in melius commutari, vt extra de iureiurand peruenit. sed circa votum cōtinentiæ fortè nō posset dispensare 1. quia vix inueniretur melius in quod posset cōmutari 2. vt extra de stat. reg. cum ad monasterium. in fi Ioan. quiquid dicat Ioan. quandoque dispensat papa contra generale statutū ecclesię sicut fecit in Lateranen. concilio generali Innocētius, vt extra de consag. & affin. non debet. licet cōtra articulos fidei non dispenset. 1. quæstione 7. & si illa B.

* Vnde quod ... ibi.

Continētia in melius.

1 Contrariū not. su. ea. q. qui ad perpetuam. in gl. 1. sed nō est contra, si bn̄ videatur 2 Ecclesiastici 26. nō est digna pōderatio aīæ cō tinētis. īcorruptio n. facit proximū Deo. Sap. 5. ad idē 32 q. 4. nuptiæ. Arch.

b ¶ COntra statuta] Scilicet vt dictum est de articulis fidei, supra cap. proxi.

c ¶ Potest.] Supple de facto, vel de iure.

OMne.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In j. dr̄, ꝙ catholica ecclesia debet defendere ea, quæ sunt iuste statuta. In secunda parte dicit, quod iniust. deffinitio regio metu vel cuiuscunque iudicis auctoritate composita valere non debet. Nam quæ contra Euangelicam doctrinam Apostolicam, vel propheticam statuuntur: omni firmitate carebunt: & quod ab infidelibus vel hæreticis factum fuerit; omnino cassabitur. Secunda pars incipit ibi, [Iniustum autem,] Sequens c patet.

b ¶ Iniustum.] supra 11. q. 3. c. in iustum.

c ¶ Ab infidelibus.] Arch quod id quod fit ab intruso, non non valet, vt 12. q 2 alienationes de consecr. dist. 1. hic ergo. Argum. contra 1. quæst. 1. si quis à pseudo episcopis.

SAtagendum.] CASVS. Quidam dicebant Pelagium in fide errare: de quo cum suspicaretur rex Childebertus, misit Rufinum legatum suum Romam, vt à Pelagio postularet, vel vt significet sibi qualiter fidem vel chartam B. Leonis, in qua fides catholica scripta continebatur, conseruet: vel professionem suæ fidei verbis proprijs sibi destinaret, Pelagius vero significabat sibi ꝙ non solum fidem, & chartam beati Leonis conseruabat, sed etiam proprijs verbis professionem suæ fidei ei destinauit, vt nulla possit de cætero suspicionis occasio residere. [Satagendum est.] idest videndum est [vt legibus,] idest, secundũ leges ecclesiasticas, aliàs regib.

¶ Profitetur Pelagius Papa tomum sui decessoris per omnia seruare. C. X.

Iuo p. 5. c. 358. † regibus] Iuo

SAtagendum est, pro auferendo suspicionis scandalo, obsequium confessionis nostræ legib. † ministremur: quib. nos etiam subditos [a] esse sacræ scripturę præcipiũt. Veniens etenim Rufinus vir magnificus excellẽtiæ vestrę legatus cõfidẽter à nobis, vt decuit, postulauit: quatenus vobis, aut beatæ recordationis Leonis Papę tomum à nobis per omnia conseruari significare debuissemus; aut proprijs verbis nostræ confessionem fidei destinare. Et primã quidem petitionis eius partem, quia facilior fuit, mox, vt dixit, impleuimus: nosque in omnibus præsulis tomum pro catholicæ fidei assertione cõscriptum, Deo propitio, custodire manus nostræ ad vos ꝓfessione significamus †. Vt autem nullius deinceps (quod absit) suspicionis resideret occasio; illam etiam aliam partem, quam memoratus vir illustris admonuit, facere maturaui; scilicet proprijs verbis confessionem fidei, quam tenemus, exposui.

† al. signauimus

Et c. l. 6. c. 249.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. vlt.

¶ Anathema apud Deum fiat, qui censuram Romanorum Pontificum violat. C. XI.

Deusde. p. . 3. 4. Ans. l. 12. c. 2. & l. 3. c. 81. & l. 4. c. 40. Poly. l. 4. tit. vlt.

† al. fiat

GEnerali decreto constituimus, vt execrandũ anathema sit † [b], & veluti preuaricator catholicæ fidei semper apud Deum reus existat; quicunque regum; seu episcoporum [α], vel potentum deinceps Romanorum [β] pontificum decretorum censuram in quocunque crediderit, vel permiserit violandam.

α ¶ Seu episcoporum.] *Hæ voces non legũtur in ipso capitulo, neque in capitulari. sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*
β ¶ Romanorum.] *In capitulo habetur,* deinceps canonum censuram: *nec multo aliter in capitulari. Anselmus tamen, & Polycarpus habent vt Gratianus.*

† al. Stephano
Et Leo papa ep. 1. c. 5.

Item Damasus Papa, epist. 4. Prospero † episcopo.

¶ Non licet alicui episcopo contra Romanorum pontificum decreta aliquid agere. C. XII.

Poly. l. 4 tit. 22. Ans. l. 4. c 47. Pann. l. 3. c. 3 simile.

† Hæc decretalia] ori.

OMnia [c] decretalia †, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quę de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vobis, & ab omnibus episcopis, ac cũctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.

Item Gregorius lib. 2. epist. 7. seu c. 46. ad Ioannem episcopum.

¶ Non communicet sacris altaribus, qui nescit sacris obedire canonibus. C. XIII.

Poly. l 4. tit. vlt.
† al. Hac

HAec † consona sanctis patrib. d ffinitione sancimus; vt qui sacris nescit [d] obedire canonibus; nec sacris

[Tomum,] idest, fidem vel chartam inuiolatam, in qua fides scripta continebatur, [Nosq] Hanc literam sic formabis, quæ, pro &. [significamus ad vos professionem.] idest, subscriptionem nostræ manus. [nos in omnibus, &c. [Scriptum,] idest, quod in scripto continetur.
a ¶ Subditos.] Arg. ꝙ Papa subest Imperatori; intelligo quo ad hoc, quod sua ecclesia dat tributa fortè Imperatori, vt extra de cens. omnis anima. & 11. q. 1. magnum. & ca. si tributum. 23. quæst. 8, tributum. Nam àliàs omnes principes subsũt episcopis, vt ext. de ma. & obedien. omnes principes. Ioan. de Fan.

Papa qñque subest Imperatori.

GEnerali.] CASVS. Statuit Hadrianus Papa in hoc c. vt quicunq; fecerit vel fieri ꝑmiserit contra censurã, & decreta Apost. sedis, velut hæreticus, & catholicæ fidei præuaricator anathematizet.
b ¶ Sit.] Idest, fiat. Nã hæc verba, sit & fiat, respiciunt quandoque futurum tempus, vt ff. ne quid in loco publ. l. 2. § deinde. Ioan.

OMnia decretalia.] CASVS. Pręcepit Damasus Papa in hoc c. vt quicunq; eps vel sacerdos commiserit contra decreta Romanorum Pontificũ, deponatur sine spe restitutionis. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad § [si ergo.
c ¶ Omnia] Hoc c. hic attribuitur Damaso: aliàs Leoni, vt 19. dist. c. 1. ver. quoniam 1. Io.

1 Vel dic, ꝙ potuit esse vtriusq; ca. Sicut & alias sup. 1. q. 1. de cætero. de cons. d. 1. in consulto. in subscriptione vtriusq; c. patet.

d HAec cõsona.] [Nescit] Id est, contemnit. vel loquitur de ignorantia iuris, quæ quibusdam est damnabilis, vt 38. distin. si in laicis. Ioan.

Ideo

I Deo permittente.] SI ERGO. Hæc est 2. pars quæst. in qua primo infert ex præcedentibus: subsequenter, venit ad diuersas solutiones. Io. de Fant.

CASVS. Nunc Grat. ex supradictis c. concludit dicens, ꝙ Papa priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ concedere nõ potuit: cũ videtur facere contra statuta sanctorũ patrũ, quæ inuiolabiliter seruari oportet. Non enim debet priuilegia concedere, quibus status ecclesiarũ turbatur.

HIS ITA. CASVS. Hucusque Grat. probauit, quod Papa priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ cõcedere non potuit. Nunc vero respõdet allegatis, duas adhibendo solutiones. Iste ergo. §. in duas partes diuiditur. In prima parte ponit solutionem quandam, scilicet ꝙ Papa non est subditus canonibus: sed pôt venire contra illos quando vult & hoc probat per tria exempla, scilicet Christi, qui tãgendo leprosum fecit contra legem: & exẽplo Apostolorum, qui euulserũt spicas, & cõfricauerũt eas in die sabbati cõtra legem veterum: quos Apostolos cum à Iudæis reprehenderentur, Christus tripliciter excusauit, scilicet exemplo Dauid, & circumcisionis, & oblationis, quæ fiebant in diẽ sabbati contra legem. Tertium exemplum etiã est Christi, qui docebat in tẽplo scribas & Pharisæos, ut ostẽderet se Dominũ legis. In secunda parte ponitur alia solutio, quæ talis est, scilicet ꝙ Papa non fecit cõtra canones antecessorũ, si cõcedit priuilegium alicui plebi. Nam cum in concilijs statuitur aliquid obseruãdum dicitur, nisi Romana ecclesia aliter statuerit. vel salua eius auctoritate. aliter priuilegia concedi nõ possunt: nisi contra legem concedantur communem, vt probatur auctoritate Grego. & Hieronym. Potest ergo concedere priuilegia causa religionis, necessitatis, vel seruitij exhibiti: dummodo alij enormiter non lædantur. & ad hoc inducit auctoritatem Apostoli, & legem sequentem, cuius casus pater cũm §. seq. Secunda pars incipit ibi, [Quamquam si decretorum.

a ¶ His ita.] Prima solutio magistri occupat primam columnam: scđa secundam prima talis 1, est; quia Dominus sicut soluit legem, quam dederat, sic & Papa potest. secunda hæc est, ꝙ canones ita intelliguntur statuti, vt semper auctoritas Romanæ sedis sit excepta.

b ¶ Alligatur.] Vt extra de elec. c. significasti.

1 Subau. & non multi valet. L.

administrare, nec communionem capere sit dignus altaribus.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 1.

¶ Obseruandæ sunt regulæ à sanctis patribus in synodo statutæ. C. XIV.

A Sanctis patribus in vnaquaque synodo vsque nunc prolatas regulas teneri statuimus.

Item Greg. ad Montanum, & Thomam, lib. 5. epist. 12. seu c. 112.

¶ Voluntatem, & statuta suorum decessorum custodiant qui sua seruari volunt. C. XV.

IVstitiæ, ac rationis ordo suadet, vt qui sua à successoribus desiderat mandata seruari; decessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiat.

Item Leo Papa quartus.

¶ Contra statuta sanctorum patrum agit, qui ea non seruat intacta. Cap. XVI.

I Deo permittente Domino pastores hominum sumus effecti: vt quod patres nostri siue in sanctis canonibus, siue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta; si, quod ipsi diuino statuerunt consulto†, intactum non conseruamus. — In o p 4 c. 186; † al. consilio

2 *Si ergo primam sedem statuta conciliorum præ omnibus obseruare oportet, & si pro statu omnium ecclesiarum necesse est illam impigro uigilare affectu, si ea, quæ à Romanis Pontificibus decreta sunt, ab omnibus obseruari conuenit, si illi, qui nesciunt sacris obedire canonibus, altaribus ministrare non debent; patet, quòd cõtra statuta sanctorum canonum, quibus status ecclesiarum vel confundantur, vel perturbentur, priuilegia ab Apostolico concedi non debent. His ita* [a] *respondetur. Sacrosan. Rom. eccle. ius & auctoritatas sacris canonibus impertitur, sed non eis alligatur.* [b] *Habet enim ius condendi canones ut pote quæ caput est, & cardo omnium ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet. Ita ergo canonibus auctoritatem præstat, vt seipsam non subijciat. Sed sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter impleuit,* Luc. 2. *octaua die circumcisus, quadragesimo die in templo cum hostiis præsentatus, ut in seipso eã sanctificaret, postea uero ut se dominũ legis ostenderet, contra legis literã leprosum tangendo mundauit, Apostolos quoq; contra literã sabbati per sata prætergredientes, spicas uellẽtes, & cõfricantes manibus suis, probabili exemplo Dauid, & circũcisionis, & templi excusauit dicens, [Non legistis, quid fecerit Abimelech quando uenit ad eum Dauid, & dedit* — Matt. 8. Matt. 12. 1. Reg. 21.

a ¶Solis.] De hoc not. sup 11. q. 1. §. ex his.
b ¶Intelligēda sunt] si extra de iureiu. venientes.
c ¶Ait.] Sup. d. 100. contra morem.
d ¶Priuilegio.] Sup. d. 3. priuilegium.
e ¶Ob religionis.] 12 q. 2. religiosam.
f ¶Necessitatis.] 35. q. 1. quædam lex.
ADDITIO. Et cap. quod scripsi. vide quod not 7. q 1. non autem, &c. petisti
g ¶Obsequij.] 1. q. 1 sunt nonnulli. su. 23. d. communis. lo.

Quod

ei panes propositiones, de quibus non licebat edere, nisi solis [a] *sacerdotibus, & comedit ipse, & pueri eius. Item octaua die secundum legem puer circumciditur: & vos in sabbato circumcidatis hominem. Item coniuge holocaustum ex lege offeratur, cum masculus quadragesima, fœmina vero octauagesima die ab ortu suæ natiuitatis secundum legis imperium cum hostijs in templum præsentaretur, vnde sacerdotes offerentes hostias in templo literam sabbati soluunt, & sine crimine sunt: tunc filius hominis multo magis valet soluere literam legis qui est etiā dominus sabbati. Hinc etiam dicitur de eo. (Erat Iesus docens tamquam potestatem habens.) idest, tamquam legis dominus, addens moralibus ea, quæ deerāt ad perfectionem, vmbram figuralium in lucem spiritualis intelligentiæ commutans, non tamquam scribæ eorum, qui litera legis adstricti non audebant aliquid addere, vel commutare. Sic & summæ sedis Pontifices canonibus siue a se, siue ab alijs sua auctoritate conditis, reuerentiam exhibent: & eis se humiliando ipsos custodiunt, vt alijs obseruandos exhibeant. Nonnunquam vero seu iubendo seu definiendo, seu aliter agendo se decretorum dominos, & conditores esse ostendunt. In præmissis ergo capitulis, alijs imponitur necessitas, obsequendi: summis vero Pontificibus ostenditur inesse auctoritas obseruandi: vt a se tradita obseruando, alijs non contēnenda demonstrent, exemplo Christi, qui sacramenta, quæ ecclesiæ seruanda mandauit, primo in seipso suscepit, vt ea in seipso sanctificaret. Oportet ergo primam sedem, vt diximus, obseruare ea, quæ decernendo mandauit, non necessitate obsequēdi sed auctoritate impertiendi. Licet itaque sibi contra generalia decreta, specialia priuilegia indulgere, & speciali beneficio concedere quod generali prohibetur decreto. ¶Quamquā decretorum intentionem diligenter aduertamus; nequaquam contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedere inuenietur.* † *Sacri siquidem canones ita aliquid constituunt, vt interpretationis* † *auctoritatem sanctæ Romanæ ecclesiæ reseruent. Ipsi namque soli, canones valeant interpretari; qui ius condendi eos habent. Vnde in nonnullis capitulis conciliorum cum aliquid obseruandum decernitur, statim subinfertur. (Nisi auctoritas Romanæ ecclesiæ aliter* † *imperauerit.) vel (Saluo tamen in omnibus iure sanctæ Romanæ ecclesiæ,) vel (Salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate.) Quæcumque ergo de decimis, vel quibuslibet ecclesiasticis negotijs, sacris canonibus diffiniuntur; intelligenda sunt* [b] *necessario seruari, nisi auctoritas Romanæ ecclesiæ aliter fieri mandauerit, vel permiserit. Cum ergo aliqua priuilegia ab Apostolico aliquib. conceduntur; etsi, contra generalem legē aliqd sonare videantur; non tamē contra ipsā aliquid concedere intelligūtur: cū ipsius legis auctoritate priuilegia singulorum penes matrem omnium ecclesiarum reseruantur. Neq; enim priuilegia aliquibus concederentur; si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. Priuilegia namq; dicuntur tamquam priuata legia, eo quòd priuatam legem singulis generent. Quam diffinitionem* † *Gregorius innuens ait,* [c] *(Si hoc neque consuetudine generali neque priuilegio* [d] *vendicas, restat te vsurpasse quòd fecisti.) ¶Item Hieronymus in expositione Ionæ ad cap. primum, (Priuilegia singulorum non possunt legem facere communem.) Valet ergo vt ex præmissis colligitur sancta Romana ecclesia suis priuilegijs quoslibet munire, & extra generalia decreta quædam speciali beneficio indulgere, & considerata tamen rationis æquitate; vt, quæ mater iustitiæ est; nullus ab ea dissentire inueniatur: vt priuilegia videlicet, quæ ob religionis,* [e] *vel necessitatis,* [f] *vel exhibiti obsequij* [g] *gratia conceduntur, neminem releuando ita diuitem faciant, vt multorum detrimenta non circumspiciendo, in paupertatis miseriam nonnullos deijciant. Illud vero Apostoli ad memoriam reuocantes quod ad Corinthios scribens ait: [Non enim volumus vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio.] Cui sacra lex principum concordans ait. (Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: nisi forte aliquid sit, quòd nō lædat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.) ¶Item constitutio Imperatoris ad populum. (Nec damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet.) ¶Clerici ergo huius baptismalis ecclesiæ priuilegij auctoritate muniti suæ diœcesis decimas sibi ex integro vendicare valent: nisi forte summa necessitate episcopi cogantur ad quartam suam accipiendam, & illi superabundare monstrentur.*

Marginalia: Leuit. 12. — Luc. 6. — Matth. 7. — † al. inuenietur. — † al. sua interpretationis. — † al. aliter fieri. — Priuilegia vnde dicantur. — † al. distinctionem. — Dist. 100. contra morem vers. quod in hoc. — 2. Cor. 8. — inf. ea. q. 2. rescripta. — inf ead. q. 2. nec dānosa.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

QVòd autem antiquioribus priuilegiis subsequentibus derogari non possit, auctoritate Anacleti probatur; qui scribens omnibus episcopis, & reliquis Christi sacerdotibus ait in epistola 1. c. 2.

¶Ecclesiarum priuilegia cunctis temporibus intemerata seruentur.

C. I.

j PRiuilegia ecclesiarum, & sacerdotum a intemerata, & inuiolata cunctis decernimus manere tempori- Ans. l. 4. c. 1.

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat magister per 18. auctorit. & per 11. leges, quod nulla priuilegia contra alia priuilegia, vel contra ius valent, vel si obtenta essent contra ius, non valent, nisi essent sine præiudicio aliorum: alias sic, si non facerent detrimentum magnum. Secunda ibi, [His ita] Tertia ibi, [Hostilitatis.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur secunda q. qua quæritur, an per sequentia priuilegia prioribus derogetur nisi in sequentibus de prioribus mentio fiat, sicut in rescriptis contingit. Et dicendum est quod non, nisi forte sequens priuilegium esset speciale, & primum generale, quia secundum quosdam non oporteret, quod in secundo fieret mentio de primo, vt tunc: sed Io. dicit quod oportet semper de primo priuilegio generali in secundo speciali fieri mentionem, & aliud est in rescriptis, cum per rescripta generalia non concedatur statim plenum ius, sed per priuilegium: sic procedit G. hoc ordine. Primo probat quod per sequentia prioribus non derogatur vsque ad §. [Si ergo.] Exinde respondebit allegatis, & dabit solutionem in §. hostilitatis.

QVOD AVTEM. Videndum quis possit dare priuilegium, & quod priuilegium præiudicat alii. Dicunt plerique, quod solus Papa potest dare priuilegium in præiudicium alterius. 12. q. 2. bonæ rei. & 9. q. 3. conquestus de cons. d. 3. pronunciandum. 100 dist. contra morem, cum enim priuilegium dicatur quasi lex priuata, vt sup. d. 3. priuilegia, & solus princeps, canones & leges & iura condat 1 ergo solus ille (vt dicunt) dat priuilegium. Hoc tamen negari non potest, quin episcopi etiam dent priuilegia vt extra de his, quæ fi. a præla. quanto, ext. de sen. & re iu. cum inter vos sed non potest in præiudicium aliorum, 2 vt dicunt, quia solus princeps auferre potest 3 ius vnius, & dare alteri, vt 9. q. 3. nunc vero &c. per principalem, & extra de concel. præben. & eccle. non vac. quia diuersitatem, & C. de quadri. præscri. bene a Zenone. Sed certe hoc non est verum: nam episcopus potest dare extra baptismalem ecclesiam decimas, vt 16. q. 1. statuimus. Item episcopus potest detrahere vni ecclesiæ, & dare alteri, vt ext. de exces. præla. sicut venire, & potest in totum eximere aliquam ecclesiam, vt extra de cen. cum venerabilis. Item auferre potest ecclesiæ priuilegium eligendi, vt extra de consue. cum dilectus. Itē potest eximere ecclesiam a iure procurationis, vt ext. de cen. sopitæ hoc autem priuilegium confert eps cum consensu capituli sui, vt ext. de dona. pastoralis. Datur autem priuilegium quandoque personæ, quandoque rei, vt 9. q. 3. conquestus. Si priuilegium datur personæ, personam non transgreditur, vt insti. de iure nat. gen. & ciui. §. plane. 16. q. 1. hinc etiam, & ff. de reg. iur. priuilegia. 7. q. 1. non autem, & c petisti. & reale est quod loco conceditur, & perpetuum est 16 q. 1. hinc etiam, & ff. de iur. immu. l. 1. extra de offi dele. quoniam abbas. In dubio autem semper præsumitur priuilegium potius personale, quam reale, vt extra de inst. cum venisset, quia res de facili ad suam reuertitur naturam, ff. de pac. si vnus, §. quòd & in specie dotis. non enim dicitur ob hoc personale, quod sola inseritur persona, vt ff. de pac. iurisgentium, §. pactorum, & l. tale pactum. Item hæc est differentia inter priuilegium, & confirmationem, quia in confirmatione nihil noui iuris datur, vt ext. de confir. cum dilecta. secus est in priuilegio. Itē in confirmatione nihil ponitur vel affirmatur, sed totum conditionaliter intelligitur, vt ext. de conces. præb. quia diuersitatem sed in priuilegiis omnia verba ponuntur, & certū ibi asseritur, vt ext. de verb. sig. abbate. Nunc videndum est quod priuilegiū derogat alii. Dicunt quidam quod semper secundum derogat primo, etiam si non facit mentionem primi, vt extr. de rescrip. ex parte, & hoc ea ratione videtur, quia cum priuilegium sit ius, sed vnum ius derogat alii, licet non faciat mentionem primi, vt extra de cog. spi. c. 2. sed istis obst. extra de offi. dele. ex parte. vbi priuilegium secundū non derogat primo cum non faciat mentionem eius. Item nec priuilegium præiudicat confirmationi, nisi faciat mentionem illius priuilegii, vt extra de his, quæ fi. a præla. cum vos. Item nec transactioni præiudicat confirmatio, vt extra de deci. ex multiplici. Item nec priuilegium præiudicat consuetudini, nisi faciat mentionem eius, vt extra de præben relatum. Item nec valet priuilegium, nisi faciat mentionem constitutionis factæ a capitulo, vt extra de rescri. constitutus. nec valet appellatio, nisi faciat mentionem sententiæ, vt extra de fi. instru. intr. vltra medium, & sic propter iura allegata concedi potest, quod idem fit in priuilegiis, quod in rescriptis: nisi vbi secundum faciat mentionem primi, quod non valeat. siue ambo priuilegia sint generalia, siue ambo specialia, sed si vnum sit speciale, alind generale: speciale, semper præiudicat, licet non faciat mentionem generalis, vt extra de rescri. c. 1. & c. pastoralis. licet sit arg contra. inf. ead. in Galliarum 4 quia in toto iure derogatur generi per speciem, vt ff. de reg. iur in toto. Sed certe aliud est in rescriptis, quàm in priuilegiis, quia secundum rescriptum speciale derogat primo generali, nam per generale rescriptum non datur iurisdictio, vt patet in illa decre. pastoralis, in fi. & ext. eo ad hæc, & ideo de facili tollitur. Sed per priuilegium quantumcumque generale statim consequitur suum ius plenum, vnde potest dici, quod nunquam secundum speciale priuilegium deroget primo generali, nisi faciat ipsius mentionem. extra de rescrip. nonnulli, & de præscrip. veniens, sed in statutis quandoque antiquum præiudicat nouo, vt 50. d. domino sancto. Idem in dubio potius præsumo non reuocatum prius priuilegiū, quam reuocatum, vt ff de manu. test. si pecuniam, ff de do. inter vi & vxo. cum hic status, §. pœnitentiam. Nec ob. ff. de priui. cred. priuilegia. vbi dicitur, quod priuilegia non æstimantur ex tempore, sed ex causa, quia ibi loquitur de priuilegiis, quæ creditor vult habere ex eo, quod prius mutuauit pecuniam.

PRiuilegia.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod priuilegia ecclesiarum, & sacerdotum sunt inuiolabiliter omni tempore obseruanda leges ecclesiæ Apostolica auctoritate confirmat Anacletus peregrina iudicia submouendo.

a ¶Tempo-

Priuilegium a quibus potest dari.

1 Adde hic Archid. qui dicit, quod princeps ex certa scientia et sine clausula non obstāte, possit auferre mihi ea quæ sunt iuris ciuilis: de qua materia vide per Bar. in l. fin. C. si con. ius vel vtili. pub. & plene per eundem Bar. in extra uag. ad reprimendum in versi. non obstantibus per docto. in ca. nulli de resc. per Bal. in l. fi. C. sen re scin. & in l. eā quam. in 12 col. C. de fideico. & in præludiis feudo. col. 14 per Imul. in l. fi. ff. qui. appe. non licet, & in l. quidam consulebant de re iudi. & per Paul de Castr. in l. si quando in princ. C. de inoff. testa.

2 Hoc est expressum secundum Ala. Vincen. & Phi. extra de exces. præla. c. 1. & ca. ad hoc, & ibi de hoc.

3 Intellige quando causa subest. alias non debet. put no. sup. 22. d. c. 1. in gl. nec Papa, & facit quod not. in d. c. 1. in glo. arg. quod &c.

4 in ordinario loquitur

a ¶ Temporibus.] Istud potest intelligi de generalibus statutis. nã in nullius persona omittendum est & c.61. dist. miramur. Item potest intelligi de priuilegiis datis a principe, nam priuilegium quod a Deo vel à principe datur, decet esse mansurum, omnis malitiæ ac diminutionis contrarium. In auth. coll.6 constitutio, quæ de dignita. in fi. Si vero persona impetrans obuiat priuilegio impetrato, statim euanescit, vt extra de consti. cum M. Ferrarien. Item si non potestatur, priuilegium suum expirat spatio lx. ann. vt extra de priuil. ac decentibus. sed si non est opus potestatione, cum sit priuilegium ad excipiendo perpetuum est, ... si vero est priuilegium ... tio x. anni, extinguitur ...

Priuilegium decet esse mansurum.

Hoc ideo ... munu... impe... ... in

b ¶ Et peregrina.] id est, ferri candentis 2.q.5. consului sti. vel iudicis, non sui. 3.q.5. peregrina. Io.

PRiuilegia.] CASVS. Dicitur in hoc cap. qđ priuilegia ecclesiarum auctoritate sanctorum patrũ instituta non dent ab aliquo violari: sed debent per Papam defendi: quod nisi fecerit, reatum incurret.

præiudicium multorum: vñ breuiori tpe amittit cũ sit odiosum secus si in preiudiciũ singularis psonæ, quia tunc perene est. C. de diuer. rescri. l. 2. Io. de Fan.

bus a. Leges ecclesię Apostolica auctoritate firmamus, & peregrina b iudicia submouemus.

α ¶ Sacerdotum.] In originali est, sacerdotũ S. Apost. iussu Saluatoris intemerata, & inuiolata cunctis decreuerunt &c.

Item Leo Papa Martiano Augusto, epist.51. al.54.

¶ Nec nouitate mutari, nec improbitate conuelli ecclesiarum priuilegia debent. C. II.

Inf. c. priuilegia tertio. Ans. l.4. c.2.

ij PRiuilegia c ecclesiarum, & monasteriorum β sanctorum patrum auctoritate instituta nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, nec esse est huius sanctæ sedis Pontifices perseuerantem exhibere famulatum; Dispensatio enim nobis credita est; & ad nostrum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum nobis consentientibus, vel negligentibus violentur.

β ¶ Et monasteriorum.] *Hæ voces non sunt in epistola, neq; infra ead c. postea. versic. si ergo priuilegia. & Anselmus illas habet lib.4 c.2. Cæterum, quoniam de industria caput hoc à collectore in summam redactum est, & aliquot locis mutatum, visa sunt describenda verba ipsa Leonis.* Priuilegia enim ecclesiarum sanctorum patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me perseuerantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum si paternarum regulæ sanctionum, quę in synodo Nicæna ad totius ecclesiæ regimen spiritu Dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) conniuente violentur, & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quam vniuersæ domus Domini communis vtilitas.

c ¶ Priuilegia.] inf. de conse. d.3. celebritatem.

IN Galliarũ.] CASVS. Greg. fecit August. monachum Anglorum archiepiscopum, & ei supposuit omnes episcopos Britanniæ, sed ĩ episcopis Galliarũ nullam sibi attribuit auctoritatem. quia archiepiscopo Arelaten ab antiquo tẽpore constabat eos esse subiectos, quem Papa priuilegio sibi concesso priuare non debebat. & ideo si Augu ad Galliarum prouincias venerit, nil sine episcopo Arelaten agere præsumat. Sequẽs c. patet.

d ¶ In Galliarum.] Pluraliter dicit quia tres sunt Gallię, brachata, togata, & comata.

Galia est triplex.

e ¶ Palliũ.] su.8.q.3. Artaldus. contra vbi dicitur, qp Arelatensis suffraganeus Narbonen. sed forte duo sunt. Arelaten. vel altera literarũ est falsa, vel corrupta.

f ¶ Episcopo.) Quem constituit ibi legatũ, vel supposuit, ei omnes episcopos Britanniæ.

g ¶ Prætermittit.] Ergo legatus inconsulto episcopo loci nõ potest iudicare clericos ipsius nisi ad episcopũ appelletur, vt hic, & 11. quęs.1 peruenit. quod potest admitti. Nec obs. extra de offic. le. cũ nõ ignoretis: nam ille non solum fuit legatus, sed etiam metropolitanus: & ideo nihil profuisset ei ius legatiõnis, si hoc ius non habuisset ... contrarium credo, cum illa decre. cum non ignoretis indistinctè loquatur B. Item videtur hoc, qđ posterior ... legatum dando, non videtur pro ... legatum priorem, sicut est in tutoribus, vt C. de tes... similiter not.7 quæstio.1. non autem secus in procuratore ... vt ff. de procur... si quis cum §. vltim.

Legatus an possit clericos epi loci iudicare.

Legatus posterior an reuocet priorẽ.

Itẽ Gregorius Augustino Anglorũ episcopo, resp.9.

¶ Priuilegio suę dignitatis aliquis ecclesiam exuere non debet. C. III.

Ans. l.6. c.97. *tal. episcopis.*

IN Galliarũ d episcopos † nullã tibi auctoritatẽ tribuimus: quia ad antiquis prędecessorum meorum tpibus pallium e Arelatensis eps accepit; quem nos priuare auctoritate præcepta minimè debemus. Si ergo contingat, vt fraternitas tua ad Galliarum prouincias transeat, & aliqd ex auctoritate agendum fuerit; cum prædicto Arelatensi epo f agatur, ne prætermitti g possit hoc; quod antiqua patrũ institutio inuenit: Britanorũ h vero omnes episcopos tuæ fraternitati cõmittimus: vt indocti doceãtur; infirmi persuasione roborentur; peruersi α auctoritate corrigant.

α ¶ Peruersi.] *Addita sunt hæc ex originali.*

Item Fœlici episcopo, lib.12. epist.31.

h ¶ Britannorum.] Contra sup 3.q.6. hęc quippe. sed

duæ ſunt Britanniæ, Angelia enim maior Britannia dicitur.

Britãnia eſt duplex

a ¶ SI ea deſtruerem.] ¶ Diuiſa.] Arg. contra teſtes ſibi contrarios, & contra reſcripta omnia ſibimet contraria, vt 23.q.7. quod autem. C. de fide inſtru. ſcripturæ 4.q.3. qui falſo. extra de ſen. & re iud. cum olim.

IGitur ſecundum.] CASVS. Leo Papa quendam legatum ſuum ad quandam prouinciam deſtinauit: cui pcepit vt ius dignitatis archiepoрum ab antiquo eis traditum conſeruet intemeratũ, & in cõcuſſum. Sequen. cap. idem dicit, & casũ per te formabis.) Cuius,] id eſt, Beati Petri vel noſtri.

Legatus quã poteſtatem habeat.

b ¶ Delegatione.] Videtur ergo, ꝙ legatã poteſtatẽ hẽat delegatus, & nõ ordinariam poteſtatem, ut hic, & cap. ſeq. quod non credo, cum ſimilis ſit proconſul ff e. meminiſſe.

c ¶ SEruatis.] Reſcriptum ſemper ſic eſt interpretandum, vt nulli faciat præiudicium, vt 9.q.3. nũc vero. 85. diſ. archidiaconũ. in priuilegiis ſecus videtur, vt ex. de decim. ad audientiam.

Priuilegij tenor eſt attendendus.

d ¶ Inſpectis.] Cum enim quis aliqd ex priuilegio ſibi vendicat, inſpiciendũ eſt priuilegiũ eius. 100. d contra morem. extra de priuileg. recipimus, & ſm, ꝙ tenor priuilegii continet, iudicãdũ eſt, vt extra de priuile. porro.

e ¶ Inſinuatione.] Intelligas hoc de his, quæ ſoli Papæ reſeruantur, 1 quæ non tranſeunt in generali mandato, vt extra de off. leg. ꝙ tranſlationem.

1 Subau. & maiorem diſcuſſionem deſiderant. arg. ſu. 24.q.3. quoties. 16.q.1. frater. referat ergo, quæ per ſe expedire nõ poteſt L.

INſtitutiones.] CASVS. Quidam epiſcopi deſtruebãt, vel mutabant ea quę Apoſtolicus diſpoſuerat, vel priuilegia cõcedendo, vel in pſentia ſua aliqua ſine ſcriptis ordinãdo: & ideo præcepit Greg Bonifacio defenſori, vt talia de cætero fieri non patiatur: quia per hoc doceret alios ſua quandoque poſſe ſtatuta diſſoluere.

Snia principis etiã non ſcripta facit ius.

f ¶ Præſentia.] Sic ergo ſententia principis facit ius licet non redigatur in ſcriptis vt extra de tranſact. c. 1. C. de reſtam. omnium, arg contra 3 q.7 poſtulatus Item hic eſt arg. ꝙ princeps ſine ſcripto dat priuilegium, & ſine ſcripto delegat cauſam, vt in authen. de liti. § omnem. collatio. 8. ſed non committit delegationem ſine ſcripto. 97. diſtinctio nobiliſſimus. C. de mand. princip. l. vna.

2 Si præceſſe- it ſnia diffinitiua partibus præſentib. C. de leg. l. ſi Imperialis aliãs non fit ius ex ſententia. ff. de inoff. teſt. ꝗ repudiatis. ſm L.

g ¶ Rationis.] Arg. contra extra de off. deleg. ſi quando, &c. ex parte 4.

¶ Statuta Apoſtolicorum prædeceſſorum Apoſtolicus deſtruere non debet. C. IIII.

SI ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt; non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſte comprobarer; teſtante veritatis voce, quæ ait: [Omne regnum in ſeipſũ † diuiſum non ſtabit.] & omnis ſcientia, & lex aduerſum ſe diuiſa [a] deſtruetur.

† al. ſeipſum. Luc. 11.

Item Leo Papa, epiſt. 82. al. 83. ad Anaſtaſium, c. 2.

¶ Metropolitanus dignitatis ſibi traditæ antiquitus ius intemeratum obtineat. C. V.

IGitur ſecundũ ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos, metropolitanos ſingularum prouinciarum epiſcopos, quibus ex delegatione [b] noſtra fraternitatis tuę cura prætenditur, ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decreuimus: ita vt à regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedant.

Iuo p. 5. c. 346.

Item Hormiſda Papa in epiſt. ad Ioan. epiſcopum.

¶ Priuilegia metropolitanorum inconuulſa ſeruari oportet. C. VI.

SEruatis [c] priuilegijs metropolitanorum, vices uobis Apoſtolicæ ſedis eatenus denegamus, vt inſpectis [d] iſtis, ſiue ea, quæ ad canones pertinent; ſiue ea, quæ à nobis ſunt nuper mandata, ſeruētur: ſiue ea, quæ de eccleſiaſticis cauſis tuæ reuelationi † contigerint; ſub tua nobis inſinuatione [e] pandantur. Erit hoc ſtudij, ac ſolicitudinis, tuæ; vt talem te in his, quæ iniunguntur, exhibeas; vt fidem, integritatemque eius, cuius curam ſuſcipis, imiteris.

† relatione.

Item Gregorius Bonifacio primo defenſori, libro 7. epiſtola 17.

¶ Decreta Apoſtolica, nulla præſumptione violentur. C. VII.

INſtitutionis † noſtræ decreta, quę pro defenſorum ſuie priuilegiis, & ordinatione diſpoſita, perpetua ſtabilitate, & ſine aliqua cõſtituimus refragatione ſeruari: ſiue quæ ſcripto decreuimus: ſiue quæ in noſtra pręſentia [f] videntur eſſe diſpoſita: nec à quoquam pontificum in totum, vel in partem ea qualibet occaſione conuelli decernimus, vel mutari. Nam nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis ſacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quacunque rationis [g] excuſatione, & quæ bene ſunt ordinata, reſcindere, & exemplo ſuo docere cęteros ſua quandoque poſt ſe conſtituta † diſſoluere.

Anſ. l. 4. c. 5. poly. l. 3. tit. 15.

† al. conſtitutionis.

† al. poſſe conſtituta.

Item Dominico Cartaginienſi epiſcopo, lib. 2. indict. 10. epiſt. 39.

¶Priuilegia ecclesiarum Apostolicus debet seruare illæsa. C. VIII.

Poly ibidem Ans.l.4.c.6.

DE ecclesiasticis priuilegijs, quòd vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus; ita singulis quibusque ecclesiis sua iura [a] seruamus: nec cuilibet fauente gratia, vltra quam meretur, impertior: nec vlli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo; sed fratres meos per omnia honorare cupio: sicque studeo honore singulos subuehi; dummodo non sit, quod alteri iure ab altero possit opponi.

Idem Virgilio Arelatensi episcopo, lib. 7. epi. 115.

¶Quod rationabiliter diffinitum est, in nullo debet violari. C. IX.

Poly. ibidem. Ans.l.4.c.7.

CVm piæ desiderium voluntatis, & laudandæ deuotionis intentio sacerdotalibus sit semper studijs adiuuanda; cur est solicitudinis adhibenda; vt ea, quæ pro quiete monachorum, religiosæque conuersationis fuerint ordinata, nec diminutio negligere, nec quædam valeat præsumptio perturbare: sed sicut hoc, quod ratio exigebat vtilitatis, oportuit diffiniri; ita quod definitum est [nisi forte α vbi maior est auctoritas] non debet violari.

α ¶Nisi forte.] *Exceptio hac abest a plerisque vetustis, & Anselmo, & codicibus Gregorij impressis, & manuscriptis. In vno autem Gratiani apposita est tanquam glossa, & legitur supra 6. q. 4 quod iure.*

Idem ad Natalem episcopum, lib. 2 epist. 37.

¶Sibi iniuriam facit, qui fratrum suorum iura perturbat. C. X.

QVod vero dicitis nostris temporibus debere seruari, quæ a meis quoque prædecessoribus tradita, atque custodita sunt, absit a me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet ecclesia infringam: [b] quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.

Item Iulius Papa epist. 1. ad Orientales, c. 4.

¶Nulla præsumptione violentur, quæ ab Apostolis, & eorum successoribus sunt instituta. C. XI.

Poly. ibid. Ans.l.2.c.61. & l.6. c.127.

AMputato totius vsurpationis excessu, nullus debet præsumere ea quæ sibi non videntur esse concessa.[c] *& infra.* ¶Ea quæ sunt ab Apostolis, eorumque successoribus instituta; nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur.

Item Gregorius Papa lib. 9. indict. 2. epist. 60. Praerecti illustri.

¶Quæ rationabiliter ordinata sunt, nulla debent refragatione turbari. C. XII.

35.q.9.omnibus modis. Ans.l.4.c.9.

ECclesiasticæ moderationi est omnino conueniens, vt quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter β decisa, nulla in posterum [d] debeant refragatione turbari.

β ¶Rationabiliter.] *Vox ista abest a plerisque manuscriptis, & a codicibus B. Gregorij, nec repetitur infra 35. q. 9. omnibus modis. Sed non est inducta, quia omnia Gratiani exemplaria habent istam vocem etiam in rubrica.*

Idem in Regesto lib 7. indi. 2. epist. 7. Ianuario Caralitano.

DE ecclesiast. etc.] CASVS. Dominicus episcopus quæsiuit a Grego. vtrum priuilegia ecclesiastica debeant a Papa seruari, quare Greg. scribit ei dicens, quod sicut defendit priuilegia sedis Apostolicæ, ita iura & priuilegia aliarum ecclesiarum vult seruare immutilata: nec alicui vltra quàm meretur impertiri, & fratres suos sic vult honorare, vt nec alteri ab altero aliquid iure possit opponi [Scribit.] vtrum sint seruanda. a ¶Iura] Nec suum honorē debet augere Papa, vt minuat ius ecclesiæ alterius, vt 99 d ecce. 1

1 Et vide quod not. 22. d. c. 1 in gloss nec Papa, &c.

CVm piæ] CASVS. Virgil. Arelaten. eps priuilegia monachorum violari permittebat, vnde præcepit sibi Grego. ne talia de cętero negligenter fieri patiatur, ut in eq. c. patet.

QVod vero] ¶Infringam.] Qui enim debet tueri alios contra alios, multo magis contra seipsum, vt ext. de na. ex libero ventre, c. vnico, ff. si ser. ved. altius.

AMputato.] CASVS. Hic duo dicuntur, quorum primum est, vt nullus vsurpet ea, quæ sibi non sunt concessa. Secundum est, vt ea quę Apostoli, & eorum successores statuerunt, non violentur aliquo modo. Quæ autem sequuntur postea, plana sunt vsque ad legem illam.] rescripta.]

c ¶Concessa.] Arg. fines mādati diligenter custodiendos. Argu. contra 8 quæst. 1. licet. Item arg. quod episcopus nihil potest petere, nisi quod sibi permissū est a canone, vt 10. q. 3. quia cognouimus, & ff. de cond indeb. l. frater a fratre. 2

Episcopi petitio est per canone slimitata.

2 Et not. extra de pe in glo. permissum est, &c.

d ECclesiasticæ.] ¶In posterū.] sup. 6. quæst. 3. quod bene.

Impe-

a IMperiali.] Inutilia. sup. distinct. 10. vides, sed contra 7. quæst. 1. episcopus in diœcesi. & 13. q. 6. comperimus.

b NEc damnosa fisco.] Vt si aliquis per priuilegium velit se excusare ab eo quod est damnosum iuri

cto. & 63. dist §. verum modicam autem læsionem bene potest afferre, vt 12. q. 2. bonæ rei, C. de preci. Impera. offer. quoties, ff. loc. habitatores, ff. ne quid in loco publi. l. 1. §. si quis a principe, ff. ne quid in flumi publ. l. 1. §. sunt qui putant, quandoque tamen magnam affert

Priuilegium lædēs an possit tolerari.

¶Quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur. C. XIII.

Deusdedit p. 1. & 3.

IMperiali constitutione aperte sancitum est, vt ea quæ contra leges fiunt, non solum inutilia,[a] sed etiam pro infectis † habenda sint.

† Concor. tex. in l. non dubit. C. de legi. & inc. sacrosancta de ele.

Cod. lib. 1. tit. de precibus Imperatori offerendis, Imperator Constantinus. C. XIIII.

tit. 19. le. 3.

NEc damnosa fisco,[b] nec iuri cōtraria postulari oportet.

Impp. Theodosius, & Valentinianus. C. XV.

Ibidem l. 7.

REscripta contra ius [c] elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: nisi forte aliquid est, quod non lædat [d] alium, & prosit petenti,[e] vel crimen [f] supplicantibus indulgeat.

sup. ead.

Item Pelagius Papa Ioanni Comiti.

¶Rescriptum meretur affectum, quod cum iuris, & legum ratione concordat. C. XVI.

Iuo p. 4. c. 191.

1 Sed nunquid est licitũ vti arte notoria oĩno est illicita, & Christiano fugiẽda hæc. n. ars est per quã quidam nitũtur acquirere sciẽtias sed oĩno inefficax est & fiũt ibi quædam pacta illicita cũ dæmonib. ſm Thom.

ILlos planetarios.] CASVS. Dicit. Au. in hoc c. ꝙ quãdo ipse erat hæretic⁹, sæpè planetarios consulebat, quos hoĩes vocant mathematicos: quod ideo faciebat, quia ab eis nullũ sacrificiũ & nullæ preces ad aliquẽ spiritum malignum dirigerentur ad diuinationem. hoc tamen qđ faciebãt, erat dãnabile. Sic mihi Bar. Brixiẽ. videtur casus iste ponendus, quem ab alio positum non inueni. & postes etiã dicere, quod idest, quia, vel sicut posui in casu.

ventriloqua [a] verum testimoniũ perhibuit Apostolis Domini; ideo Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius fœminam illius dęmonij correptione, atq; exclusione mundauit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.

In libro de Ciuitate Dei.

¶ Non est vita, sed mors, inquisitio, vel curatio, quæ à diuinis, vel magicis expetitur. C. VII.

Habetur in lib. Rabani de magorum præstigijs. Bur. l. 10. c. 41. Iuo p. 11. c. 66.

QVi sine saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia ęstimat prudentem se fieri posse; non sanus, sed æger; non prudens, sed stultus in ęgritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus, ac demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & magis, vel ab ipsis dæmonijs in idolorum cultura expetitur, mors potiùs dicẽda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad ęternam perditionẽ tendunt, psalmista dicente: [Omnes dij gentium sunt dæmonia,] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestiũt, vt perditionis suæ faciant eos esse participes. Itaque hæc vanitas magicarum artium ex traditione Angelorum [b] malorum in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandam sciẽtiam futurorum, & infernorum: & per inuentiones † eorum inuenta sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromantia.

Ps. 95.

Isid. l. 8. ety. c. 9.

† al. inuocationes

Idem confessionum lib. 4. c. 3.

¶ Christiana, & vera pietas planetarios expellit, & damnat. C. VIII.

ILlos planetarios, quos mathematicos vocant, planè cõsulere non desistebam: quod quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamen Christiana, & vera pietas consequenter repellit, & damnat.

Iuo p. 11 c. 20. Pann. l. 8. c 79.

Item Hieronymus.

¶ Cultura est idololatriæ, auguria seruare, & stellarum requirere curius. C. IX.

Origenes hom. 5. ad c. 5. Iosue.

SEd & illud [c] adde, quoniam qui fornicatur, in corpus suum peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectum est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in oẽm ecclesiã videtur delin

1. Cor. 5. Eph. 1.

SEd & illud.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Hieron. verba Apostoli s. qui fornicatur, in corpus suum peccat. & dicit, ꝙ illa verba possunt intelligi non solum de corpore carnali, sed etiam de corpore spirituali, quod est ecclesia, quod

pto sunt inuenta, ad quæ nullus homo debet recurrere post baptisma: quod si quis fecerit opprobrium secum portabit Aegypti. Secunda pars est ibi, [Est & illud.] c ¶ Illud.] Tangit illud quod legitur in Iosue, quia populus circumcisus fuit a tempore Abrahæ vsque illud tempus, quo populus exiuit de Aegypto, sed postea non fuerunt

Circumcisio non fuit facta in deserto.

runt circumcisi xl. ann. quibus fuerunt in deserto, sed cũ transierunt Iordanem. denuo præceptum fuit, vt vnusquisque circumcideretur, quod factum est, & dixit dominus Iosue. Hodie abstuli a te opprobrium Ægypti.

HÆC AVTEM. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur, si possumus manducare, vel bibere, & Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, q̃ superstitiones sunt abominandæ. Nunc vero dicit Grat. q̃ quamuis tal. a sint abominanda, vel detestanda tamen si de area, vel torculari aliquid dæmonibus immoletur, propter hoc reliquum non reputatur immundum: neque si illud immolatũ quis comedit ignoranter, propter hoc creditur deliquisse.

quere, qui corpus suum maculauerit; quia per vnum mẽbrum macula in omne corpus diffunditur. ¶Est & illud opprobrium Aegypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi † secundum circumcisionem, vetustæ consuetudinis inustione suggeritur, obseruare auguria requirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futurorum rimari, seruare somnia, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ namque mater pullulare: quæ, si transito iam Iordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaueris: tecum sine dubio opprobria Aegypti trahis.

† al. baptismi circumcisionem.

3 *Hæc autem sortilegia † non vsque adeo sunt detestanda; vt, si aliquid de area, vel torculari dæmonibus fuerit immolatum; quod reliquum est, ideo credatur esse immundum: aut si ipsum, quod oblatum fuerat, a nobis ignorantibus sumi contigerit, ideo credamus nos deliquisse.*

† al. sacrilegia.

Vnde Augustinus ad publicolam, epist. 154.

¶Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab area, vel torculari aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur.

C. X.

SI de area, vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dæmonum sciente Christiano, ideo peccat, quia † fieri permittit, vbi prohibendi potestas est. [a] Quòd si factum non competit, aut prohibendi potestatem non habuit; vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt.

Iuo p. 11. c. 98. † al. si.

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, c. 10.

¶Immunis est a reatu, qui emit, quod nescit idolis immolatum. C. XI.

LIcet aliquid pollutum sit per accidentiam, idest, oblationem idoli; cum hoc tamen nescit, qui emit: nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

Iuo p. 11. c. 96.

SI de area] CASVS. Publicola q̃siuit ab August. si de area, vel torculari alicuius aliquid fuerit dæmonibus immolatum, ille cuius est area, vel torcular peccet si p̃mittit inde aliquid tolli. Et respondet, si prohibere potest, & nõ prohibet, peccat. si vero nescit, vel p̃hibere nõ potest, nõ peccat: & tunc reliqs fructibus sine peccato potest vti.

a ¶Potestas est.] Videtur ergo, quod nõ quilibet tenetur prohibere, sed solum iudex, vt diximus 23. quæstio. 3. non inferenda. sup. ead. sup. 23. quæstio. 8 præterea.

b LIcet.] ¶Idoli] sed ipsum idolothytum non potest comedi. 30. distinctio. quis carnem.

QVÆSTIO III. & IV.



Quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura † dæmonum ita dicens.

Rabanus de magorum præstigiis. † al. diuinatione. Isid. l. 8. ety. c. 9.

¶De multiplici genere diuinationis. C. I.

IGitur genus diuinationis a Persis est fertur allatum. Varro autem dicit diuinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dicta autumat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse simulant, & astuta quadam fraudulentia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis ars, & furor. Incãtatores vero vocati sunt, qui artem ver-

Burc. l. 10. c. 43. Iuo p. 11. c. 68.

AQuib. autem] Hæc quæstio. diuiditur in tres partes. In prima ostẽdit quot sunt genera diuinationum, & vnde habuerint originem, & vocabula, & hoc probat per c. Augustini. Secunda ibi, Quæritur.] Tertia ibi, Quod autem.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 3. & 4. q. qua quęrit a quib. diuinatio sumpsit exordiũ, & quot sint gña diuinationis. Et respõdetur, a Persis diuinatio sumpsit exordiu: & quod quatuor sũt genera diuinationũ, vt infra ead. capit. 1. & 2.

IGitur genus diuinationis] CASVS. Hoc ca diuiditur in 5. partes. In 1. parte ostendit Augu. quod

bis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt,& funesta sacrificia offerunt,hisque celebritatibus dæmonum accipiunt responsa.Haruspices nuncupati,quasi horarum inspectores: Dies enim & horas in agendis negotijs operibusque custodiunt,& quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt,qui volatus auiū, & voces intendunt: aliaque signa rerum, vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Idē sunt, & auspices. Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia, † & auguria quasi auium garria,idest,auium voces,& linguæ. Item augurium,quasi auigerium,quod aues gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, vnum ad oculos, alterū ad aures pertinens; ad oculos scilicet volatus, ad aures vox auium. Pythones a Pythio Apolline † dicti: quod is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti eo quòd in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores,actus,& euentus prædicere conantur: idest, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectū habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgo Mathematici vocantur:cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, idest notationes syderum, quomodo se habeant,cum quisq; nascitur.¶Primum autem ijdem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annunciauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt.Cuius artis scientia vsque ad Euangelium fuit concessa,vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine, *&c.vt supra*. ¶Salitores † vocati sunt,quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint; aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari prædicunt.

† *al.aspicia.*

† Pythius dictus est Apollo a Pythone dracone quē iaculis suis confecit, per p, enim dictionē hanc scribunt Græci, non per ph.

Matth.2.

ead.q.1.vnico.

† *al. Salisatores.*

α ¶Persis.] *B.Augustinus in lib.sexto de ciuitate Dei,ca.35.de hydromantia loquens sic scribit*, Quod genus diuinationis idē Varro a Persis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de Magorum præstigijs,quem ipse ex varijs Augustini,& Isidori locis collegit,& Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

2 *Quæritur autem de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire valeant, vel quot modis futura prænoscant.*

De his ita scribit Augustinus in eodem libro de diuinatione dæmonum,c.3.

Rabanus qui Magorum præstigiis.
Burc.l.11.c.45.& 46
Iuo p.11.c.70.& 71.
Pann.l.8.c.68.

¶Quot modis dæmones futura prænoscant. C. II.

SCien-

diuinatio initium sumpsit a Persis. In secunda ostendit, φ diuinatio fit in quatuor rebus, scilicet in terra, aqua igne, & aere. In tertia vnde nuncupantur diuini. In quarta ostendit, φ duobus modis fit diuinatio, scilicet per artē,vt in quatuor elemētis,& per furorem,sicut per arreptitios. In quinta ostendit species diuinationum, earum etymologias ponendo: partes autem omnes circa principium sunt,& ideo non pono vbi incipiāt,quia per te facile deprehēdes. [Conectāt.] idest, nūciant. [Duo autem genera,] idest duo modi: cū dictū est superius quatuor esse genera.

QVAERITVR. Hæc est 1. pars quęs. in qua quæritur de natura dæmonum: & qualiter sciant futura. Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de dæmonibus: ideo Grat. quærit incidenter cuius naturæ sint dæmones:& an futura sciant,& quot modis futura pręnoscāt. Et de hoc scribit Augustin. in sequen. capitu.

SCiendū.] CASVS. Hoc cā diuiditur in duas partes. In prima parte ostēdit August. quòd dæmones excedunt naturā hominum in subtilitate sensus,& ingenii: in celeritate eūdi: & in longitudine vitæ, & propter hoc pronūciant multa ante cognita: homines vero propter sensus tarditatem hoc dicere vel facere non possunt. In secūda parte ostēdit, quòd dæmones quatuor modis futura pręḍicunt. Primus est, quia ipsi sunt facturi ea, quæ prædicūt, futura mala prædicendo propter pestes, quas immittūt. Secūdus est, qa naturalibus signis futura prænoscunt: nō tñ ꝓpter hoc dicēdi sunt diuini: sicut nec medicus dicēdus est diuinus, qui per carnalita signa humani corporis sanitatem, vel infirmitatem vel mortē sæpe prædicit futuram. Tertius modus est, quia dæmones nō solum per voces hominum, sed etiam per cogitationes, quas per quædam signa dicunt futura denunciant,alij videlicet mira, quia ista disposita nō nouerūt, in quib. qñ falluntur,culpam in suos coniectores refundunt. Quartus vero modus est, qa ipsi ꝓdicūt hoībus suę cul-

dum [a] est hanc esse naturam dæmonum, vt aerij corporis sensu terrenorũ corporũ sensum facilè pcedant, celeritate ẽt pp eiusdem aereij corporis superiorem mobilitatẽ non solum cursus quorumlibet hominum, vel ferarum, verumẽt volatus auium incomparabiliter vincant. Quib. duab. reb. quantum ad aeriũ corporis attinet, prediti, hoc est, acrimonia † sensus, & celeritate motus, multo ante cognita pnunciant, vel nunciant, quę hoĩes pro set. sus terreni tarditate mirentur. Accessit ẽt, dæmonib. per tã longum tps, quo eorũ vita protenditur rerum longè maior experientia, quam põt hoĩb. pp breuitatem vitæ prouenire. Per has efficacias, quas aerij corpus natura sortita est, non solum multa futura prædicunt dæmones, verum ẽt multa mira faciunt, quæ qm̃ hoĩes dicere, ac facere nõ possunt, eos dignos quidam, quib. seruiant, & quib. diuinos honores deferant, arbitrantur, instigante maximè vitio curiositatis pp amorẽ fęlicitatis fallę, atq; terrenæ, & excellentię tpalis, *& inf.* ca. 5. ¶ Nunc igitur qm̃ de diuinatione dæmonum qõ est, Primum sciendum est illos ea plerumque prænunciare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt .n. sæpè potestatẽ, & morbos immittere, & ipsum aerem vitiando morbidum reddere, & peruersis, & amatorib. terrenorum commodorũ malefacts suadere, de quorum morib. certi sunt, ꝙ sint eis talia suadentib. consensuri. Suadent aũt miris, & inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hoĩum non sentientium penetrando, seseq; cog tationib. [b] eorũ per quædam imaginaria visa miscendo, siue vigilantiũ, siue dormientium. ¶ Aliquando aũt non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalib. signis futura prænoscunt (quæ signa in hominum sensus venire non possunt) ante prædicunt. Neque enim quia præuidet medicus, quod non pręuidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid aũt mirum, si quẽad modum ille in corporis humani perturbata, vel modificata temperie seu bonas, seu malas futuras præuidet valetudines, sic dæmon in aeris affectione sibi nota † nobis ignotas † futuras pręuidet tempestates? Aliquando & hominũ dispositiones non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimũtur in corpore, tota facilitate perdiscũt, atque hinc etiam multa futura prænunciant, alijs videlicet mira, qui ista disposita non nouerunt. *& inf. c. 6.* ¶ Fallunt & studio fallẽdi, & inuida voluntate; qua hominũ errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritas amittat, id agunt, vt interpretib. suis, signorumq; suorum cõiectorib. culpa tribuatur, qñ vel decepti fuerint, vel mentiti. ¶ Nonnunquam vero ipsi maligni spũs, & illusores hominum, atq; salutis eorum inuasores† solẽt prædicere defectum culturæ suæ, & idolorum ruinam, quatenus præscij videantur, quid in singulis regnis, aut locis venturum sit, & quid aduersi suæ factioni contingere possit. quod ẽt illi, qui gentilium historias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum, si iam imminente templorum, & simulachrorum euersione, quam prophetæ Dei summi tanto ante prædixerant, serapis dæmon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, vt suam quasi diuinitatem recedens, vel fugiens commendaret?

† al. acumine.
† al. notas.
† al. ignotas.
† al. inuisores.

culturæ defectũ, & idolorũ ruinã, ut eorũ, ꝙ fiunt prescii videãtur, qđ q libros gentiliũ legit, nõ poterit ignorare. Scd̃a pars incipit ibi.] Nõ igitur.] Primus modus diuinãdi incipit ibi, [Primum sciendum.] Secũdus ibi.] Aliqñ autem.] Tertius ibi. [Aliqñ etiã hominũ.] Quartus ibi, [Nonnunquam vero.]

a ¶ Sciendum] Hic Aug oñdit quib. de causis dæmões sciũt futura pdicere, non ꝙ ipsi sciant futura: sed q a hẽnt probabiles cõiecturas. primo illa rõne: q a de subtiliori materia sunt creati, vñ subtilius considerãt q̃ hoĩes. Itẽ quia per antiquitatẽ multa sciunt, q̃ nos pp breuitatem tpis scire non possumus. Item quia ipsimet cõsueuerũt morbos immittere, & illud ipsi prædicũt ꝙ aliquis sit habiturus malũ. Itẽ sicut medicus videt aliqd per signa sibi nota, quæ nos nõ uidemus. sic dæmones. Itẽ ex signis q̃ procedũt ex aĩo hoĩs, præuident quædam futura. Itẽ quia dicta prophetarum audierũt, ex q bus futura pdicunt.

b ¶ Cogitationib.] Ergo vr̃, ꝙ diabolus nouit cogitationes hoĩum. Sed cõtra solus Deus scit occulta cordiũ, ut 23. dist. erubescãt sed ipse se ipsum de hoc corrigit inf. c. proxi.

Dæmones futura prædicere possunt.

3 *Quod aũt hominũ dispões cogitatione conceptas, per exteriora signa*

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est tertia pars, q. in qua dr, q dæmones nesciunt quæ futura sunt. Io. de Fant. tur. sed ille in cuius domino hęc fiūt, post publicationē bonorum in exilium mittitur, vt C. de malefi. nullus. Non

CASVS. Supra in ca. sciēdū. dixerat Aug. q diabolus comprehendebat cogitationes hominum per signa exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere; ideo non vult illud retractare c. seq.

QVodam loco dixi] CASVS. Dicit Aug. se quodam loco dixisse, q dæmones dispositiões vel cogitationes hominum non solum per uoces, sed ēt per quadā signa humani corporis tota facilitate perdiscūt, sed quia rem dixit occultam, & sermone nimis audaci: ideo nunc dicit, q inueniri non pōt, vtrum signa sint in humano corpore, per quæ ista cognoscant, vel per vim aliam spiritualem hoc comprehendant licet quædam p experimenta qñque talia prænotare dicuntur.



Vod autem.] Hęc qō diuidit in tres partes In prima quarum pbat magister per i2. c. q sortilegi, & diuini sunt excōicandi, si nō cessant, & euntes ad illos. Scđa ibi, [Nōnulli.] Tertia ibi, [Expræmissis.] Io. de Fan. CASVS. Hic ponitur 5. q. qua quæritur, si sortilegi, & diuini cessare uoluerit, an sint excōicādi, & dicit q sic, & ad hoc probandum inducit vnā rōnem, & vnam auctoritatem. Auctoritas incipit ibi,] Si quis frater.] Estis,] o uos dæmones. Sequētia c. plana sunt per iā dicta.] Expiādi,] .i. purgandi.

a SI quis.] ¶Phylacterij.] Phylacteria dicuntur hic chartæ, in quib. cōtinētur incātationes.

b QVi diuinationes.] ¶In domos suas.] secundū legē isti concreman

diabolus deprehendebat, non firma ratione videtur approbatum.

Vnde idem August. ait in lib. 2. retract. c. 30.

¶Quòd ex corporeis moribus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissima res est. C. III.

QVodam loco dixi, dæmones aliquando & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verū etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam audaciori asseueratione, quàm debui. Nam peruenire ista ad notitiam dæmonū per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed vtrum quædam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autē latentia, an alia vi, & ea spiritali, ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. sup. c. prox.

QVAESTIO V.



Vòd autem sortilegi, & diuini si cessare noluerint, excommunicandi sint, ratione, & auctoritate probatur. Est. n. quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus fuetura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitum, nummo impendit, idolorum cultor ab Apostolo nominatur, sic illi, qui futura, quę ex Dei oraculo nonnunquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum consultatione, vel quibuslibet præstigijs inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præscire solius Dei est, qui, in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. Vnde Esai. ait: [Priora, & nouissima annunciate mihi, & dicam quòd dij estis.] Cultores vero idolorum à fidelium communione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corint. Apostolus ait: (Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum eiusmodi nec cibum sumere.) Hinc etiam in decretis Gregorij iunioris in concilio Romanò præsidentis, c. 12. legitur.

Eph. 5. Col. 3. Esa. 41. sed paulo angust ius. 1. Cor. 5.

¶Anathema sit, qui ariolos, vel incantatores obseruat. C. I.

SI quis ariolos, aruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacterijs [a] vsus fuerit, anathema sit.

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 10. c. 24. Iuo p. 11. c. 1. Pann. l. 8. c. 61. Rabanus in pænit. c. 23. Et in conc. Paris. 3. c. 1.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

¶Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

QVi diuinationes expetunt, & morem gentiliū α subsequūtur, vel in domos suas [b] huiusmodi homines

Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 2. Pann. l. 8. c. 62.

NOn liceat.] CASVS. Hoc c diuiditur in 4. partes. In prima parte dicitur, ꝙ propter domum faciendam, vel segetes serendas, vel plantandas arbores, & similia non debet aliquis colere elementa, lunam, vel stellas obseruare, sed omnia facere in nomine Domini. In secunda parte dicitur, ꝙ in collectionibus herbarum non est aliqua incantatio facienda, nisi credo in Deum, vel Pater noster. In 3. parte dicitur, ꝙ si qs in domum suam inducat sortilegos, vel diuinos, vt maleficia inueniant, vel aliud faciant superstitiosum, v annis pœniteat. In 4 parte dicitur, ꝙ mulieres in suis lanificiis, vanitatē obseruare non debent: sed Deum inuocare adiutorem. Secunda pars incipit ibi. [Nec in collectionibus herbarū] Tertia ibi,] Si quis aūt.] Quarta ibi.] Mulieribus.] Seq. c. planum est.

introducunt, exquirendi β aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennii iaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos, &c.

α ¶ Gentilium.] *In Græco impresso est*, χρόνων *sed in vetusto Vaticano, & apud Balsamonem* ἐθνῶν.
β ¶ Exquirendi.] *Græce est*, ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν *id est*, adinuenienda medicamenta.

Item ex concilio Martini Papæ: [id est ex cap. Martini Bracharensis, c. 72.]

¶ Elementa colere, lunæ, aut stellarum cursus in suis operibus Christianis seruare non licet. C. III.

Burc. l. 10. c. 3. Iuo p. 11. c. 40.

NOn liceat Christianis tenere traditiones gētilium, & obseruare, vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, a vel arbores plantandas, vel coniugia socianda. Sriptum est enim. [Omnia quæ facitis aut in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.] ¶ Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes licet attendere: nisi tantum cum symbolo diuino, aut † oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶ Si quis autem paganorum consuetudinem sequens diuinos, & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel lustrationes paganorum faciant; quinque annis pœnitentiā agant. ¶ Mulieribus quoque Christianis non liceat in suis lanificijs vanitatem obseruare: sed Deum inuocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

Colo. 3.
Ibid. c. 74. Burc. l. 10. c. 20. Iuo p. 11. c. 47.
† al. &
Ibid. c. 7. Burc. l. 10. c. 19 Iuo p. 11. c. 34.
Ibid c. 75. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p. 8. c. 330. & p. 11 c 46. Et in Agathensi, c. 68.

a ¶ Propter segetes.] nunquid ergo hic reprehenditur astronomia? nunquid peruentos & dispositiones lunæ illicitū est rusticis considerare tempus seminandi 1 & medicis tempora potionum, & minutionum? Certe hæc non reprobātur: sed illi reprobantur, qui credunt inesse necessitatem superioribus vñ nō est dicendum ꝙ superiora sint causa rerum, licet sint signa 2 rerum.

Astronomia nō est reprehendenda.
1 Videtur, ꝙ non. inf. ea. q. 7. non obseruetis, & seq.
2 Signa Lateloā. Picus Miran contra Astrologos.

Item ex concilio Laodicensi, c. 36.

¶ Sacris officijs dediti, magi, vel incantatores non fiant. C. IIII.

Rabanus pœn. c. 23. Iuo p. 11. c. 3. Pann. l. 8. c. 63.

NOn oportet sacris officiis deditos, vel clericos, magos aut incantatores existere aut facere phylacteria quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos autem, α qui talibus rebus vtuntur, proiici ab ecclesia iussimus.

α ¶ Eos autem.] *Quæ antecedunt in hoc capite sunt ex versione Dionysii. Quæ autem sequuntur, sunt ex prisca versione, quæ est in collectione Isidori.*

SI qs episcopus.] CASVS. Statuit concilium Tolet. ꝙ si quis episcopus, vel cuiuscumque ordinis clericus diuinos vel sortilegos consulit, deponatur, & ad pœnitentiam peragendam perpetuo in monasterio trudatur. Quæ autem sequuntur, plana sunt: & per te videbis vsque ad c. episcopi.

Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.

¶ Honore priuetur episcopus, vel presbyter, qui magos vel aruspices consulit. C. V.

Rabanus ibidem. Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 48. Iuo p. 11. c. 5. & 71. Pann. l. 3. c. 169. & l. 8. c. 64.

SI qui episcopus, aut presbyter, siue diaconus; vel qui libet ex ordine clericorum, magos, aut aruspices, aut incantatores, aut ariolos: aut certe augures, vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, α aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse b fuerit deprehensus; ab honore dignitatis suæ suspēsus, β c monasterii curam γ suscipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegii soluat.

b ¶ Cōsuluisse.] No. pro solo consilio debere quem puniri 3 siue faciet artem, siue nō. sic pro sola vocatione punitur, qui vocat clericum ad iudicium Imperatoris, vt 11. q. 1. placuit.
c ¶ Suspensus.] id est, de-

Consiliū facit quē puniri.
3 Sic inf. e ꝙ xi. dic, ꝙ in hoc peccat, quia prohibitum est cōsilium talium extra de sortileg. cap. 1. lo. de Fant.

depositus, vt patet per sequentia.

a Aliquanti.] Vel docere.] nam similis est culpa, prohibita discere, & docere, vt C de male.culpa 1 & multa sunt, quæ melius est nescire, quàm scire. 38. dist. quamuis contrarium est C. de hære. quicũque. vltra medium, vbi dicitur quod ille, qui illicita docet vel deportatur, vel punitur vltimo supplicio: discipuli vero puniuntur x. libris auri: sed ibi loquitur de his qui discendi causa venerunt, non tamen didicerunt: hic de eo qui didicit, vel consuluit. Item contrarium est 37. distin. qui de mensa: sed illi discebant non, vt sequerentur ea, sed vt aliis per ea possent obuiare, 37. d. legimus.

b Sortes]' ¶Discriminatis.] idest, iudicatis, vel aiudicatis. z Contra idolorũ.] a ¶Ver-

Nescire quædam melius est, q̃ scire.

x Si. arg. inuenit 16. q. 1. in canonibus. vbi consimilis pœna irrogatur danti & accipienti oblationem ecclesiæ præter episcopi conscientiam. L. de hoc legi. & no. de cõs. d. 2 pro dilectione.

z Vel dic, i. in discrimen adducitis.; Io. de Fant.

α ¶Magicam.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, & Polycarpo legitur* artem aliquam.

β ¶Suspensus.] *In omnibus conciliorum editionibus, & manuscriptis exemplaribus, quę collata sunt, & Polycarpo est,* depositus. *Sed ob glossam non est mutatum.*

γ ¶Curam.] *Sic in vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus; sed in recentioribus Coloniensibus est,* censuram, *in codice autem regio,* pœnam. Et in Venet. lq. 16

Item ex concilio Agathensi. c. 42.

¶De his, qui auguriis, & diuinationibus student. C. VI.

Rabanus ibidem. Bur. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.

Aliquanti clerici, siue laici student auguriis, & sub nomine fictæ religionis per eas, quas sanctorum sortes vocant diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hæc † quicumque clericus, aut laicus, detectus fuerit, vel consulere, vel docere; a ab ecclesia habeatur extraneus. † *al. Hoc.*

Item Leo quartus episcopis Britanniæ, c. 4.

¶Sors nihil aliud quam diuinatio, & maleficium esse decernitur. C. VII.

Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70.

Sortes, quibus cuncta vos in vestris discriminatis b iudiciis (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Christianos vltra nolumus nominari, & ne exerceantur † sub anathematis interdicto prohibemus. † *al. vt abscindantur.*

¶*In epistola Leonis quarti (cuius pars extat in vetusto codice) c 4. hæc leguntur.* De expetentia autem diuinationum, vel maleficiorum scriptum quidem in sacris habemus canonibus, vt ipsa ponamus, ita: Qui diuinationes, & c. supra *ead. ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorum similitudinem sortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis iudiciis, nil aliud, quàm quod illi patres damnaurunt, diuinationes, & maleficium esse decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano notario, lib. 9 epist. 47.

¶Incantatores, sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet. C. VIII.

Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 31.

Peruenit ad nos quòd quosdam incantatores, atque sortilegos fueris insecutus, & omnino nobis solicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. *& infra.* ¶Et ideo studii tui sit solicite quærere, & quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta vltione corrigere.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 32.

¶Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, vel auguria, vel sortes secutus. C. IX.

Concor. concil. Antisiod. c. 4.

Si quis clericus, monachus, vel sæcularis, diuinationem, vel auguria crediderit obseruanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum quibuscumputauerint intimandas; cum his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

Item Gregorius in lib. 7. epist. 66. ad Ianuarium episcopum.

¶Contra sortilegos idolorum cultores custodia pastoralis inuigilet. C. X.

Burc. l. 10. c. 13. Iuo p. 13. c. 32. & 95. † *al. aruspicum, & sortilegorum.*

Contra idolorum cultores, vel aruspices, † atque sortilegos, fraternitatẽ vestram vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque a tanti labe sacrilegii, & diuini intentione iudicii, & præsentis vitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen, si emendare se a talibus, atque

corrigere nolle repereris, feruenti cōprehendere zelo te volumus: & si quidem serui sunt verberibus [a] cruciatibusque, quibus ad emendationem peruenire valeant castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in pœnitentiam redigendi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem

¶ *Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorij cum vetustis exemplaribus collata.*

Item ex concilio Cartaginiensi 4. c. 89.

¶ Ab ecclesia separetur augurijs, & incantationibus deseruiens. C. XI.

Burc. l. 10. c. 7. Iuo p. 11. c. 35. pann. l. 8. c. 72.

AVguriis, vel incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionibus, vel ferijs inhærentem, à conuentu ecclesiæ separandum (præcipimus.)

Item ex concilio Anquirensi a c. 1.

a ¶ Anquirensi.] *Sic etiam in vetustis. Burchardus & Iuo habent* Anchyrensi. *Verumtamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impresso, neque manuscripto est inuentum. licet, qui tomos conciliorum ediderunt, afferant haberi in quodam vetusto codice xvi. librorum partialium.*

¶ Sortilegam, & magicam artem episcopi omnibus modis † elimanire studeant. C. XII.

† *al. viribus*

Burc. l. 10. c. 1. & l. 19. credidisti. quod multę. Iuo p. 11. c. 30. Pann. l. 8. c. 75.

† *al. maleficam.*

EPiscopi, eorumq; ministri omnibus modis elaborare studeant, vt perniciosam, & à diabolo inuentam sortilegam, & magicam † artē ex parochiis suis penitus eradicent: & si aliquem virū, aut mulierē huiuscemodi sceleris sectatorē inuenerint; turpiter dehonestatum de parochiis suis eiiciant. Ait enim Apostolus: (Hæreticū hominem post primā, & secundā correptionem deuita: sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est.] Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenent, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideo à tali peste debet mundari sancta Ecclesia. ¶ Illud etiam non est omittendū, quòd quædam sceleratæ a mulieres retro post satanam conuersæ, dęmonū illusionibus, & phantasmatibus seductæ, & credūt & profitentur se nocturnis horis cū Diana dea paganorū, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierū eqtare super quasdā bestias, & multarū terrarū spatia intēpestæ noctis silentio pertransire, eiusq; iussionib. velut dominæ obedire, & certis noctib. ad eius seruitiū euocari. Sed vtinā [b] hæ solę in perfidia sua perijssent, & non multos secū ad infidelitatis interitū ptraxissent. Nā innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorū inuoluuntur, cū aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnū Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi cōmissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hęc omnino falsa esse, & nō à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fideliū † irrogari. ¶ Si quidem ipse satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatē subiugauerit, cito transformat se in diuersarū species personarū, atq; similitudines, & mētem, quā captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo, cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit: &

ad Titum 3.

De spiritu & anima. c. 28.

† *al. infidelium.*

Aug. ibidem. 2. Cor. 11.

a ¶ Verberibus] Cū hic scribatur episcopis, patet hoc crimen ecclesiasticū esse. tē patet hic ꝙ episcop' potest aliquos uerberib. castigare, vt 23. q. 5. c. 1 itē patet hic ꝙ episcopus pot in carcerē mittere eos. Ite habes hic, ꝙ alio modo pun tur nobilis quā ignobiles, ut 24 q. 1 qui contra 12. quæst. 2. fraternitatis. Ioan.

Eps pōt aliquos verbetibus castigare

EPiscopi] CASVS Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima tractatur de solicitudine sacerdotum circa diuinos expellēdos de parochiis suis & quod expelli debeāt, Apostoli auctoritate probatur. In secunda parte reprehēduntur quædam mulieres, quæ cum Diana dea paganorū & cum Herodiade super quasdam bestias nocturnis temporibus equitare se putabāt: quod falsum est sed diabolo decipiēte hoc mentibus fidelium irrogatur. In tertia parte ostenditur quomodo fiat hæc illusio, scilicet in solo spū diabolo uarias formas ostēdēte per somnium mentibus hominum & ꝙ in solo spiritu fiat probat duobus exemplis, scilicet Ezechielis, & Pauli. Secunda pars incipit ibi,] illud etiā. Tertia ibi,] Siquidē ipse satanas.] b ¶ Sed utinā hæ solæ]Idest, utinam nō plures. similis expositio est 1. quæst. 1. duces 1.

1 Aliā iudices. 23. qō. 4. fi. ea. vbi de hoc.

a ¶ Sed in corpore.] Id est, corporeo sensu percipi, &c.
NONNVLLI. Hæc est 2. pars q. in qua dicit, quod in seq. c. continetur. Ioan. de Fan. Et ponit hic incidentem quæstionem.
CASVS. Superius prohibitæ sunt diuinationes & sortilegia. Nunc vero ostendit Gra. quod in perniciem inimicorum altaria vestib. exui non debent vel lugubri veste accingi, vel luminaria ecclesijs deputata extingui, vel Missa defunctorum celebrari pro viuis, & ad hoc probandum inducit seq c.
QVicumque.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1 parte dicit. quod si quis sacerdos vel minister ecclesiæ, altaria vestibus exuat, vel lugubri ueste accingat, vel exstinguat luminaria in perniciem alicuius, deponatur: nisi coram metropolitano pnīam egerit, exceptis illis personis, quæ hoc faciunt vel pp hęreticos, vel pp hostilitatem, vel alia iusta ex causa. In secunda parte dicitur, quod sacerdos, qui cantauerit Missā defunctorum vt inimicus mortem incurrat, deponatur: tam ipse sacerdos, quam ille qui sacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secunda pars incipit ibi, (Plerisq; etiam.)
b ¶ Doloris.] Nisi forte ideo faciat qa ecclesia sua spoliat. vt illud in signū męroris faciat, sicut quidam ponunt spinas super altare: sicut ēt denudatur altare in passione Dñi in signum tristitiæ.
c ¶ Satisfactio.) Ar. quod

Tristitiæ cā permittuntur aliqua.

cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore [a] euenire opinatur. Quis enim non in somniis, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus, & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit? & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit? [Statim inquit, fui in spiritu.] Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quod qui talia, & his similia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, idest, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: [Omnia per ipsum facta sunt, &c.] Quisquis ergo aliquid credidit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt; proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

Ezech 3. Apoc. 1. & 4. 2. Cor. 12. Io. 1.

α ¶ Scelerate.] *Fere eadem habentur apud Beatum Augustinum in libro de spiritu & anima, c. 28. & in vita Damasi Papæ primi, quæ extat Romæ in peruetusto de vitis sanctorum codice sanctæ Mariæ Maioris: vbi postquam aliqua relata sunt ex synodo Romana in qua Damasus Macedonium & Apollinarem damnauit, adiungitur anathematizatos in ea synodo esse, maleficijs, superstitionibus, & incantationibus seruientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quæ putabant nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut veste lugubri accingunt, vel consueta luminariorum obsequia ecclesiis Dei subtrahunt, vel Missam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrant hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium 13. condemnat dicens, c. 7.

¶ Abiiciatur sacerdos, qui huiuscemodi maleficiis operam dederit. C. XIII.

QVicumque sacerdotum, vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris [b], vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum vestibus sacris exuere pręsumpserit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit †, seu etiā, si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, & extingui pręceperit; si eum antea verę pęnitudinis corā metropolitano satisfactio [c] non purgauerit; ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari: illis proculdubio personis ab hac vltionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subuersionem sanctæ fidei metuētes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferētes, seu etiam diuinorū iudicio

† *al. accingi*] orig.

rum sententiam metuentes talia faciss: contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quam interni liuoris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitiæ dolo Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi, vt is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interuentu mortis incurrat periculum. Proinde nostræ eligit vnanimitatis conuentus, vt si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipse sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilij perpetui ergastulo religentur †.

† al. relegantur.

¶ *Principium huius capituli vsque ad vers.* Plerique, *est ex 13. concilio Toletano c. 7. Reliqua vero sunt ex 17. Toletano, ca. 5. quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania. & inde non nulla hic emendata, & addita.*

2 *Ex præmissis auctoritatibus colligitur, quòd arioli, aruspices, incantatores, & sortilegi, atque cæteri huius modi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, & nisi resipuerint, perpetuo excommunicandi. Sed quod in vltimo Anquirensi † capitulo ea; quæ fiunt per incantatores, non in corpore, sed spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de ciuitate Dei videtur asserere, ita dicens.*

su. ead. episcopi † al. Ancyrensi.

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præstigijs, quem ipse ex varij locis Augustini, & Isidori, vt antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dictis Augustini.*

¶ Quę magorum præstigijs fiunt, non vera sed phantastica esse probantur. C. XIIII.

Isidorus l. 8. etymol. c. 9. Burc. l. 10. c. 42. ex dictis. Augustini. Iuo p. 11. c. 67. Pann. l. 8. c. 65. Exo. 7. Aug. 18. de ciuitat Dei. c. 17.

NEc mirum [a] de magorum præstigijs, quorum in tātū prodire maleficiorū artes, vt ēt Moysi simillimis signis resisterent, vertētes virgas ī dracones, & aquas in sanguinē. Fertur ēt in gentilium libris, ꝙ quædā maga famosissima Circe, socios Vlysis mutuauerit in bestias. Legitur, & de sacrificio, quod Archades Deo suo Licæo immolabant, ex quo quicunq; sumerent, in bestiarum formas conuertebantur. Sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingebātur, q̄ rerum veritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorātibus manifesti fiant; de eorum proprietate, atq; inuentoribus iuxta traditionē maiorū primum dicere congruum arbitramnr. ¶ Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorū magnitudinem nūcupantur. Hi permissu Dei elementa cōcutiunt, turbāt mentes hoīum minus cōfidentiū in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violētia tātum carminis interimunt. Vñ Lucanus: [Mēs hausti nulla sane polluta veneni, Incantata perit] Dęmonib. n. accitis audent ventilare, vt quiq; suos perimāt malis artibus inimicos. Hi ēt sanguine vtuntur, & victimis & sępè contingunt mortuorum corpora. ¶ Necromātici sūt, quorum pręcantationibus vñr resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata rñdere νεκρος enim Gręce, mortuus, μαντεία diuinatio, nuncupatur: ad quos suscitandos cada

Libro 6.

quòd si aliquis satisfecerit đ crimine, vel inde egerit pœnitentiam: amplius nō possit accusari: licet sit publicum crimen 1. vt notatur 33. q. 3. ad monere ioan. 2. EX PRAEMISSIS. Hæc est 3. pars quæstio. in qua magister ponit casus, & originem his phantasma tibus. & quomodo accidant. Io. de Fan. CASVS. Concludit G. ex supradictis, ꝙ sortilegi. & diuini nisi resipiscant, sunt excommunicandi. Postea ostendit, ꝙ ea quæ fiunt per incantatores: non in corpore sed in spiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit seq. cap.

1 Adde ad hoc qđ not. gl. & doct in l. q ea mente. ff. de fur.

2 De hoc not. 49. dist. § 1. vbi videns.

[a] NEc mirum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes In prima parte Augu. docet tria. Primo docet non esse mirū, si magi vertebant virgas in dracones: aquam in sanguinē, Moysi resistēdo quia similia fecit Circe, & Mercurius ad sacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebāt, quàm in veritate consisterent. Secundo ponit multa genera magorum, & incantatorum, & eorū etymologias. Tertio ponit quare tanta potestas diabolo datur, vt homines sic seducat, quod fit ideo vt veritatem spernentes illudat hoc tamē non fit sine permissu Dei & dicit quare illi incātatores virgas suas in dracones conuertebant. in secūda parte continetur. quod quidam obijciebant Au. si phytonica diuinatio errori magicæ artis est deputanda qualiter pythonissa Samuelem suscitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectioni respondet Au. dicēs illū nō fuisse Samuelem, sed diabolum Quod probat tribus rationibus, vel auctoritatibus, multa verba inferen do

do. In tertia parte obijcitur Aug. sic: Si illi qui diuini dicũtur vel faciũt incãtationes, nõ habẽt aliqd propriæ virtutis, vel potestatis: quõ eueniunt quę dicunt? Et rñdet Aug. ꝙ licet ea eueniant, tamen nullus eis credere debet quia si sanitatem languidis cõferre videãtur: vel infirmitatẽ sanis inferre: totum fit pmissione diuina vt appareat qualis fidei vel deuotionis sint erga Deum qui hæc audiunt vel vident. Et ad hoc probãdum inducit auctoritatem Deuter. Secunda pars incipit ibi, [Præterea quidam] Tertia ibi, [Si autem aliquis. [Quod ait, s. Saul. [retulit.] historia, & quia dicit August.] titulis,] id est, argumentis vel rationibus.

a ¶ Si nõ attractus] Quia ab angelo fuit nunciata natiuitas eius.

b ¶ Permãet.] Vt su. pr. 25. dist. qualis.

a ¶ Tri-

† al. & imagines ludificationis, vel & imagines & ludificatione

sup. c. q. 2 illud.

Bur. l. 10. c. 44
Iuo p. 11. c. 69
Pãu. l. 8. c. 67

veri sanguis adijcitur. Nam amare sanguinẽ dæmones dñt: ideoq; quotiescunque necromantia fit: cruor atq; miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur.

¶ Hydromantici ab aquę dicti. Est enim hydromantia in aquę inspectione vmbras dęmonũ euocare, & imagines † ludificationes eorum videre, vbiq; ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine ét inferos perhibentur suscitare *a & infr.*

¶ Ad hæc omnia supradicta pertinent ligaturæ execrabiliũ remediorũ, quę ars medicorũ condemnat, seu in præcantationib. seu incharacteribus, vel in quibusq; rebus suspendendis atq; ligandis: in quib. omnibus ars dęmonũ est, ex quadam pestifera societate hominũ, & Angelorũ malorũ exorta. Vnde cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda, atq. damnanda. ¶ Auguria autem auiũ Phryges primi inuenerunt. ¶ Præstigium vero Mercurius primus dicitur inuenisse. Dictum est autem præstigium, ꝙ præstringat aciẽ oculorum. ¶ Haruspicinæ artem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic ex horis haruspicinam dictauit, & postea non apparuit. Nam dicitur fabulosè, à Ranto quodã rustico, subito ex glebis exiliuisse, & haruspicinam dictasse, qua die, & mortuus est. Quos libros Romani ex hetrusca lingua in propriam mutauerunt. His ergo portentis per dæmonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando impudenter appetunt scire, ꝙ nulla ratione eis competit inuestigare. Hæc potestas immundis spiritibus ideo datur, vt per vasa sibi apta, hoc est prauos homines, seducant illos, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio, & iuxta Pauli sententiam, sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur varijs, desiderijs semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes, & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Nec *B* ideo quisquam credere debet, quos libet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei,) qui omnia, quæ fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri finit) quòd prædicti magi leguntur similia fecisse Moysi: qui virgam suam proiecit, & conuersa est in draconem, proieceruntque ipsi singulas virgas suas, quæ versæ sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt *a* enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis, atque causalis prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus; & sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum, vel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamuis nouerint præbere quasdam visibiles opportunitates, & causas, vt illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc illi inuisibiliter. Deus vero solus vnus est creator, qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus inseruit. ¶ Prętérea quidam quærendum putant, quomodo scriptura narret Pythonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saul impijssimi regis; si pythonica diuinatio errori magicæ artis deputanda sit. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum verba historiæ commodetur † assensus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & bonitate sanctus, & vitæ operibus iustus; aut si non attractus [a] est, consensit? Quod vtrumque de iusto credere aduersum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia; si autem voluntarius amisit meritum spiritale, quod positus in carne quęsierat; quod valde absurdum est, quia qui hinc iustus recedit, permanet [b] iustus. Porro autem hoc est prętigium satanę; quo vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se hr̃e confingit. Quod Apostolus inter cętera ostendit, dicens: Ipse satanas trans-

Ouid. meta. l. 15.

2. Tim. 3. & 3.

August. 3. de Trinit. c. 7.

Aug. l. q. sup Exod. q. 21. & l. 2. ad Simplicianũ q. & ad Dulcitium, q. 6.

Au. q. 22. ex vtroq; testã.

† al. consensus.

2. Cor. 11.

d ¶Tenax.] Hæc est ratio, quare iudex potest augere onus legis, sed illud nō potest diminuere, vt ff. de re iu. si se non. §. si quis. similiter generalia verba quæ princeps ponit in suis priuilegiis, tu non debes stricte, & tenaciter interpretari, vt extra de deci. ad audientiam, & 16 q. 1. frater. extra de do. cum dilecti.

N On licet] Hæc est 4. pars q. in qua reuertitur ad q. ntam q. & probat per 4. cap. q non debemus seruare auguria, nec alia superstitiosa Ioan. de Fant. & ista capitu. nihil faciunt ad istam quæstio. Lau.

CASVS. Ab isto loco vsque ad finem causæ repetit G. quedam c. quæ superius prætermiserat super diuinationibus & superstitionibus quibusdam in quibus omnibus Christiani reprehenduntur, qui ad instar paganorum dies obseruabant, & annos, & alias multas superstitiones, & iō p vos legatis, quia in scholis legi nō consueuerunt. Si autem aliqui ex sua diligentia casus voluerit formare facile poterit, q a tales si clerici sunt, deponātur, & laici anathematizentur. In illo c. nō obseruetis, & in c. seq. repetit quæ dicta fuerāt sup. e. q. 5. non licet. & c. fortes, & etiā addit quædam alia, quæ facile p te videbis.] Pyctaciolas.] idest, breues in chartula scriptos. [In grandinariis.] q grando possit moueri per magicas artes. c ¶Nō licet.] Ab hoc loco vsque ad finem repetit quædam ca. quæ omiserat in 5. quest. in quibus omnibus reprehenduntur Christiani, qui ad instar paganorum

poena peccati futura. † Sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris, necesse habet, vt aut fascem reiiciat, aut sub pondere confringatur; sic & homini, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est, vt aut penitentiam tuam reiiciat; aut suscipiens, dum sufferre non potest, scādalizatus amplius peccet. Deinde, etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius est [a] propter misericordiam rationem reddere, † quàm propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est; dispensator non debet esse tenax.[b] Si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus? Vis apparere α sanctus? circa vitam tuam esto austerus? circa alienum benignus.

† *al. dare.*

α ¶Vis apparere.] *Locupletatus est hic locus ex indicata homilia: cum antea legeretur,* vt quid sacerdos eis austerus vult apparere.

Item Martinus Bracharensis, c. 74.

¶Calendarum obseruationes agere non licet. C. XIII.

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 43.

NOn licet [c] iniquas obseruationes agere Calendarū, & otiis vacare gentilibus: neq; lauro, aut viriditate arborum cingere domos; [d] omnis enim hæc obseruatio paganismi est.

Vnde Zacharias Papa concilio Romano, c 9.

¶Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obseruat. C. XIIII.

Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 16. Iuo p. 11. c. 43.

SI quis [e] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, β aut mensas cū dapibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantiones, & choros ducere præsumpserit, quod magna iniquitas est corā Deo; anathema sit.

¶*Hoc est caput nonum in concilio Romæ a Zacharia habito, quod asseruatur in Vaticana bibliotheca, & inde nonnulla sunt emendata, & addita. De hac autem superstitione Bonifacius legatus Germaniæ epist. 2. quæ est in tomis conciliorum, ad ipsum Zachariam multa scribit; cui Zacharias vltima epistola respondens mentionem huius concilij videtur facere his verbis.* Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant; a die, qua nos iussi diuina clementia (quamquam immeriti existamus) Apostoli vicem gerere; illico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur. c. 62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertullianus in libro de idololatria, & alij graues auctores.*

β ¶Vel aliquid plus noui facere propter nouum annum.] *Hæc non sunt in codice istius concilij Vaticano.*

nere minorem pœnitentiam quam maiorem, quia vbi vbi pater familias, i. Deus, benignus est ad miserendum, sacerdos eius vicarius austerus esse non debet.

Mia est præferenda rigori.

a ¶Melius est.] Arg. q iudex potius seruabit misericordiam quam rigorem. so. d. ponderet, in fi. & 86. dist. non satis. 11. q. 3. nemo peritorum. extra de sortileg. capit. n. 2.

dies obseruant, & annos, & alias friuolas superstitiones.

d ¶Domos.] Cum hoc fit ideo qua creditur aliquid salutis inde recipere.

Dies, & anni non sunt obseruandi.

e SI quis.] Hic recepit magister ea quæ tradidit obliuioni in 5. q.

a ¶Non

a Non obseruetis.] ¶ Aegyptiaci.] Quos Aegyptij inuenerunt, vt qui aliquod opus die tali inchoaret, malũ haberet exitum: tamen ex antiquitate ecclesia signat hos dies in calendariis suis, vbi reprobantur 37.d.legimus.

Item Augustinus.

¶Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præstant. C. XV.

In Turonensi 3.cap. 42. & in adiectis capit.c.94. Poly. ibidem. Bur.l.10.c.40. Iuo p.11.c.65.

ADmoneant sacerdotes fideles populos, vt nouerint magnificas artes, incantationesq; quibuslibet infirmitatib.hominum nihil remedii posse conferre; non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quidquam mederi; non ligaturas α ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse; sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hæc β exercuerit; clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶*Caput hoc Burchardus, & Iuo citant ex dictis Augustini: apud quem similia reperiuntur in locis allatis supra ea. q.5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter vltimam clausulam leguntur in concilio Turonensi 3.cap.42. & in adiectis capitularibus, cap.94.*

α ¶Non ligaturas.] *Hinc vsque ad ver.* prodesse. *sunt addita ex concilio, & capitularibus.*

β ¶Et si quis hæc.] *Postrema hæc tota clausula non legitur in concilio, neque in capitularibus, sed apud Burchardum, & Iuonem.*

Item Augustinus.

¶*In plerisque vetustis exemplaribus est tantum,* Item, *& in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

¶Dies Aegyptiaci, & Ianuarii Calendæ non sunt obseruandæ. C. XVI.

Poly.l.6.tit.

NOn obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci; a aut Calendas Ianuarii: in quibus cantilenæ quædam, & comessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos menses, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, solisq; cursum: quia, qui has, & quascũque diuinationes, aut fata, auguria obseruat, aut attendit; aut consentit obseruantibus inutiliter & sine causa; magis ad sui damnationem, quàm ad salutem tendit: siue qui per quosdam numeros literarum, & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiam ægrotantium vitam, vel mortem, vel prospera, vel aduersa futura inquirunt, siue qui attendunt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata, & sortes quæ dicuntur sanctorum Apostolorũ, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate scripta super homines, vel animalia ponunt, præter symbolum, & orationem Dominicam, aut magicis falsitatibus in † grandinariis tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, vt interrogent; sciant se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, & paganum, & apostatam, idest, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus; [Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus.]

† *al.* &

1.Cor.10. Act.17.

De temporum quoque obseruationibus scribit Augustinus in Enchiridio γ, c.79.

γ ¶Enchiridio.] *Ex puncta sunt voces, quæ subsequebantur,* idest, manuali libro. *sunt enim a vetustioribus.*

¶Graue peccatum est dies obseruare, vel menses, & annos. C. XVII.

Beda Gal.4. Iuo p.15.c.19. Pann.l.8.c.80.

QVis æstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses,

& annos, & tempora (sicut obseruant, qui certis diebus siue mensibus, siue annis volunt, & nolunt aliquid inchoare, eo quòd secundum vanas doctrinas hominū fausta, vel infausta existiment tempora;) nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus; qui talibus ait: [Timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis. (*Item super epistolam ad Galatas. c. 4.*) Intelligat

Gal. 4.

a lector ad tantum periculum animę pertinere superstitiosas temporum obseruationes, vt huic loco subiecerit Apostolus: (Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.) Quod cum tanta celebritate, atque auctoritate per orbem terrarum in ecclesijs legatur; plena sunt tamen conuenticula nostra hominibus; qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt. Iam vero, nē aliquid inchoetur, aut ędificiorum, aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos Aegyptiacos vocant, sępe etiam nos monere non dubitant.

Beda ibid. Iuo p. 11. c. 15.

a ¶ Intelligat] *B. Augustinus explanans ea verba Apostoli ad Gal.* 4. Dies obseruatis, & menses, tempora, & annos: *ipsa tam ad gentiles quā ad Iudæos referri posse demonstrant, tuncq; subiungit:* Ergo eligat lector, vtram volet sententiam, dum modo intelligat ad tantum, &c.

Item Hieronymus.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.*

¶ Sine incantatione herbas, vel petras licet habere. C. XVIII.

Poly. l. 6. c. 12. Burc. l. 10. c. 50. Iuo p. 11. c. 75.

DAemonium sustinēti licet petras, vel herbas habere sine incantatione.

CAVSA XXVII.



Vidam votum castitatis [a] *habens desponsauit sibi vxorem: illa priori cōditioni renuncīās, transtulit se ad aliū, & nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam.*

1 *Hic primū quęritur, an cōiugiū possit esse inter voentes.*

2 *Secundo, an liceat sponsæ à spōso recedere, & alij nubere.*



Vidam autem.] CASVS Gratianus primo tractauit de officijs clericorum. Secundo de causis, & negotijs eorum. Tertio transfert se ad sacramenta. Sed quia matrimonium cęteris sacramentis est tempore antiquius

& vsu

& vsu communius; ideo de illo præmittit. Vnde videndum est quid sit matrimonium: vnde dicatur quibus verbis instituatur, quæ sint eius impedimenta, quæ vt melius tibi pateant, videbis in summa huius causæ. & tractat. hic de illo impedimento, quod est votum Annectit etiam de interdicto ecclesiæ, & de quibusdā alijs quæ vt omnia plenius pateant, præmittit thema, duas inde eliciens quæstiones.

a ¶ Quidam votum castitatis.] Tractato de negotiis; & ministerijs ecclesiasticis, adiungit de sacramentis pri- mo de matrimonio. licet alia sint digniora, & magis necessaria, & hoc ideo, cum matrimonium magnum sit in Christo & ecclesia sacramentum, & tempore antiquius est, & vsu comius. Antiquius, quia ante peccatū institutū est. comius quia cū sacramenta oīa sint in ecclesia Dei, hoc tñ apud gentes oēs est: sanctitas aūt eius nō est nisi in monte sancto eius id est, vbi ecclesia ædificata est. Et qa de matrimōio sæpe quæritur in iudicio, ideo assignando multiplicia eius impedimenta tractaturus de eo cōtinuat x. causas. Ad eius ergo euidentiam prębandum est quid sit matrimonium, & vnde dicatur, & vbi, & quādo, & quibus verbis fuerit īstitutū, & quæ sint causæ matrimonij, vel quæ & quot sint eius bona, quæ vel quot eis impedimenta. Quid sit matrimoniū, habet infra e q. 2. §. 1. vbi explicabimus singula posita in descriptione. Dicitur autē matrimoniū, quasi matris munium, i. officium. Sed quare potius dicitur à matre, quàm à patre, qui auctor est generationis, vt diceretur patrimonium? Resp. quia plura onera matrimonij subit, & tolerat mulier: est enim in conceptu grauida in partu dolorosa, in lactando laboriosa ex. de conuer. in fin. c. 2. Fuit aūt institutū in paradiso 32. qō 2. §. his ita. & ante peccatū de pę. d. 2. §. Romanos ver. Adā causa sobolis procreādæ, vt repararēt lapsus angelorū. de consecr. dist. 1 hi duo. Et fuit institutū his verbis. Hoc nūc os, &c. Alij dicūt ꝙ alijs verbis scilicet his. Crescite, & multiplicamini. sed credo, ꝙ illis verbis vsus est Dñs tātum, vt præciperet carnalē cōmistionē: sicut patet, ex eo ꝙ ēt post diluuiū eisdē verbis vsus est Dñs ad Noe, & filius eius iam pridem vxoratos. Fuit ēt matrimoniū secūdo institutū post peccatum ad remediū, vt vitaretur fornicatio. vt 32. q. 2. §. his ita. Causę aūt matrimonii quædā sūt p quas cōtrahitur matrimoniū, vt sponsalia & cōsensus. quædā ꝓpter quas: & ex his quędam sūt principales, vt vitatio fornicationis. susceptio sobolis; Aliæ secundariæ, q̄ sunt multæ vt pulchritudo

Matrimoniu est antiquius & cōmunius alijs sacris.

Matrimonium vnde dicatur.

Matrimonium vbi & per quę verba fuit Institutum.

Matrimonii cōtrahendi causę multiplices.

Matrimonij impedimenta.

fæmine diuitiæ, amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. Bona matrimonij sunt tria, fides, proles, sacramẽtum infra ea.q.2 omne. Impedimenta matrimonij sunt 16.s. votum, ordo, habitus, dispar cultus, error personæ, error conditionis, cognatio, ligatio, publicæ honestatis iustitia, enormitas delicti, impossibilitas coeũdi, tempus feriarum, inter dictum ecclesiæ, coactio, ætas. furor. Io. Veruntamẽ quędã ex his impediunt contrahendũ sed non contractum dirimunt, vt infra dicetur. Impedimenta prædicta in his versibus sunt collecta.

Votũ, cõditio, violentia spiritualis.
Proximitas, error dissimilisque fides.
Culpa, dies vetitus honor, ordo, ligatio sanguis.
Quæ sit & affinis, quæq; coire nequit,
Additur his ætas, habitum coniunge furori.
His interdictum subditur ecclesiæ.
Hæc (si canonico vis consentire rigori)
Te de iure vetant iura subire thori.

Habitus impedit, sed non dirimit. extra qui cle. vel vo. cõsuluit B. contra. quia nec impedit secundum eum. similiter ætas impedit matrimonium & furor carens interuallo 32.q 7.neque.

tota ecclesia diceret quis hæc verba, voueo cõtinentiã, si contraheret, teneret. matrimonium. Quæ est enim ratio quare constitutio ecclesiæ magis debeat spectare ad illa vota, quæ solenniter fiunt, quam ad priuata, dummodo possit ecclesia constare siue per testes, siue per

QVAESTIO PRIMA.



Vod vouentes[a] matrimonia contrahere non possint: multis auctoritatibus probatur.

Item concilio namque Carthaginiẽsi quarto, c. vlt. statutum inuenitur de viduis, quę professam † continentiam præuaricatæ sunt. † al. professa.

¶ Excommunicentur viduę, quæ religioso habitu abiecto nuptias elegerint. C. I.

SIcut bonum est castitatis prẽmium; ita & maiori obseruantia, & preceptione custodiendum est, vt si quę viduę [b] quantũlibet ad huc in minoribus annis [c] positæ, Burc. l. 8. c. 39. Iuo p. 7. c. 58. & 147.



Vod vouentes.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat magister per 34. auctoritates sanctorũ patrum, quod vouentes solenniter non possunt contrahere, & si contraxerint, nõ tenet matrimoniũ & dẽnt puniri. Secunda ibi. [Augustinus.] io. de Fan. CASVS Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur an teneat matrimonium à vouente contractum, & quod non teneat, probat vsque ad §. [his omnibus auctoritatibus.] postea probat contrarium, vsque ad vltimum. §. quam contrarietatem bene soluit supra 27 dist. §. vl. & intellige prima c. de voto solẽni. alia de simplici Alii dicunt prima cap. intelliguntur de voto de præsenti, alia de futuro.

a ¶ Quod vouentes.] Hic intitulatur questio prima qua quæritur an teneat matrimonium à vouente cõtractum, & quod non teneat, probatur vsque ad §. his omnibus auctoritatibus, postea allegat in cõtrarium vsq; ad §. vlt. & hanc contrarietatem soluit satis bene. su. 27. dist. §. vlt quod videlicet prima c. intelliguntur de voto solenni, alia de simplici arg. extra qui cle. vel vo. meminimus. inf ea c. 1 vbi dicitur, & veste laicali sub testimonio episcopi. H. dicit, quod non refert an sit simplex votũ an solenne: quia vtrũque dirimit matrimoniũ. solẽnitates. n. ipsę nõ sũt de substãtia voti. Sed hoc refert an sit de præsenti cum solennitate, siue sine illa, vt uoueo cõtinentiam, hoc impedit & dirimit sic intelliguntur hæc cap. prima vsque ad cap. nuptiarum an sit de futuro, quod improprie dicitur uotum, id est, quędam promissio de futuro uoto emittendo, vt si dico, ego pmitto, quod uouebo continentiam post annum mortua uxore mea, uel promitto, quod intrabo, religionem, vel cõsimile. hoc impedit, sed non dirimit. vt cap. nuptiarum. & c. sequentibus: alij dicũt, quod nullum votum dirimit; quia qua ratione dirimeret votum solẽne, & simplex, cũ idẽ sit in substantia solennitates cũ non sunt de substãtia: sed ipsa constitutio ecclesiæ dirimit, si post uotũ solenniter factũ si contrahatur. Ego dico, quod nullum uotum est solenne. nisi cum quis deuouet se religioni alicui, uel aliis duobus modis in sequenti cap. unde si coram

Matrimonium à vouente contractum, vtrũ teneat.

Votum an impediat, & dirimat matrimonium. Votum sõlenne quod dicemus esse.

per confessionem propriam alicuius, quod votum fecerit? quam cito. n. constat ecclesiæ per confessionem, vel per testes dr notorium: & sic deberet ecclesia dirimere matrimonium per illud votum contractum. Io. Tu breuiter dicas, quod professio tacita vel expressa alicuius religionis impedit contractum, & contrahendum. extra de regu. vidua. & 27 dist. quod interrogasti, & extra de reg. consulti. & cap. statuimus & præcedenti c. quæ ea. & expresse hoc dicunt, quod cum aliquis dicit, deuoueo me huic religioni, ibi possessio continentiæ tacita intelligitur, & religionis expressa. Ordo similiter impedit, si est sacer. nam ibi intelligitur tacita continentia facta cum solennitate, & ex constitutione ecclesiæ: & ita semper conditio tacita vel expressa, vel constitutio ecclesiæ solennizat votum. Sic mihi Bar. Brix. videtur dicendum. extra qui cle. vel vouen. c. rursus.

Professio religionis impedit matrimonium.

ADDITIO. De hoc etiam not. 22 distin. quidam extra qui cle. vel vo. rursus quod per Innoc. extra de reg porrectum & not. de vo. per tuas, & in c. proxi. &c.

Sicut bonum.] CASVS. Hoc cap diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod votum castitatis est magnum, & ideo magna debet obseruantia custodiri. In secunda parte pœna imponitur transgressoribus, qui & damnationem habebunt, & a communione aliorum separabuntur nam si vxor, quæ frangit fidem marito est punienda, multo magis quæ non seruat fidem Christo. In tertia parte dicitur, quod si aliqua Deo deuota fuerit per vim oppressa, & delectatione libidinis postea habitare cum raptore consenserit, pœna superius dicta tenebitur. Secunda pars incipit ibi, [Vt si quæ.] Tertia ibi, [Quæ etsi]

b ¶ Vt si quæ uiduæ.] Licet de illis specificet, de omnibus intelligi debet.

c ¶ In minoribus annis.] Videlicet xxv. anno, uel xij. uel xiv. Et dñr minores annis multipliciter quantum ad discretionem vsque ad xvij. C. de iure deli. si infanti. Item quantum ad matrimonium usque ad duodecimũ in fęmina, in uiro vsque ad decimumquartum annum. Item quantum ad factionem testamenti usque ad xiiij. annum in masculo, in fęmina usque ad xij. ff. quia testa. fa possi qui ætate in prin 2. q 6. §. diffinitiua Item quantum ad restitutionem usque ad xxv annum ff de mi. l. i. hic autem uocat minores qui sunt infra xv. an. nã aliter pater posset eos reuocare si essent infra xij. vel xiiij. an. ut 20. q. 2. c. 1 & 2 Sed quare non restituitur puella infra xv ann. vt habitum quem suscepit, possit deponere, sicut in aliis cõtractibus? Respon quia non est læsa, quia ei nubit quo meliorem no pot inuenire, iuxta illud

Minores annis dicuntur multis modis.

illud Agnetis, illi sum desponsata cui angeli seruiunt &c.& minor non restituitur nisi cum læditur.ff. de mino.verum,§.sciendum.
a ¶ Immatura.] idest non matura. nam viduæ ante annum xl. non velantur, vt 20. qō 1.sanctimoniales, vel duæ dicit corā episcopo vel abbāte vel abbatissa, vel coram tribus vel duobus testibus, ego deuoueo me huic religioni. Hoc enim aliud est,& aliud cū dico, ego voueo continentiam, deuotus enim religioni non posset contrahere ita ꝗ matrimonium teneret, nec mirum, cum ērt iā cōtractū matrimonium religio dissoluat.ex. de conuer. coniug. ex publico. sed in voto continentiæ secus, non enim votum dirimit. vnde si corā tota ecclesia diceret, voueo continentiam, per hoc nō solennizatur votum: nisi velis dicere, ꝗ tale votum non dirimit, sed constitutio ecclesiæ super voto facta. Nam si votum dirimeret. quare potius vnum quam aliud, si hoc haberet ex sua natura? & ita dirimeret votū simpliciter, quod Augu. non vult, inf.ead.nuptiarum. Dic ergo votum nunquam solennizari, nisi trib. modis prædictis. & ita exaudi quod dicitur. Ioan. Tu dicas, vt supra dixi in gloss.illa, hic intitulatur, circa fin. vers. tui breuiter. in summa quęst. Bar. Brix.

Vouere religionem, & vouere continentiā differunt.

& immatura α [a] ætate à viro relictæ se deuouerint Domino,& veste laicali abiecta,sub testimonio [b] episcopi & ecclesiæ in religioso habitu [c] apparuerint [d] postea vero ad nuptias sæculares transierint; secundum Apostolum damnationem habebunt: quia fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausæ † sunt. Tales ergo personæ à Christianorum communione sequestrentur, neque conuiuio β cum Christianis communicent. Nam si adulteræ γ coniuges reatu sunt viris suis obnoxiæ; quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte, non coactæ [e] obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, & ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ etsi violentia irruente ab aliquo oppressæ † fuerint, ac postea [f] delectatione libidinis permanere in coniugio raptori, vel violento viro consenserint; damnationi superius comprehensæ teneantur † obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: [Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.]

1.Tim.5.
† al.misæ
† al.prærepta.
† al. tenebuntur
1.Tim.

α ¶ Immatura.] *In varijs conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Soriensi regio legitur,* matura. *Iuo habet,* in matura.
β ¶ Neque conuiuio.] *Sic est emendatum ex manuscriptis Gratiani exemplaribus ex punctis verbis illis,* donec ad bonū, quod cœperant reuertantur: *quæ ex capite sequenti videntur huc fuisse translata, In conciliorum autem impressis, & manuscriptis codicib. legitur.* Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quę etiam nec in conuiuio cum Christianis communicent.
γ ¶ Adulterę.] *Sic est emendatum ex memoratis conciliorum exemplarib. Nam antea legebatur.* Nam si adulterij coniuges reæ sunt, si suis obnoxię uiris non fuerint, quanto, &c.

c ¶ Habitu] Arg. ꝗ ita tenetur voto qui publice in religionis habitu apparuerit, ac si publice habitū susceperit, ex. de reg. vidua, & inf. ead. vidua.
d ¶ Apparuerint.] Ita quòd aliquamdiu in ecclesia īter alias steterit.s. per triduum. extra de reg. & transe. ad religio. ad nostrā 1. Vel distingue qđ triplex est habitus, scilicet professionis, qui votū habet annexum, & dirimit

Habitus est triplex.

Item ex epistola Gregorij missa ad Bonifacium.

¶ *Sic etiam citant cæteri collectores. Habetur autem & paulo etiam copiosius, in capitularib. adiectis, c. 215.*

De hoc no. inf.ea.c.3.& sup. 20. q.3. c.2.

duæ dictiones sunt in ætate matura thoro, iuxta illud. Iam matura thoris plenis adoleuerat annis virginitas.
b ¶ Sub testimonio.] Nam ita solennizatur uotum (vt dicunt quidam) cum scilicet, accepit vestem ab episcopo, ut hic, vel de manu presbyterorum, vel ministri. 20.q.1.vidua. Quod credo, dum tamen e mittat uotum. Nam alias vestes tantum accipiendo non obligatur solenniter, sed simpliciter extra qui cle.vel uo. consuluit. vbi etiam habes, quòd solennizatur votum in manu abbatis vel abbatissæ. Item solennizatur si per seipsam recipiat habitum, & incipiat cum alijs cantare in ecclesia. infra ead. vidua. Et not. quòd uotum continentiæ solennizatur tribus modis tantum. Sacri ordinis susceptione. 28. distinct. diaconi. Secundo dum accipit uestem sacram a quocumque: dum tamen post susceptionem incipiat cohabitare, cum alijs monachis & monialibus in ecclesia, infra ead. vidua. Tertio cum ita matrimonium: de quo hic loquitur. Conuersionis, qui similiter votum habet annexum, sed non dirimit matrimonium, de quo loquitur extra qui cle.uel uo. consuluit. extra de regu. super eo. Habitus probationis, qui nec impedit nec dirimit matrimonium: de quo loquitur extra de renun. ex transmissa. de reg. statuimus in fine. Firme ergo teneas, ꝗ nunquam solus habitus solennizat uotum, extra de regu. porrectum, & extra qui cle.vel vo.consuluit. nec obstat 27. d. quod interrogasti. & ext.de regu. vidua, quia solus habitus (vt dixi supra) non facit monachum, vel non solennizat uotum.
e ¶ Non coactæ.] Tunc enim secus esset. ext. quòd met. cau. perlatum.
f ¶ Postea.] Argumen. quòd non excusat vis præcedens si postea sequitur consensus 1.quæst. 34. q. 1. cum per bellicam, & extra de eo qui dux. in matr. significauit.

Votum continentiæ trib. modis solennizatur.

Habitus solus non solēnizat votū. 1.Ar.1. qō.1. constat ff de re milit. non omnis. § qui captus. Arc.

Viduas.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ viduæ, quæ viduitatis votum deseruerunt, damnari debent, & à communione aliorum expelli. In secunda parte dicitur, ꝙ virgines, quæ virginitatis votum dimittunt, agere pœnitentiam de hoc debent, & a cœtu hominum separari: nam si cōtractus, qui fiunt cum hominib. seruandi sunt: multo fortius cōtractus, qui initur cum Deo debet seruari. In 3. parte dr: si virgines, quæ sic peccāt, grauiter puniuntur, multo fortius uiduæ puniri debent: cum iam sint virorū libidine saciatæ. Et quod puniri debeāt, probat trib. auctoritatib. Greg. l. Apostoli, Moysi, & prophetæ, & una ratione. Secunda pars incipit ibi, [De virginibus] Tertia ibi, [Si virgines.] Hæc vero verba sunt Inno. [Si virgines.] Verba Grego. [Apostatauerunt,] id est, retro abierunt. Sequ capit. pater.

a ¶ Hæ vero.] Hanc literā intelligit Cardinalis de uoto simplici pp illud, nōdū tectę: & illud, nōdū velatæ; & illud, a Domino, quasi dicat, nō ab ecclesia, & illud aliquanto tpe. i. trib ann. 27 d. si uir. Sed nos intelligimus de uoto solenni: qa publica pœnitentia, de qua subditur, non imponitur pro fractione simplicis uoti. arg. 27. dist. si vir. Item inutiliter argumentaretur Greg. de talib. virginibus ad viduas solenni uoto obligatas. Vñ intelligas illud, nec dū sacro velamine tectę, & velatę, nō de velo consecrationis, sed de velo ꝓfessionis, ꝙ velū consecrationis non datur ante xxv. annū. 20. q. 1. placuit

Sol ibi. loquit de uirgine illa quæ uelum cōsecrationis accepit, quæ si pr̄uaricata sit, plus peccat quam uidua. hic loquitur de ea, quæ non accepit votum consecrationis, vnde uidetur minus peccarequàm uidua. vel quodam respectu magis uidetur virgo peccare, quàm uidua;

pñia publica nō est violatorib. voti simplicis imponenda.

¶ De viduis, & virginibus, quæ à religionis proposito discedunt C. II.

Viduas à proposito discedentes uiduitatis, super quibus nos consulere uoluit dilectio tua, frater charissime, credo te nosse à Sancto Paulo, & à multis sanctis patribus, nisi conuertantur, olim esse damnatas. Quas & nos Apostolica auctoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant episcopis suis, & ad bonum quod cęperunt, inuitæ, aut uoluntariæ reuertantur. ¶ De uirginibus autem non uelatis, si deuiauerint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus: Hæ vero [a], quæ necdum sacro uelamine [b] tectę, tamen in proposito uirginalis semper se simulauerunt [c] permanere; licet velatæ non fuerint, si nupserint, aliquando [d] tempore his agenda pęnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus [e] nulla ratione dissolui; quanto magis [f] ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine uindicta non poterit? & cæt. ¶ Si uirgines nondum uelatæ taliter pęnitentia publica puniuntur, & à cętu fidelium usque ad satisfactionem excludunt; quanto magis viduæ, quæ perfectioris ętatis, & maturioris sapientię, atque consilii existunt, virorumque consortio [g] multoties usę sunt [h], & habitum religionis assumpserunt, & demum apostatauerunt, atque ad priorem uomitum sunt reuersę, à nobis, & ab omnibus fidelibus à liminibus ecclesię, à cętu fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminādę, & carceribus tradendę, qualiter iuxta Apostolum Paulum tradentes huiusmodi hominē satanę, vt spiritus eius saluus sit in die Domini? De talibus enim, & Dominus per Moysem loquitur, dicens: [Auferte malum de medio uestri. (De quibus, & per prophetam ait: [Lętabitur [i] iustus, cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine peccatoris. [k] (De talibus namque & eorum similibus, atque eisdem consentientibus dicitur: (Quia non solum, qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.) rei sunt.

Sent. 4. d. 38. Ans l. 11. c. 177. Burc. l. 8. c 45. Iuo p 7. c. 63. pann. l. 3. c. 204. *1. Tim. 5.*

inf. c. Hæ uero.

1. Cor. 5.

Deut. 13.

Ps. 57.

Rom. 1.

Item ex decreto Gelasii Papæ ad Siciliens. episcopos missis, c. 9.

Voti simulatio obligat.

b ¶ Velamine.] Extra de reg. ut clerici.

c ¶ Simulauerunt.] Arg. ꝙ voti simulatio sicut ipsa professio obligat quenquam, ut c proxi. neq. & distin. 27. quod interrogasti.

d ¶ Aliquanto.] x. ann. inf. ead deuotam secūdum nos lo ti dixit, aliquando, quia arbitrarium est huius pœnitentię tps, licet ordinarie dixerim esse decem annos.

e ¶ Contractus] Hic large sumitur hęc appellatio, ut etiam comprehendat contractus stricti iuris: quia in nullo dolus interuenire debet. C. de præscri. x. vel xxv. ann. l. si fraude.

f ¶ Quanto magis]inf. ead. q. c. hæ vero, contra, in fin.

dua, quia à maiori bono cadit.

g ¶ Consortio.] Arg de pœ. dist. 5 consideret. in fi. vbi dr. Timeat docta experimento quod ignorauit uirgo.

h ¶ Vsæ sunt.] Dicit Hier. Libido in virginibus maiorem patitur famem, dū dulcius esse putant quod nesciunt.

i ¶ Lætabitur.] Non de vindicta, quam videt, sed quia non est in illa, & quia non commisit consimilia.

K ¶ Manus suas laua. in sang peccatoris. i. in pœna. id est, pp pœnam quam uidet: quia cum stultus punitur, sapientes fit astutior, ut 23. q. 6. vides. & exemplis citius ducitur quis ad benefaciendum, & ad uitandum crimen de pœn dist 2 citius vnde dicitur:

Fęlix quem faciunt aliena pericula, cautum.

Cōtinentia difficilior virginibus quā uiduis. Pœna sapientiorē efficit.

a ¶ Ne-

Votum diuersa sortitur vocabula.

a NEque viduas.] ¶ Proposito.] idest, voto. Nota qđ uotum secundum diuersos status diuersa sortitur vocabula. primo. n. est cum quis in origine disponit aliquid boni facere, & tunc dicitur deliberatio, vt 17 q 1. c. qui bona, & hoc infringere veniale est. Quandoque pro-

& hoc in suam excusationem allegabant. contra quarum excusationem loquitur hic Cyprianus, eas grauiter reprehendens: quia in aspectu talis membri oculus sæpe fallitur. & præterea si membrum illud sit incorruptum, anima tñ potest esse corrupta: vnde delinquere videtur nam si spõsus videns sponsam suã in amplexibus alterius irascitur: multo fortius Christus de sua spõsa hoc faciẽte irascit & dedignatur. In secunda parte dicitur, qđ si tales voluerint pœnitere, & inueniant integræ, recipi debẽt in suo statu: q̃ si postea cũ supradictis viris familiaritatẽ habere videãtur eiiciantur: nec postea recipiantur de facili. & si aliqua talium fuerit inuenta corrupta, post pœnitẽtiam redire poterit ad ecclesiã. quæ si de cetero peccauerit, amodo non recipietur: ne scilicet p̃beat cæteris exemplum ruinæ secũda pars incipit ibi, [Qđ si.] Exomologesis,] idest, cõfessio ne sua facta Sequẽs c patet.

¶ Burchardus, & Iuo parte 7. c. 64. citant item vt Gratianus: sed rursus Iuo eadem parte, c. 44. Gelasio ad Cæsarium c. 4. Extat autem in epistola Symmachi ad Cæsarium, c. 4. eumque citat Polycarpus.

¶ Transire non possunt viduæ, & virgines post religionis propositum ad nuptias. C. III.

Poly. l. 4 tit. 35. Burc l. 8. c. 46. Iuo p 7. c. 64. & 144. Pan. l. 3. c. 203.

NEque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito [a] diuturna [b] obseruatione permãserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasterijs ætatem peregisse contigerit.

Item Cyprianus ad Pomponium de virginibus.

¶ Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest. C. IIII.

NEc aliqua putet se posse hac excusatione defendi, q̃ inspici, & probari possit, an virgo sit: cũ, & manus obstetricum [c], & oculi sæpe fallantur [d]: & si incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte, qua mulier potest esse: potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus [e], ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & coniacentium duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confiteatur [f]? Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat; nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem † fortassis [g] & gladium in manum sumit? Quid Christus Dominus, & Iudex noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam, iacere cum altero cernit [h], quam indignatur, & irascitur? & quas pœnas in scœlestis eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius vt gladium spiritalem, & venturum iudicii diem vnusquisque fratrum possit euadere, omni consilio prouidere, & laborare debemus.

† al. liuorem.

Idem in eadem epistola.

Probatio p̃ obstetrices: facta erit inualida.

c ¶ Obstetricum.] ar cõtra illam p̃batio nẽ, quę fit per obstetrices, q̃ nulla sit valida: sed tamẽ cõtra adulterium. inf. e. c. bene recipit. & ar. ex. de prob. p̃po suisti & dicit lex eã admittẽdam, dum tamẽ peritæ mulieres sint ff de ven. in spi. l. arg contra. C. quãdo tutor. vel curator esse desi. l. in- de decoram. vbi reprobatur probatio per aspectum corporis. & 32. q. 5. nec solo. & inf. 33. q. 1. quod autẽ, & c. si in qs contra. Ibi enim in veritate viri, hic stat in veritate mulieris. sed ibi soluitur. si enim duæ vel tres nobiles probæ mulieres dicerent virginem non esse cognitam à viro, harum testimonio staret. ar. q 2. quælibet.

1 Idest, grauius q̃ primum peccatũ. sm Hu. qui dicit: firmiter cancellatis opinionibus & quæ dñr hic sit dicẽdum est, quod cũ quis vouet vel promittit se monachũ fieri, vel aliud si est sanæ mẽtis, & discretæ indissolubiliter tenetur et hoc ext. 4 de reg. qui post vo tum. Arch.

procedit, & proponit idem se firmiter facturum: & dicit propositũ 17. q. 1. c. 2. & q. 2. nos nouimus. huius fractio venialis est sm quosdam. sed graue est 2. hæc matrimonium contrahendum impediunt, sed non dirimunt iam contractum: si vero accedat obligatio, dicitur votum: cuius fractio mortale peccatum est, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, si solenne fuerint 27. d. §. vlt.

b ¶ Diuturna.] Maxime. nam, & idem esset si per momentum, ar. inf e. viduas, nec ideo minus vẽditio tenet, q̃ & c. C. de contrah. emp. non idcirco. Vel potest hoc intelligi quando non expresse se religioni obligauerunt: quo casu exigitur, q̃ per aliquod tempus fuerint in monasterio cum alijs, quod tempus potius est ad arbitrium boni viri referendum, quàm aliter determinandum ar. ext. de do. Apostolicæ ff. de iur. delib. l. 1. ff. solu. quod dicimus. Vel dic hoc tempus trium dierum esse, ext. de reg. ad nostram licet quidam illud intelligant de illectis, vt 20 q. 1. constituit.

NEc aliqua] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod quædam erant sanctimoniales, quæ cum viris iacentes se corrumpi non permittebãt

Testimoniũ visus quãque fallitur. Interiora dignoscũtur p̃ exteriora.

d ¶ Fallantur.] arg. contra testimonium visus: sæpius tñ non fallitur: & ideo admittitur testimonium de visu. nam ad ea quæ frequenter fiunt, iura adaptantur, & c. ff. de legi nam ad ea.

e ¶ Concubitus.] hic enim est vnus casus, quò p̃ exteriora interior voluntas dignoscitur, per cõfabulationem enim, & amplexus, & huiusmodi deprehenditur fuisse corrupta. si. 31, q. 2. c. 1. sup 50 d. si quis præpostera 34 q 1. non satis, distinct. 50. si quis diaconus, & 31. quæst. 5. nec solo.

f ¶ Confiteatur.] Quia ex eis præsumitur adulterium. 32. q. 1. C. de adult. quamuis.

g ¶ Fortassis] De facto: quia non licet viro interficere adulterum, ff de adult. marito, nisi post denunciatione.

h ¶ Cum altero cernit] Propter talem suspicionem poterit eam accusare, vt 32 q. 1. dixit Dominus.

peccatum iteratum est grauius puniendum.

a QVòd si penitentiam.] Iterum, idest, sæpe. ff. de eden. veluti. §. hæc vox iterum, alias, interim.
b ¶ Accepta.] præmissa tamen penitentia.
c, ¶ Reuersæ.] arg per reiterationem peccati aggrauari poenã: & peccata iterata grauius esse punienda. ar. 15. q. vltima. hi. qui.

habitus non præiudicatur ei. arg. extra qui cle. vel vo. cõsuluit. Si autẽ habitum susceperit, & deuouet se religioni in qua non licet habere proprium: videtur quidquid habet deuolui succedentibus ei ab intestato ar. C. de ep. & cl. si qs præsbyter. debet tũ necessaria ab hæredib. suscipe.

not. sup. ea. c. 1. in gl. nã ita, & in no. seq. & inf. c. q. 1. multorũ

d ¶ Domo.] arg. ex loco præsumi cõtra aliquem, argum. 18. q. 2. diffinimus.
e ¶ Tecto.] tectũ hic appellat quemlibet locum priuatum. 35 q. 6. ab isto.
f ¶ Facile.] not. q si aliquis monach9 vel monacha semel deliquit, nõ ideo statim debet abijcij: sed si secundo peccat, difficilius debet recõciliari: si tertio, tunc detruditur in aliud monasteriũ, vt inf. e. puenit. sed si clericus aliqs peccauerit statĩ prima vice potest expelli, vt 48. d. quoniam multa.
g ¶ Plenã.] idest publicam 1. Ex hoc volunt quidã, q sancti monialis possit agere solennem penitẽtiam, nec impeditur cõsecratio. quod est cõtra illud quod de clerico dictũ est su. distinctio. 50. c. his vero. Vel, plenam, id est, x. annorum, inf. c. deuotam.
h ¶ Exomolegesi.] id est, confessione facti sui. sed dic, idest, pænitentia vel satisfactione: pars. n. hic ponitur pro toto, secundũ synecdochẽ. confessio. n. est pars penitentie, & maxima de penit. distin. 1. quem penitet.

1 Al. perfectam.

Penitentia solennis an possit agi p sãctimonialem.

¶ De eodem. C. VI.

QVòd si penitentiam[a] huius illiciti concubitus sui egerint, & à se inuicem recesserint, inspiciantur iterum[a] virgines ab obstetricibus diligenter: & si virgines inuentę fuerint: accepta[b] cõmunione ad ecclesiam admittantur: hac tamen interminatione, vt si ad eosdem masculos postmodum reuersæ[c] fuerint, aut si cum eisdem in vna domo[d], & sub eodem tecto[e] simul habitauerint: grauiore censura eiiciantur nec in ecclesiam postmodum facile[f] recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint, & deprehensæ; agant penitentiam plenam[g]: quia quæ hoc crimẽ admisit, non mariti, sed Christi adultera est: & ideo æstimato iusto tempore, postea exomolegesi[h] facta ad ecclesiam redeat. Quòd si obstinate perseuerant, nec se ab inuicem separant: sciant se cum hac sua impudica obstinatione numquam à nobis admitti in ecclesiam posse; ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiant nec putent sibi vitæ, vt salutis constare rationem, si episcopis, & sacerdotibus obtemperare noluerint.

α ¶ Iterum.] *In codicibus Cypriani impressis, & octo manuscriptis quæ Romæ ad operum ipsius emendationem collata fuerunt, legitur* interim: *quæ varietas notatur etiam in glossa.*

Item ex sexta synodo in Trullo, c. 4.

¶ Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum sanctimoniali mechatus fuerit. C. VI.

1 SI quis episcopus, presbyter, diaconus, aut subdiaconus aut lector, aut psalmista, aut ostiarius cum muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur[i]: quia sponsam Christi corrupit: si vero laicus excommunicetur[k].

Item ex concilio Toletano 4. c. 8.

¶ *In concilijs Toletanis non est inuentum. Est autem lib. 7. capitular. c. 338.*

¶ Viduę, & puellæ, quæ post religionis habitum nubunt à communione suspendantur. C. VII.

Cap. l. 7. c. 338. Burc. l. 5. c. 41. Iuo p. 7. ca. 66.

DE viduis, & puellis[l], quæ habitum religionis in domo-

1 SI quis episcopus.] ¶ Deponatur.] vt 30. q. 1. si quis sacerdos.
K ¶ Excommunicetur, hoc de consuetudine canonum 2. nam secundum leges aliter. inf. 36. q. 2. si quis non dicam.

2 Et pt. dici excõicetur f. si fuerit cõtumax. ad hoc 22. q. 1. c. vlt. vel dic q ad tps separatur à cõmunione gã ecclesia ostẽdit. sic 86. d. tanta. arg. ar. q. 2. placuit in fi. & q 3. c. si. secundũ Io. de Fant. Religiosa vestis potest in domo accipi.

a Vide qũ

DE viduis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q si viduæ, vel puellæ in domibus proprijs habitum religionis assumant solemniter vouendo: si postea nubunt, debent suspendi à communione sacramentorum cum stupratoribus suis donec peniteant: q si neglexerint, vsque ad satisfactionem sint anathematizati.
l ¶ Puellis.] idest, virginibus: alias videt contra. 20. q. 1 illud. Vel intellige de doli capacibus secũdum H. etiam. ante. 12. ann. ibi. de non capacibus.
m ¶ Proprijs.] potest ergo aliqua in domo propria accipere vestem religiosam arg. 33. q. 5. q Deo inf. c, mulieres 3. & 20. q. 1. vidua. & extra q cle. vel vo. insinuãte. nec tamen monialis erit, cum nulli monasterio se tradat hoc ergo intelligo de professa: vel vt dixi, ex solo

pere. Alij aũt bona talium dicunt esse impẽdienti. Sed cõtra qa nihil est secũdũ naturam impendenti ff. de iud sed & si. §. vl. ar. ff eo nõ quemadmodum. Alii dicunt ea esse in ptãte episcopi argu. C. de epis. & cle. nulli. Ioan. Ego credo quod talium bona sunt in ptãte illius qui est superior in illa religione, cum non expressit monasterium. B Item not. secundum Hu. quod numquam erit religiosa persona quocumque modo vestẽ mutat vel proprijs renuntiet, vel votum emittat nisi alicui religionis se det 17. q. 1. ad fi. Sed nunquid talis qui votum emittit, & proprijs abrenunciat manens in domo sua, vel si vestẽ mutat facit se verberantes reos illius edicti. 17. q. 4. si quis suadẽte? Nõ, nisi spiritualiter habitum alicui9 monasterij cũ pfessione tacita vel expssa assumat: licèt se abbati nõ supponit: vel dic q sũt mo. 4. licet nõ sint sub aliquo abbate, sicut primus monac. non fuit sub aliquo abbate.

4 Scilicet, si aliqua solẽnitas obseruatur, alias non vt nou. inf. e. nuptiarum.

a ¶ Pro

mibus proprijs [a] tam à parentibus, quàm per se mutauerunt, si postea contra instituta patrum; vel præcepta canonum coniugia crediderint copulanda; tamdiu vtręq; que † habeantur a communione suspensæ †, quousque, quod illicite perpetrauerunt, emendent. Quod si emendare neglexerint: à communione, & omnium Christianorum conuiuio, perpetuo [b] sint sequestratæ.

¶ al. vtrique. † al. suspende.

Item ex concilio Martini Papę.

¶ *Abest caput hoc à nonnullis Gratiani exemplaribus, Burchardus & Iuo citant ex concilio Mugontino, c. 6. Habetur in concilio Triburiensi, c 25. In hoc autem capite, & duobus sequentibus citantur decreta Gelasij vt sunt in codice canonum.*

¶ De eodem. C. VIII.

Ansl.l.9.c.100. Burc.l.8.c.30. Iuo p.7.c.55. Pann.l.8.c.197.

VIduas autem velare pontificum nullus attentet: prout statutum est in decretis Gelasij Papæ cap. α xiij. quod nec auctoritas diuina, nec canonum forma præstituit. Quod si propria fuerit volnntate continentiam professa; in eiusdem Gelasij capitulo xxj. legitur eius intentio pro se reddat rationem Deo: quia sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur; sic secum habita deliberatione promissam fidem pudicitiæ Deo debet custodire. Nos β autem auctoritate patrum suffulti in hoc sancto concilio sancimus, & libere iudicamus, si sponte velamen, quamuis non consecratum, sibi imposuerit, & in ecclesia inter velatas Deo oblationem obtulerit, velit nolit sanctimoniæ habitum vlterius habere debet: licet sacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione sibi velamen imposuisse, vt iterum posset deponere.

1 Cor. 7.

α ¶ Capitulo xiij.] *Sic est in codice canonum: in epistola vero eiusdem prima episcopis per Lucaniam, est c. 15. sicut paulo post, quod est in c. 21, in eodem codice in epist. est, c. 23.*
β ¶ Nos autem.] *In concilio Triburiensi legitur* Qua auctoritate paternę suffulti sententiæ in hoc sacro conuentu sancimus, &c. *Hac vero eadem de vidua, quæ sibi sponte velamen non consecratum imposuit, habentur in Decretalib. c. vidua, tit. de reg. Quod in codicib. impressis citatur ex concilio Arelatensi. In prima autem collectione, & vetustis codicibus* Gregoriana *ex Aurelianensi.*

Et in conc. Turonico, c. 21.

Item ex decretis Innocentij Papę, c. 20. in codice canonum, & epist. 2. ad Victricium c. 13

¶ De his, quę votum virginitatis habentes nubunt, necdum sacro velamine tectæ. C. IX.

sup. ea. viduas. §. hæc vero.

HAec vero, quæ necdum sacro velamine tectę [c], tamen proposito virginali semper se permanere simulauerunt, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint; his agenda γ aliquanto [d] tempore pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonę fidei cõtractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non debet †? Nam si Apostolus illas, quę à proposito viduitatis discesserant, dixit habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quanto magis virgines, quæ pactionis † suæ fidem minime seruauerunt.

Poly.l.4.tit.35. Bur.l.8.c.12. Iuo p.7.c.18.

† al. potest. 1. Tim. 5. † al. prioris pactionis fidem.

γ ¶ His agenda.] *Sic est emendatum ax codice canonum, epistola, & concilio Turonico: & sic legitur sup. ea. c. viduas. Hoc enim loco etiam in manuscriptis erat,* ad agendum aliquanto tempore pœnitentiam sit liberum.

a ¶ Proprijs.] idest quæ fuerũt propriæ: licet enim in sua domo fecerunt processionem, erit solenne votum, extra de conuer. coniug. ex parte 2. & ext. qui cler. vel vo. insinuante.
b ¶ Perpetuo.] vsque quo emendauerint, vt ext. de const. ex literis. in fi.

HAc vero.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo ꝙ si virgines post votum nubant, & si nondum velatæ sint: tamen debent pænitere ad tẽpus. Nam si homini fides est seruanda, multo fortius Dẽo cui promiserunt, fides est seruanda. Et si vidua, quæ post votum continentiæ nubat damnatur: multo fortius virgo debet damnari, quæ fidem Deo frãgit.] Velatæ non sunt.] velo consecrationis.
c ¶ Tectæ.] quæ nondum sunt consecratæ
d ¶ Aliquanto.] su. c. viduas contra. Sol. vt ibi, Vel melius in dicto 1 Apostoli dr de viduis, quæ non erant velatæ, sed tamen professæ continentiam quæ minus peccant quàm virgines velatæ. ibi Gre. de vtrisque velatis. Quæ

1 Et vere melius sm Hũ. cuius fuit hęc sñia quẽ sequitur etiã L.

QVæ Christo,] CASVS. Dicitur in hoc capit. quod si virgo post votum nubat. non admittitur ad pœnitentiam, nisi toto animo virum respuat, vt ei velut mortuus reputetur: nam si promissio est hominibus obseruanda. multo fortius Deo, & si hoc obseruandum est in illa, quæ viuo viro suo secundo adhæsit, multo fortius hoc debet obseruari in illa quæ nupsit sponso immortali. eis publice in fornicatione morabantur. Et ideo statuit concilium Triburien. vt tales in ergastulis detrudantur, vt possit tantum facinus pœnitentia digna purgari: quibus in fine viaticum ex misericordia concedetur. Seq. c. patet. [Libere,] idest, publice.

a ¶ Ad pœnitentiã.] contra 26.q.6, agnonim⁹. quia peccator in quauumq; hora, &c Sed exponit Hu. ad pniam .i. ad fructum pœnitentiæ, .i. ad Eucharistiam, licet enim hic pœniteat, nunquam tamẽ viuente adultero recipietur ad communionem, ad instar sæcularis adulteri. inf. 32.q.7 fidelis.

b ¶ Nec ei agendæ pœnitentiæ.] .i. recipiendi fructus pœnitentiæ.

c ¶ Licentia.] aut illis viuentib. caste viuere cœperit inf. ea. deuotã. & c. de filia.

d ¶ Nisi vnus,] .i. legitimus .s. maritus quem reliquerat, nisi in necessitate mortis, per capitulũ qđ est 32.q.7 fidelis.

e ¶ Defunctus.] quo ad literam, & iste intellectus euidenter ostẽditur inf. ea de filia. Magister aliter exponit. inf. ea. §. vlt. sic recessit quo ad eã defunctus: quia reciperetur ad pœnitentiam, nisi prius ab eo speraret. vel aliter. nisi vnus: i. adulter, sed secundum hanc expositionem nulli existenti in aliquo peccato danda est pnĩa de alio, & ita Grat. est sibi contrarius. i. de pœniten. dist. n. 3. §. vlt. Item contra extra de pœ. & remi. quod quidam ext de sent., excõ cum non

1 Suba. & iõ melius intelligitur hoc ca. de morte corporali ad literam secũdum Hug. Pœnitentia vnius peccati non pdest ad salutem. in altero existenti.

Item ex decreto eiusdem, cap. 10. in codice canonum, epist. autem ad Victricium, c. 12.

f ¶ Fi. In conc. Turonico ibid.

¶ Non sunt admittenda ad pœnitentiam virgines sacræ, si publice postea nupserint. C. X.

Sent. 4. dis. 38. Poly. ibid. & l. 6. tit. 20. Burc. l. 8. c. 13. Iuo p. 7. c. 17.

QVæ Christo spiritaliter nubunt α, & à sacerdote velantur, si publice postea β nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam [a] agendam, nisi hi, quibus se iunxerant, à mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ [b] licentia [c] concedatur, nisi vnus [d] de eis fuerit defunctus [e]: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigrauit?

α ¶ Nubunt.] *In antiqua editione conciliorum, & epistolarum, & codice canonum impresso legitur,* nupserint *sed in duobus ipsius manuscriptis,* nubunt: *post q verbum in omnibus sequitur,* & à sacerdote velantur, *ideoque sunt addita.*

¶ β Si publice postea.] *In epistolis olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis legitur,* si postea nupserint, vel publice, vel occulte corruptæ fuerint. *In editione conciliorum Coloniensi duobus, & tribus tomis,* si postea nupserint publice, vel occulte corruptæ fuerint. *In postrema autem quatuor tomorum,* si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint.

Item ex concilio Triburiensi c. 6.

¶ *Caput hoc habetur in epistola prima Syricij, & in codice canonum est, c. 15. inter decreta ipsius quem etiam citant Burchardus, & Anselmus. Pars tamen aliqua huius capitis est in c. si quis sacro, inf. eadem, quod quidem habetur in concilio Triburiensi, quod extat.*

¶ Ab ecclesia eliminandæ, & in ergastulis retrudendæ sunt monachorum, vel monacharum impudicæ personæ. C. XI.

inf. 33. q. 1. quod autem. | Sent. 4. dist. 34. | Poly. l. 6. tit 4. | Burc. l. 9. c. 40. | Iuo p. 8. c. 80. & 178. | Pan. l. 6. c. 115.

QVòd autem [b] interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt, & nubere [c] non possunt, si ille aliam, vel illa alium possit accipere; de his ita scriptum γ est [d] Vir & mulier, si se coniunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quòd non possit coire cum ea; si potest [per verum † iudicium] probare [e] quòd verum sit accipiat alium.

† Absunt à capitulari.

γ ¶ Scriptum.] *Auctor glossæ hic ait*, in Lombarda. *& infra, 33. q. 1. hoc eodem loco ait*, primo libro capitulari Caroli, s. in Lombarda. *Nunc habetur c. l. 6. c. 55. additis in extremo his verbis*, eo quòd iuxta Apostolum non potuit illi reddere suum debitum.

Ecce impossibilitas coeundi, si post carnalem copulam

GVM ERGO. CASVS. Infert Gratian. nunc, cum coniugati non possunt sine cōsensu alterutrius cōtinētiā ꝓfiteri, spōsi vero hoc possūt. patet ꝙ inter sponsum & sponsam non est matrimonium, & ad hoc confirmandum, suam conclusionem inducit auctoritate primo Aug. secundo Leonis, tertio Nicolai: quarto Grego. & quod dicit Nicolaus intelligitur si eam cognouit.

QVod autem.] CASVS. Dicit in hoc ca. quod si frigidus ducat vxorem de facto, & illa possit probare quod hoc verū sit, per veram probationē scilicet per aspectū corporis, vel septima manu propinquorū, separari debent.

b ¶ Quod autem.] De hac materia hēbis 33. quæst. 1. ca. 1. Ioan.

c ¶ Nubere.] Id est carnaliter commiscerí, vt sup. dist. 34. Valentino.

d ¶ Scriptum est.] In Lombarda. Et ita est ar. ꝙ leges induci possunt in causis matrimonialibus. nam & in accusatione etiā clericorum inducuntur. arg. 3. q. 9. dignū.

Leges allegari pñt in causis matrimonialibus.

e ¶ Probare.] sic 33. q. 1. si quis accepit. contra extra de despon. impu. cōtinebat. extra de clan. de spō. si quis clā. ext. de frigi. & malefi. ca. 1. in his omnibus dr̄, ꝙ probationi viri standum est: & etiam sacramento viri, vt in c. continebatur. sed hoc intelligitur cum vir tacet, & probationes non habet: immo verior est solutio, ꝙ hoc hactenus. & §. consobrino. sed si fuisset mulier, potius crederetur viro: & sic loquuntur iura contraria.

ECCE IMPOSSIBILITAS. CASVS. Iterum concludit

cludit Gra. ꝙ inter sponsum & sponsam nõ est matrimonium. ꝙ tribus rationibus confirmat. Nam si esset matrimonium inter sponsum & sponsam, ergo per solam causam fornicationis posset eam dimittere: & eius uir secundus à ꝓmotione repelleret: & discessio ab inuicẽ diceretur diuortium. at in sponso & sponsa secus est: & quod diuortium non sit inter sponsum & sponsam, probat auctoritate ipsius Ambrosij.

a ¶ Instituti.] 4. dist. c. vit.

b ¶ Negatur.] Reuera non est diuortium proprie sumpto uocabulo: quia diuortium dicitur inter carnaliter commistos, repudium inter sponsos. ff. de uerb. sign. inter diuortium & diuortium.

c ¶ Vnde apparet.] Tritum est allegatio.

inuenta fuerit in aliquo non soluit coniugium. Si uero ante carnalem copulam deprehensa fuerit; liberum facit mulieri alium uirũ accipere. Vnde apparet illos non fuisse coniuges: alioqui non liceret eis ab inuicem discedere, excepta causa fornicationis, & sic discedentes oportet manere innuptos, aut sibi inuicem reconciliari. ¶ Item si sponsa coniunx esset; mortuo sponso remaneret uidua. Si autem uidua esset; uir eius ad sacros ordines conscendere non posset. Maritus enim uiduæ æque, sicut & bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex huius autem copula nullus prohibetur à sacris ordinib. Vt enim ait Pelagius Papa. Nihil est (quantum adhunc articulum attinet) quod ei obuiet de canonicis institutis[a]. *Apparet ergo hos non fuisse coniuges. ¶ Item si coniuges essent, discessio ab inuicem esset diuortium. Sed horum separationẽ negat Ambros. esse diuortium, dicens de B. Maria, quam sibi Ioseph desponsauerat, & in suam duxerat: Ioseph eã nunquam cognouit eam. Nam si uir iustus eam cognouisset; nunquam à se discedere passus esset: nec Dominus qui uxorem præceperat a uiro non discedere, nisi causa fornicationis commendans eam discipulo auctor diuortio fuisset.] Ecce commendatio Mariæ Ioanni, & detractio Ioseph negatur*[b] *fuisse diuortium: quia Ioseph non cognouerat eã. Vnde apparet*[c] *eos non fuisse coniuges. Si autem B. Maria, quam sibi Ioseph desponsauerat & in suam duxerat, coniunx negatur fuisse; multo minus ista, quæ simpliciter sponsa erat, coniunx est appellanda.*

Sent. 4. dist. 27. sup. d 34. c. vlt.

Ambr. ad ca. 1. Lucæ, & de institutione virginum, c. 6. & 7.

Item ex concilio Aurelianensi. β

α ¶ Ioseph] *Verba B. Ambrosij lib. 2. comment. ad capit. 1. Lucæ (quæ propius accedunt ad hunc locum, quàm quæ habentur l. 10. ad c. 23.) sunt hæc.* Vtique si conuenissent, nunquam uirum proprium reliquisset, nec uir eam iustus passus esset a se discedere. Quomodo autem Dominus diuortium præcepisset cum ipsius sit sentẽtia, quia nemo debet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis?

β ¶ Aurelianensi.] *Hoc idem infra 32 q. 7. qui dormierit, uidetur citari ex concilio Moguntino. Sed in nullo Aurelianensi, aut Moguntino est inuentum. quemadmodum neq; sequentia in Tribur.*

¶ Sororis vxorem polluens, neutram valet habere. C. XXX.

Qui dormierit[d] cum duabus sororibus, & vna ex illis antea vxor fuerat; neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri unquam in coniugio[e] copulentur.

32. q. 7. qui dormierit.
Burc. l. 17. c. 3.
Iuo p. 9. c. 69.

Idest, nec propriæ uxori sibi licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec etiam post mortem uxoris licet ei, uel adulteræ, alicui copulari in coniugio.

De sponsa uero è contra legitur in concilio Triburiẽsi.

Qui dormierit.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod si quis uxorem à se cognitam habuit, & postmodum scienter cũ sorore eius adulteretur: neutram ex ipsis habebit, id est, nec uxori debitum reddat, nec post mortem uxoris licet ei, nec adulteræ alicui matrimonialiter copulari. Quidam tamẽ habent ibi §. idem.

d ¶ Qui dormierit.] Quidam dixerunt hoc cap intelligendum secũdum decreta. extra de diuor. si qua. & de spons. requisiuit. sed illæ decreta parum faciunt H. uero & Baz. dicũt potius esse standum Euãgelio. unde intelligunt hoc cap. ꝙ exigere non potest, sed reddere tenetur unde sic intelligũt sequentem literam, non liceat ꝓpriæ uxori reddere sibi debitum, idest, ipse non potest petere debitum ab ea, & ita intelligunt prædicta decreta nã peccata suos debẽt tenere auctores C. de pœ. sancimus. & est hodie expressum in extra de eo qui cog. discretionem: & maxime cũ affinitas spiritualis maior sit quàm carnalis, vt 30. quæst. 3. ita diligere sed ꝓpter spiritualem superuenientem nõ separentur 30. q. 1 ad limina. 10.

Affinitas spiritualis est maior carnali.

e ¶ In coniugio.] Inf. 32. q. 7. quædam. inf 33. quæs. 2. si quis contra. sed ibi neutra fuit vxor.

DE SPONSA. CASVS. Dictum est sup ꝙ illa, quam vir sororis tuæ cognouit contrahere non potest: nunc dicit secus esse non sponsa, quæ post pœnitentiam potest contrahere.

Quidam desponsauit.] CASVS. Quidam desponsauit quandam :/& eam propter frigiditatem, vel aliud iustum impedimentum cognoscere non potuit, quam frater eius postea corrupit, & grauidauit; & ideo statutum fuit in concilio isto ut corruptor eam non habeat, licet frater eius eam non potuit habere; mœchus tamē & mœcha post pœnitentiam contrahere possunt.

g ¶ Apparet. Allegando dixit.
h ¶ De sponsa.] De futuro: nam si sit de præsenti, idē est quod cognita.

Raptor.] CASVS. Dicitur in hoc cap quòd si aliqs rapuit sponsam alterius, raptor debet puniri: & si sponsus

¶ De eo, qui dormiuit cum sponsa fratris sui.
C. XXXI.

Quidam desponsauit vxorem, & dotauit [a] eam: & cum ea coire non potuit; quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit. Decretum est, vt quamuis nupta esse non potuerit legitimo viro: desponsatam tñ fratri frater habere non possit: sed mœchus [b], & mœcha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita [c] vero coniugia eis non negentur. — Burc.l.17.c.40. Iuo p.9 c.100.

Item ex eodem.

¶ Si quis sponsam filii sui oppresserit, simul cum ea sine spe coniugij maneat. C. XXXII.

Si quis sponsam [d] filii sui oppresserit, & postea filius eius eam duxerit; pater [e] postmodum non habeat vxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignorauit, aliam accipiat. — Sent 4. dist 27. Burc.l.17.c.18.

Si illa quam vir sororis suæ cognouerit [f], perpetuo copulari prohibetur. hic vero qui sponsam fratris sui corrupit, peracta pęnitentia matrimonium contrahere permittitur; apparet [g] hanc non fuisse coniugem fratris eius.
¶ Item mulier causa fornicationis à uiro suo dimissa, aut ei reconciliabitur, aut eo uiuente innupta manebit. De sponsa [h] uero contra inuenitur in I. lib. capit. c. 105. & lib. 7. c. 83. quibus locis sic legitur.

¶ Si sponsus raptam recipere noluerit, liceat sibi alii nubere. C. XXXIII.

Raptor pęnitentia publica mulctetur. Raptæ vero si eam sponsus recipere noluerit [i], & ipsa eidem, crimini consentiens [k] non fuit [l]: licentia nubendi alii non negetur. — Iuo p.8.c.25.

Item ex concilio Toletano.

¶ In nullo Toletano concilio inuentum est. Sed fere eadem leguntur in concilio Rhemensi Tosletano & lib. 1. capitul. ca. 105. & libro 7. capit. 183. & in legibus Longobar. 1. tit. de rap. mul. l. 12.

Mulier dat dotē, & vir donationem facit.

a ¶ Dotauit.] Id est, donationem propter nuptias dedit. nam secūdum leges mulier dat dotem, & uir donationem, extra de don. inter uir. & vx. nuper.

b ¶ Sed mœchus.] Si fuit sponsa de præsēti, quod magis uidetur ex eo, quod dicit, non potuit ei commisceri, quia ad id sponsus iam deuenerat, ut tentaret, sed non potuit aliquo impedimēto impeditus. Vel fuit sponsa de futuro, cum qua non committitur męchia, idest adulteriū: dic męch° & męcha, id est, fornicarius, & fornicaria: quia fornicatio mœchia dicitur. arg. 32. q. 4. meretrices & hoc est q sequitur fornicationis, &c.

Adulterium cum sponsa non committitur.

c ¶ Licita.] Post mortem spōsi. si erat spōsa de præsenti, ecce minus puniuntur isti, quam adulteri in superiori c sed hoc nō contigit propter cōiugium, vt intelligit G. sed quia peccauerunt minus, ob publicæ honestatis iustitiā quam si esset iam cognita, & affinitas interuenisset. Io.

Si quis.] CASVS. Desponsauit aliquis aliquam per verba de futuro, pater eius eam postea oppressit. cū qua filius postea per uerba de præsenti contraxit de facto. Dicitur hic, q tam pater, quam illa sint sine spe coniugii: filius vero aliam accipiat.

d ¶ Sponsam] Scilicet de futuro.

e ¶ Frater.] Quare ergo frater permittitur vxorem habere in consimili casu, vt sup in c. pręcedenti; Respon. quia pater proximior est filio quam frater. nam una persona intelligitur esse cum eo 1: unde magis punitur. Ioan.

1 De hoc 35. q. 3. §. hac autoritate. in princ.

SI ILLA CASVS. Infert Gra ex supradictis dicens, si illa quam vir sororis suę cognouit, contrahere non potest: quia vero spōsam fratris sui corrupit. post pœnitentiam contrahere potest; apparet q hæc non fuit coniunx fratris eius. Item uxor post fornicationem potest uiro suo reconciliari; & eo uiuo manebit innupta: de sponsa vero contrarium inuenitur: quod probat per sequen. cap.

f ¶ Cognouerit.] supra ca. qui dormierit.

spōsus eam recipere noluerit, ipsa poterit alii nubere si raptori in crimine non consentit. Idē est casus seq. ca.

i ¶ Noluerit.] De facto. supple, si intelligas de sponsa de præsenti, nam de iure compellitur eam recipere, si ipsa non peccauit nec consensit, sed per uim est passa, argu. 32. q. 5. reuera. ff. de adul. si uxor. §. si quis planè. nisi uelit sponsus religionem intrare, vt extra de conuer coniug ex publico. & secundum hoc quod dicitur in fin. quia illa possit nubere cum alio, intelligas post mortem uiri sui. si autem sponsa est de futuro non est compellendus 2: quia libera debent esse matrimonia, vt extra de spon. requisiuit, nam propter modicā causam potest dimitti uxor de futuro. extra. iureiuran. quemadmodum.

2 Hoc notat 35. quæst. 1. in summa.

K ¶ Consentiens. [Tunc enim non possunt nubere, nisi timeretur incontinentia eius, vt extra de eo q cog. cons. c ex literis. in fin 37. q 2. si autem. Ioan.

l ¶ Non facit.] Ante uel post. non enim refert quando dolus committatur, argu. 1. q. 1. eos, & ff. de calum. l. 1. §. qui autem.

Statu-

a S Tatutum est.] Rapuerit.] Idest, violenter corruperit. Si hoc intelligas de sposa de præsenti, dic alij: scilicet sponso, qui est alius à raptore. & secundum hoc dicit nubendi, idest, carnaliter commiscendi: si autem legas de sponsa de futuro, dicas alij, scilicet a sponso contra. sed ibi de rapta nondum alteri desponsata, hic vero de rapta alteri desponsata.

d ¶ Vsque ad satisfactionem.] Idest, donec penitentiam agant de rapina. Io.

APPARET. Hæc est 3. pars quæst. in qua probat G. per 12. cap. ꝙ sponsa de præsenti dicitur: vxor, non de præsenti, sed spe futurorum scilicet quia non est ibi significatio, quæ est inter Christum & Ecclesiam. vnde qui ducit talem, non est bigamus. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis illam non fuisse coniugem, cui viuente sposo nubendi licentia conceditur. Postea dicit, ꝙ iter spōsum, & sponsam est matrimonium initiatum, & non ratū, quod in desponsatione initatur, sed in commistione perficitur. Quod probat ꝑ seq. quatuor c. quæ ꝑ se patent.

e ¶ Sed sciendū est.] Ponit distinctionem suā de matrimonio initiato: & eam probat ꝑ ea. quæ sane in itellecta aliud sonāt.

Cvm initiatur.] quo ad significationem, nam quo ad essentiam statim plenum est & perfectum: quia simplex est. sicut, & omne sacramentum. Ioan. 1 De hoc & le & no. sup. c. cū. initiat.

g Qva propter ꝑficiuntur.] Non quo ad sui essentiam: sed quo ad significationem. non tamē sequitur, quod ante non fuerit perfectum: quia perfectum amplius potest perfici arg. 1. q. 3 antecessor. Perficitur autem matrimoniū per coitum quo ad sui significationem: quia tunc vtramque habet significationē scilicet coniunctionē animæ fidelis ad Deum, & Christi ad ecclesiā, ext. d biga. c debitū. Sed quare separatur matrimoniū causa religionis post cōiūctionē aīæ fidelis ad Deū, & nō post coniunctionem Christi ad ecclesiā? Ratio est, quia aīa separatur a Deo ꝑ peccatū, vnde nō est meritū, ꝙ post talem coniunctionē matrimoniū separet. sed illa cōiūctio Christi ad ecclesiā designatur per vnionē, quia vnita est diuinitas carni humanæ in vtero virginali. vñ quia humana ca-

Mrimoniū per quod ꝑficitur.

De eodem. C. XXXIIII.

Sent. 4. dist. 27. Burc. l. 9. c. 37. Ivo p. 8. c. 175.

STatutum est à sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit [a]; publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens [b] non fuerit, licentia nubendi alij non negetur. Quod si post hęc coniungere se præsumpserint [c] vtrique vsque ad satisfactionem α [d] anathematizentur.

α ¶ Vsque ad satisfactionem.] *Hæc verba non sunt in Trosleiano, neque in capitularibus. sunt tamen apud* Burchardum, *& Iuonem, qui etiam citant Toletanum.*

Sup. cum initiatur. & inf. si quis desponsata cum sequ.

3 *Apparet ergo hanc non fuisse coniugem; cui viuente sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo secundum Ambrosium, & reliquos patres, sponsæ coniuges appellantur; & hi omnibus argumentis coniuges non esse probantur? Sed sciendum est* [e], *quod coniugium desponsatione initiatur, commistione perficitur. Vnde inter sponsum & sponsam coniugium est, sed initiatum; inter copulatos est coniugium ratum.*

Vnde Ambrosius.

¶ In desponsatione coniugium initiatur. C. XXXV.

sup. ea. cum initiatur. Iuo p. 8. c. 2.

ij CVm initiatur [f] coniugium; coniugij nomen asciscitur, non cum puella viri † admistione cognoscitur.

† al. virili.

¶ *Integer textus affertur sup. ea. cum initiatur.*

Ecce quòd in desponsatione coniugium initiatur, non perficitur. Item Ambrosius in lib. 1. de Patriarchis.

¶ *Caput hoc est inuentum apud Ambrosium, neque sequens apud Hieronymum.*

¶ Coniunctorum commistio matrimonium perficit. C. XXXVI.

Sent. 4. dist. 30.

IN omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis; quam infirmat, & perficit coniunctorum commistio corporalis.

Item Hieronymus super Abdiam prophetam.

¶ Matrimonium sponsali conuentione initiatur, commistione persicitur. C. XXXVII.

Ose. 4.

QVapropter in filiabus vestris fornicabuntur, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.] Notandum est, ꝙ in filiabus dicit fornicationem futuram, & in coniugibus adulteria: quæ sponsali conuentione initiantur, & commistione corporum perficiuntur g.

Item Ambrosius ad Paternum, epist. 66.

Mrimoniū raptoris, & raptæ tenet.

so & raptore. nam cum raptore non debet contrahere in odium rapinæ. si tamen contrahit, tenet matrimoniū argum. ext. de rap. accedens. Ioan.

b ¶ Consentiens. ¶ Infra 36 quęst. 2. si autem. contra. sed hoc de rigore iuris. Ioan.

c ¶ Præsumpserint.] Infra 34. q. 2. non satis. 36. q. 2. tria

 ro nun-

ro nunquam à deitate separata est, ideo post talem coniunctionem matrimonium nunquam dissoluitur. Vel pot dici, quod facilius est quod vna anima separetur à Deo, quam tota ecclesia: imo impossibile est, quod tota ecclesia separetur à Deo: quia ecclesia non potest nulla esse 24. q. 1. pudenda. & 21. dist. c. Ioannes.

d ¶ Hanc distinctionem. De initiato, & consummato.

e ¶ Non pertinere] Ex his verbis Grat. bonus intellectus haberi potest. sed quod ipse malum habuit, patet ex illo loco. cuncta ergo.

f ¶ Sponsæ.] Nec hæc solutio multum valet: quia eadem

¶ Cum desponsata fuerit tradita, & in vsum deducta, rectè coniunx appellatur. C. XXXVIII.

SI quis desponsata sibi, & tradita [a] vtatur; rite α coniugium vocatur. (sup p, 8. c, 101. Pann. l. 6. c. 17.)

α ¶ Rite.] *Apud B. Ambrosium legitur,* vtatur; coniugium vocat. *Sicut etiam apud Iuonem. Et quæ antecedunt, ac sequuntur ostendunt aliam fuisse ipsius mentem, atque Gratianus putauit, & auctor Pannormitæ.*

Quare autem post nuptialia pacta non statim tradātur sponsæ Aug in lib. 8, confessionum, c. 3. ostendit dicens.

¶ Quare sponsæ post pactum non statim tradantur. C. XXXIX.

INstitutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim [b] tradantur; ne vilem [c] habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam. (Sent. 4. dist 27. Iuo P. 8. c. 33. Pann. l. 6. c. 10.)

Iuxta hanc distinctionem [d] *intelligenda est illa auctoritas Augustini: (Non dubium est illam mulierem non pertinere* [e] *ad matrimoniū, cum qua docetur nō fuisse commixtio sexus.) Ad matrimonium, perfectum, subintelligendum est, tale videlicet, quod habeat in se Christi, & ecclesiæ sacramentum. Ita & illud Leonis Papæ intelligendum est ¶ Sed obiicitur illud Augustini: (Inter Mariam, & Ioseph fuit perfectum coniugium. Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex his quę comitantur † officium coniugij, ex fide videlicet, prole, & sacramento. Quæ omnia inter Christi parentes fuisse, auctoritate August. probantur. (uncta ergo quæ de non separādo coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsali conuentione est initiatum, & officio corporalis commixtionis est consummatum. Illa vero quibus separabile coniugium ostenditur de initiato intelliguntur, quod nondum officio sui perfectum est. ¶ Potest & aliter distingui. Sponsæ* [f] *appellantur coniuges consuetudine scripturę, spe futurorum, non effectu præsentiū. Vnde Ambrosius cū dixisset. (cum initiatur coniugiū) non addidit, tunc res, vel effectus, sed, (tunc nomen coniugij adsciscitur.) ostendens tale coniugium nomen habere, non rem, vel effectum. Item Augustinus cum de parentibus* [h] *Domini loqueretur, ait (coniuges fuerunt mente, non carne, sicut parentes* [i]*.) Ex quo datur intelligi, quod sicut Ioseph pater Domini dictus est non effectu genituræ, sed officio, & cura*

(sp c. non dubium. — su c cum societas. su c. B. Mariæ — † al comitantur coniugium. — sup ead. — su. ea. coniunx.)

a ¶ Si quis] ¶ Tradita.] Ergo si non sit tradita sibi, & traducta, & ea vtatur, vim facit, vt C de rapt. vir. l. vna sed lex alia non tenet, vt infra ead. lex. extra de rapt. cum causam. Ioan.

QVARE CASVS. Hic Gra ponit quandam incidētem quæstionem, quare scilicet sponsa nō statim tradatur sponso, & quā determinat in sequē ti cap. cuius casus patet.

b ¶ INstitutū.] Non statim] Quia nisi infra duos mēses. i. extra de conu. coniu. ex publico. similiter sidenaliter non debet statim venire cū sacco paratus. ss de sol. quod dicimus. 50. di st. n. quamuis. (2 Vide quod le & not. su. ea. coniuges)

c ¶ Ne vilem] Nam gratior est fructus, quem spes productior edit. Et not. quod propter cauendam vilitatem multa omittuntur. 16 qō 1. precipimus ss. de usu piel. d. obseruandum 45. di st. nc. de iudæis. 50. dist. §. po. est. (Fructus diu expectatus gratissimus est.)

IVXTA CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima approbat distinctionē positā sup. ead. in §. apparet. de matrimonio initiato & perfecto; secundum quā vt dicit Gra. intelligitur auctoritas Aug. sup. ea non est dubiū. & c. Leonis. & c. cum societas. In secunda parte obiicitur, quia dicit Aug quod inter Mariam & Ioseph fuit perfectum matrimonium: & tamē carnalis copula non interuenit. Sed soluit Gratia dicens, quod perfectum intelligitur, non ex officio carnis, sed ex his bonis, quæ officium coniugij comitantur. In tertia parte ad solutionem aliā, dicens, quod sponsa dr̄ vxor spe futurorum, & non re præsentium: secus in carnaliter cognita. Quod probat quatuor auctoritatibus, s. vna Ambrosij, duabus Aug & vna Bedæ. Secunda pars incipit ibi, [sed obijcitur] Tertia ibi [Potest & alter.] [Non effectu præsentium] i. non vsu carnis. Ad probandum autem hanc vltimam distinctionem inducit Gra. cap. Te q.

dem ratione dici potest, quod committat adulterium spe futurorum, non re præsentium, qui cum sponsa alicuius fornicatur: quod ridiculum est dicere.

g ¶ Effectu.] Id est, propter fidele coniugium, vt supra ead coniu x.

h ¶ De parentibus.] Ioseph enim putatiuus pater Domini dictus est.

i ¶ Sicut, & parentes] Quo ad Ioseph. Nam Maria carnalis fuit eius parens. vnde expone, parentes, i. parens, plurale pro singulari 2. q. 1 in primis. (Ioseph fuit putatiuus Dñi.)

a ¶ Quia

a ¶Quia futura.] Ex hoc loco habuit tam Gandulphus q̃ Gratianus 1 causam sui erroris. dicentes verum coniugium nō fuisse inter Mariam & Ioseph: quod tñ falsum est, vt s̃ ea coniunx. Et est hic arg. aliquem sumere appellationem ab eo, quod futurum erit, vt 23 q 1. paratus.

b ¶Genuit.] In prima parte commentatur Hieronymus super illa auctoritate, Genuit Ioseph. In secunda commentatur super illa, Inuenta est. &c. In tertia commentatur super illa, Ioseph fili j Dauid &c.

c ¶ Genuit Ioseph.] Verba sunt Euangelistæ.

1 Scilicet sup. ea. §. in fed a solutione. Matrimoniū verū fuit inter Mariā & Ioseph.

Ge- *prouidendi: sic & coniunx matris eius appellatur non coniugij effectu, sed subministratione necessariorum, & indiuiduæ † mentis affectu Hinc August ait: [Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.] coniugem nominauit, quia futura [a] erat uxor.] Hinc & Beda super Leuiticum, [Si quis sponsam alterius uiolauerit, &c.] sponsam uxorem dixit, non quæ tunc erat, sed quæ futura erat uxor.*

† al. indiuiduo su ea coniunx. Matth. I.

Ad cap. I.

Hinc etiam Hieronymus super Mattheum in Euangelio, [Cum esset desponsata.]

¶Consuetudine scripturę, sponsæ coniuges, & sponsi viri appellantur. C. XL.

GEnuit [b] Ioseph [c] virum Mariæ.] ¶Cum virū audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, [d] sed recordare consuetudinis scripturarum: quod sponsi, viri, & sponsæ, vocentur uxores. *& infra.* ¶Non ab alio inuenta est, nisi à Ioseph: qui penè licentia maritali futuræ uxoris omnia nouerat. *& infra.* [¶ Ioseph fili Dauid, &c.] iam & supra diximus sponsas vxores appellari: quod plenius liber aduersus Heluidium [e] docet.

Beda in quęstionib. in Gen. ex Hier. Gen. 19.

Item super Genesim.

¶ De eodem. C. XLI.

EGressus itaque Loth, locutus est ad generos suos: qui accepturi erāt filias suas.] In sequentibus filię Loth virgines esse dicuntur. Et ipse ad Sodomitas dixit: [Ecce [f] duę filię meæ, quæ non cognouerunt virum. Nunc autem dicitur habuisse generos. Quidam arbitrantur eas, quę viros habuerunt, in Sodomis perijsse: & quæ virgines erant cum patre exijsse. Sed Hebraica veritas habet, [Egressus Loth locutus est ad sponsos [a] [g] qui accepturi erant filias eius.] Nec dum igitur virgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ.

¶ *In hoc capite Gratianus retulit verba glos. ord. in cap. 19. Gen. ex Hieronymo.*

a ¶Sponsos.] *Sequebantur hæc,* suos; quod quidem magis verum esse videtur, ex hoc quod sequitur, qui accepturi, &c. *quæ sunt expuncta, quia neque apud B. Hieronymum, neque in glos ordinaria habentur. Ex ijsdem vero addita sunt à ver* Nec dum. *vsque in finem, quoniam inde colligitur id, quod vult Gratianus.*

Vnde datur intelligi, quòd scriptura sponsos generos notat. †

† Conc tex. in l. lege Iul. & ibi glo. & Docto. ff. de ver.

Item Ioannes os aureum hom. 4. ad c. I. Matth.

¶Maria coniunx dicitur more scripturæ, cum simpliciter sponsa esset. C. XLIII.

PRius quam [h] conuenirent.] ¶ Non dixit, prius q̃ in

d ¶ Nuptiarum] .i. carnalis commixtionis: quia carnalē copulam eius non cognouit.

e ¶Heluidium] Hęreticum, qui dicebat B. Virginem alios filios genuisse, eo q̃ Euangelium dicit, Peperit 2 filium suum primogenitum: & Ioseph de alia mulier- cula plures filios habuisse: vt sic Christi parentes infamaret.

Maria vnicum genuit. 2 Sic dictus, quia ante eu nullus est natus ex ea, & dr̃ vnigenitus, q̃a post eū nullus ex ea natus est, s̃m Hug de hoc leg̃t & not & extra de verb. sig. Ioseph. Archid.

EGressus itaque.] CASVS Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponunt verba Genesis. In secūda verba Hieronymi probantis, q̃ nomine generi et sponsus filię intelligitur: quia filiæ Loth nondum viros cognouerunt, & tñ sponsi earum generi appellantur: licet quidam aliter opinentur dicentes, q̃ quæ viros habuerunt, perierunt in Sodomis, virgines autem exierunt cū patre. Secunda pars incipit ibi, [In sequentibus. [Nunc,] idest super loco Genesis, Egressus est, &c.

f ¶Ecce.] 14 dist. c 1.

g ¶Ad sponsos.] Tamen appellatione generi sponsus continetur, vt 4. q. 3. §. item lege Iulia, versi. item ne liberto.

PRiusquam.] CASVS. Hoc cap diuidit in quatuor partes. In prima parte ponū tur verba Euangelij. In secunda ostendit Ioānes, quòd Maria sponsa iuxta morem antiquum habitauit cū sponso suo, sicut ccōu... generi Loth apud suas sponsas habitauerunt in tertia parte ostendit, q̃ nomine coniugis spōsa intelligitur. In quarta parte dicit, q̃ cum Ioseph vellet Mariam velut suspectam dimittere: angelus eum reconciliauit sibi, non ad carnale commercium, sed ad communis habitaculi con sortium. Secunda pars incipit ibi, [Non dixit] Tertia ibi, [Noli timere] Quarta ibi. [Sicut enim] seq. c. patet. [Vxores,] s. coniugæ [Illi] s. discipulo Ioanni.

GEnuit Ioseph.] CASVS Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Euangelistæ In secunda ponuntur verba Hieronymi dicentis, Cum audieris, q̃ Ioseph fuerit vir Mariæ, non suspiceris, q̃ eam cognouerit: sed scias, q̃ s̃m cōsuetudinem scripturarum sponsus de præsenti ante carnalē copulam vir appellatur, & sponsa vxor. Secunda pars incipit, [Cum virum]

h ¶ Prius quam.] Hic prius non notat ordinem. argum. extra,

Prius q̃nque nō notat ordinem.

extra de verb. sign. quod dicitur. arg 19. q. 1. vlt nunc autem. Vnde non sequitur, quod postea conuenerint. Et etiam concor. huic argum. lex. nam lex dicit, quod si seruus non fuerit euictus prius quàm moreretur, vel mortuus esset, nec inde sequitur quod post euincatur: quia hoc esset impossibile. ff. de euict. si seruus.

i ¶ Dico coniugem.] In persona angeli quasi loquitur hoc Origenes.

K ¶ Vt legis.] Quia secundum legem, quę iam sponsa erat, lapidabatur ob fornicationem. 34. q. 2. non satis. sed quę nondum erat spōsa alicuius, & fornicabatur, nō puniebatur mor-

Spōsa fornicata, an erat olim lapidanda.

sponsi adduceretur domum. Hunc quippe morem seruabat [a] antiquitas; vt sponsæ in sponsorum domibus haberentur. [b] Quod nunc quoque fieri interdum videmus. Vt enim generi Loth apud socerum leguntur habitasse cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugij; sic habitabat etiam Maria [c] cum sponso. *& infra.* ¶ Neque enim eam voluit de domo expellere, sed dimittere. [d] *& infra.* ¶ Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.] Quo sermone sponsam similiter indicauit; sicut etiam eos, qui adhuc sponsi sunt, generos appellare scriptura consueuit. Quid enim est, [accipere?] domi profecto retinere. [e] Iam enim illam mente dimiserat. [f] *& infra.* ¶ Sicut enim postea illam commendauit Christus ipse discipulo; sic & nunc Angelus copulat [g] sponso, non in fœdus solenne coniugij, sed in consortium communis habitaculi.

Gen. 19.
Matt. 1.

Idem homilia 5. ad idem c. 1. Matth.

¶ Dominus non commendasset matrem discipulo, si eam Ioseph cognouisset. C. XLIII.

SI enim cognouisset eam, & loco habuisset vxoris; [h] quomodo illam Dominus quasi absque solatio, & nihil penitus habentem, discipulo commendasset, iubens illi, vt eam reciperet in suam?

Item Origenes in eadem homilia 1. Euang. *Ioan. 19.*

¶ Maria vxor Ioseph appellatur, quia sic ab eo putabatur futura. C. XLIIII.

INuenta est habens in vtero.] A beato Ioseph, qui licet eam non contingeret; futuræ tamen, vt putabatur, vxoris omnia nouerat. *& infra.* ¶ Si tibi vxor nominatur, si desponsata *a* tibi esse dicitur; non tamen tibi vxor est, sed Dei unigeniti electa mater est. *& infra.* ¶ Dico coniugem [i] propterea vt diabolo virginitatem eius occultem; & vt legis [k] instituta non destruam. In consequentibus demonstrabo, quòd nec ista tua coniunx, secundum consuetudinem coniugij habeatur: nec iste qui generatur, tuus filius esse credatur.

Copiosius in homilia.

a ¶ Desponsata.] *Sic est emendatum ex ipsa homilia. Antea legebatur,* & si in desponsatione vxor tibi esse dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata, & addita.*

Item Gregorius in expositione Euangelij, homilia 26.

a ¶ Seruabat.] Non tamen vbicūque: immo alicubi contrariū obtinebat: prout statim subditur de generis Loth.

b ¶ Haberentur.] ff. de ritu nupt. l. mulierē, vnde nisi post puberes annos sponsa inueniatur in domo sponsi, non præsumitur vxor, vt ff. de ritu nuptiar. l. 4. Item licet post puberes annos sponsa inueniatur in domo sponsi, tamen nisi constet de sponsalibus, hoc ipso quod secum reperitur, non præsumitur matrimonium, vt ff. de spons quęsitum. & extra de rest. spol. ex parte.

c ¶ Sic etiam Maria.] Similitudo est per contrariū: vel in eo quòd & isti & illi cohabitabant spōsis sine carnali commixtione.

d ¶ Sed dimittere.] id est ad eam non accedere.

e ¶ Retinere.] Ergo & accipere est retinere: arg. 12. q. 2. si qua de rebus.

f ¶ Dimiserat.] Quia suspicatus de ea fuerat adulterium. 2. q. 1. si peccauerit.

g ¶ Copulat.] Id est, reconciliat, non desponsat. sed quod dicit, copulat: iam mente dimiserat eam: & quasi separati erant quo ad mentem: Ioseph tamen prius ei fuit coniunctus per consensum matrimonialem, & consensit in carnalē copulam, s. ead. § 1.

h SI enim.] ¶ Vxoris.] Arg. quod viuente Ioseph, separata est virgo ab eo. arg s. ead. §. ecce. & hoc contra Petrum manducatorem, qui dixit, 1 quod Ioseph mortuus erat tempore Dominicæ passionis. Hic enim exprimitur causa quare Dominus separauit eam à Ioseph.

Ioseph tpe passionis viuebat, & à virgine separatus fuerat.

1 Scilicet in historia Euāgelica, vbi tractat de nuptijs actis in Cana Galilęæ.

INuenta est.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima ponuntur verba Euangelistę. In secunda verba Origenis dicentis, quod Maria fuit tantum sponsa de præsenti: sed ideo fuit appellata vxor, vt eius virginitas lateret diabolo: & ne parturiens non ex marito, lapidaretur. Secunda pars incipit ibi, A beato. [Tibi vxor,] carnaliter cognita. [Secundum consuetudinem] s. carnalem.

morte, nisi postea copularetur alicui tanquam virgo: & ita lapidaretur B. Virgo, quia cū iam sponsum haberet, grauida apparebat: & ita constabat vel ante, vel post desponsationem eam fornicatā præsumptiuè; & ideo fuit despon sata. Sed secundum legem Romanam secus est, nam si quę fuerit fornicata antequam sit sponsa, non potest accusari de adulterio: si vero postquam fuerit sponsa, potest. ff. de adult. si vxor, § si quis vero. Tamen dicunt quidam, quod simplex fornicatio morte puniebatur in Aaronitis. 56. dist. Dñs. quia maior munditia exigebatur in eis: quia de eis auctor mundi, i. Christus erat nasciturus. Et nota hic, quòd occultatur aliquid propter malitiā eius cui fit occul-

Occultare licet ex causa.

occultatio. quandoque occultatur aliquid pp rei excellentiam.43.d.in mandatis, quandoque ideo quia auditores capaces non sunt.8.q.1.oportet, & ibi. Multa habeo dicere, quæ non potestis portare modo.

Sic quippe.] CASVS. Grego.facit hic quandam collatio; sentium, sed spe futurorum, & suam conclusionem tribus similitudinibus approbat, respondendo quibusdam c.superius allegatis. Prima similitudo incipit ibi.] Sed a prima] Secunda ibi:[Sed talis.] Tertia ibi [Sic qui merito.] Et dicit H.quod Grat.fere per totam hanc quæstionem maledicit, & per vnum falsum vult probare aliud falsum. Tu autem dicas quod matrimonium est. cum sponsa de præsenti:sed non cõsummatum.

¶Ad nuptias Mariæ Ioseph non peruenit.

C. XLV.

Sic quippe discipulum Dominus post resurrectionẽ † suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit; sicut ante natiuitatem suam habere Mariam sponsam voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans, & palpans testis veræ resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integer r unæ virginitatis.

Ioan 20.

Ex his [a] omnibus auctoritatibus apparet, sponsas coniuges appellari spe futurorum non re præsentium. Quomodo ergo coniuges a prima fide desponsationis appellantur; si ista quæ asseritur sponsa coniunx esse negatur? Sed a prima fide desponsationis coniunx dicitur appellari; non quòd in ipsa desponsatione fiat coniunx: sed quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges: sicut [b] per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptismum per fidem remittantur, sed quia fides est causa, quare in baptismo a peccatis emendamur. ¶Illud autem Ioannis Chrysostomi: [Matrimonium non facit coitus, sed voluntas.] ¶Item illud Ambrosii. [Non defloratio virginitatis, sed pactio coniugalis matrimonium facit.] ita intelligendum est: coitus sine voluntate contrahendi matrimonium, & defloratio virginitatis sine pactione coniugali non facit matrimonium. sed præcedens voluntas contrahendi matrimonium, & coniugalis pactio facit, vt mulier in defloratione suæ virginitatis, vel in coitu dicatur nubere viro, vel nuptias celebrare. ¶Item Syrictus [c] Papa discessionem sponsæ a sponso vocat coniugalem separationem. ¶Sed talis discessio dicitur violatio coniugij non tam existentis sed futuri, vt ex ipsa desponsatione sperabatur. Sic & diabolus dicitur cecidisse a beatitudine; [d] non solum, quam tunc habebat, sed etiam, ad quam habendam creatus erat. ¶Sic quæ merito suæ vitæ † scientiæ in sacerdotem. [e] vel episcopum eligitur; si interim electionem suam cassari meruerit, dicitur amittere sacerdotalem, vel episcopalem vnctionem, non quam iam acceperat, [f] sed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate sponsa coniunx potest probari. Sed concedatur quòd sponsa non sit coniunx: tamen quæritur, vtrum [g] liceat ei renunciare priori conditioni. Hoc autem prohibetur auctoritate Ancyrani concilij, c.11. in quo statutũ sic legitur.

sup.eod. matrimonium

sup.eod.cum initiatur.

inf.eo.de coniugali.

† al. &

a ¶Ex his.] Fere per totum istum §.maledicit Gratian.immo per totam hanc quæstionem. Ioan.

b ¶Sicut.] Hic per vnum falsum vult aliud probare nam quod adulto non dimittantur peccata p fidem ante baptismum; nemo catholicus dicit. hoc etiam Augu.expresse negat de consecra.distin.4. non.dubito.& capit. baptismi verum est quod non dimittuntur omnino ante baptismum quo ad omnem pœnam, quia non quo ad temporalem, quod fit per baptismum.de consecratio.distinct 4 sine pœnitentia.nisi summa esset cõtritio, vt in latrone.de consec. d.4.c. baptismi vicẽ.

Pctã adulti an dimittantur per fidẽ ante baptismum.

c ¶Syricius.] inf.eo. q.de coniugali.& ita soluit quod non obiecerat, & sic est rota præcurrens.

d ¶A beatitudine.] Habuit quidẽ beatitudinem, sed nõ permanentem, vel confirmatam, vnde dr nõ habuisse charitatem in cœlo.16.q.2. visis.de pœ.d.2.principium.19.d.propter totius.

e ¶Sacerdotem.] Sed hoc nõ nisi post confirmationem, vt extra de accus.super his.Io.

f ¶Acceperat.] Amittit ergo quis, quod non habet, vt C de admini.tut pupillorum 1 arg. contra. ff.de reg.iur.non videtur. Non videtur re exclusus, qui rem non habuit.

r Ad idẽ 27. d.quorũdam in fin vbi de hoc.& 5 q 6 c. quia tuta. vbi de hoc.

Spõsa vtrum cogatur stare cum sponso.

tionem inter Ioseph, & Thomam apostolum. vtrumque enim permisit Deus dubitare; alterum de virginitate Mariæ, & alterum de Christi resurrectione: tamen neutrum in dubitatione persistere permisit, & vtroq; vsus est pro teste tam resurrectionis, quàm virginitatis Mariæ. [Ad nuptias,] idest, ad carnalem cognitionem.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat.ex præmissis, quod nuncupatur sponsa, & coniunx non re præ-

SED CONCEDATVR. CASVS. Nunc reuertitur Gratianus ad principalem quæstionem. Sed capit planum est, & intelligitur cum sequenti de sponsa.de præsenti.

g ¶Quæritur vtrum.] Huius quæstionis nulla est vis, determinatur enim per id quod est extra de spons. duo-

quo-

¶Puellæ desponsatæ prioribus reddendæ sunt, si eis raptę fuerint. C. XLVI.

DEsponsatas puellas, & post ab alijs raptas placuit erui, [a] & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatę; [b] etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit.

Ansf.l.10.c.8. Burc.l.9.c 38. Iuo p.8.c 176. Pann.l.9.c.19.

Item Ioannes octauus a Rostanno archiepiscopo.

a ¶Octauus.] *Sic est restitutum ex plerisque vetustis, & Iuone. In vulgatis erat,* Chrysostomus.

¶Communione priuetur sponsa, nisi raptorem deserere, & ad sponsum suum redire voluerit. C. XLVII.

ATho præsentium lator, dum in nostro seruitio fideliter excubaret, quendam virum fœminam sibi despōsatam conqueritur rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos præsentialiter conuocet, & sic vnanimi sentētia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare [c] noluerint, omni communione priuentur. Iuo p.14.c.64.

4 *Sed aliud est priori conditioni renunciare, & de nuptijs cum alio agere. aliud est rapi, hoc est, illicite constuprari.*

Vnde Isidorus Etymolog. lib. 5. c. 26. ait.

¶Quid sit raptus. C. XLVIII.

RAptus [d] est illicitus coitus, a corrumpendo dictus: qui rapta potitur, stupro fruitur.

36.q.1.raptus. Iuo p.8.c 26. Pann.l.6.c.53. inf.36.q.1.lex illa.

Hæc autem non ab alio rapta, sed alij desponsata monstratur. Raptam vero talem dici prohibet Gelasius Papa dicens.

¶Ibi raptus admittitur, vnde puella abducitur, de cuius ante nuptijs nihil actum probatur. C. XLIX.

LEx illa [e] præteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, vnde puella, de cuius ante nuptijs nihil actum fuerit, videatur abducta.

In codice Theodos. l.9.titu.24. de raptu vir.vel viduarū, le.1. Poly.l.6.tit.4. Ansf.l.10.c.11. sup. c.desponsatas.

5 *Quod autem in fine capituli subiungitur; [etiam, si a raptoribus vis illata constiterit: [f]] ideo additum est: quia raptarnm aliæ se rapiendas exponunt: aliæ violēter*

duobus modis, &c. licet præter solitum. Sed in hoc dissentiunt doctores, an sponsa de futuro cogatur stare cum sponso suo, quod videtur, vt extra de spons. ex literis, & de conuers. coniug. sane. Item quia pro quolibet mortale peccato possumus cogi ad pœnitentiam. 22.q.1.ca.vlti.1. Sed contra extra de spons. requisiuit, & su e.q.1. de viduis. Dicunt quidam, quod cogi debeat a principio: si tamen perseuerauerit contumax nō est amplius cogenda. Tu dicas semper esse cogendam, nisi euidētissima sub sit causa. Sunt tamē casus 7. in quibus sponsa de futuro licite potest recedere a sponso. Vnus, si alter vult intrare religionem, & illud etiam tenet in sponsa de præsenti. extra de conuer. coniugat. ex publico. Secundus casus si alter recedit ad remotam regionē nec pōt inueniri. extra de spons. de illis. Tertius casus si alter incurrit lepram, vel aliquā deformitatē corporis ext. de cō-iug lepros. literas. extra de iureiur. quemadmodū. Quartus si superuenit affinitas, vel si fornicetur sponte, vel coactus. extra de iureiuran quē admodum supr. ead. quidam desponsauit. Quintus secundum quosdam est, si mutuo se absoluerint. extra de sponsa. præterea. Sextus, si contraxit cum alio per verba de præsenti. ext. de spon. duorum c.1. & 2. sed in hoc casu est peccatū. Septimus. si id quod minor fecit: non vult seruare in adulta ætate, vt extra de desponsa. impub. de illis. Hi casus, & aliqui alij possunt his versibus haberi.

1 Ar. Adhoc 33.q.2 quicunq; dicūt ibi no. d hoc l. & not. 6.q. 1. illi qui.

Spōsalia soluuntur multis causis.

Lepra superueniens, furor, ordo: sanguis, & absens,
Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæreseos lapsus, fidesque remissio prorsus,
Sponsos eis sociant, & vota futura retractant.

a DEsponsatas.] ¶Erui.] idest, auferri a raptore.

b ¶Desponsatæ.] inf. 34 q. 2. non satis contra vbi præcipitur non reddi priori viro: sed ibi consentit raptori, & hic loquitur de spon de præsenti. Item contra C. de spō sa. l. 1. vbi dicitur, quod vni desponsata potest alij nubere, sed illud est abrogatum.

ATho.] CASVS. Quidam nomine Atho conquestus est Papæ mulierem sibi desponsatam raptam fuisse, quare Papa rescribit Rostanno archiepiscopo, vt compellat raptorem eam sibi restituere: alioquin conuocatis suis suffraganeis excommunicet eum, & ipsam raptam si ad suum sponsum noluerit remeare. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad capit. de coniugali. in fine, cap. scilicet desponsatas, hæc autem, de qua agitur in themate.

c ¶Remeare.] Si intelligas hoc de sponsa de præsenti, planum est, si de sponsa de futuro, dic vt in summa.

SED ALIVD. Hæc est quarta pars quæst. in qua quæritur quid iuris sit de raptis, & quis dicatur raptor, vel rapta, vel raptus. Io. de Fant.

d RAptus.] Hoc c. inducit G. vt probet illicitum esse coitum in rapta: vnde per consequens vult probare, quod debeat a secundo separari, si eam raperet, cū illicite ei adiungatur: ita tamen, quod ille qui secundo rapuerit, non tractasset primo de sponsalibus, & adhoc inducit c. sequen.

e LEx illa.] Sed vbi sit lex illa, ignoro forte in Codice Theodosiano; potius contrarium inuenio, vt C. de rapto, vir. l. 1. §. quibus: sed illud non tenetur, vt extr. de rapto. cum causam.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars. quæstio. in qua dicitur, quod si per verba de præsenti fuerit: sponsa, & rapta, omnibus modis viro reddenda est. Ioan. de Fant.

f ¶Constiterit.] Sup. c. desponsatas.

¶Hæc

abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddendæ sunt. Hæc autem, ut supra dictum est, non inter raptas, sed inter alias desponsatas connumeratur, & ideo non est huic auferenda, & priori reddenda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus ista prohibetur nubere secundo, & iubetur ad priora uota redire.

Ait enim Syricius Papa Hymerio episcopo Tarraconensi, epist. 1. c. 4.

¶Puellam alij desponsatam alter accipere non valet.

C. L.

Poly. ibidem. Ansel. l. 10. c. 9. Burch. l. 6. c. 31. Iuo p. 8. c. 169. Pann. l. 6. c. 18.

DE coniugali violatione requisisti, si puellam alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale ergo a connubium anathematizamus, & modis omnibus, ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles, cuiusdam sacrilegij instar est, si ulla transgressione violetur.

a ¶Tale ergo.] *In epistolarum Syricij codicibus, & in codice canonum, & apud cæteros collectores (præter Pannormiam,) & in Capitular. Caroli Basileæ impressis lib. 1. c. ultimo legitur:* Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam in casu fit mentio anathematis, non est mutatum.*

Sed auctoritate hac Syricij illa prohibetur ad secunda uota transire, quæ in propriam domum est ducta, [b] *& cum sponso suo est uelata, & benedicta. Talium discessione uiolatur benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit. Verum hanc necdum sponsus in suam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac auctoritate huiusmodi copula prohibetur. ¶Item illud Eusebij Papæ,* [Desponsatam puellam non licet parentibus alii uiro tradere.] *similiter & de huiusmodi desponsata intelligitur, quæ uidelicet cum sponso est uelata & benedicta. ¶Item obiicitur illud Gregorii,* [c] [*Quæ propter frigiditatem à uiro suo separata est, & alii nupta; si uir eius aliam cognouerit; illa est detrahenda secundo, & reddenda primo.*] *Sed eodem modo soluitur, quia ista uidelicet cum illo benedictionem acceperat.*

su. c. desponsatam.

su. 33. quęst. 1. requisisti

[*Augustinus de fide pactionis, & consensus.*]

¶ *Etiam in Decretalibus tit. de spons. duor c. 1. citatur ex Augustino: apud quem non est inuentum.*

¶Si quis alicui mulieri consensus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere. PALEA. C. LI.

DVobus modis dicitur fides, pactionis, & consensus si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis; non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita, maneat tamen cū illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adhærebit priori.

Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui quòd eam ducet, si permiserit ei rem secum habere, uel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando etiam si non stringit manum, corde tamen, & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiunt.

a ¶Hæc autem.] De quā agitur in themate.

DE coniugali.] CASVS. Aliqua fuit desponsata alij per verba de præsenti. quærebatur vtrum possit eā accipere in vxorem? Et responde tur quod non: & sic contrahentes debent anathematizari. nam si quis violat benedictionem, quam nupturæ sacerdos imponit, sacrilegium facit nupturę, non quo ad matrimoniū, sed quo ad copulam carnalem. Vel nupturæ, id est, carnaliter cognoscendæ.

SED AVCTORITATE. CASVS. Soluit Gratian. & malè dicens, quod si sponsa velata sit & benedicta cum sponso, & in domum ducta, debet reddi priori: alioquin non hoc autem facit G. respondendo quibusdam cap. contra hoc allegatis. Illud Greg. 33. q. 2. requisisti.

b ¶Ducta.] Hoc malè soluit. nam huiusmodi solēnitates nō faciunt ad essentiam matrimonij, 30 q. 5. nostrates.

c ¶Illud Gregorij] 33. quæst. 1. capit. 1. &c.

DVobus.] CASVS. Casum huius Paleæ sic pone. Dicitur enim hic, ꝙ si quis desponsauerit aliquā fide pactionis, non debet aliam ducere. si tamen duxerit, maneat cum secunda: agat tamen pęnitentiam de fide mentita. Si autem contraxerit per fidem consensus, erit tantum matrimoniū cum prima: & hoc in prima parte. In secunda dicitur, quod fides pactionis est quando aliquis promittit alicui mulieri quod accipiet eam in vxorē, si permiserit rem secum habere. Fides cōsensus est cum inter se consentiūt per verba de pręsenti. Secūda pars incipit ibi, Est autem.

Qui-



Vidam infidelis.] CASVS. In superiori causa tractatum est de quibusdam impedimentis matrimonij, & quòd matrimonium non est inter religiosas personas, si de nouo contrahant: sed ne idem putetur esse inter infideles, ideo magister supponit hanc vigesimam-octauam causam, in qua ostendit matrimonium esse inter eos. Ostendit etiam quid iur s sit, si alter infidelium conuertatur, & addit vtrum debeat dici bigamus qui ante baptisma habuit vnam, & postea alteram. vt autẽ hæc omnia competẽtius agat, proponit thema, de quo tres elicit quæstiones.

a ¶ Quidam infidelis] Superiori causa quinque notantur causæ, quæ prohibent matrimonium contrahere, & contractum iubent dirimere: verbi gratia, votum, ordo, religionis habitus, ligatio, & publicæ honestatis iustitia. in hac vero causa ponuntur, quæ impediunt matrimonium: verbi gratia, dispar cultus, vel dissimilitudo fidei, vt inter fideles, & infideles, & primo tractat an matrimoniũ sit inter infideles, & ostendit etiam quid iuris sit, si alter de duobus coniugib infidelibus ad fidem 1 conuertatur.

1 Subaũ altero remanẽte in infidelitate: vel si alter de duobus coniugibus fidelib[s] discedat à fide, altero remanente in fide, ẜm H. vel aliter tractauit magister de duobus impedimentis, s. de voto, & de coniugijs, & sponsalibus: mõ intendit tractare de disparí cõiugio, & bigamis, vt autẽ hæc &c. Io. de Fant.

Matrimoniũ est inter infideles.

conuertitur: si remanens in infidelitate est Iudæus, nullo modo fidelis debet cohabitare cum eo, nisi velit ad fidem conuerti, & si non vult conuerti, potest aliam ducere. ℸ. eod. Iudæi. sed contrarium est hodie verum; & extra de diuort. quanto, & c. gaudemus: si autem est paganus,

Coniugium infideliũ si alter conuertatur ad fidẽ, an possit cum infideli habitare.

CAVSA XXVIII.



Vidam infidelis [a] in coniugio positus ad fidem conuersus est: vxor uero odio fidei Christianæ ab eo discessit. Ille quandã fidelem in vxorem accepit: qua mortua clericus efficitur. Tandem vitæ, & scientię merito in episcopum eligitur.

1 Hic primum quæritur, an coniugium sit inter infideles.

2 Secundo, an liceat huic aliam ducere, priore uiuente.

3 Tertio, an sit reputandus bigamus, qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram.

QVÆSTIO PRIMA.



Vòd autem [b] inter infideles coniugium non sit; multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus, [Omne, quod non est ex fide, [c] peccatum est.] Coniunctio autem infidelium non est ex fide: & ideo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum [d] est. ¶ Item Augustinus, a [Non est vera [e] pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua.] Vbi autem vera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium est. ¶ Item Ambrosius, C [Iussit [f] Esdras dimitti [g] vxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non est enim putandum matrimonium, quod extra [h] Dei decretum est factum, sed cum cognoscitur, est emendandum. [i]]

Rom. 14.

lib. 1. de adult. coniug. c. 18.

Senten 4. distinc. 39. Ad cap. 7. 1. ad Corinth. & ibi glos. ordina.



Vòd autẽ] Hæc quæstio diuiditur in quinque partes. In prima quarum probat multis auctoritatibus, quod matrimonium non est inter infideles. Secunda ibi, [Si quis] Tertia ibi, [Iam nunc.] Quarta ibi, [Contra] Quinta ibi, [Ex his.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quęst. qua quæritur, an sit matrimonium inter infideles. Et certum est, quod sic, vt infra ead. §. 1. & cap. 1. Gratianus tamen pro vtraque parte allegat. & bene soluit infra ead. §. ex his. Ponit etiam quædam cap in hac quæstione, quæ ad secundam pertinent quæstionem, quæ est, an altero remanente: infideli possit conuersus ad fidem se alij copulare, & de hoc quid iuris sit, in 2. quæst. tractatur Est ergo casus huius §. talis Probat hic Gratian. superficialiter inter infideles non esse matrimonium. & hoc facit quatuor auctoritatibus, scilicet vna Pauli, duabus Augustini, & vna Ambrosij.

b ¶ Quòd autem.] Hic intitulatur 1. q. an scilicet matrimonium sit inter infideles: & certum est, ꝙ sic, licet non sit ratum ℸ. ead §. 1. & cap. 1 Gratia. tamen ad vtramque partem allegat, & bene soluit. ℸ. ead §. ex his. sed quia in hac q. quædam c ponuntur pertinentia ad secundã quæstionẽ, quæ est, an altero remanente in infidelitate possit conuersus ad fidem alij se copulare, de ea videamus. Notandum ergo, quod cum vnus coniugum ad fidem

nus, & non vult cohabitare, vel vult, sed cũ blasphemia Christi, vel vt eam pertrahat ad mortale peccatũ fidelis potest cum alio contrahere ℸ. ead. si infidelis. & hos tres casus in quibus licet ei contrahere cum secunda, habes extra de diuort quanto, & c seq. Si autem vult infidelis cohabitare fideli, & in pace: in electione fidelis est, an velit ei cohabitare, vel non: sed tunc eum altero non potest eo viuente contrahere. ℸ ead. q iam nunc. & c. sic enim.

c ¶ Omne quod non est ex fide.] Id est, quod fit ex certa scientia contra fidem, est peccatum, de pœnit. dist. 3. §. item illud.

d ¶ Peccatum.] Vt 36. dist. deinde.

e ¶ Non est vera.] Id est, ad veritatem ducens.

IVSSIT ESDRAS Historia. Legitur in Esdra, quòd filij Israel tempore Babylonicæ captiuitatis, & post reuersionem de illa duxerunt in matrimonium alienigenas contra præceptũ Domini: sed postea ad præceptum, & admonitionem Esdræ dimiserunt eas.

f ¶ Iussit.] Hoc cap. non facit ad propositum, quia non erat inter eos matrimonium, nisi de solo facto: sed quod Dominus permiserit esse fidelem cum vxore infideli, intelligitur cum matrimonium præcesserat inter eos.

g ¶ Dimitti.] à Iudæis.

h ¶ Extra.] Id est, contra.

i ¶ Emendandum.] Arg. quòd non currit præscriptio in matri-

matrimonio: quod verum est hodie, vt extra de consan. & affi non debet.

a ¶Ratum] idest, separabile.

EX HIS. CASVS. Infert Gratia. ex supradictis auctoritatibus matrimonium non esse inter infideles. Postea probatur contrarium, & hoc facit 4. auctoritatibus Euangelij, & duabus Pauli, & vna exemplo Sisinnij, vbi autem hæc incipiant, per te videbis.

b ¶Quinq;].i. pater, filius: mater, filia nurus, vel gener.

c ¶Duo] idest, duo separabuntur a tribus, qui conuertuntur.

d ¶In tres.] .i. contra tres: contrarij enim sunt quando conuertuntur ad fidem.

e ¶In duos.] .i tres conuertuntur ad fidem, & separabuntur a duobus.

f ¶Qui non odit.] idest, qui non post ponit amorem patris amori Dei.

g ¶Centuplum] Non dicit centum vxores: sed id quod excedit, centuplum. s. vitam æternam accipiat.

h ¶Consenserit.] Si vero nollet habitare cum eo, posset eam dimittere, & aliam ducere viuente illa. inf. ead. q. 2. si infidelis.

i ¶Non dimittat.] inf. ea. Iudæi, contra. Sed hic de Gentili, ibi de Iudæo: circa quē specialiter illud obseruatur: habent enim Iudæi legē, & prophetas, quib. muniti, & parati sunt animas simpliciū fallere. 11. q. 3. ad mensam: sed gentiles hoc nō habent hodie tamen hoc idem videtur de vtrisque. extra de diuor. quanto.

Iudæi facilius fallunt animas quā pagani.

K ¶Sanctificatus.] Frequenter enim vnus sanctificatus per alterum. inf ead. iam nunc. Et est arg ad ea quæ frequētius accidunt, iura adaptari, ff de legi. nam ad ea. 3. qō. 5. accusatores, vel testes, & 25. de Syracusanæ.

SIC IN PASSIONE. Historia Legitur in passione beati Clementis, ꝙ Theodora vxor Sisinnij infidelis fuit ad fidem conuersa, cumque monasterium ingrederetur, zelo ductus, secutus est eam, sed post orationem Clementis, idem cæcus, & surdus factus est, & cū dixisset seruis suis vt eum reducerent, ipsi non poterant ecclesiam egredi: precibus tandem Theodoræ egressi sūt Deinde beato Clemente pro ipso in cōmo sua orante visum, & auditum recepit, qui statim, vt Clementem vidit, eū iussit ligari, sed cum serui eum ligare crederent, columnas, & saxa trahebant, & tandem orationibus & prædicatione beati Clementis est conuersus ad fidem. [Erunt quinque,] Scilicet pater, mater, filius, filia, vxor, filij, vel maritus filiæ. [In tres.] idest, contra tres, separando se ab eis contra fidem.

l ¶De Theodora.] Vxore Sisinnij, quia ambo erant infideles: sed postea illa conuersa est ad fidem, & per eam postea vir conuersus est.

NVnquid.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima Innocentius Papa reprehendit quosdam episcopos Macedoniæ dicentes matrimonium non esse inter infideles, & ꝙ matrimonium sit inter eos, probat ex responsione Dñi, qui a Iudæis interrogatus rndit eis

¶Item Augustinus: γ [Non est ratum [a] coniugium, quod sine Deo est.] ¶Et his omnibus auctoritatibus probatur, coniugiū non esse inter infideles. Sed contra aliæ inueniuntur auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud Euangelij quod Christus ait: Luc. 12. *[Erunt quinque [b] in vna domo: duo [c] in tres, [d] & tres diuidentur in duos. [e]] Deinde cum personas illas enumerasset, vxorem in virum esse diuidendam dixit, & econuerso, ¶Item [Qui non odit [f] patrem, aut matrē, aut vxorem aut sororem propter me; non est me dignus.]* Luc. 14. *Vxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam. ¶Item, [Omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, vel vxorem propter me: centuplum accipiet, &c.]* Matth. 19. *vxorem in hoc loco infidelem significat, quæ propter Christum dimittitur, dum potius ipsa, quam Christi fides deseritur. ¶Item Apostolus, [Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consenserit [h] habitare cum illo, non dimittat [i] illam. & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa non dimittat virum Sanctificatus [k] est enim vir infidelis per fidelem.]* 1. Cor. 7. *¶Item ad Titum, [Hortare adolescentulas, vt diligant viros suos.]* ad Titum 2. *Hoc tam de fidelibus, quā de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque viris mulieres propensius propter Deum debent obsequi, vt sic viros suos Christo lucrari valeant. ¶Sicut in passione beati Clementis de Theodora, [l] & Sisinnio legitur mirabiliter contigisse.*

l Abdiæ historia, & vita S. Clementis antiqua.

α ¶Augustinus.] *Verba ipsa B. Augustini referuntur inf. ead. sic enim. ver. nec vera.*

β ¶Ambrosius] *Hæc sunt potius accepta ex glossa ordinaria ad locum indicatum.*

γ ¶Augustinus.] *Hoc non est inuentum apud B. Augustinum. Verum apud B. Ambrosium in idem c. 7. prima ad Corinthios hęc leguntur.* Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei deuotione est, *& similia in glossa ord. ibidem ex B. Ambrosio.*

Item Innocentius Papa Rufo, & Eusebio episcopis Macedonibus, epist. 22. c. 2.

¶Bigami probantur, qui ante baptismum habuerunt vnā, & post baptismum alteram. C. I.

sup d 26. deinde. §. nunquid. Burc. l. 4. c. 98. Iuo p. 8. c. 303. Pann. l. 6. c. 56.

NVn-

eis dicens: Quos Deus coniunxit, hō non separet. In secū da parte probat ꝙ opinionem Maced. ꝙ mrīmonium in baptismate non deletur: qm̄ nec fraternitas nec filiatio immutatur per baptismum. Secunda pars ibi, [Quæro.] a ¶ Nunquid.] Hoc cap. est de verbo ad verbum 19. dist. deinde, & ibi exponitur Ioan.

pari coniugio. est ergo casus. Duo erant infideles, vir & vxor: vir conuersus est ad fidem: vxor remanens infidelis nolebat habitare cum viro: vel nolebat aliter habitare nisi traheret ad mortale delictum, volens eum peccare mortaliter. quærebatur ab Augu. vtrum vir licite

S I quis gentilis.] ¶ Hæc est secunda pars quæstio. in qua ponit magister tres casus, in quibus potest fidelis vir contrahere viuente vxore infideli, quod probat per 6. cap. Io. de Fant.

CASVS. Dr̄ ꝙ si gentilis ante baptismū vxorem gentilem dimiserit causa fornicationis, vel secundum cōsuetudinem gētilium, vel alia iusta causa: si postea factus est Christianus, in potestate sua erit eam habere, vel non habere de consilio Apostoli. Sequens c. patet.

b ¶ Dimiserit.] propter fornicationem quam fecit.

c ¶ Post baptismū.] si dicas alterius tm̄, planum est, quia fidelis non compellitur in aliquo casu in fidelem eam habere, sed non contrahere cū alia, nisi in tribus casibus extra de diuor. gaudemus. Sed si vterq; factus fuerit fidelis, dicit H ꝙ quocumq; mō eā dimiserit, siue quia dedit libellū repudij, siue alio mō, semper cōpellitur eā recipere post vtriusq; baptismū, nā dicit oē peccatū deletum esse in baptismo, etiā exceptio, quæ viro competebat propter delictum mulieris. Sed tutius est distinguere

Coniuges infideles si efficiātur Christiani, vtrum teneantur se mutuo recipere.

quid [a] non erunt admittendi in hereditatis consortium, qui ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit vxor? eruntque appellandi vel naturales, vel spurij, quia non est matrimonium legitimum (vt vobis videtur;) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus cum interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: [Quos Deus coniunxit, homo non separet.] Ac ne de his putetur esse locutus, qui post baptismum vxores sortiuntur; meminerint hoc, & a Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quæro, & solicitus quæro, si vna & eadem sit vxor eius, qui antea cathechumenus, & postea sit fidelis, filiosque ex ea, cum esset cathechumenus, susceperit, & postea alios filios, cum fidelis; vtrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto patre cum cæteris ercifcundæ hæreditatis consortium; quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire, atque iudicare absurdum est; quæ (malum) ratio est hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit? Matth. 19.

Item ex decreto Eutychiani Papæ.

¶ Infidelis potestate sit, post baptismum vxorem recipere, quam ante dimiserat. C. II.

2 S I quis gentilis gentilium vxorem dimiserit [b] ante baptismum, post baptismum [c] in potestate eius erit eā habere, vel non habere. Burc. l. 9. c. 59. Iuo p. 8. c. 195. Pann. l. 6. c. 97.

Idem.

¶ Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. C. III.

S Imili modo, si vnus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult; sicut dicit Apostolus, infidelis si discedit, discedat. Burc. l. 9. c. 60. 1. Cor. 7. Iuo p. 8. c. 196. Pann. l. 6. c. 97.

Item Augustinus de fide, & operibus. c. 16.

¶ Sine culpa relinquitur vxor, quæ cum fideli habitare noluerit. C. IIII. Beda 1. Cor. 7.

V Xor æ [d] legitima socie- Iuo p. 8. c 215. Pann. l. 3. c. 32.

cum Innocentio, vt si dicatur ꝙ s̄m morem gentilium, & non pp fornicationem illius ante dedit ei libellum repudii, & modo vterque conuersus est, compellitur eā recipere nec potest modo ei obiicere, si cum alio cōtraxerit, quasi obiectu fornicationis eam repellat. nam licet in veritate fornicata sit, quia tn̄ illa fornicata licitè ē s̄m eos non potest eam repellere. Si vero alias fornicata fuisset, & pp illam fornicationem eam dimisisset, non compellitur eam recipere. Hoc totum habes ext. de diuor. gaudemus, §. vlt. nec est contra, de conse. d. 4 sine pænitentia, & de pœ. d. vlt. nullus Non enim dico per baptismum alterius exceptionem sibi competentem auferri posse 1 & rationem istius plene notaui 26 d. deinde. in si quia fornicatio non tantum vxorem, sed etiam virum maculat. 32 q. 1 in coniugio.

1 Tollitur tn̄ accusatio p baptismū, vt notatur inf. 22. q̄. 2. q̄d autem.

V Xor legitima.] CASVS. H intellexit hoc cap. de impari coniugio...

te possit vxorem infidelem dimittere? Et respondet, ꝙ sic nam membrum quod eum tam fortiter scandalizabat, amputabit, & a se eiiciet. Sic ego B. Brix. hunc casum credo esse ponendum, & ꝙ de dispari coniugio intelligatur: innuunt hæc verba: [si cum viro Christiano:] (& illa etiam, [quando ad baptismum.] Sed Ben. dicebat & quidam alii) ꝙ vbi vterque infidelis est, & alter compellit alterum ad quodlibet mortale peccatum, licite dimitti potest ab instigato: sed neuter ad secundas nuptias transibit. secus in dispari coniugio, vt infra ead. q 2. si infidelis. [Non attenditur] sic expone hoc verbum qualitercumque casum ponas, [non] idest, nonne.

d ¶ Vxor.] infidelis. hoc capit & sequens intelligitur de dispari coniugio propter hoc quod dicit, si cum viro Christiano, &c. & ibi, quando ad baptismum, & continentur hic duo casus, in quib. licite dimittitur vxor infide-

Matrimoniũ fidelium ob duplicẽ fornicationem separatur.

fidelis cum non vult cohabitare: vel vult, sed ea conditione vt uir committat aliquid mortale peccatum. De pari autem coniugio H. non intellexit, quia si vterque coniugium est fidelis: fidelis fidelẽ nunquam potest dimittere, secundum H. nisi ob fornicationem carnalem: vel

b ¶ Coniuncta.] Olim in infidelitate.
c ¶ Relinquitur.] à viro facto Christiano, & tunc licite potest alij copulari vir.
d ¶ Non attenditur.] Alius casus est, & ponitur interrogatiue, quasi dicat, non solum in præmisso casu licite dimittitur vxor: sed nõ attenditur, idest, nõne attenditur &c.
e ¶ Illam.] scilicet infidelem.
f ¶ Transigebas.] i. pascebas.
g ¶ Et membrum.] Idest, vxorem. 33. q. 2. admonere.
h ¶ Amputabit.] Remouendo à se corporaliter.

tate [a] coniuncta [b]. sine ulla culpa relinquitur [c], si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attenditur [d] eo modo, illam rectissime dimittit, si viro suo dicat: non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas [f], etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud vel facinorosum, vel flagitiosum in viro nouerat, quo delectata, vel libidinem explebat, uel facilem uictum habebat; uel etiã ornatior incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hæc dicit, si ueraciter egit penitentiam ab operibus mortuis, quando ad baptismum accessit; habetque in fundamento fidem, quę per dilectionem operatur; proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quàm carnis luxuriæ: & membrum [g], quod eum scandalizat, fortiter amputabit. [h]

Heb. 9.
Gal. 5.

α ¶ Vxor.] *Locus Augustini sic habet.* Quamobrem, & illud, ꝙ dicunt, ueluti probare cupientes, quãtum ualeat sola fides, vbi Apostolus dicit, ꝙ si infidelis discedit, discedat, non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, id est, ut propter fidem Christi etiam ipsa vxor legitima societate cõiuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum uiro Christiano propter hoc, quod Christianus est, Permanere noluerit; non attendunt eo modo, &c. *Verum ob glossas, potissimum in ver.* non attenditur, *quoniam Iuo, & Pannarmia habent, vt Gratianus, nihil est mutatum.*

Item sermone Domini in monte, lib. 1. c. 27. & 28.

Gloss. ordin. 1. Cor. 7. & Beda.

¶ Licite dimittitur uxor, quæ uirum suum cogere quærit ad malum. C. V.

Iuo p. 8. c. 248. & 249:
Inf. 32. q. 7. Apostolus, in ff.

Matt. 19.

IDololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus aũt pmisit causa fornicationis vxorẽ dimitti. Sed quia pmisit, nõ iussit; dedit locum Apostolo monendi, vt qui uoluerit, nõ dimittat vxorem infidelem, quo sic fortassis possit fidelis fieri. *Item c. 28.* ¶ Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia [k] idololatria; non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte à fornicationis genere separare; si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias non tantum, quę in stupris cum alienis uiris, aut fœminis committuntur, sed omnino quaslibet, quę animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & pernicio

I Dololatria.] CASVS. Hoc c. secundũ H. intelligitur de dispari coniugio, sicut & precedẽs: & intelligitur in eodẽ casu cũ illo. Est ergo casus secundũ eũ sic ponendus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ vxor potest dimitti causa ĩfidelitatis Domino permittẽte: sed quia non iussit: Dominus, pôt quis vxorem suam infidelem retinere si voluerit, vt sic fortasse possit per eum fidelis fieri. In secunda parte extendit fornicationem ad quodlibet mortale peccatum siue delictum. vnde uxor infidelis dimittitur si velit virum fidelem trahere ad aliquod mortale peccatum, cum quodlibet mortale pctm̃ large fornicatio dicat. Quo,] i. vt. Secunda pars incipit ibi, [Item si.] Quod autem de dispari cõiugio intelligatur cõiugio intelligatur, vt dicit H. innuunt verba Aug. ponũtur sup locũ illum Apostoli, ubi tractat de impari cõiugio. Ben. vero & q dã alij ĩtelligunt hoc c. d pari cõiugio. Vñ de Be. sic casum breuiter ponit dicẽs. Primò ostendit Augu. ꝙ omẽ peccatum mortale pôt dici fornicatio. Secundo, ꝙ pro quolibet mortali peccato potest uxor dimitti: cum Dominus, indeterminate permiserit vxorem causa fornicationis dimitti posse, & hoc rõne duplici, quia in detestationem eius, quæ fornicatur: & ad cautelam sui, ne fornicetur & corrumpatur ab ea.
i ¶ Idololatriam.] Hoc c. secundum H. de dispari coniugio intelligitur sicut præcedens.
K ¶ Auaritia.] Auaritia est idololatria, & idololatria infidelitas, & infidelitas est fornicatio, ergo auaritia est fornicatio.

Auaritia est fornicatio.

i Hæc fuit sñia L. sed B. indistincte dicit, ꝙ tenetur ea recipere nisi cũ iudicio ecclesię facta ẽ separatio, & vult ingredi monasteriũ. & ita not in d. decr. de illa, & eo. tit. quãto, in fi.

vel spiritualem, scilicet idololatrando tantum, aliàs non vnde si vxor Christiana pertrahat virum ad mortale peccatum, verberet eam, & castiget si potest, & non consentiat. Sed alij intelligunt hoc de pari coniugio: quia fidelis fidelem bene potest dimittere si compellitur ab eo ad mortale peccatum, nec forte resistere potest, sed expresse contradicit, extra de diuor. quæsiui, &c. quanto. Sed pone quod dimisit, sed post pœnitet: nunquid iterum illa tenetur eum recipere? Distingue per decr. ext. de diuor. de illa 1.
a ¶ Societate.] Idest, matrimonio.

se,turpiterque corrumpunt, possit sine crimine,& vir vxorem dimittere,& vxor virum: quia exceptam facit Dominus causam fornicationis: quam fornicationem (sicut supra commemoratum est) generalem , & uniuersalem [a] intelligere cogimur. Cum autem ait: excepta causa fornicationis : non dixit, cuius ipsorum, viri, an fœminæ. Non enim tantum fornicantem vxorem dimittere conceditur: sed quisquis eam quoque vxorem dimittit, à qua ipse cogitur fornicari;causa utique [b] fornicationis dimittit: velut si aliquem cogat vxor sacrificare [c] idolis; qui talem dimittit,causa fornicationis dimittit , non tamen illius , sed & suæ : illius, quia fornicatur;suæ ne fornicetur.

Idem de adulterinis coniugijs,lib.2.

¶In eo libro non extat : sed apud Hermem in libro pastoris,mandato quarto ex quo citat Iuo hoc una cum palea , ego dixi . infra 34.quæst.1.& 2. Et quoniam in eo mandato tam de viro, quàm muliere agitur , est aliqua uerborum uarietas: sed eadem sententia.

t De hoc no 30 q.2.nũsse ibi uideas.

¶Quæ simulachrum facit, nec resipiscit , dimittatur à uiro suo. C. VI.

NOn solum mœchatio est illius,quæ carnẽ suam coinquinat [d]:sed etiam,quæ simulachrum facit [e] ,mœchatur.Quòd si in his factis perseuerat , & pœnitentiam non agit;recede [f] ab illa , & noli uiuere cum illa.Sin autem [g] ; & tu particeps peccatis illius eris. Iuo p.8. c. c.243. Pann.l.7.c.34.

Maritus ab vxore , quæ simulachrũ facit , debet recedere.

Item Ambrosius ad Hilarium.

¶Sic etiam Iuo; sed habetur apud B. Aug.epist.89. Beda 1. Cor. 7. citat ex August. ad consulta Hilarij.

¶Amore cuiuslibet non est à fide recedendum. C. VII.

SI infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat : non est enim seruituti subiectus frater , aut soror in huiusmodi, id est , si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli , hic agnoscat fidelis suam libertatem [h] : ne ita se subiectum deputet seruituti,ut ipsam dimittat fidẽ,ne coniugem amittat infidelem.Hoc & de filiis, atq; parentibus, hoc de fratribus , & sororibus intelligitur , propter Christum [i] omnes esse dimittendos.cũ proponitur ista conditio,vt Christum a dimittat,si illos secum habere desiderat.Hoc ergo & de domo,atq; agris, hoc & de ijs rebus, quę iure pecuniario possidentur,hoc loco accipiendum est. Iuo p.8.c.253. Pann.l.7.c.33. 1.Cor.7.

a ¶ Vniuersalem.] Argu. quod indefinite dicitur generaliter debere intelligi,ff.de tute.qui habet.§. vlt. 31. q. 1. quod si dormierit.
b ¶ Vtique.] Quia ipse cogit eum fornicari spiritualiter.
c ¶ Sacrificare.] Idem est si cogat ad quodcunque mortale peccatum , vt innuitur ex litera superiore , & no. ꝙ propter fornicationẽ corporalem semel commissam potest eam dimittere 1. 32.q.1.dixit . sed propter spiritualem non, nisi perseueret inf.c.proxi. nõ solum.
ADDITIO. Et in hoc casu loquitur extra de conuer.coniug c.vlt. nã ex eo , quod dicit, quod fuit iudicio ecclesiæ ibi matrimonium separatum datur intelligi,quòd ibi maritus in ipsa fornicatione spirituali perseuerauerit . & sic etiã ibi nota Goffred. & Archid.

NOn solum.] CASVS . Dicitur hic ꝙ vxor licite dimitti potest: non solum ꝓpter fornicationẽ carnalem, sed etiam propter spiritualem, scilicet idololatriam , uel infidelitatẽ, & si vxor in his perseuerauerit, vir nisi eam dimittat, particeps est illius peccati, & potest hoc ca. intelligi secũdum H. & Bene. de pari , uel impari coniugio: quia propter fornicationẽ carnalem vxor fidelis uel infidelis dimittitũ.
d ¶ Coinquinat.] Cũ alio à coniuge suo .
e ¶ Simulachrum facit.] idest, idolum.
f ¶ Recede.] Hoc ca. intelligit H. de duobus fidelibus , quorũ alter labitur in hæresim : inter quos cum ratum fuerit matrimonium : nec soluitur altero labẽte, nec contrahere potest , licet secus sit in casu conuerso, scilicet cum alter infidelium conuertitũ,tunc in tribus casib.dissoluitur , & contrahere potest,& hoc totum habes,ext.de diuor.quanto.item nunquid est præceptum quod dicit , recede ab illa ?.dicit H. quia ex quo perseuerat , præceptum est , si est notorium sed hoc quantum ad reddendum debitum ; sed exigere potest:& sic intelligit 32.q. 1. cap. 1. videtur tamen Hu. quod in hoc casu ad minus consilium sit quod recedat illa arg.inf. ead. iam nunc, sed ibi est consilium quando alter infidelium conuersus est : hic vero præceptum , & potest esse ea ratio , quia maior est hic contumelia creatoris, vt extra de diuor.quanto , & quod sit præceptum , habes extra de iureiur.quemadmodum.
g ¶ Sin autem.] Id est, si non reuocas eam à proposito.

SI infidelis.] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ licite dimittitur vxor infidelis , si cum viro fideli noluerit habitare, nam cum ista conditio apponitur,ut fidem dimittas si cum tali uxore volueris habitare . Fides enim seruanda est,& vxor penitus relinquenda. Idem intelligendum est de parentibus,& filijs,& fratribus & sororibus , & de qualibet alia re.
h ¶ Libertatem.] Nam dico ꝙ ipso iure soluitur vinculum matrimonij, non per sñiam ecclesiæ, sed ipso iure , .s. tribus casib. in quibus contrahere potest:nam contumelia creatoris soluit ius matrimonij, si tamen infidelis vult redire ad fidem priusquã cũ reliqua contraxerit, cogitur recipere eam,ut extra de diuor.gaudemus. in fi.
i ¶ Christum.] Argu ꝙ modus facit conditionem, nam

dicit

dicit, eum ponitur ista conditio, & post dicit, vt Christum, & c. si. extra de cond. ap. c. 2. & extra vt eccle. benefi. vt nostrum.

IAm nunc.] Hæc est 3. pars qõ. in qua dissuadetur, vt fidelis non dimittat vxorem infidelem propter Deũ. vertatur. quod potest contingere: quia sæpe iam talia contigerunt. Postea ostendit ea, quæ sunt consilij, & non præcepti, potius esse facienda, cum sint gratiora: exemplo Domini soluentis tributum, ad quod nulla lege arctabatur: & exemplo Apostoli à sumptibus, quos de iure poterat exigere, & recipere, abstinẽtis. Item ostẽdit ea, quæ sunt consilij esse facienda. Literã sic cõtinuat H Hactenus tractauimus de pari coniugio, id est fidelium: sed amodo videam⁹ de impari.

Ioan.

a ¶ Christum.] *Antea legebatur*, vt propter Christum dimittat, si eum secum, &c. *Emendatũ est ex epist. B. Augu. Reliqua vero partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.*

Item Augustinus ad Pollentium, lib. 1. de adulter. coniugijs. c. 13. & 14.

¶ Quod etiam infideles sunt coniuges, & quòd fideli licet dimittere infidelem. C. VIII.

Pann. l. 6. c. 100. 1 Cor. 7.

3 IAm nunc [a] illud videamus, quod ait Apostolus: [Cęteris [b] autem ego dico [c], non dominus,] ad imparia scilicet, hoc est vbi non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus. Quod mihi visum est eum monendo [d] dixisse. Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem; ideo fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet [e]. Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus [f], quo possit esse multorum occasio lucrandorum, vt fideles coniuges in relinquendis permissa [g] infidelibus licentia non vtantur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti a fidelibus non licere: quia hoc vetat [h] Apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc non vetat [i] Dominus; non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. Quomodo † enim scis (inquit) mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si saluam facies vxorem? cum & superius dixisset: [Sanctificatus est enim vir infidelis in muliere fideli: & sanctificata [k] est mulier infidelis in fratre,] hoc est in Christiano. [Alioquin [l] filij vestri, inquit, immundi essent: nunc autem sancti sunt. [m]] Sic ad lucrandos coniuges, & filios Christo, etiam exemplis, quę iam prouerant [n] videtur hortatus. Cur ergo non expediat infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter vinculum [o] cum tabulis coniugale seruandum, sed vt acquirantur Christo recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus vetat. Multa sunt enim facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs [p] gratiora, quę, cum liceret nobis etiam non impedire, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior Dominus ipse cum tributum se non debere mõstrasset: soluit tamen, ne scãdalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens [q] hominem † cõsulebat.

† al. Quid.

Ibidem c. 34.

† al. morem.

a ¶ Iam nunc.] Sic cõtinua. hactenus tractauimus de paribus coniugijs fideliũ, scilicet de quibus dixit Apostolus in epistola ad Corinthios. His qui matrimonio iuncti sunt, dico nõ ego sed Dominus, vxorem à viro non recedere: & vir vxorem non dimittat. nam cæteris disparibus, &c.

b ¶ Cæteris.] Id est, disparibus cõiugijs: quia prius de parib⁹ ait Apostolus.

c ¶ Dico.] Id est, cõsulo & suadeo; ex Dei tamen auctoritate, non mea 1.

d ¶ Monendo.] Id est: non præcipiendo.

e ¶ Prohibet.] ponitur improprie, id est, sub forma prohibitionis dissuadet, & monet ne fiat.

f ¶ Apostolus.] Ideo scilicet.

g. Permissa.] à Domino, id est, non prohibita.

h ¶ Vetat.] Id est, dissuadet.

i ¶ Vetat] Argu aliqd esse hoc ipso illicitũ quòd non est à Domino vetitũ. arg. 32. quę 1. quod si dormierit. ff. de procura. mutus. 2.

K ¶ Sanctificata.] .i. ad fidem conuersa.

l ¶ Alioquin.] Id est si alijs adhæserint viuentibus relictis, & cohabitare volentibus, filij, quos ex aliis genuerint, non erunt legitimi. Vel loquitur de filiis prius natis, qui remanent immundi, id est, infideles: quia non conuertuntur.

m ¶ Sancti sunt.] id est, esse possunt.

n ¶ Prouenerant] id est, frequenter acciderant. argu de ea quæ frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea si. 38. dist. de Syracusanæ.

o ¶ Vinculum.] Tantum sed vt eos lucrentur.

p ¶ Officiis.] id est, operibus.

q ¶ Gerens.] id est, dirigens.

1 Scilicet quod fidelis non dimittat infidelem cohabitare volentem vide Hug.

2 Arg. cõ. extra de transf. latio. inter corporalia vide de hoc.

Ioan. de Fant.

CASVS Super his verbis Apostoli. Ego dico, non Dñs, vt fidelis non dimittat infidelẽ volẽtẽ hebitare cũ illo, dissenserunt Pollentius, & Augustinus. Nã Pollẽtius exposuit hoc verbum, dico, i. pcipio. August. vero exposuit hoc verbum, dico, de consilio, & non de præcepto. vnde dixit, dico id est consulo, & suado. Est ergo casus secundum H. talis in hoc c. Ostendit Aug. illud verbum Apostoli esse intelligendum de consilio: & quare Apostolus hoc consulat, vt s. fidelis non dimittat infidelem: subdit rationem, s. cohabitatione talis infidelis con-

Iam vero Apostolus, quemadmodum ista cōmēdet, eius verba testantur [a], vbi dicit: [Cum enim sim liber [b] ex omnibus, omnium [c] me seruum feci, vt plures lucrifacerē.] cum paulo superius dixisset: [Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi; sicut cęteri Apostoli, & fratres Domini, & Cęphas? An ego solus, & Barnaba non habemus potestatem [d] hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non comedit?] *Et paulo post.* [¶ Si alij [e] inquit, potestatis [f] vestrę participant; quare non magis nos [g]? sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia [h] toleramus, ne quod impedimentum demus [i] Euangelio Christi.

1.Cor.9.

Ibidem.

Paulus prædicans nihil accipiebat.

Idem ibidem, c.8. & sequentibus.

¶ Ab infidelibus coniugibus licet recedere, sed non expedit. C IX.

SIc enim [k] recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis fideles viri, vel fœminæ non prohibentur [l] à Domino, vt neque iubeantur. Nā [m] si dimittere tales coniuges iuberentur; nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus iubet, seruus [n] bonus fieri prohiberet. *Item paulo post.* ¶ Cum ergo [o] cœpisset gentibus Euangeliū prædicare, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed vnus, aut vna infidelis cū fideli cōsentiret habitare; nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi: ideo scilicet non

Beda 1.Cor.7. Pann.l.6.c.101.

a ¶ Testatur.] Argu. q persequentia determinari possunt præcedentia, hoc generale habes 43. dist. sit rector. in fin.

b ¶ Cū. n. sim liber.] Id est, nullius beneficiis obnoxius.

c ¶ Omnium. id est, talem me exhibui, vt commodum facerem: & hoc fecit, vt plures, &c.

d ¶ potestatem.] Sed ne diceretur, cur nō hoc facere. quia non egeret: subdit, q.d. egenus quidem, sed non vsi sumus, ne q impedimētum, &c.

e ¶ Si alij.] Hypocritæ.

f ¶ potestatis.] i. potestatiuę partic. per rebus vestris.

g ¶ Nō magis nos,] qui amplius diligimus vos quàm res vestras.

h ¶ Sed oia.] i. Famē sitim, & similia.

i ¶ Demus.] Nā Corinthij erāt auari, & se retrahebant à prædicatione. Vel ideo, quia si ipse acciperet, multi essēt pseudo Apostoli, qui statim prædicarent, vt acciperēt, & ita impedirent Euangeliū, sed cum iste non acciperet nec illi auderent accipere, & ita non prædicarent.

SIc n.] CASVS. In hoc c. disputat adhuc Aug super eis dē verbis Apostoli: Ego dico, nō Dñs. & suum, c, distinguit in tres partes. In prima ponit expositio Augu. & probatio, vel ratio expositionis. & hoc facit vsque ad locum illum. [Quoniam ergo.] In secunda parte ponuntur tres responsiones Aug ad tres tacitas qōnes Pollentij: & hoc facit vsq; ad locum illum [Tu vero cui.] In tertia continetur superficialis expositio Pollentij, & expositionis probatio: & tandem sequitur Augustini victoriola sub epilogo conclusio. & hæc particula extenditur vsq; ad fi. §. Licet autem iste casus ita breuiter colligi possit poni, H̄ eū & Ben. in qualibet particula singulare in casum ponunt. In prima ergo parte sic procedit Augu. dicens. Si Dñs iussisset, hic non esset locus consilij monentis Apostoli. Si enim Dominus hoc præcipere, Apostolus contrarium non consuluisset. Dominus autem non iussit fidelem dimittere infidelem: quia iustitia .i. Deus iustus permittit retinere, nec vetuit: vnde Apostolus retinere commonuit. In secunda parte respondet tribus obiectionibus Pollentij, quæ non sunt in litera, sed ex responsionibus eliciuntur. quarum obiectionum prima est: Si Dominus non iubet, nec vetat vxorem infidelem a fideli dimitti, ergo vacuum, & superuacuum est Apostoli consilium, quo monet non dimitti. Respondet Augu. immo sibi vtile est quando animæ expedit: & quia per inspirationem spiritus sancti hoc dixit.

K ¶ Sic enim.] In prima parte ponitur vsque ad §. Quoniā ergo, intellectus Aug super illa auctoritate Apostoli: Ego dico, non Dominus, q si vir fidelis habet vxorem infidelem, non dimittat eam, & ostendit rationem

quare Dominus non prohibuerit nec iussit. In secunda parte vsque ad §. Tu vero ponuntur tres solutiones Aug ad totidem obiectiones Pollentij. In tertia parte vsque ad §. Intelligis ponitur expositio, & intellectus Pollentij super auctoritate prædicta, quam Aug. reprobat

bat. Vltimo ponitur epilogatio, quam Augu. facit in se rens victoriosissimam conclusionem. Et construe sic. Fideles viri sic non prohibentur recedere ab infidelibus vxoribus, vel fideles fœminæ sic non prohibetur recedere ab infidelibus maritis, id est, sicut neque iubentur recedere, secundum hoc primum, neque, abundat. vel si vis, q non superabūdet, dic neque recedere. i. retinere, &c. id est sicut fideles viri, & fœminæ non prohibentur non recedere. sic nec iubentur non recedere. q. d. quod nec illud nec istud fiat. hoc continuatur ad præmissam partem c.

l ¶ Non prohibentur.] Non repetitur hic, neque, supra positum vt faciat vnam affirmationem: sed propter interpretationem sui, appositum. potest tamen legi vtrumque, & idem erit sensus.

m ¶ Nam.] prima ratio quare Dominus non præcipit dimitti tales, s. vt Apostolo esset locus monendi, vt non fieret hoc. sed non dico esse verum: immo ideo dixit Apostolus, dico ego non Dominus. nam si, &c. vt ostenderet, quod Dominus non iubet recedere: nam si, &c.

n ¶ Seruus.] Nam Apostolus nullo modo faceret contra Dominum: sicut dixit prætor, q contra legem, non tuebitur aliquem ff. de pub. ac. cū sponsus. §. si res & non reuocantur a filio q̄ a patre gerutur. C. de rest. mi. q̄ a præ.

Prætor contra legem neminem tuetur.

o ¶ Cum ergo.] Ratio quare non prohibuit tales dimitti, s. vt nihil prohiberet quod iustitia exigit fieri, iustum enim est vxorem dimitti ob fornicationem præsertim spiritualem.

a ¶ Eius.] i. virtutis: vel ducens ad uirtutē. 32. q. 1 dixit.
b ¶ Pudicitiam] sup ptox. q. 1. nuptiarū contra. sed ibi pudicitiam continentiam uel uirginitatem nomi: at: hic uero uirtutem & castitatem, qua etiam inter nuptiarum opera non amittitur.
c ¶ Ideo.]

nus cōsilium Apostoli tanquā a spiritu sancto infusum acceptādum est: & quod habebat à spiritu sancto, pbat per duo similia. Et nota ꝙ obiectiones pollentii nō ponuntur hic, sed colliguntur ex responsionibus Aug sicut dixit lex: ꝙ in instrumento cautum est nihil pecuniam dari, præsumitur stipulatione esse interpositam, vt C. de con. sti. p. l. 1.

su. ea. in princ.

prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nunc uera eius[a] pudicitia cum coniuge dici potest: quia omne, quod nō est ex fide, peccatum est: quamuis ueram habeat fidelis pudicitiam[b], etiam cum infideli coniuge, quę non habet ueram. Ideo[c] autem nec iul eri debuerunt fideles ab infidelibus separari. quia non contra iussionem[d] Domini gentiles fuerant ambo coniuncti. ¶ Quoniam ergo[e] ab infideli fidelem discedere nec prohibet, nec iubet Dominus; ideo vt non discedat, Apostolus dicit[f], non Dominus; habens utique spiritum sanctum, in quo dare possit utile, & fidele consilium. Vnde cum dixisset[g] de muliere, cuius uir mortuus fuerit: [Beatior autem erit si sic permanserit, secundū consilium meum, (ne quis hoc consilium tanquam humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit: [Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quæ non à Domino iubentur, sed à sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim vt quisquam catholicus dixerit, quod † suadet spiritus sanctus, non Dominum suadere, & cum ipse Dominus sit, & inseparabilia[h] sint opera Trinitatis. Dicit tamen: [De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do:] non vt hoc consilium alienum existimemus à Domino cum continuo sequatur, & dicat, [tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut fidelis essem.] Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait: [puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.] Verumtamen aliud est Domini iubentis imperium: aliud conserui secundum misericordiam charitatis, quæ illi à Domino est inspirata, atque donata fidele consilium. Aliud ibi facere non licet; hic autem licet: ita sane[i], vt ipsum licitum partim quidem expediat, partim uero nō expediat. Expedit tunc, quando non solum per iustitiā[k], quæ coram Domino est, permittit, sed ēt hominibus nullū ex hoc impedimētum salutis infertur: uelut cum dat cōsiliū nō nubēdi Apostolus virginibus,) unde pceptum Domini se non habere testatur) licet aliud facere, id est, nubere, & minus, quam cōtinentiæ, bonū tamē tenere nuptiarum: ipsumque licitum etiam expedit[l]; quoniam in uetita, & illicita ruituram carnis infirmita-

Rom. 4.

1. Cor. 7.

† al. quando.

Ibidem.

f ¶ Dicit] Id est, monet: non Dominus dicit, idest, pręcipit ita reperitur verbum in alia significatione. nam si in eadem falsum esset: quia quid quid monet Apostolus, monet Dominus prout sequitur: & ex positio varia huius verbi, dico, bene probatur per intellectū illi⁹ auctoritatis: De virginib. autem præceptum Domini nō habeo, &c.
g ¶ Dixisset.] Ad ostendendum ꝙ habebat spiritum sanctū, & eius consilio standum esset.
h ¶ Inseparabilia.] Pro maiori parte. nā quædam attribuuntur patri, quæ non filio, & contra. H. Sed tu dic opera operantia. operata enim opera nō sūt inseparabilia, de consecra. d. 3. c. vlt.
i ¶ Ita sane.] Hic respondet, Aug. secundæ obiectioni Pollentij dicētis. quare Apostolus non plus dicit consulendo, bonum est dimittere vxorem infidelem: melius est autem cum ea manere: sicut alibi consulendo dixit: Qui dat nuptui, bene facit, qui non dat, melius facit. Et respōdeo ꝙ quædam licita sunt. quorum utrumque expedit, vt dare nuptui: & non dare nuptui. Alia quorum vnum expedit, aliud non, vt dimittere, nō

Opera trinitatis an sint separabiles.

c ¶ Ideo] Secunda ratio quare non pręcipitur: sed male dicit: quia prima non pręcessit quo ad istū articulū.
d ¶ Iussionem.] Argu. ꝙ si gentilis cum gentili contrahat, non facit contra præceptum Domini, cum matrimonium sit inter eos, vnde si ueniunt ad fidem, non debent separari.
ADDITIO. Vt inf. q. 2 c. 1 extra de diuor. c. gaudemus.
e ¶ Quoniam ergo.] Responsio Augustini ad Pollentium dicentem, ꝙ ex quo Apostolus consuluit, & non Dominus: eius consilium tanquam humanū, non diuinu contemnendum est 1 Rńdit ergo Aug q̄uis id quod consuluit Apostolus nō præcipiat Dominus nihilominus

dimittere. cum primis recte ponuntur hæc adiectiua, bonum, melius: cum secundis non; quia vtrumque non est bonum, quia non meritorium, & ideo non dicit Apostolus: qui dimittit bene facit, &c.
K ¶ Per iustitiam.] Idest, propter ipsum nubere, quod est iustum. 27. q. 1 nuptiarum.
l ¶ Expedit] Infra 33. quæstione 5. qui sitit. contra. expedit quidem, & non expedit. Expedit causa fornicationis uitandæ, nón expedit, quoniam vxorati cum sint diuisi, & cogitare eos oportet quomodo placere possint & seruire vxoribus. diuinis obsequiis & orationibus intendere adeo expedirē. non

1 At. ad hoc de cōs. dis. 3. in Christo petri i prin.

Nubere expedit & non expedit.

non valent, ut extra de cler coniug. quod à te, expedit ergo nubere quo ad fornicationem vitandā: sed non expedit volenti tendere ad regnum cœlorū. & sic soluuntur cōtraria. 33. quæstio. 5. tunc saluabitur.

a ¶ Præceptum.] Infra 32. quæst. 1. integritas.

b ¶ Sed prohibet].i. sub forma prohibitionis dissuadet.

c ¶ Adulterinis.] Argu. quod fidelis, qui dimittit vxorem infidelē cohabitare volentem, non potest aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium, vt infra q. 2. §. quod uero c. si quis.

d ¶ Non potest.] Hic elice secundum obiectionem Pollentii.

e ¶ Pariter.] Alterū 1 quidem propter idololatriæ fornicationem 2 alterum propter lucrandi occasionem.

1 Scilicet dimittere.

2 Vt sup. ea. idololatria.

ADDITIO. Idē Hu. cuius fuit hæc expositio, dicens non: ergo peccat fidelis si dimittat infidelē, licet non velit vti cōsilio Apostoli Arch.

f ¶ Nisi ita.] .i. nisi Dominus daret Apostolo liberum locum prohibendi, id est, dissuadendi: Apostolus dissuadere nō deberet, si contrarium Dominus prohibuisset, vel praecepisset: quod non fecit.

g ¶ Iussionem.] Si Dominus prohibuisset.

h ¶ Proinde.] Hic incipit assignare similitudines, & dissimilitudines.

i ¶ Consilium.] Supra 27 quæst. 1 nuptiarum.

K ¶ Dimittit.] Sicut qui dat nuptui, bene facit: sed qui non dat, melius facit: quia vtrumq; licitum est, sed non expediens.

l ¶ Ego exponens.] scilicet super Euangelium Matth.

a ¶ Pro-

quoniam in uetita, & illicita ruituram carnis infirmitatē sic excipit honestate nubendi, ut neminem impediat ad salutem: quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si virgò consilium, quo præceptum[a] eam non compellit, arriperet. Tunc aūt non expedit id, quod licitum est; quādo permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis affert impedimentum salutis: sicut est (vnde iamdiu loquimur) discessio fidelis coniugis ab infideli: quam non prohibet Dominus præcepto legis: quia coram illo iniusta non est: sed prohibet[b] Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, quia perniciosissime scandalizantur offensi; verum etiam, quia cum in alia coniugia ceciderint viuentibus eis, à quibus dimittuntur; adulterinis[c] nexibus colligati difficillime resoluuntur. Ideo hic, vbi id, quod licet, non expedit; nō potest[d] dici, si dimiserit infidelē, bene facit si non dimiserit, melius facit, sicut dictū est: [Qui dat nuptū, bene facit: & q non dat nuptū, melius facit:] qm̄ illud nō solum vtrūq; pariter[e] licet (unde ad nihil horum præcepto Dn̄i quidā cōpellitur) sed ēt vtrumq; expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id, qđ amplius expedit, consilio Apostoli, quicunque potest capere, prouocatur. Hic aūt, vbi de dimittendo, vel non dimittendo infidelis cōiugio quæritur; utrumque quidem pariter licitum est per iustitiam, quæ corā Domino est; & ideo nihil horum Dominus prohibet: sed non utrumque expedit propter infirmitates hominū: & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus; neque id; q̄ prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod nisi ita[f] esset; neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque contra iussionem[g] eius aliquid prohiberet. Proinde[h] in his duabus causis, una de nubendo, vel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo, uel non dimittendo, aliquid simile inuenitur in uerbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem, quòd ibi dicit: [præceptū Domini, nō habeo consilium autem do.] & hic dicit [ego dico; non Dominus.] Quale est enim, [præceptum Domini non habeo,] tale est, non dicit Dominus, & quale est, [consilium,[i] do,] tale est, [ego dico, Illud autem dissimile est; quia de nubendo, & non nubendo dici potest, hoc bene fieri, illud melius; quoniam utrumque expedit, minus vnum†, magis aliud: at vero de coniuge infideli dimittendo, uel non dimittendo, quoniam vnum horum non expedit; aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit[k], melius facit: sed dici oportet, non dimittat: quia etsi licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugē non dimittere, quamuis liceat, & dimittere: quemadmodum recte dicimus melius esse, quod & licet, & expedit, quàm id, quod licet, & non expedit. ¶His de causis factum est, vt exponens[l] Domini sermonem, quem prolixū in monte habuit, vbi ventū est ad qōnem de cōiugibus dimittendis, uel non dimittendis, adhibitis etiam Apostolicis testimoniis dicerem, consiliū esse Apostoli, non præ-

Ibid. 19.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

† al. aliud

Ibid. c. 20. Lib. 1. de serm. Dom. c. 14.

a ¶ Prohibendi.] Ideſt, diſſuadendi.
b ¶ Non expediant.] Supra 14. quęſt. 1. quod pręcipitur.

SI AVTEM. CASVS. Hic eſt reſponſio ad tertiam obiectionem Pollentij, quæ talis erat: Cum dixit Apoſtolus, Ecce ego dico, quia ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit: ibi ponitur hoc verbum, dico, pręceptiuè. quare ergo non ſimiliter, & hic? Sed Auguſt. reſpondet dupliciter. Primo ſic, dicit enim, non eſt abſurdum ſi etiam ibi commonitoriè, & de conſilio loquatur Apoſtolus: licet de præcepto quilibet ad illud cogatur. Sæpe enim monemus humiliter charos noſtros, vt faciant ea, quæ ſunt præcepti. & hoc facit Apoſtolus parcens eorum infirmitati. Secundo dicit, quod non eſt mirandum ſi ibi ponitur præceptiue, hic vero commonitorie: quia ibi dicit, Ego dico, ſimpliciter. hic vero: Ego dico, non Dominus.

TV VERO. Hic incipit tertia pars, in qua ponitur expoſitio Pollentij, & ratio ſuæ expoſitionis. Dicebat enim, dico, ideſt præcipio, & non Dominus dicit, id eſt, præcipit. Nam ſi Dominus præciperet, vt fidelis non dimitteret infidelem, eſſet ſibi contrarius, quia in veteri teſtamento coniugia fidelium, & infidelium prohibuit dicens: Non accipies, &c. Sed opponit Auguſt. Ergo ſecundum hoc Apoſtolus eſt contrarius veteri teſtam. & Domino magiſtro ſuo. Sed huic oppoſitioni reſpondit Pollentius dicens, quod in alio caſu loquitur prohibitio Domini in veteri teſtamento, & in alio Apoſtoli præceptum. Illa. n. loquitur in matrimoniis contrahẽdis. iſta de iam contractis. Prohibet etiam Dominus ne diuerſę religionis coniugia contrahantur, prohibet autem Apoſtolus, ne talia coniugia iam contracta diſſoluantur: & ſic Apoſtolus non eſt contrarius Domino. Sed replicat Aug. dicens ſibi placet, quod dicit Apoſtolum non eſſe contrariũ Domino, nec veteri teſtamẽto: & ita concludit quod illa non eſt bona ratio quare Dominus non pręcepit: quia eſſet contrarius ei, quod dixerat in veteri teſtamento: quod falſum eſt: cum ibi intelligitur de coniungẽdis, hic vero de iã coniunctis, & ita ſi aliud percepiſſet ibi, & aliud hic, non eſſet ſibi contrarius. & quia nõ eſt bona ratio, nec aliam vales inuenire: patet quod tua expoſitio nullius eſt momẽti. & ſic in Pollentium victorioſe concludit. [Ibi agitur] ideſt, in Apoſtolo.

ceptum Dñi, vbi ait: [Cæteris autem ego dico, non Dominus; monens eos, qui haberent coniuges infideles, vt conſentientes habitare ſecum non dimitterent. Quod utique ideo monendum, non iubendum fuit: quia non tanto pondere prohibendi [a] ſunt homines facere licita, quamuis nõ expediant [b], quanto pondere prohibenda illicita. Si autẽ [c] alicubi Apoſtolus etiam illa, quæ iubenda ſunt, monere dignitatis eſt, hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando [d] iuſſioni. Vnde ipſe † dixit:

1. Cor. 7.
† al. ſic
1. Cor 4.

Non ut confundam vos, hæc ſcribo; ſed ut filios meos chariſſimos moneo: quid habet quæſtionis, vbi ait: Ego dico, non Dominus. Item, vbi ait: Ecce ego Paulus dico vobis, quia ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit? Nunquid [f] etiam hic dixit [g], Ego dico, non dominus? Non ſunt itaq; iſta ſimilia: quia etiam illa, quæ iubet Dominus, non eſt indignum, neque contrarium: ſi eadem monet Apoſtolus. Monemus enim quos charos habemus, vt faciãt Domini præcepta, uel iuſſa. Cum vero † ait, Ego dico, non Dominus. ſatis oſtendit Dominum non prohibere, quod ipſe prohibebat. Prohibuiſſet aũt Dominus, ſi eſſet illicitum [h]. ergo ſecundum ea, quæ ſupra diu diximus [i]. multumque uerſauimus, licitum erat per iuſtitiam, ſed etiam licitum non erat faciendũ propter liberam beneuolentiam. ¶ Tu uero [k], cui placet ita non licere, quod non vetat Dominus, ſed Apoſtolus, quemadmodum non licet, quod vetat Dominus; cum exponere voluiſſes, quid ſibi vellet, quod ait: Ego dico, non Dominus. cum alloqueretur fideles, quibus eſſent coniuges infideles; dixiſti, quia Dominus iuſſit, ne coniugia ſibimet diuerſæ religionis copularentur: & ipſum adhibuiſti teſtimonium Domini di-

Gal. 5.
† al. ergo
Ibid c. 21.
Deut. 7.

c ¶ Si autem.] Hic reſpondet tertię obiectioni Pollentij dicẽtis: cum hoc verbum dico, pręceptiue ponatur in epiſtola ad Galatas: ecce ego Paulus dico Vobis, quia ſi circũcidamini, &c. quare nõ ſimiliter pręceptiuè cũ dicit: Ego dico, nõ Dñs. vel concesso etiam quod admonitiue ponatur ibi uerbum, dico vobis, quia ſi circũcidamini, &c. nullum incõueniens inde ſequitur. nõ enim indignum eſt ſi quę iubet Dominus, monet Apoſtolus.

Dico, præceptiue & admonitiue ponitur.

d ¶ Non præiudicando.] Sicut dicit lex, quod voluntariæ tutelæ munera priuilegijs nòn præiudicant. C. de excu. tut. voluntaria.

e ¶ Vbi ait.] Ratio ad tertiam.

f ¶ Nunquid.] Arg. quod nullum verbum in oratione vacat myſterio: & arg. ff. de vſur. ſi ſtipulatus. nam ibi dicitur, quod ſtipulatus ſum à te rem mihi dari, vacuamque poſſeſſionem tradi, fructus veniunt in ſtipulatione. ſi autem rem tantum mihi dari: non veniunt in ſtipulatione, argum. contra. ff. pro ſoc. ſed & ſi adijciatur. Idem eſt hic argu. quod non eſt argumentandum de conſimilibus illis, inter quæ diſſimilitudo attẽditur. ff. de rei ven. ſi nauis & ff de cond inde. plane. & ita intellige ff. eo ti. ſi reus. & hinc bene dicitur. ff de iniuſto & rup. teſt. l. 4.

Fructus in ſtipulatione rei quãq; veniunt, quãq; non.

g ¶ Dixit.] ſi. ff. de iu. om. iudicium, ſi familia.

iur se uenditurum[a] *agrum Marcello, & postea ueniret Paulus dicens se esse Marcellum, & emeret*[b] *agrum ab illo; nunquid cum Paulo conuenit iste de pretio, aut dicendus est agrum sibi uendidisse? Item si quis promitteret se uenditurū mihi aurum; & pro auro offerret mihi orichalcum*[c], *& ita me deciperet; nunquid dicerer consensisse in orichalcum? Nunquā volui emere orichalcum: nec ergo aliquando in illud consensi; quia cōsensus nō est nisi volūtatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit cōsēsum; sic & in coniugio error personæ Non.n. consensit in hunc, sed in eum, quem putabat*[d] *esse. Sed obycitur. Iacob non cūsenserat in Liam, sed in Rachel: septem siquidē annis pro Rachel seruierat. Cum ergo eo ignorāte Lia esset sibi supposita; non fuit coniugium inter eos, si error personæ cōsensum excludit: quia ut dictum est, nō in eam cōsenserat, sed in Rachel. His ita respondetur: Cōsensus alius est præcedens, alius subsequens. Præcedit cōsensus, quando ante carnalē copulam in indiuiduam vitæ consuetudinem vterq; consentit: subsequitur, quādo post concubinalē siue fornicariū coitum consentiunt in idem Iacob ergo & Liam nō fecit coniuges precedēs consensus, sed subsequēs*[e]*: nec tamē ex primo cōcubitu fornicarij iudicātur, cum ille maritali affectu eam cognouerit; & illa vxorio affectu sibi debitum persoluerit, putans lege primogenitarum*[f]*, & paternis imperijs se sibi iure copulatū. Quòd autem error persona non nullos excuset, auctoritate illa, pbatur, qua soror vxoris, vtroque inscio*[g]*, sorore videlicet, & marito, in lectū eius iuisse, & à viro suæ sororis cognita perhibetur: quæ cū sine spe coniugij perpetuo manere censeatur; ille tamē, qui cognouit eam per ignorantiam, excusatur. Aliter ēt hoc probatur. Diabolus nōnunquam se in angelum lucis trāsformat*[h]*: nec est periculosus error, si tūc creditur esse bonus, cum se bonum simulat. Si ergo tūc ab aliquo simplici quæreret an suæ beatitudinis vellet esse particeps; & ille responderet, se in eius consortium*[i] *velle transire: nunquid dicendus est consensisse in consortium diabolicæ dānationis, an non potius in participationem æternæ claritatis? Item si quis hæreticorū nomine Augustini, vel Ambrosii, vel Hieronymi alicius catholicorum seipsum offer-*

Gen. 29.

inf. 34. q. 1. & 2. c. in lectum.

1. Cor. 11

c ¶ Orichalcū.] Voluit dicere Marcellus ꝙ esset emptio, & vēditio, quia in corpus consensum fuit, licet fuerit errarū in materia, i. in substantialium qualitate. Sed Vlpianus eum correxit, dicens non esse venditionem, vbi erratum est in materia ff. de contrahē. empt. in venditionibus. pignus tamen tenet, si quis obliget æs, p auro: vt ff. de pign. act. l. 1.

Vēditionem est urbi materia errant.

d ¶ Putabat.] Si quis autem errat in proprio nomine, dum tamen certum sit de quo consentiat: hoc non officit, ff de test. si in nomine. secus aut in appellatiuo, ff. de hære. insti. non ideo minus, ff de leg 1. l. 4.

an eadem. argum. ff. de furt. si is qui. §. si tu mihi. & de in. eum qui. §. si iniuriam. vbi dicit iurisperitus quòd hunc puto Lucium, demonstrato Seio. Sed quæro circa quam personam dicit hūc errorem fore? Dico quod circa præsentem, quando, scilicet contrahit cum vno, & credit se contrahere cum alio, vnde dico, quòd circa absentem personam non errat, nam dico quod si primo iam ille consentit in istam, & ista modo consentit in illum, quod est matrimonium. Sed quæritur, si ille est mortuus in quem consentit: & alius præsentatur sibi, an talis error impediat matrimonium? sic, quia licet ille non sit in rerum natura; non minus tamen est ibi error personæ. Item si aliquis habet tres filios: & aliqua consentiat in maiorem filium: postea præsen-

e ¶ Subsequens.] infra 30. quæstio. 5. §. sed obiicitur.

f ¶ Primogenitarum.] Consuetudo erat maiorem primo nuptui tradere. 7. q. 1. quam periculosum.

g ¶ Inscio] Inf. 34. q. 1. & 2. in lectum.

h ¶ Transformat.] Sup 26. q. 5 episcopi.

i ¶ Consortium.] Hoc verum est, ꝙ iste non peccat cum ita simpliciter in genere dicit se uelle esse participem suæ beatitudinis: secus si ad specialia descenderet: non tñ ob hoc excusatur Saul, qui adorabat demonē, quem credebat esset Samuelem. 26. q. 1. nec mirum hoc ideo quia intercessit culpa sua, vel ibi idololatriam adorauit.

Saul adorauit dæmonē.

Vẽditio tripliciter rescinditur.

a ¶ Rescindere. ¶ Vt C. de rescind. vend. quisquis. nisi esset deceptus vltra dimidiam iusti preti, ut ext. de empt. & vend. cum dilecti. Vel nisi haberet pestiferas herbas, vt C de edi. act. si prædium. Vel nisi dedisset dolus causam contractus, vt ff. de dolo, l. & eleganter.

1 De hoc plene no. in pd. decr. cum dilecti.

præterea. ff. de vsufr. hactenus in fi. & l. se. ff. de in diem addict. si uenditor, §. sed si neuter, ff. de fideiuss. l. 4. in fi.

ret, atque ad suæ fidei imitationem prouocaret; si ille præberet assensum, in cuius fidei sectam diceretur consensisse † *? non in hæreticorum sectam, sed in integritatem catholicæ fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Quia ergo hæc persona decepta errore non in hunc, sed in eum, quem iste se mentiebatur esse, consensit; patet, quòd eius coniunx non fuerit. ¶ Error fortunæ, & qualitatis non excludit consensum: ueluti, si quis consentiret in prælaturam alicuius ecclesiæ, quam putaret esse diuitem, & illa esset minus copiosa; quamuis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen posset renunciare prælaturæ acceptæ. Similiter, quæ nubit pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renunciare priori conditioni, quamuis errauerit. Error qualitatis non excludit similiter consensum: utpote si quis emerit agrum, uel uineam, quam putabat esse uberrimam; quamuis iste erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo: non potest tamen uenditionem rescindere.* [a] *. Similiter, qui ducit in uxorem meretricem, uel corruptam, quam putat esse castam, uel uirginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere.*

† al. cessisse.

QVAESTIO II.




Secunda [b] *quæstio proposita est de conditione, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea illum inuenerit seruum. Quòd uero mulieri non liceat à seruo discedere, multis rationibus uidetur posse probari, in Christo enim Iesu, nec est Iudæus, nec Græcus, nec seruus* [c] *; neque liber: ergo nec in coniugio Christianorum. Eadem enim lege in fide Christi uterque regitur. Indifferenter enim ab Apostolo dicitur omnibus: [Qui uult nubere, nubat in Domino.] Et iterum: [Mulier nubat cui uult: tantum in Domino.] Non præcipitur, ut ingenua nubat ingenuo, ancilla seruo: sed qualibet earum, cui uult nubat, dummodo in Domino.*

Gal. 3.

1. Cor 7.

Item Iulius Papa, c. 4.



Secunda quæstio.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per tres auctoritates, quod si quis scienter consentit in ancillam tenet matrimonium. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Si vero.] Quarta ibi, [Quæritur etiam.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proponitur secunda quæstio, qua quæritur, an mulier possit dimittere illum, quem putabat liberum esse cum sit seruus. Et certum est, quod sic: secus si sciebat esse seruum, ut infra eadem si quis ingenuus. Allegat tamen Gra. pro utraque parte. vnde probat in isto. §. tribus auctoritatib. Pauli, quod eum dimittere non potest [nec Iudæus,] supple repellendus est à sacris ecclesiasticis.

Libera quæ ignoranter cũ seruo cõtraxit, an ab eo recedere possit.

b ¶ Scda.] Hic quæritur an seruili conditione reperta libera possit recedere? & q dem sic., si ignorauit eum esse seruum quã do contraxit cum eo, vt inf cap si quis ingenuus. Et no. H. ꝙ nõ omnis error conditionis impedit matrimonium: sed tantum error seruilis cõditionis: nec etiã semper talis error impedit. Vnde si libera vult contrahere cum seruo, & contrahit cũ libero, non dirimitur matrimonium: licet ibi sit error conditionis: quia non intelligitur talis decepta, quæ cum meliori contrahit, quàm credebat. Similiter dic, quod si seruus credat contrahere cum libera. & contrahit cum ancilla, non dirimitur matrimonium: quia consentit in hominem suæ conditionis: & quia neuter potest aliquid alij obijcere: & ita propter errorem serui nunquam dirimitur matrimonium: sed certe pari ratione uidetur, quod si aliqua credit contrahere cum uno, & contrahit cum alio, qui est ditior, & melior, quod matrimonium teneat, quia non uidetur decepta. Alij autem dicunt, quòd siue erret in meliori, siue in deteriori conditione, semper dirimitur matrimonium. Tertij dicunt, ꝙ si interueniat error in dispari conditione, dirimitur matrimonium 2 sed si in pari nõ dirimitur. vñ si libera vult contrahere cũ libero, & cõtrahit cũ seruo: uel seruus vult contrahere cum serua, & contrahit cum libera, non tenet matrimonium, sed si liber vult cõtrahere cũ serua, & cõtrahit cũ libera, vel si ancilla vult cõtrahere cũ libero 1 & contrahit cum seruo tenet matrimonium, quia utrobique est paritas. Io. & hæc opinio bona mihi vr. B. Dubitari autem consueuit si libera contrahit per errorem cum hoĩe ascriptitiæ conditionis, an teneat matrimonium? H. dicit, ꝙ teneat: lex tamen cõtradicit, in auth. de nup. §. ascriptitio. coll. 4. & C. de senatusc. Clau. l. una.

Errãs in meliori conditione an possit matrimoniũ dirimere.

2 Ar. ad hoc inf. de act. §.

c ¶ Nec seruus] à sacramentis enim ecclesiasticis non est amouendus, vt extra de coniug. seruo. dignũ. Vel ab illa, quæ sunt iuris naturalis, ut à uoto, vt in aut. de monac §. hinc. aũt. coll. 1. ubi Iustinianus inducit hæc eadẽ verba Apostoli ad probandũ, ꝙ seruus possit esse monachus: sed quantum ad ius ciuile seruus non hr̃ pro homine, vt ff. de regulis iuris, quod attinet ad ius ciuile, &c.

Seruus ab ecclesia sacris non est amouendus.

om-

OMnibus nobis.] CASVS. Cum apud Deum non sit acceptio personarum, sed vnus sit pater omnibus & vna lex: sicut ingenuus dimitti non potest. ita seruus scienter semel coniugio copulatus dimitti non potest. Seq §.patet.

a ¶ Red-

e ¶ Legem.] non quo ad promotionem: Irregularis n. efficitur qui cũ serua contrahit. arg. 34.d si quis viduã. sed sequuntur vnam legẽ habito respectu ad ius naturale. nam de iure naturali quilibet cum qualibet posset contrahere. & ita seruus cum libera, nisi obstaret constitutio ecclesiæ.

¶ Licet seruo matrimonia contrahere. C. I.

Burc.l.9.c.18. Iuo p.8.c.156. Pann.l.6.c.38. † al. daturi.

OMnibus nobis vnus est pater in cœlis, & vnusquisque diues & pauper, liber & seruus, æqualiter pro se, & pro animabus earum rationem reddituri † sunt a. Quapropter omnes cuiuscunque conditionis sint, vnam legem b (quantum ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes α vnam legem habent; ergo sicut ingenuus c dimitti non potest, sic nec seruus semel coniugio copulatus vlterius dimitti poterit.

¶ *Caput hoc apud Burchardum & Iuonem sequitur post vltima verba capitis si quis ancillam. infra eadem.*

α ¶ Si autem omnes,] *Hæc vsque ad finem habentur quidem in Pannormia, sed non apud Burchardum & Iuonem, videnturque ipsius collectoris.*

Item Zacharias Papa.

Capit.l.6.c.94.

¶ Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet. C. II.

Sent.4.dist.36. Iuo p.8.c.53.

ij SI quis liber ancillam in matrimonium d acceperit, nõ habet licentiam dimittere eam (si consensu amborũ coniuncti sunt, excepta β causa fornicationis: sed vna e lex deinceps erit per omnia, & viro & fœminę.

β ¶ Excepta.] *Hinc vsque ad finem non sunt in capitularibus, neque apud Iuonem, qui illa citat. Magister vero sententiarũ habet,* nisi ob fornicationem.

Item Iulius Papa.

¶ Inter patronum, & liberam constat esse matrimonium legitimum. C. III.

Poly.l.8.tit.4. Burc.l.9 c.18. Iuo p.8.c.156. Pann.l.6.c.37. † al. dubicatur.

iij SI quis ancillam suam libertate donauerit, & in matrimoniũ sibi sociauerit: dubitatur f † apud quosdam, vtrum huiusmodi nuptiæ legitimę esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima esse censemus †. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus g contrarium in tali copulatione fieri potest; quare prædictas nuptias inhibendas existimemus † ?

† al. existimauerimus.

2 *His ita respondetur. Non negatur ingenuam posse nubere seruo: sed dicitur, quòd si nescitur esse seruilis conditionis; libere potest dimitti, cum seruitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli, & Iulij Papæ intelligendum est de his, quorum conditio vtrique nota est. Huius autẽ conditio mulieri incognita erat: non ergo præmissis auctoritatibus cogitur manere cum illo: sed liberum illi esse ostenditur vel manere, vel discedere.*

Vnde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit rex Pipinus, statutum est, c.6.

c ¶ Ingenuus.] Argumentũ à toto in quãtitate ab vniuersali ad singularem. simile 19 dist. si Romanorum.

d SI quis,] In matrimoniũ.] Potest ergo matrimonium esse inter seruum & liberã: quod est contra legem C. de incest. nup. l.3. sed abrogata est quo ad hoc vbi scienter contrahitur.

Matrimonium potest esse inter seruum, & libertam.

e ¶ Sed vna.] Quantum ad hoc.

SI quis ancillã,] CASVS. Dicitur hic, quod si quis manumittit ancillam suã, & eam ducat in vxorem, ratum erit matrimoniũ inter eos, cum ex cõsensu matrimonium perficiatur. Sequens §.patet per se.

f ¶ Dubitatur.] per legẽ illam forte. C. de incestis nup. humilẽ vbi dicitur, quod non potest esse matrimonium inter clarũ virum, & abiectã mulierem, nec inter senatorem, & liberã.

g ¶ Et legib.] Et ita leges si contradicerent, dum tamẽ illis legibus canon non obuiet, nõ tenet matrimonium. nam quod leges habeãt locum in matrimonio, videtur, licet H. contradicat 1. Arg. 35.q.5. ad sedem supra. 27 q 2. quod autem & c. lex diuina. in fi. vnde dicunt quidam, quod cum hic lex dicat nõ esse matrimonium cum ancilla, vt C. de icest. nup. l.3. & canon nõ excipiat nisi cũ sciẽter ducit, quod vbi etiã cum libera cõtrahit seruus, credens se cõtrahere cum serua, non teneat matrimonium.

Leges an habeant locũ in matrimonio.

1 Argu. ad hoc 10. dist. quoniã vbi de hoc & 86. d. cũ ad verum vbi de hoc in gl. vlt.

HIS ITA. Hæc est secũda pars q in qua dicitur quod si credebat vir aliquam liberã, & erat ancilla poterit ab ea separari: & hoc probat per tria cap. 10. de Fant.

a ¶ Reddituri sunt.] Argum. quòd seruus non tenetur obedire Domino in atrocibus. 28. q. 3. non semper.

S I quis ingenuus.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ si ingenuus ancillam alterius ignorans ducat in vxorem: si voluerit eam redimere, facere potest, alioquin dimittat eam. si vero sciens cum ea contraxit, eam dimittere non potest. Sequens capitu. patet. conquesta est se esse etiam expulsam à viro prætextu seruitutis: cui episcopus loci promisit, ꝙ viro eam restitueret, si se liberã esse probaret. Vñ Gregorius illi ep̃o scribit mandando ei vt illam viro suo restituat: quia ipsa suam libertatẽ bene probauit: quod si non fecerit, non dimittet in conteſtum.

Ancillam ignoranter ductũ etiem post manumissionem potest liber dimittere.

a ¶ Faciat.] Sed pone ꝙ liber ignorãter cõtraxit cũ serua, postea dñs manumittit eã, & ipse cognoscit eam post eius manumissionem; post cõperit eã fuisse ancillam tempore contractι matrimonij: q̃ritur an possit eam dimittere? Et dicimus ꝙ sic; quia cõsensus ille ab initio nullus fuit. sed si dominus eius tunc temporis sciebat contrahi matrimoniũ, & tacuit, tunc tenet matrimoniũ: quia eo ipso intelligitur ei dedisse libertatẽ in auth. de nup. § si vero. ab initio coll. 4. & in auth. vt liberti. de cætero. §. si q̃s coll. 6. Sed pone, ꝙ libera cõtraxit cum eo quem credebat liberum: sed postea comperta conditione seruitutis, nihilominus vult stare secum: sed ille recusat. Dicunt quidam hoc matrimonium esse ex vna parte: & non ex altera, vt extra de eo qui dux. ĩ ma. ca. 1 Sed dico 1. ꝙ quantũ ad neutrũ est matrimoniũ. vñ neuter cogit̃ stare cum altero quãtũ ad vinculũ matrimonij: sed rõne fidei p̃missæ bñ tenet̃ ei. Idẽ p̃t dici cũ maior cõtrahit cum minori, ꝙ quantũ ad neutrũ est matrimoniũ: & quantum ad vinculũ matrimonij æque põt maior recedere a minore, sicut minor à maiore: sed non est ita quantum ad fidẽ promissam.

Matrimonium inter liberam, & seruum contractum põt ẽẽ a seruo dissolui.

1 Hæc fuit s̃nia. L. q ita not. inf. cap. proxi.

¶ De eo, qui ancillam duxit in vxorem, quam putabat esse liberam. C. IIII.

S I quis ingenuus homo vxorem ancillam vlterius acceperit, & existimet, quòd ingenua sit; si ipsa fœmina fuerit postea in seruitute detecta α; si eam à seruitute redimere potest, faciat [a]: si non potest [b], si voluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam sciebat [c], & collaudauerat: prout β legitimam eam habeat [d]. Similiter. & mulier ingenua de seruo alterius facere debet. 4. Sent dist. 36. Burc. l. 9 c. 26. Iuo p. 8. c. 164. Pann. l. 6. c. 41.

¶ *Scriptum est nomine totius vniuersitatis Louaniensis ad S. D. N. Gregorium xiij. extare in bibliotheca S. Trudonis librum manuscriptum sub hoc titulo,* Excepta decretorum *in q inter alia capitula istius concilij apud Vermeriam, habentur hoc & seq. cap.*

α ¶ Detecta.] *Apud Magistrum legitur,* in seruitutem deiecta. *apud Burchardum vero,* inseruita *quod verbum hac eadẽ notione habetur lib. 3. capitularium, c. 2.*

β ¶ Prout.] *In aliquot vetustis codicibus est,* post vt *itemque* postea vt *quemadmodum, & apud Burchardum, & Iuonem.*

Item ex eodem c. 8.

¶ Non licet mulieri dimittere, quem sciens seruum accepit in virum. C. V. Et cap. l. 5. c. 12.

S I fœmina ingenua acceperit seruum, sciens quod seruus esset; habeat eum; quia omnes vnum patrem habemus in cœlis γ. Vna lex erit viro, & fœminæ. 4. Sent. ibidem. Burc. l. 9. c. 27. Iuo p. 8. c. 25. & 165 Pann. l. 6. c. 42.

γ ¶ Quia omnes vnum patrem h. in cę] *Verba hæc nõ sunt in capitularibus, neque apud Iuonem p. 8. c. 52. vbi ipsa citat capitularia. Sunt tamen apud eundem ca. 165. vbi refert ex concilio apud Vermeriam, quemadmodum nunc Gratianus.*

Item Gregorius lib. 6. epist. 1. seu c. 165. ad Fortunatum episcopum.

¶ Seruitutis occasione dimitti non valet, quę post controuersiam status se in libertatem asseruerit. C. VI.

C Vius rei causa cum matre sua huc cõpulsa anno pręterito præsentiũ venerit latrix; fraternitas tua cautius † nouit: quia † scilicet maritus suus vester clericus ob hoc ꝙ de seruili fuerat conditione pulsata, à suo nõ scitur eam remouisse [e] consortio, vsque hic positos asse- † *al. acutius.* † *al. quam quia.*] or. & alio verborũ ductu.

a ¶ Faciat.] Consilium est, non præceptum.

b ¶ Si non potest.] id est, si non voluerit, vt sit quasi expositio litera sequens: Sed nec dominus cogitur eam vendere, arg. 1. q. 1. eos.

c ¶ Scierat.] Non videtur celata quæ sciuit: nec debuit certiorari quæ non ignorauit, vt ff. de acti. empt. & vendi l. 1.

d ¶ Habeat.] Dicit tamen lex, ꝙ si filia senatoris contrahat cum liberto, non tenet matrimoniũ, vt ff. de senato filiam. sed illud secundum leges non tenet: sed secundũ canones tenet: quia matrimonia iure poli reguntur. 2. q. 3. §. hinc colligitur.

C Vius rei causa.] CASVS. Vxor cuiusdam clerici cũ matre sua accedens ad Apostolicam sedem con-

e ¶ Remouisse.] Nunquid ergo sine iudicio ecclesiæ potest liber dimittere ancillam, quam credebat liberam? Vr̃ hic, ꝙ sic, & 23. q. 2. ancillã. Nam retinendo eam, sibi fecit præiudicium, vt extra, de coniug. ser. proposuit. secus tamen videtur, vt 33. q. 2. seculares. 35. q. 6. multorũ. nam si causa separationis sit manifesta: tamen sine iudicio ecclesię non debet dimitti, vt extra de diuor. porro. Nam pendente accusatione alter alteri tenetur reddere debitum, vt extra vt lite pend. laudabilem. & hoc potest admitti vnde si petita fuisset hæc restitutio, audiri debuisset, & pendente causa non negabit ei alimenta, vt ff de li. agnos. si neget. spontè tamen. non debet ei commisceri, ne fiat ei pręiudicium extra de coniugi. ser.

Liber qui ignoranter cum ancilla cõtraxit, an sine iudicio ecclesia illã dimittere possit.

fet proposuit. sed ad mandatum ecclesiæ potest. ff. de ap. cum ex causa.
a ¶ Probare.] Sed quare probat ista se liberam, cum actori semper incumbat probatio, vt 6. q. vlt auctor maxime cum ipsa fuerit in possessione libertatis? Sed dic quod spon-

PErlatum.] CASVS. Quidam ingenuus ingenuam habens vxorem, se fecit seruum cuiusdam, ut hac occasione diuerteret ab uxore, quare quesitum fuit in cōcilio Triburiensi, utrum illam tenere debeat: & si tenue rit, utrum illa redigatur in seruitutem, & respondetur in concilio, quod propter hoc non potest ab ea diuertere, nec illa ancilla efficitur. Sequens. §. patet.

runt promisisse, vt si probare [a] se liberam, adiuuante Domino ualuisset, suo eam uos coniugio reformaretis. Fraternitas igitur vestra cognoscat, quod reuelante Deo libertatis auctore, approbata [b] sit libera: nullaque in ea macula seruilis inuenta sit. His ergo cognitis, sine mora aliqua suo per uos eam uolumus marito [c] restitui; nec ulterius idem vir eius argumenta sibi occasionis † exquirat, quibus eam possit obijcere. Nam si a uobis (quod non credimus) minime fuerit adimpletum, eamque recipere forte distulerit; nos illud cognoscatis eum districta uindicta correcturos.

† al. aliqua occasione.

Cum dicitur, [sciens illum seruum;] datur intelligi, quòd si nesciret illum seruum esse, non cogitur cum eo manere. Quia ergo hæc & personę, & conditionis dolum passa est, non cogitur adhęrere ei, cuius fraude decepta est. Si uero liberum acceperit, & ille vt causam præstet dissidij, se alicuius seruum fecerit: nec ille uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugij in seruitutem redigi poterit.

Su. ea. si fœmina Sent. ibidem.

Vnde in triburiensi concilio.

¶ Occasione conditionis dolosè mutatæ, vir non discedat ab ea, quàm libertatis tempore acceperit.

C. VII.

Sent. 4 dis. 36. Burc. l. 9. c. 75. Iuo p. 8 c. 222. pann. l. 6. c 99.

PErlatum est ad sanctam synodum, quod quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem. & post filiorum procreationem occasionem diuortij [d] cuiusdam seruum se fecit, vtrum necessario mulierem tenere debeat: & si tenuerit, utrum illa quoque secundum sæcularem [e] legem seruituti subijci debeat, quæsitum est α. Iudicatum est vxorem minime debere dimitti [f], non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi: dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

α Quæsitum est.] *Hæ duæ uoces absunt à cæteris collectoribus præter Magistrum: Lex vero sæcularis, cuius, hic mentio fit, est inter leges Longobardorum, ut in glossa dicitur.*

Et in capitular adiectis, c. 55.

Quæritur etiam, si seruus unius, alterius ancillam acceperit, an sit coniugium inter eos.

De his ita statutum est in concilio Cabilonensi 2. c. 20.

d ¶ Diuort.] Sed vnde haberet iste occasionem diuortii propter hoc? Certe per legem, quę dicit, quod seruitus superueniēs dirimit matrimoniū ff. de diuor. l. 1 & in auth de nup. §. si uero, coll. 4. Sed qualiter potuit iste se uendere, cum ex hoc sequatur, quod idem sit qui uendit, & quod venditur: quod est contra illud, ff. de rerum permutatione, l. 1. maxime cū quinque exigātur vt vēditio liberi hominis teneat scilicet vt patiatur se venundari ad pretium participandum, & vt in ueritate participet, & ut non sit ignarus suæ conditionis, & vt emptor ignoret eius conditionem, & ut sit maior xxv. annis. ff. q. ad liber. procla. non li. l. 1. & 2. Item quæritur utrum iste, qui se vendit, possit repeti ab vxore, quæ ius habet in eo, & in cuius opprobrium redundat huiusmodi seruitus ar. quod sic. ff de libe. cau l. 1 2. & 3. quod concedit H. maxime cum ipsa fuerit absens: nam potuerat proclamasse ar gu. ff. man. si pręcedēte §. Lucius. & hoc concedo cum vir nō habeat copiam sui corporis: sed mulier. & est arg. ad hoc 33. quæstio. 5. quod Deo.

Vēditio hois liberi tenet quinque interuenientib.

1 Si hī 54. d. frequens. Alii dñi, quod eo ipso se liberam probat quod ei probatu cōtrariū non est, sed actor deficit in probatione ad hoc facit litera ca. vbi dicit nullaque ea macula, & c. isti vim faciunt eo. quod dicit litera, inuenta est. Arc.

sponte assumpsit hoc onus 1, vnde mos ei gerendus erat, vt ff de prob. circa.
b ¶ Approbata.] Id est, à iudice pronunciata Et nota quod si iudex pronunciaret eam liberam & ingenuam, talis sententia omnib. præiudicat ff. de statu. ho ingenuum. Si autem pronunciaret non esse seruam petenti, illi soli nocet sententia. ff de liber. cau. l diui.
c ¶ Marito.] Arg quod qui initio litis restitutionem non petiit, postea petere non possit, sup. 3. q 6. §. exceptio sed hoc uerum est, cum in modum exceptionis obiiciatur restitutio: sed si directè in modum actionis posset vsque ad sententiam, ut extra de causa possess. pastoralis.
CVM DICITVR CASVS. Iste § respicit illud ca. si fęmina, & ex eo infert, quod si nescierit eum seruum esse, non cogitur cum eo remanere. Postea ponit Grat. quandam incidentem, quæ incipit ibi, [Si uero.] & ad eam soluendum inducit c. sequens.

e ¶ Secundum sæcularem.] Non Romanam. nam secundum eā ob seruilem conditionem viri non mutatur conditio vxoris sed secundum legem Lombardam, secundum quā non illa vxor uel filij rediguntur in seruitutem, sed secunda cum filiis. vt in Lombarda de ijs qui se in ser. alteri. sub. l. pe. & vlt. In his enim legibus dicitur quod vxor, quam tunc habebat, vel filii non rediguntur in seruitutem sed secunda cum filiis, sed si illa defuncta alia ei nubat libera, & ipsa & filii eius rediguntur in seruitutem Vel facit hic mētionem de se natusconsulto Claud ano 2 secundum quod si libera ibat in amplexus serui, serua efficiebatur, sed sublatum est hoc. C. de senatuscon. Claud l. 1.
f ¶ Dimitti.] Arg licet aliquid deueniat ad id à quo incipere non potuit, non tamen propter hoc irritatur. 2. q. d. 55. præcepta. inf prox. q. 1. ad limina.

2 De hoc habetur pro & contra. ff de ver. obl l. exi stimo. & i. pluribus.

Dictum est nobis.] CASVS. Quidam propter potestatem, quam hebebant, præsumebant dirimere matrimonia inter seruos contracta: & ideo statuit Cabilonense concil. vt matrimonia seruorum non dirimant, etiam si diuersos habeant dominos, sed in coniugio permanentes dominis suis seruiant. idem erit obseruandum & si de uoluntate dominorum serui fuerint coniuncti.

a ¶ Habeant.] Sed qd si dñi sint in diuersis prouinciis Credo alterũ compellendum vt vẽdat reliquo: vel si neuter emere vult, redimat ecclesia. Non .n. dñi vxores à uiris separari, vt 33. qõ. 2. quos Deus cõiunxit, & C. com. vtriusque iud. possessionum & arg ff de ædi. edi plerique. Nam peccarẽt domini eos separando: & ita saltẽ indirecte sunt compellendi relaxare eos, vt ext. de iud. nouit. si non est qui emat: & potius sequitur vxor uirum quàm econuerso. 13. q 2. unaqueque. Vel distingue, ancilla nubat uolente dño, vel non, ut dixi 33. q. 2. vnaquæque.

b ¶ Legalis coniunctio.] idest, legitima, idest, cõis consensus.

c ¶ Volũtatem.] Maxime, quia etiam eis inuitis potest contrahi matrimonivm, ut extra. e. c. 2. Io.

Vxores à viris per dños nõ separent.

vir G allegat pro vtraque parte, & primo ponit duo ca. quæ uel sunt abrogata, vel intelliguntur de separatione quæ fit ad tempus propter pœnitentiam peragendam. Casus autem §. patet

d ¶ Quod autem] Hic depingitur 1. q. an. s. qui suscipit pro-

¶ Legitima seruorum coniugia sua auctoritate domini non dirimant. C. VIII.

Dictum est nobis, quòd quidam legitima seruorum coniugia † potestatiua quadam præsumptione dirimant, non attendẽtes illud Euangelicum: [Quos Deus coniunxit, homo non separet.] Vnde nobis uisum est, ut coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant [a]; sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est, vbi legalis coniunctio [b] fuit, & per uoluntatem [c] dominorum.

Sent ibidem. Burc. l. 9. c. 29. Iuo p. 16. c. 335. & p. 8 c 167. pann l 6. c. 40.

Maritus proprium filium de fonte suscipiens non ob hoc è ab vxore separandus.

† al. Matrimonia.

Matth. 19.

CAVSA XXX.



Quidam populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: vxor autem eius, dum callide uellet suscipere proprium, suscepit alienum: quem uir adoptauit sibi in filium, & ex vxore sibi filia nascitur, quam filio suo adoptiuo, spirituali uxoris, dum uterque esset in cunabulis tradidit. Post trienniũ uxor moritur. & compater eius, relictam compatris uxoris suæ uir clam sibi desponsauit: aliquantulum temporis effluxit. & alius eam publice duxit in uxorem.

1 *Quæritur primum an uxoris suæ debitum reddere ualeat, qui proprium filium de sacro baptismate suscepit.*

2 *Secundo an sponsalia contrahantur inter infantes.*

3 *Tertio an spirituales, uel adoptiui filij naturalibus copulari valeant.*

4 *Quarto an uxorem compatris uxoris suæ alieni ducere liceat.*

5 *Quinto, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet.*

Quidam.] CASVS. Expeditis īpedimentis matrimonij in præcedentibus causis, annectit Gratia. hanc 30. causam, in qua tractat de aliis impedimentis, scilicet de cognatione spirituali, & legali & impotentia coeundi. Apponit etiam incidenter de clãdestinis nuptiis & solennib. vt aũt hæc & alia faciant competentius. præmittit thema: de quo quinque elicit quæstiones.

QVÆSTIO PRIMA.



Quòd autem proprium filium in spiritualem sibi transferens, uxori suæ debitum reddere non valeat; ratione, & auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate proprium filium de sacro fonte, possit postea commisceri carnaliter suæ uxori, cui per tale factũ compater factus est? Et dicunt quidam ꝙ sic. licet canones uarie loquantur de eo In primo & secundo c di, ꝙ debeat ab ea separari. In quinque aũt capitulis seqq. dr contrariũ ꝙ non debeat ab ea separari. Sed contrarietas hæc soluitur extra de cog spi si uir uel mulier, ubi dicit Alexãder, ꝙ siue uir siue mulier ex malitia siue ex ignorantia susceperit filium suũ de sacro fonte, non ideo a uiro separanda est, nisi ad seruandam continẽtiã possit induci. Idẽ dicit inf. e. de eo. Capitula ergo quæ dñt, ꝙ tales sũt sepa-

Quod autẽ.] Hæc q. diuiditur in tres partes in prima quarum probat per duo cap ꝙ si vir accipit filium suum de sacro fonte, ꝙ separabitur ab vxore: sed hoc non tenet inf. e. c. dictum ext. de cog. spi. c. 2. Secunda ibi, [Econtra.] Tertia ibi: [Filia.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur vtrum vir, qui suscipit proprium filium de sacro fonte, possit reddere debitum uxori suæ: & certum est ꝙ sic, vt inf. dictũ. & c seq. Idẽ dixit Alex. extra de cog. spi. si

ſeparandi, non tenent: quia ſunt contra Euangelium, quod dicit ob ſolam cauſam fornicationis debere fieri ſeparationem 33.quæ 2 quos Deus, vel quod dicitur in eis, ꝙ debeant ſeparari, intelligas tamdiu quouſque pœnituerint. Vel dic ꝙ debent ſeparari ſub ea conditione, ſi poſ-

debet cõmatri ſuæ carnaliter commiſceri. Ego Barth. Brix. hunc caſum ſic pono, qualitercumque fuerit poſitus à Beneuent. & litera ad hoc adaptatur.

b ¶ Ex lauacro] Dicunt quidam, ꝙ ſ. ſuſcipio filium Iudęi de ſacro fonte, inter me, & ipſum non contrahitur compaternitas: quia nihil ad conſtitutionem eccleſiæ de ijs qui foris, ſũt. 2. q. 1 multi. vnde ſi Iudæa poſteã conuertatur ad fidem poſſum cum ea contrahere; q2 non reuiuiſceret, quod nihil fuit. Dicunt tamen, ꝙ ſi ita eſſet ſecundum legẽ Moſaicam, ꝙ contraheretur inter eos cõpaternitas per circũciſionẽ; ſicut nũc per baptiſma contrahit. Inter ſuſceptum autem. & ſuſcipientem in ijs, quæ præcedũt baptiſmum, contrahitur vinculum compaternitatis: & licet adhuc non ſit in fide vel in veritate ante baptiſmum, vt 28. q. 1. caue. deſtinatione tamen quędam fidelis reputat̃ extra đ bap maiores veſ. quamuis. H. tñ & R. dicunt, ꝙ ĩter me & Iudæam cuius filiũ de ſacro fonte ſuſcipio, contrahitur con paternitas 2. vnde nõ poſſum poſtea cũ illa ad fidem cõuerſa cõtrahere. Itẽ đi H. ꝙ bñ cõtrahit̃ cõpaternitas inter me, & patrẽ ſuſcepti de ſacro fonte, licet ſit hęreticus, ſi aliquando fuerit baptizatus.

Compaternitas an cõttahat̃ ſi Chriſtianus filiũ Iudæi đ fonte ſacro ſuſcipiat.

permittitur [a] *ut quis cõmatri ſuæ carnaliter copuletur. Hic autem uxorem ſuam ſibi communem effecit: non ergo illi ulterius carnaliter copulari poterit. Hinc Deuſdedit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ epiſcopus ſcribit Gordiano α Hiſpalenſis α eccleſiæ epiſcopo, & fratri chariſſimo.*

α ¶ Hiſpalenſis.] *In fragmento huius epiſtolæ, quod eſt in tomis conciliorum, legitur,* Hiſpaniarum. *Apud Anſelmum vero, ac Burchardum,* Hiſpanienſis.

¶ Separentur viri ab vxoribus, qui aliquo caſu natos proprios coram epiſcopo tenent. C. I.

Sent. 4. diſt. 42. Poly. l. 6. tit 4. Anſ. l. 10. c. 29. Burc. l. 17. c. 44. Iuo p. 1. c. 301. Pann. l. 6. c. 127.

PEruenit ad nos Diaconus veſter ſanctitatis veſtræ epiſtolam deferens; quòd quidã viri, & mulieres præterito ſabbato paſchali die prę magno populorum incurſu neſcientes proprios filios ſuſcepiſſent ex lauacro [b] ſancto. Cupis ergo ſcire, ſi pro tali accidenti ratione debeant viri, ac mulieres ad proprium vſum [c] redire, an non. Nos vero mœſti ex hac re inquiſiuimus propria patrum noſtrorũ dicta †. Inuenimus autem in archiuijs [d] huius Apoſtolicæ ſedis iam talia contigiſſe in eccleſijs Iſaurię, Epheſiorum, ſimulque Hieroſolymę, aliarumque ciuitatum α. Epiſcopis etiam earum ciuitatũ ab hac Apoſtolica ſede volẽtibus ſcire, vtrum viri, ac mulieres redirent ad proprium thorum. Beatæ memorię [e] ſanctiſſimi patres, Iulius, Innocentius, & Cęleſtinus cum epiſcoporum plurimorum, & ſacerdotum conſenſu † in eccleſia Apoſtolorum principis prohibentes talia perſcripſerunt, & confirmauerũt, vt nullo modo ſe in coniugio reciperent mulieres, ac viri, quicumque † aliqua ratione ſuſciperent natos proprios; ſed ſepararent ſe; ne ſuadente diabolo tale vitium inoleſcat. Scitis, quia quomodo ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona baptiſmi [f] à primo β pabulo [g] ſacrati ſalis, & ingreſſu eccleſiæ, vſque ad confirmationem ſancti ſpiritus per chriſma. Ab hoc ergo primo ſpiritus ſancti dono vſq; ad ſeptimũ nullus Chriſtianus ſuam commatrem in coniugium ſuſci

† Concord. tamen ſi. in l. ſin. §. ſed quia. C. de iure delibe. & in l. 1. C. de cadu. tollen.

† al. conuentu.

† al. qui quacumq; ratione.

† Et tunc al- ... fornica- ... &c. inf. ... noſſe. in ... ille tñ, ... in fin.

2 Sed licet ſic contrahatur, non tamen matrimoniũ poſt talem cognationem contractum ſeparatur. extra lib. 6. de cognat. ſpi. per cathechiſm. in fi.

Archiuium

Baptiſmi ſeptem ſunt dona.

3 Vertex proprie eſt illa pars capitis in qua capilli colliguntur & in qua cæſaries vertitur ſecundum papi.

Compaternitas vtrum contrahatur ex his, quæ baptiſmum præcedunt.

c ¶ Vſum] Loquitur de cõiunctis ante cõpaternitatem, & nõ de coniunctis poſt, prout quidam mentiuntur.

d ¶ in archiuijs.] ab archa dictum eſt, archiuium: vbi ſcilicet reponuntur libri: & per tales libros fit fides, vt extra de præſcr. ad audientiam.

e ¶ Memoriæ.] Hic incipit reſpondere.

f ¶ Septẽ dona baptiſmi.] primũ ſalis collatio, vt vt inf. de conſ di. 4. ex hinc. ſecundũ auriũ, & nariũ linitio cũ ſputo. Tertiũ eſt in pectore & in fronte crucis facta ſignatio, vt ead. diſtin. poſtea ſignatur Quartũ eſt olei ſancti vnctio vt ea diſ. deinde a ſacerdote. Quintum baptiſmi ablutio, vt ea. di. venit. Sextum in vertice 3. chriſmatis perunctio, vt ea. di. poſtquam. Septimum eiuſdẽ in fronte facta ſignatio, vt ea presbyteri.

g ¶ pabulo.] Hic videtur ꝙ ex omnibus, quæ pręcedunt baptiſmũ cõtrahit̃ cõpaternitas, vt inf. e. q. 4. ſi qs vnus ex. & inf de conſ. di. 4. in catechiſmo. nã, & Chriſtiana dr̃ poſtquam catechizata eſt, 28. q. 1. caue. Sed contra: Clemens dixit quod ea quæ præcedunt baptiſmum vix impediunt matrimonium contrahendum, & non dirimunt

ne ſi poſſunt induci ad continentiam 1, vx extra de cogna. ſpirit. cap. 2.

a ¶ Permittitur.] Hoc male dicit. innuit. n. ꝙ non poſſit contrahere niſi inueniatur cõceſſum. ſed contrarium verbum eſt inf. ead. 4. qui ſpiritualem: extra de ſpon. cum apud.

PEruenit.] CASVS. Hoc cap. intelligo cum H. de matrimonio iam contracto. eſt ergo talis caſus. Quidam viri, & vxores ex incurſu populorum neſcientes proprios filios de ſacro fonte ſuſceperunt. vnde quæſitum fuit ab Apoſtolo, vtrum tales deberent poſtea ſe in coniugio, id eſt in carnali commiſtione recipere? Qui reſpondet dicens quod ipſe inuenit in archiuijs ſedis Apoſtolicę, quod in quibuſdam locis talia contigerunt. vnde quibuſdam epiſcopis volentibus ſcire ſuper hoc veritatem, reſponſum fuit a ſanctis patribus, vt tales de cætero ad carnale commercium ſe non recipiãt. Nã à primo pabulo ſalis vſque ad cõfirmationẽ nullus

pere debet. Et qui præsumpserit ; tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam digne egerit.

a ¶ Ciuitatum.] *Variè hic locus legitur in vetustis codicibus, & apud collectores aptatus autem præcipuè ex Anselmo est.*

β ¶ primo.] *Idem factum est in hoc loco ex eodem Anselmo, Burchardo, & fragmento epistolæ. Similia etiam leguntur apud Petrum Damianum in inuectione in episcopum monachos ad sæculum reuocantem.*

Item ex concilio apud Vermerias, c. 3. — Et cap. l. 5. c. 5. Et in Moguntino. 1. c. 55.

¶ Ab uxore separetur, qui filiastrum suum coram episcopo tenuit. C. II.

SI quis filiastrum, vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab vxore sua, & nunquam aliam accipiat. — Sent ibidem. Burc l. 17 c. 17. Iuo p. 1. c. 302. & p 6. c. 80. Pann. l. 6. c. 1.

¶ *Burchardus & Iuo par. 9. cap. 80. citant ex concilio apud Vermerias, & ab vniuersitate Louaniensi scriptum fuit in exceptis decretorum bibliotheca B Trudonis citari ex eod conc. Idem autem* Iuo *p. 1. c. 302 & magister sent. citant ex capitularibus, vbi extat l. 5. c. 5.*

1 *Econtra vero scribit Nicolaus Salonitano † episcopo dicens.* — † *al. Salomonio.*

¶ Non separetur à viro, quæ filiastrum suum de sacro fonte leuauit. C. III.

NOsse desideras, utrū mulier, quæ viri filium ex alia[a] fœmina genitum de sacro fonte leuauerit ; postmodū possit cū eodē uiro copulari[b]. Quos ideo iungi posse decernimus, quia secundum sacros canones, nisi amborū consensu, nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem. Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habens odio uirum, uel infirmitatem eius non considerans, quasi causa pietatis operatur impietatem : maximè cum Apostolus præcipiat. [Nolite, inquiens, fraudare[c] inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi : & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram,] Ergo si non ex consensu utriusque coniugis hoc factum esse probatur — Sent 4. dist 42. Iuo p. 1. c. 136. Pann. l. 6. c 124. Dist 28. si quis docuerit. & 4. 3. quicunque. 1. Cor. 7.

munt contractum, vt extra de cogna spi. contracto. Item baptismus est ianua omnium sacramentorum, vt 32. dist. §. verum, cum ergo ianua non sit aperta, nullum sacramentum potest ingredi. Item propter catechismum non fit aliquis aptus contrahere matrimonium, 28. q. 1. caue. Item si decederet sine baptismo, nō prodesset ei catechismus quin perpetuo esset dānatus. inf. de consec. d 4. firmissimè, & ca. nulla. ergo patet, quod adhuc membrū est diaboli: non ergo potest esse filius spūalis. H dicit, quod in quolibet istorum contrahitur compaternitas: & dicit, quod ante baptismū nondum est homo spiritualis : est tamen filius spūalis & dr spiritualis ad differentiam carnalis, vel adoptiui filij. Si hoc vis dicere, tunc dicas, quod in illa decre. contracto, filius ille non erat filius viri, sed tantum mulieris, & sic plana est. Vel dic, quod licet contrahatur cōpaternitas, non tamen talis cōpaternitas sufficiens est ad dirimendum. Alij dicunt, quod tātum in baptismo & confirmatione contrahitur cōpaternitas. Sed quæro quod donum contrahatur per ista, quę p̄cedunt baptismum vt sine spe damnatus sit etiam infans, qui moritur ante baptismum, vt inf. de consec. d. 4. firmissimē, & c. nulla? Dicunt quidam quod prosunt ad minorem pęnam, sed hoc non videtur, quia leuissima est pęna paruulorum, ut inf. de consec. d. 4. c. regenerante, ergo uidetur, quod non possit esse leuior. Alij dicūt, quod hæc dona prosunt uiuentibus, sed non morientibus, fortiores enim sunt ad resistendum diabolo, vt infra de consec. dist. 4. postea, & c ex hinc. Sed ex hoc sequitur, quod omnes paruuli æqualem pœnam patientur : quod uix est credibile. Si quæras an hæc dona sint sacramentum, vel non. Dico quod non : quia omne sacramentum confert salutem, vt su. 1. q 3: multi, sed si appelles sacramentum, id est, signum futuræ gratiæ tunc concedo esse sacramentū.

Dona, q̄ cōtrahuntur p catechismū ad quid prosint.

Sacrm omne salutem confert.

SI quis] CASVS. Dicitur hic, quod si quis tenuerit ad confirmationem filiam vxoris suæ, quam de alio viro habuit, debent separari, & de cætero non contrahant. Quidam tamen intelligunt hæc duo c. de matrimonio contrahendo, & dicunt quod in hoc cap. tenuit filium concubinæ ad confirmationem : & in alio concubinæ posuit Beneuen. hunc casum, qui mihi non placuit, sicut placet. B.

ECONTRA Hoc est 2. pars q. in qua probet per 5. c. quod matrimonium contractum legitimè non soluitur per compaternitatem superuenientem. Ioann. de Fant.

NOlle.] CASVS. Quædam mulieres leuabant filios virorum suorum de sacro fonte, quos ex alijs mulieribus habuerunt: hoc autem faciebant in fraudem, ut separarentur à viris: vel pp odium uirorū, vel pp fragilitatē incontinentiæ volentes alijs cōmisceri, quare quæsitum fuit à Nicolao quid de hoc esset faciendum: qui rn̄det dicens, quod tales separari non debent immo vxor debet reddere debitum viro: ne prætextu pietatis videatur impietatem operari. Et quod viro debeat reddere debitum probatur tribus auctoritatibus Apostoli.] Infirmitatem, idest, fragilitatem incontinentiæ.

a ¶ Ex alia.] idem & si esset ex illo inf. ea. de eo.

b ¶ Copulari.] i. carnaliter commisceri. su. dist 31. aliter. arg. quod nunquam malū est faciendum propter bonum, quod inde sequitur, sup. 1. q. 1. non ēst putāda sup. 14. q. 5. forte. inf. 32. q. 4. sic non sunt. infra 33. q. 5. si dicat.

c ¶ Fraudare.] i. subtrahere debitum, quod inuicem debe-

debetis vobis, nisi ex consensu: quod forte facitis vt expeditius vacetis orationi. 33. q. 4 Christiano.

a ¶Non fraudentur.] Ille tamen qui leuat filium suum de sacro fonte, perdit ius exigendi: 1 sicut ille qui fornicatur cum altera. Sed nunquid si talis perdit debitum debet

expellere de domo sua, & ab omni cura dimittere. dum tamen illud intelligas prout not 28 q 1. idololatria. sed plures sunt causæ, propter quas non cogitur reddere debitum viro: sed in illis casibus non potest eam à se abijcere, licet possit ei debitum denegare. Item si vterque leuauit filium suum de sacro fonte neuter habet ius petẽdi: & licet neutri subueniat petitionis iure: vtrique tamen subuenitur iure replicationis. sic ext. de diuor. significasti. & bonũ simile est extra de except cum ecclesiasticæ. Sed quid si promiserunt perpetuã continentiam, & alter postmodum fornicatur. nunquid poterit tunc reliquus petere debitum? Videtur, ꝙ possit, etiam si ambo fornicati essent, etiã si iurauit non repetere eam, vt extra de iureiur tua. Argum. cõtra 33 quęst. quod Deo Respond quòd non potest petere: sed ecclesia coget reliquum reddere debitum, vt extra de diuor. ex literis.

Filium de sacro fonte leuans & mulier filij pdunt ius debiti exigendi.

1 Ista fuit solũ B. Ilid. & Mel. Alij contra, quia in hoc casu nõ est prohibitũ, ꝙ non exigat, & iõ nõ est prohibendus exigere quãuis in fraudem fecerit, Arch.

Continẽtia per cõiuges pmissa si alter fornicet, an possit reliquus ab eo debitum petere.

non fraudentur [a] inuicem, sed reuertantur in idipsum: præsertim cum dicat Apostolus: [Vxor sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.]

Item ex concilio Cabilonensi 2. c. 31.

¶ Non separetur à viro, sed pœnitentiam agat, quæ filium suum coram episcopo fraudulenter tenuit. C. IIII.

Sent. ibidem. Burch l. 17. c. 23. Iuo p. 9. c 81. Pann. l. 7. c. 65.

DIctum est nobis, quasdam fœminas desidiosè, quasdam vero frauduléter, vt à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua corã episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam [b] suam, aut propter fraudem; quamdiu viuet agat pœnitentiam: [c] à viro tamen suo non separetur.

Item ex concilio Moguntinensi, c. 10. in claustro sancti Albani habito.

¶Separentur, & graui pęnitentia plectantur, qui filiolam suam, vel spiritualem matrem ducunt in vxorem. C. V.

Sent. ibidem. Burch. l. 17. c. 24. Iuo p 9 c. 82. Pann. p. 7. c. 66. † al. cuius vxor † al. discidium

DE eo, quod interrogastis, si aliquis filiolam suam in vxorem duxit, & de eo, qui filium suum baptizauit, & vxor, † eius eum de fonte suscepit, hac causa, vt diffidium † coniugij fieret, si postea in tali copulatione possint permanere de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit; separandos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi, unus, aut ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susceperint, si innupti permanere uoluerint, bonum est: sin autem grauis pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si præuaricator coniugij superuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & sine spe [d] coniugij maneat.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi episcopo.

¶ Non separentur ab uxoribus, qui filiastros suos coram episcopo tenent. C. VI.

Iuo p. 1. c. 304. Pann. l. 6. c. 126.

DE his, qui filiastros suos ad confirmationem coram

DIctum est.] CASVS. Dicit hic, ꝙ si qua vxor vel ex desidia, vel ex fraude vt à viro separetur cõmunem filium ad confirmationem tenuerit, quamdiu viuit, pœnitentiã agat; & propter hoc nõ separetur à viro.

b ¶Fallaciam.] Arg. ꝙ dolus nemini debet patrocinari, vt 15. q. 6. cap. 1. & 20. q. 3. constituit. ff. de dolo, nec ex dolo.

c ¶Pęnitentiam.] s. interiorem, i. semper doleat se fecisse hoc. sic 50. dist clerico.

DE eo.] CASVS. Aliqui ducebãt filias suas spirituales vel cõmatres in vxores, alij suscipiebant proprios filios de sacro fonte causa diuortij. & ideo statutum fuit in concilio Mogunt. vt qui contrahunt cum filia spirituali, vel commatre, separentur, & graui pœnitentiæ subdantur. Si autem vnus aut ambo filium suum ex industria de sacro fonte susceperint, si voluerint continere, bonum est; alioquin simul permaneant: grauis pęnitentia insidiatori imponatur: si superuixerit, de cætero non contrahat.

d ¶ Sine spe.] 27. q. 1 hi qui.

debet vxor ei reddere? Dicit H. ꝙ sic, licet ille peccet petendo. & est arg pro ipso. 13. q 5. manifestũ, ext. de iure iur. debitores. Idem dicit de illis, qui vouerunt ad tempus. sed si perpetuo vouissent, secus esset, vt 33. q. 5. quod Deo. Tu dicas, ꝙ statim ipso facto perditum est ius exigendi, licet per sententiam ecclesiæ non sit ablatũ ius: & cum non habeat alter ius petendi, nec reliquus dare tenetur vel soluere: quia vbi nulla est petitio, ibi nulla est mora, vt ff. de verb oblig si pupillus. Sed nonne videtur cõtrarium 32. q. 1. dixit, vbi dicitur, quòd Dominus solam causam fornicationis excipit, quare vxor possit negare debitum viro, vel econuerso? Sed illud sanè intelligas, quòd ob solam fornicationis causam potest eam

DE his.] CASVS. Dicitur in hoc, ꝙ aliquis ignoranter filiastram suam ad chrisma tenuerit; propter hoc non debet ab vxore separari: sed debet lugere dicendo: Delicta ignorantiæ meæ ne memineris.

Ad-

episcopis tenent, id est, qui filios vxoris suę de viro priori, dum chrismantur ab episcopis, super se sustinent, si in scientia, † sicut asseris, fiat; licet sit peccatum, non tamen vsque ad separationem coniugij puniendum est: lugeant tamen, & digna pęnitētia hoc diluentes Domino dicant, [Delicta ignorantiæ nostræ ne memineris.]

† *al. si in scientia vt asseritur sit*

Psal. 24.

Item Ioannes Papa VIII. Anselmo Leuicina ecclesiæ episcopo.

¶ Non separetur ab vxore, qui necessitatis causa filium suum baptizauit. C. VII.

AD limina beatorum Petri, & Pauli apostolorū principum hic pręsens homo nomine Stephanus rationis causa veniens, nostro præsulatui suggerendo innotuit, [a] quòd filium suum in extremo vitæ positum necdum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotum, necessitate cogente [b] baptizasset, eumque ipse proprijs manibus retinendo suscepisset: atque pro huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reuerentia tua, quasi rectitudinis zelo flagrans, pręfatum hominem à sua coniuge iudicauerit separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente [c] scriptura à Domino iunctam esse viro vxorem, & [Quos Deus coniunxit, homo non separet.] Vnde & Dominus in Euangelio non dimittere posse vxorē suam, nisi causa fornicationis, apertissimè iubet. Quapropter & nos tantæ auctoritatis iussione præcipuè freti, dicimus omittendum [a] esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas [d] intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelib. iuxta canonicam auctoritatem, † si necesse fuerit facere, liberè conceditur. Vnde si supradictus genitor filiū suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret, sacri vnda baptismatis lauit, vt eum de potestate auctoris mortis, & tenebrarū eriperet, & in regnum Christi iam regnaturum † sine dubitatione transmitteret: bene fecisse laudatur; & idcirco suæ vxori sibi iam legitimè sociatæ impunè, quamdiu vixerit, [e] iudicamus manere coniunctum. nec ob hoc contra præfatas auctoritates [f] diuinas aliquatenus separari debere. †

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 4. Ansel. l. 10. c. 30. Iuo p. 1. c. 306.

Prouerb. 16. iuxta LXX. Matth. 19.

† *al. sanctionem*

† *al. regeneraturum*

† *al. debuisse*

¶ *Epistola Ioannis octaui, ex qua sumptum est hoc caput, extat in bibliotheca Vaticana scripta Anselmo Lemouicina ecclesiæ episcopo, & in concilio Ticinensi tempore eiusdem Ioannis cum legatis ipsius & magna parte episcoporum Italiæ, & Galliæ habito in subscriptionibus est,* Anselmus Lemouicensis ecclesiæ episcopus. *Itaque emendatum est,* Lemouicinæ: *cum antea legeretur,* Lemosinæ.

a ¶ Omittendum.] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis, epistola ipsa, & Iuone infra etiam 34. q. 1. & 2. c. 1. Leo eisdem verbis vtitur,* omittendum est, & inculpabile iudicandum, *quem imitari videtur Ioannes voluisse. In vulgatis erat,* dimittendum non esse.

3 *Filia dicitur spiritualis non solum eius, qui accipit, sed etiam eius, qui trinæ mersionis vocabulo eam sacro baptismate tingit. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur. Harum omnium flagitiosa coniunctio est, & eadem pœna plectenda.*

Sent. ibidem.

Vnde Symmachus Papa ait.

AD limina.] CASVS. Quidam nomine Stephanus proprium filium, in mortis articulo constitutū in absentia presbyteri baptizauit: propter quod episcopus loci eum à sua vxore separandū iudicauit, & cum hoc per dictum Stephanum Papæ significaretur, Papa scribit illi episcopo commendando eundem Stephanum de hoc quod fecit, & dicit, quod propter hoc separari ab vxore nō debet: quia nisi causa fornicationis separari non debet, dicente scriptura: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Sequens §. patet, in quo ostenditur quot modis filia spiritualis dicatur, & ad hoc inducit sequens cap.

a ¶ Innotuit.] id est, notificauit.

b ¶ Cogēte.] sed idē esset absq; necessitate: sed tūc ei pęnitentia imponenda esset, & vrgētissima necessitas excusat. de consecra. distinctio. 1. sicut. non tamen pater filium in necessitate confirmabit: quia illud episcopale est. de consecrat. distinct. 5. manus.

c ¶ Dicente.] Supra dist. 26. deinde.

d ¶ Necessitas.] Sic infra, de conse. dist. 1. sicut, infra 34. q. 1. cap. 1.

e ¶ Vixerit.] Non ergo quod prius legitimè factum est, propter superuenientem causam infringi debet, etiā quamuis res deueniret ad eum statum, à quo incipere non potuit, vt s. di. illin. præcepta.

2 Et su 29. q. 2. perlatum, vbi de hoc.

f ¶ Auctoritate.] s. Quos Deus coniunxit, homo non separet & ibi dicitur vxorē non esse dimittendam nisi causa fornicationis, 33. q. 2. cap. quos Deus.

FILIA. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur quod in sequentibus capitulis continetur. Io. de Fant.

Om-

OMnes.] CASVS. Docet Symmachus in hoc c. ꝙ qui recipit pœnitentiam a sacerdote, ita est filius eius spiritualis, sicut ille quem immergit, vel sicut ille quem suscipit de sacro fonte. vnde sicut Syluester docet, nullus fornicationis causa accedat ad suam filiam pœnitentialem; here. argum hic. si tamen contrahit, forte tenet matrimonium, videtur enim tantum hoc sacerdoti prohiberi 1 cum eius tantum sit officium audire peccata confitentium. Sed nunquid sacerdos orientalis audiet peccata vxoris suæ? Non: quia nec ipsa ei libere confitetur, si commisit adulteriũ. Sed obijcio: tu dicis hic ꝙ in baptizando contrahitur compaternitas: sed monachi ex officio quandoque debent baptizare: & tamen non possunt fieri compatres, vt 18. q. 2 peruenit: Respon. possunt esse compatres baptizando, & non leuando. 16. q. 1 placuit.

1 Ar. ad hoc su. e. non debet, vbi tantũ fit mẽtio de ep̃o, & sacerdote, & hoc teneas, put no. ext. de cog. spi. c. vlt.

¶Par pœnitentia ei indicitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam violare monstratur.

C. VIII.

Sent. ibidem.

OMnes, [a] quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi, [b] quos vel nobis suscipientibus, vel trinæ mersionis vocabulo mergentibus, vnda sacri baptismatis regenerauit. Siluester quoque docẽs admonet unumquemque sacerdotem, vt nullus causa fornicationis ad suam pœnitentialem accedat: quia scriptum est: (Omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismate suscepti.) Quapropter hoc scelus si quis perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittat, verumetiam vsque ad exitum vitæ suæ iugi pœnitentiæ, [c] se subdat.

Item Cœlestinus.

¶De eodem. C. IX.

Poly. l. 4. tit. 39.

SI quis sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit; sciat se graue adulterium commisisse. Idcirco fẹmina, si laica est, omnia derelinquat, [d] & res suas pauperibus tradat, & conuersa [e] in monasterio Deo vsque ad mortẽ seruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando [f] duodecim † annis pœniteat; postea vero ad monasterium vadat, ibiq; cunctis diebus vitæ suæ Deo seruiat.

† al. quindecim.

Idem †.

† al. Idem.

¶De eodem. C. X.

Poly. ibidem.

NOn debet episcopus, aut presbyter commisceri cũ mulieribus, quæ ei sua fuerint confessæ peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit; sic pœniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus quindecim annos, presbyter duodecim, [g] & deponatur: si tamen in conscientiam [h] populi deuenerit.

His itaque auctoritatibus apparet, quòd siue proprium, siue tantummodo viri filium mulier de sacro fonte susceperit; non ideo a viro suo est separanda. Quod, & de viro similiter oportet intelligi.

c ¶Iugi pẹnitentiæ] scilicet interiori, quia cõtinua delictorum memoria multũ operatur. de pœn. dist. 3. Iudas.

SI quis sacerdos.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si sacerdos cũ filia spirituali fuerit fornicatus, mulier si laica est, pauperibus omnia bona sua distribuat, & in monasterio conuersa toto tempore vitæ suæ seruiat. sacerdos vero depositus. xv. annis peregrinando pœniteat postea in monasterio toto tempore suo deseruiet Sequẽs §. patet [Si in conscientiam:] quia non tantum puniretur si ad notitiam populi non deuenisset. Sequẽs, § etiam patet.

d ¶Derelinquat.] Nã proscribitur quis rebus suis ratione delicti. 27. quæstio. 1. si quis rapuerit. 6. quæstio prima, §. verum, & ita est præceptum.

e ¶Conuersa.] Hoc similiter p̃ceptũ est: non tamẽ erit monacha, quia illud voluntatis est: sed tenebitur ibi ratione delicti. 20. q. 1. sicut. licet quidam ista velint intelligere de consilio.

Pnĩa publica verũ per sacerdotem agi possit.

lem: quod qui fecerit, deponatur, & perpetuæ pœnitentiæ subiacebit.

Cõpaternitas an cõtrahatur per sacramentum pœnitentiæ. Laicus si in necessitate peccata mulieris audiuit: an cum ea postea cõtrahere possit.

a ¶Omnes.] Hæc tria c. non inducit Gr. nisi vt ostendat quot modis dicatur filia spiritualis.

b ¶Vt & ipsi] Nec notat omnimodam similitudinem, nisi quo ad ipsum sacerdotẽ, qui suscipit in pœnitentiã, filius enim eius, bene potest ducere, quam pater receperit ad pœnitentiam, non tamen quam immersit in baptismo multa enim attenduntur in baptismo, quæ non attenduntur in pẹnitentia Si enim te suscipio ad pẹnitẽtiam, non ideo parentes tui mihi compatres sunt: & per baptismum plena fit remissio peccatorum, non autem per pẹnitentiam. Si ergo laicus audiat in necessitate peccata alicuius mulieris, non potest postea cum ea contrahere.

f ¶Peregrinando.] Et ita sacerdos potest agere publicã pœnitentiam de pœ d. 6 sacerdos, quod concedo de deposito sine spe restitutionis. s. quòd publicam & solennem agere possit, vt dixi 50 d. confirmandum, licet alij dicant contra

Pnĩa sacerdotis filiam spiritualem cognoscẽtis.

g NOn debet.] ¶Duodecim] Magis enim peccat sacerdos cognoscendo filiam spiritualem, quam vxorem alterius, 2 quia pro hac imponitur pœnitentia xij. ann. pro illa x. 2 vt 82. d presbyter.

2 Et qs dubitat sceleratius esse cõmissum, & c. vt 24 q. 1. non afferamus.

h ¶In conscientiam] Non est ergo quis deponendus nisi pro publico crimine, quod in notitiam populi deuenerit. 50 d. sacerdotes, & c. seq.

Spon-



Ponsalia.] CASVS. Hic intitulatur 2. quæst. qua quæritur, vtrum sponsalia contrahantur inter infantes, idest, ante septennium, & certum est, quod non: quia consensus inter eos interuenire non potest, vt infra capitu. vno. & quia cōsensus inter infantes interuenire non potest, patet quòd inter eos non contrahantur sponsalia.

Spōsalia an inter infātes cōtrahi possint.

a ¶Sponsalia.] Hæc est 2. q vtrum scilicet inter infantes contrahi possint sponsalia. Et quidam dicunt, ꝙ non. inf. ea c. 1. cum enim infantia duret vsq; ad septennium, C de iure deli. l. si in fanti & ętas illa nesciat quid videat, vt C. de fal. mo. l. 1 & cū infantes adhuc consentire non possint, sponsalia non contrahunt, quæ sine cōsensu cōtrahi nō possūt. ext. de despon. imp. accessit. ff. de spon in sponsalibus, nisi proximi sint septennio: ita ꝙ sint capaces intelligētiæ. Ad matrimoniū aut ꝯhēdum tria exiguntur, cōsensus, & ꝙ sit pubes, & ad coeundū potens. arg 33. q. 1. c. 1. nam nōn potest videri nupta quæ virum pati. non potest. ff. quando dies legati ced. l. vlt si tamen, & ante ætatem illam coire possunt, teneret matrimoniū arg. prædictæ l. & ex de despō. impub puberes, & c. de illis.

Matrimonio tria sunt necessaria.

soluere, vt extra de sponſ. præterea. sed Hu. dicit, Alexandrum ibi magistraliter potius quam Papaliter respondisse.

d ¶Consentiat.] Arg. ꝙ sequens ratihabitio confirmat prius factum inualidum. ext. de iu. patro. cura pastoralis. 16. q.

QVÆSTIO II.



Ponsalia [a] *ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur: qui interuenire non potest, nisi ab utraque a parte id intelligatur, quod inter eos agitur. Probatur ergo sponsalia non posse contrahi inter pueros, quorum ætatis infirmitas consensum non admittit.*

α ¶Vtraque.] *Sic est emendatum ex plerisque vetustis, cum ante legeretur,* alterutra *vtriusque enim consensus necessarius est.*

Testatur hoc idem Nicolaus Papa dicens.

¶Ante tempus consentienti coniugium contrahi non potest. C. I.

Extra de despo. impub. c. 2. Pann. l. 6. c. 122.

VBi non est [b] consensus vtriusque, non est coniugiū. ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & econuerso; nihil [c] faciunt, nisi vterque puerorum, postquam venerit ad annos discretionis, consentiat, β [d] etiam si pater, & mater hoc voluerint, & fecerint.

¶*In Decretalibus tit. de dispensatione impub c 2 habetur initiū huius capitis, & adiiciuntur alia ex eo Nicolai rescripto.*

β ¶Consentiat.] *In vulgatis códicibus sequitur,* nec est coniugium, nisi sit consensus vtriusque: *quæ verba absunt a plerisq; manuscriptis.*

QVAESTIO III.



Vòd autem [c] *spirituales, uel adoptiui filii na turalibus copulari non possint, Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum, c. 2. testatur ita dicens.*

Sent. 4. dist. 12.

VBi non est] CASVS. Dicitur, ꝙ vbi consensus non est, nec matrimonium potest esse, nec sponsalia. vnde qui pueris dant puellas in cunabulis, nihil agunt, ēt si parentes hoc velint: nisi ratihabitione puerorum hoc confirmetur cum ad annos discretionis peruenerint.

b ¶Vbi non est.] Hoc c de matrimonio, & de sponsalib. intelligi potest, ſm quod de sponsalib dic coniugium, idest, promissio futuri coniugij inf. ea. q. 5. nostrates.

c ¶Nihil.] Sed pone ꝙ parentes iurauerunt, ꝙ filios, & filias dent nuptui ad inuicē. nunquid potuerunt se obligare ad alienum factum, 1 cum alienum factum possit nemo promittere; item nunquid sunt periurij, si filij nō contrahunt: Resp. in matrimonio speciali est, ꝙ alienum factum potest promitti: nec sunt rei periurij, licet filii non contrahunt, dummodo parentes dent operam quā possunt, vt inf. 31. q. 3. si qui parentes. Vel potest dici, ꝙ intelliguntur promisisse ꝙ darent operam vt fieret, vt ff. de ver. obl. quoties, & in l illa, interstipulantem. 2 Itē hic est speciale, ꝙ alteri possumus pacisci, vt ext qui cle. vel vo. veniens. Item si parentes apponunt pœnam contractui sponsalium: peti non potest pœna, quia matrimonia non possunt adstringi vinculo pœnæ, vt ff. de verbo. obli. l. Titia. Dubitari consueuit, Ecce aliqui contraxerūt sponsalia de futuro, volunt se mutuo consensu absoluere, quæritur an possint H. dicit ꝙ non, & est arg. 31 q. vlt. c. vnico. Alii dicunt ꝙ etiam si iurauerint, possunt se ab-

1 Adde ad hancqōnem Cy. in l. multum. C. si qs alteri, vel si bi.

2 De hoc not extr. de spon. ex literis 2. & c sicut. in prin. Arch.

16. q. 1. quoniam quidquid. 3 Sed esto quòd aliqui ante vii. annum contrahant sponsalia, post septennium non contradicunt, nec etiam expresse consentiunt: nunquid sunt sponsalia confirmata? Vel pone ꝙ aliqui ante puberes annos contraxerunt sponsalia: post pubertatem non contradicunt, nec etiam expresse consentiunt, nunquid sunt sponsalia confirmata per talem taciturnitatem? videtur quod adhuc inquirendam sit ab eis an perdurent in priori consensu. 20. q. 1. illud, & 28 d de his. Econtra videtur sufficere, quod non contradicant, vt extra de desponſ impub. de illis, & ca. literas, & ca accessit. Dico ꝙ si simul habitabant, & non contradicunt post ætatem legitimam, matrimonium est confirmatum, vt ff. de ritu nup minorem. secus si seorsum habitant ext de despon. impub. attestationes.

3 Adde ad hoc tex in l. 1. ff. de sec & in l. obligari §. interest de auth tut.

Vod autem.] Hæc q diuiditur in tres partes. In prima quarum probat per tria capit ꝙ filii naturales non possunt contrahere cum filiis spiritualibus. Secunda ibi, [Filii vero] Tertia ibi, [Si quis vero.] Io de Fant.

CASVS Hic intitulatur 3. q. qua quæritur vtrum spirituales filij, vel adoptiui possint naturalibus copulari, & certum est quod no, cum sint fratres, vt inf c 1. Quod autem intersit, de hoc plenius in summa huius quæstionis notatur.

c ¶Quod autem] Ad intelligentiam huius quæstionis not.

Cognatio est triplex.

not. ꝙ triplex eſt cognatio, ſ. carnalis, de qua agitur infra 35. cau. per totam, legalis, & ſpiritualis: de quibus hic agitur. Cognatio ſpiritualis contrahitur per ſeptem dona baptiſmi, ſecundum quod dixi ſup ea. q. 1. c. 1. & talis cognatio diuiditur in paternitatem, & filiationem, & frater

Alij dicunt, quòd nec arrogatus nec adoptatus poteſt copulari naturalibus: quia licet adoptatus non tranſeat in poteſtatē adoptantis, acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ diſſoluuntur per emancipationem, vt C. de adopt. l. penult. §. pen.

¶Qui de ſacro fonte ſuſcipitur, filius eſt eius, à quo ſuſcipitur. C. I.

Sent. ibid. Iuo p. 2. c. 135. & p. 9. c. 34. Pann. l. 6. c. 123. Iuo ſerm. 1. de rebus eccleſiaſticis.

ITa diligere debet homo eum, qui ſuſcipit de ſacro fonte, ſicut patrem. *Item.* ¶Eſt inter fratres, & filios ſpirituales gratuita, & ſancta communio, quæ non eſt dicenda conſanguinitas, ſed potius habenda ſpiritualis proximitas. Vnde inter eos [a] non arbitramur poſſe fieri quodlibet legale coniugium: quandoquidem [b] nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filij ſunt, venerandę Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. *Item.* ¶Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit; quanto potius à carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per cœleſte ſacramentum regeneratio ſancti ſpiritus vincit? Longe igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia diuina potius, quàm quem humana voluntas, vt filius patris mei, vel frater meus eſſet, elegit, prudentiuſque ab alterna corporis commixtione ſecernimus.

Item Zacharias epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei reuerendiſſimo Theodoro epiſcopo eccleſiæ Ticinenſis.

¶ Filia ſpiritualis carnali filio nullo modo nubere poteſt. C. II.

Poly. l. 6 tit. 4. Anſel l. 10. c. 27. Iuo p. 1. c. 307. Pann. l. 6. c. 128. † *al. fonte*

PItacium [c] nobis tua venerãda fraternitas obtulit: per quod ſciſcitari curaſti, ſi liceat filio, cuius pater alterius filiam ex ſacro baptiſmate † ſuſceperit: ſuſceptam, id eſt, ſpiritualem eius patris filiam (quod dici crudele eſt) in matrimonio accipere: quod apud te enormiter aſſeruiſti contigiſſe. ¶Sed bene tua ſancta fraternitas compertum habet, quòd Dominus præceperit per Moyſem dicens: [Turpitudinem *α* patris tui, vel matris, vel ſororis [d]

Leuit. 18.

ITa diligere.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima, dicitur, ꝙ ita debemus diligere patrem ſpiritualem ſicut carnalem. In ſecunda parte dicitur, ꝙ filij carnales non poſſunt cõtrahere cũ filijs ſpiritualibus, cum ſint fratres adinuicem. Nam cum filius adoptiuus non poſſit cõtrahere cum filia naturali, quos adoptio fecit fratres, multo minus contrahere poterunt quos diuina gratia fratres coniunxit. In tertia parte dicitur, quòd magis teneor diligere fratrē vel ſororem ſpiritualem, quàm carnalem: & potius debet ſpiritualis frater appellari frater, quàm carnalis. Secunda pars incipit ibi, [Item eſt.] Tertia ibi, [Longe inquit.] verbum eſt Gratiani. [Inter fratres,] i. filios naturales, q ſunt fratres ſpirituales.

a ¶ Vnde inter eos.] Hoc vltra filium non protenditur. nepos. n. meus, & frater cum filia mea ſpirituali bene cõtrahunt. ar. i. Inſtitut de nupt. §. eius verò mulieris.

fraternitatē, & ſororitatem: ſed non procedit vlterius, ſ. ad nepotes: quia aliquis fit pater, & filius, vel frater, vel ſoror ſpiritualis: ſed nullus fit nepos ſpiritualis. Spiritualis itaque filia non poteſt copulari filio carnali: cum illi ſint inter ſe ſpirituales fratres, vt hic in c. 5. Legalis cognatio eſt quę fit per arrogationem vel per adoptionem. Dicitur autem arrogare illum, qui ſui iuris eſt, & per arrogationē tranſit in noſtram poteſtatem. Adoptare dicimur illum, qui eſt in alterius poteſtate, & non tranſit in noſtram poteſtatem. Et fit arrogatio auctoritate principis adoptio autem per quemlibet magiſtratum, vt inſtit. de adopt §. 2. & 3. Filij autem naturales non poſſunt copulari filijs adoptiuis, vt ȷ̃. cap. 1. Sed de filijs ſpiritualibus non eſt prohibitum, quin poſſint copulari filijs adoptiuis. Sed hoc ſcias, ꝙ inter collaterales, vt inter fratrē naturalem, & ſororem adoptiuam non impeditur matrimonium, niſi quamdiu durat adoptio, vt ext. de cogna. leg. ſi qua. 1 ſed inter aſcendentes, & deſcendentes perpetuo impeditur matrimonium, licet ſoluatur adoptio, vt ff. de ritu nupt. quin etiam. Itēm poteſt dici, ꝙ filius qui adoptatur, non dico arrogatur, poſſit copulari filiæ naturali, cum adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, vt Inſtit. de adoptio. §. 2. Item poteſt dici, quòd filius illegitimus poteſt copulari filiæ adoptiuę: quia illegitimus non eſt in poteſtate patris, vt inſtit. de nupt. §. vlt. licet illegitimus non poſſit copulari filię ſpirituali,

1 Vbi plenè de hac materia huius gl.

& quia nuſquam prohibentur.

b ¶ Quandoquidem.] Hæc non eſt bona ratio: quia leges permittunt, & c. quandoque enim leges prohibēt matrimonium, nec tamen canones, vt inter tutorem & pupillam, & inter ſenatorem, & libertam. ff. de ſponſ. l. tutor. & leges prohibent acolythos vxores ducere; non tamen canones. 15. q. 3. §. cum autem.

PItacium.] CASVS. Quidam epiſcopus quæſiuit à ſummo Pontifice, vtrũ filius carnalis alicuius poſſit copulari filiæ ſpirituali eiuſdem. Et reſpondet, ꝙ non. & hoc probat auctoritate Domini præcipientis Moyſi, Turpitudinem patris, &c. Et quicunque auctor fuerit tantæ præſumptionis, ſeparetur ab vxore, & pęnitentiæ ſubijciatur, vt anima eius acquiratur Chriſto. [Pitacium,] id eſt, charta vel ſcriptura continens petitionem alicuius: à pingendo vel à petēdo dictum, & ſupple ibi, [Accepimus,] Hugo tamen dicit, quòd non debet ibi eſſe [quod,] & ſecundum hoc ſine ſupplemento plana eſt litera. [Cauendi,] id eſt, prohibendi.

Pitacium quid ſit.

c ¶ Pitacium.] A petendo. & dicitur charta vel ſcriptura continens petitionem alicuius.

d ¶ Sororis.] Arg. ꝙ in primo vel in ſecundo gradu dñs Papa etiam ſi velit non poſſit diſpenſare: quia à naturali iure habuit initium. & in veteri teſtamento fuit prohibitum, ne quis ſororem in vxorem acciperet: quia licet de ſola ſorore dixit: tamē ſub appellatione ſororis cõtinetur

Papa vtrum poſſit in primo vel ſecũdo gradu diſpenſare.

netur neptis.arg.22 q.2.quæritur cur patriarcha. In tertio gradu non fuit prohibitum: quia in eo dispensauit Greg.vt 35.q.3.quædam. Alij intelligunt, ꝙ fuerit prohibitio facta tantum de primo gradu: quia in secundo gradu(vt dicunt)coniunguntur:sed in Leuitico expresse inuenit prohibitus secũdus gradus in consanguinitate, & affinitate primi generis, vbi dr: Turpitudinẽ sororis tuæ, & filiæ eius non reuelabis filiã filiæ eius non sumas, quia vna caro sunt. Turpitudinẽ filiæ tuæ vel neptis ex filia non reuelabis. Sed obuiat extra de diuortijs, gaudemus. vbi dicitur, quòd, si pagani contraxerunt in secũdo gradu, post conuersionem non sunt separandi. Sed dic, quod in Leuitico prohibetur secundus gradus in descendentibus, nõ in collateralibus. vnde in secũdo collaterali bene põt Papa dispensare: videtur tamen quòd sit ei prohibitũ. 22. q.2.quæritur. sed ibi est arg. contra: quia ipse duxerat eam,sed adhuc obstat ext. de restit spol. literas.vbi dicitur, ꝙ Papa non potest dispẽsare in secundo gradu. Sed dic quòd non potest ita de facili.

a ¶Multo magis.] i. multo sanctius, quia religiosiores sunt copulæ mẽtium, quàm corporum,ar.27.q.2. coniuges. 33.q.6. ꝙ Deo. Et est arg.ꝙ pater spiritualis est magis diligendus quàm carnalis 2.q.7.qualis sententia.sed in superiori capitulo dicit, ꝙ æque:sed istud nõ remouet quin plus. cui ergo potius teneor subuenire in necessitate carnali, in beneficiorum temporalium exhibitione? nam de carnali est dictum, Honora patrem.86 distin.non satis.in exhibitione 1 autem reuerentiæ plus deferendum est spirituali. 30.dist.c.1. Ioan. non credo, nec c.contradicit. B.

Pater carnalis an plus sit diligẽdus quàm spiritualis.

1 Ar.ad hoc 86.dist. non satis,in fi.& hic videas ꝙ not.30.dist. c.1.& 62.distin.quiescamus.Arch.

b ¶ In diuina.] id est ecclesiastica constitutione.argum. 3.q.5.quia.

FILII. Hæc est 2.pars quæst.secundum Io. de Fant.

c ¶Filij.] Præter illum per quem compaternitas est contracta, vel fraternitas spiritualis.

non reuelabis; turpitudo enim tua est.] Cum ergo β à propria consanguinitate iubemur abstinere, multo magis a à spirituali nostri patris filia,omni excusatione, aut argumento seposito, sub nimia districtione nos cauere conuenit: ne in iram diuini examinis incidat, si quis tali facinore mixtus, minimè restrinxerit fręna luxurię. Vnde, & omnes γ omnino cauendi sunt à tali sceleris commixtione, ne in perpetuum pereant; sed hunc, qui huius perniciosæ temeritatis auctor, animæ suæ salutem despiciens, impijssimo se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, & pœnitentiæ dignè submittere; quatenus ab æterna erutam † damnatione animam eius lucreris.

† al. erutas damnatione animas eorum

α ¶Turpitudinem.] *In decretis Zachariæ (quæ sunt in vetusto codice) & apud Anselmum, & Iuonem habentur omnia, vt in cap. 18. Leuitici.*

β ¶Cum ergo.] *In eiusdem decretis sic legitur.* Turpitudinem enim non reuelare dicitur,dum à propria consanguinitate præcipimur abstinere. Multo magis,&c.

γ ¶ Vnde, & omnes.] *Apud Anselmum est*, Vnde,& omnes omnino cauendæ sunt talis sceleris commixtiones.

Item Zacharias, & Deusdedit.

¶Filio suo filiam,quam de sacro fonte suscepit, nullus tradere audeat. C. III.

NOn oportet filiam, quam de sacro fonte suscepe- rit, aliquando filio suo in matrimonium tradere: quia in diuina b sententia germani esse inueniuntur. Si quis tali facinore commixtus minimè restrinxerit fræna luxuriæ; ab ecclesia catholica abominabitur. Sed si conuersus fuerit, post separationem septem annis pœnitentiam gerat. Conscijs simul cum auctore † sit ista conditio, id est simul cum cooperatoribus, & consentientibus pęniteat.

Poly. ibidem. Ansel. l.10.c.28.

† al. actore

2 *Filij c vero siue ante compaternitatem, siue post nati fuerint, licitè coniungi possint.*

Vnde Vrbanus d scribit Vitali presbytero Brixiensi, dicens.

¶Filij,vel filiæ ante,vel post compaternitatem genitę,legitimè coniungi possunt. C. IIII.

SVper quibus consuluit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex sententia respondendum:vt & baptismus sit,

Sent.4. dist. 42.

NOn oportet] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus pater debet tradere filiam suam spiritualem nuptui filio suo carnali: germani enim sunt,i. fratres. & si coniuncti noluerint separari, excõicentur. Separati vero septem annis pęniteant. Consentientes vero simili pęnitentię subiacebunt. [Aliquando,] id est, aliquo tempore. [Diuina sententia.] Id est, ecclesiastica constitutione. Sequens §. patet: quia certũ est, ꝙ omnes contrahere possunt, excepta illa persona: per quam compaternitas vel fraternitas spiritualis contrahitur. & ad hoc inducit sequens cap.

d ¶ Vnde Vrbanus.] Istum præcessit Pascalis. argum.1. quæst.1.saluato. & extra de sponsa duorum, licet præter solitum quod est verum de primo; sed seq.cap. attribuitur Pascali secundo, qui secundum chronicam successit Vrbano.

SVper quibus.] CASVS. Vitalis presbyter quæsiuit ab Vrbano, vtrum pater vel mater possit dare baptisma in necessitate filio suo: & vtrum filij duorũ patrinorum simul valeant copulari. Ad primam quæstionem respondet dicens, ꝙ baptizatus est quem pater vel mater tempore necessitatis nomine Trinitatis baptizat. Ad secundam respondet, quòd filij duorum patrinorum possunt copulari, excepta illa persona, qua mediante compaternitas est contracta. Sequens §. patet.

a ¶Fœmina.] inf. de consec. d. 4. mulier. contra: sed hoc in necessitate intelligitur.

Post susceptum.] CASVS. Secundum Grat. & Alexandrum casus huius c. sic poni debet Dicitur in hoc ca. quod filii nati ex duobus compatribus, simul copulari non

xander innuit extra de cogna. spir. cap. 1. scilicet derogetur ei per præcedens cap. legas literam, prout iacet, vel si vis potes addere in litera, non possunt coniungi: supple filiis spiritnalibus, & sic non est correctũ. Et male intellexit Alex. hoc cap. nam dicit cap. Vrbani esse posterius & ita derogaret alii c. Paschalis: cum tñ Vrbanus Paschalem præcesserit Sed dici potest, ꝙ hæc litera est mendosa, vbi dicit, Paschalis secundus. nam debet dici ibi, Paschalis primus. nam primus Paschalis præcessit Vrbanũ secundum. vnde nihil est in litera supplendum, & est hoc abrogatum, & intelligitur prout sonat, & huic iuri antiquo innuitur illa consuetudo ext. de cog spir. super eo.

si instante necessitate fœmina [a] puerum in nomine Trinitatis baptizauerit; & quod spiritualium parentũ filij, vel filiæ, ante, vel post compaternitatem geniti possint legitime coniungi, præter illam personam, per quam compatres sunt effecti.

Paschalis vero secundus post compaternitatem genitos copulari prohibens scribit Rhegino episcopo.

¶Qui ex compatre, vel commatre post susceptos filios de fonte nati fuerint, coniungi non possunt. C. V.

Sent. 4. d. 42.
Poly. l. 6. tit. 6.
Ans. l. 10. c. 34.

Post susceptum [b] vero de fonte filium, vel filiam spiritualem, qui ex compatre, vel cõmatre nati fuerint, matrimonio coniungi non possunt; quia leges sæculi non emancipatos [c] adoptiuis prohibent copulari.

¶Anselmus lib. 10. c. 34. refert fere integram hanc epistolam, i. ẽ que Polycarpus, cuius initium est in c. post uxoris inf. ead. q. 4. & continẽter post illud sequitur hoc caput, & deinceps c. porro duorum. inf 32. q. 2. & 3. Ipsis vero epistolæ auctorem, & ipsi citant Paschalem secundum.

c ¶Nõ mancipatos.] Nam filius emãcipatus bene potest copulari filiæ adoptiuæ ff. de ritu nup. per adoptionem, vel emãcipatæ. i. adoptiuus copulari potest.

Tit 2. l. 17.

[Idem ex lib. 24. digestorum, tit. de ritu nuptiarum perpenditur, in quo ita legitur.]

PALEA. C. VI.

Per adoptionem quæsita fraternitas eousque impedit nuptias, donec manet adoptio: ideoque eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere: Atque & si me emancipato, illam in potestate retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, suadetur, vt filiam emancipet. Similiter suadetur ei, qui velit nurum adoptare, vt emancipet filium.

¶Hæc Palea habetur in aliquot vetustis, a quibus cætera abesse solent, & non distinguitur a superiore capite.

Per adoptionem.] CASVS. Dicitur in hac lege, quod durãte adoptione, adoptiuus filius, & naturalis in eiusdẽ potestate existẽtes cõtrahere non pñt: sed si alteruter emancipet, contrahere possunt.

3 *Si quis vero aliquo fortuito casu filiam suæ commatris vxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.*

Vnde in Triburiensi concilio legitur, c. 48.

SI QVIS VERO. Hæc est 3. pars q. s̃m Io. de Fant. CASVS. Dicitur hic, ꝙ non solum filius potest ducere in vxorem sororẽ susceptæ a patre: sed etiã ipse pater, & si acceperit separari non debẽt, & ad hoc inducit sequens cap.

¶Non cogitur quis dimittere filiam suæ commatris, quam duxit in coniugem. C. VII.

Sent. ibid.
Burc. l. 17. c. 46.
Iuo p. 9. c. 97.

Illud etiam nec canonica institutione definimus, [d] nec interdictione aliqua refutamus: sed propter eos, qui diuerse de eo sentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis suæ spiritualis commatris filiam [e] fortuito, [f] & ita contingente rerum casu in coniugium duxerit; consi-

Illud ẽt.] CASVS. Dr in hoc c. quod si aliquis fortuito casu duxerit in vxorẽ filiam cõmatris suæ, quæ nõ est sua filia spiritualis, nõ debet ab ea separari: sed sub honesto cõiugio eam retinebit.

1 De hoc no. 33. d. habuisse. in fi. pr̃ spiritualis licite copulat sorori filius spũalis 2 Sed quare non extenditur: dic, ꝙ hoc ideo ẽ, qa filia spiritualis filii mei carnalis, nec ẽ filia mea carnalis, nec spũalis, nec neptis, quia cognatio spiritualis vltra paternitatẽ, vel filiationem non extenditur, vt dr̃ su. ea. in sum. filia ãt spũalis pr̃is mei soror mea est, vt su. ea. c. 1. & cũ ea cõtrahere nõ possum, vt: bi dr̃. Arch.

non possunt, quia etiam adoptiuis existentibus in potestate copulari non possunt. Vnde dixit Alexander huic c. derogatum per præcedens c. Vrbani. H. autem intelligit hoc c. s̃m præcedens. s. quod filii duorum compatrũ possint copulari adinuicem, præterquam illæ personæ per quas compaternitas est contracta & s̃m H. hoc c. non est abrogatum. Idem intelligit de tenente, & leuigente: tamen bene possunt contrahere cum sororibus, vel fratribus suscepti, vel susceptæ Sequens §. patet.

b ¶Post susceptum.] si intelligimus cap. hoc prout Ale-

d ¶Definimus.] immo postea definit, & ita in re dubia certa fertur sententia, vbi de iure dubitatur. 1

e ¶Filiam.] i. commatris posse ducere in vxorem.

e ¶Filiam.] Hic vides, ꝙ pater spir tualis potest copulari sorori filiæ spiritualis. similiter, & filiæ potest, quia talis cognatio non extenditur 2 similiter dico, ꝙ pater potest sumere filiam spiritualem filii carnalis licet enim cognatio spiritualis descendat de patre ad filios, non tamen de filio ad patrem.

f ¶Fortuito.] idem si ex proposito, arg. sup. 1. q dictum.

Re-


Elictam vero.] Hæc q. diuiditur in tres partes, in prima quarum dicitur, ꝙ successiue potest quis habere duas commatres vxores: in duobus tantum casibus. s. si fuerint commatres ante matrimonium, vel si filiũ meæ vxoris, accepit ab alio viro aliàs non. Secunda ibi, [Econtrario.] Tertia ibi, [Notandum.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4. quæst. qua quæritur, an quis possit accipere in vxorem relictam compatris vxoris suæ, idest, an aliquis possit habere duas commatres diuersis temporibus in vxores. In tribus primis c. & in vlt dicitur quòd non: in medijs ꝙ sic: sed Gr. distinguit. inf ead. §. notandũ, ita dicens. si vxor mea susceperit filium Bertæ de sacro fonte: si postea meã vxorem cognouero, Berta. tunc efficitur cõmater mea: & tunc cum ea contrahere non potero, quod non placet Hugo. & ideo sic distinguit, scilicet an compaternitas, vel commaternitas præcedat carnalem copulam, an sequatur. Si præcedit, tunc licite potest qs habere duas commatres. Si autẽ sequatur: aut vterque coniugum, vel alter suscipit filium alterius: aut filius eorum communis suscipitur ab illo: aut filius alterius eorum tantũ suscipitur: in primo & secundo casu non potest quis habere duas commatres: in tertio sic. De hoc plenius dicitur in summa huius quæstionis, & in summa H.

per vnionem carnis sequentẽ non pertransitur ad vnionem spiritus præcedentem, vt inf ea. post vxoris. Si autẽ sequatur: aut alter coniugũ, vel vterque suscepit filium alterius, aut filius eorum cõis suscipitur ab alio: aut filius alterius eorum tantum suscipitur, in primo & secundo

lio maturiori seruato, eam habeat, atque honeste legitimo coniugio operam det.

QVAESTIO. IIII.


Elictam [a] vero compatris vxoris suæ nullus in coniugem ducere potest.

Vnde Nicolaus Papa scribit Constantiensi episcopo Salomoni.

¶Duas commatres alicui habere non licet. C. I.

Sciscitatur a nobis sanctitas vestra, si aliquis homo duos commatres habere valeat, vnam post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse, [Erunt duo in carne vna.] Itaque cum constet, quia vir & mulier vna caro per connubium [b] efficiuntur: restat nimirum virum compatrem constitui illi mulieri, cuius matrimonio assumpta vxor commater esse videbatur, & idcirco liquet, virum illi fœminæ non posse iungi in copula, quæ commater eius erat; cum qua idem fuerat vna caro effectus.

Sent. ibidem. Iuo p. 1. c. 137. & p. 9 c. 35. Pann. l. 7. c. 63. Gen. 2.

Item ex concilio Chalcedonensi.

¶Octo annis pœniteat, qui duabus commatribus commiscetur. C. II.

Si pater, & filius, aut duo fratres cum vna muliere, aut si cum matre, & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit: secundum antiquam, & humaniorem definitionem octo annis [c] pęniteat.

¶*In concilio Chalcedonensi nihil huiusmodi extra tractatum, aut definitum. Ex eodem refertur etiam infragmento pęnitentialis incerti auctoris: eodemque modo citatur inf. c. post vxoris.*

Item Innocentius Exuperio Tolosano episcopo.

Matrimonium vtrum possit successiue cõtrahi cum duabus commatrib.

a ¶Relictam.] Hæc est 4 quæstio, an quis possit accipere in vxorem relictam compatris suæ vxoris, & licet sub hac forma verborum hæc quæstio proponatur hic duntaxat: tamen vr̃ hic poni quæstio, an scilicet aliquis diuersis temporibus possit contrahere cum duabus commatribus. In tribus primis capitulis, & in vltimo dicitur ꝙ non: in medijs quod sic. G. hoc modo soluit quæstionẽ hanc inf. ea. § notandũ, ꝙ si vxor mea suscipit Bertæ filium de sacro fonte: si post vxorem meam carnaliter cognosco, tunc Berta efficitur mihi commater, & nunquam eam ducere potero, vt inf. c. vlt. si vero vxorem nõ cognouero, tunc Berta non efficitur mihi commater: ꝙ mortua vxore mea potero eam ducere, & ita habeo duas commatres diuersis temporib. vt c. medijs. Sed hæc solutio indigna est relatu, & ideo non legamus c. ẽm eã. Concellata ergo ea opinione, & R. Io. qui distinxerunt inter directam, & indirectam compaternitatem cũ non sit authentica: dico referre an compaternitas, vel commaternitas præcedat carnalem copulam, an sequatur. si præcedat, licite post quis habere duas commatres, quia do casu non potest quis habere duas commatres: in tertio potest, quia licet efficitur aliquis compater vxoris meæ, non tamen est mihi compater, nisi filius eius sit & meus, qui leuatur de sacro fonte. Vbi de breuiter teneas, ꝙ si compaternitas sequatur carnalem copulam in nullo casu potest aliquis habere duas commatres, vel aliqua duos compatres: nisi hoc solo casu quando filius tantũ alterius suscipitur de sacro fonte.

Sciscitatur.] CASVS. Casum hunc sic pone. Martini vxor suscepit filium Bertæ de sacro fonte postquam vna caro fuerit effecta cum Martino: quæsitum fuit vtrũ Martinus post mortem vxoris possit ducere Bertam in vxorem? & respondetur ꝙ non: quia Berta est eius commater, cum vxoris eius fuerat commater, cum qua iam vna caro fuerat effectus Sequentia duo c. patent econtra: sed non sunt contraria, quia in alio casu intelliguntur, vt dicit H.

b ¶Per connubium.] idest, per carnalem copulam, vt 27. q. 2. Agathosa.

c Si pater.] ¶Octo annis.] Septennis pęnitentia indicitur pro quolibet peccato mortali, vt 33. q. 2 hoc ipsum: nisi aliud suadeat criminis enormitas, vel dignitas personæ, vt 33. q 2 hoc ipsum, §. hoc autem.

a ¶Si quis

a SI quis.] ¶ Ex vno coniugio.] i. ex coniugibus.
b ¶ Christianitatis ministerium dederit:] Immergendo sup 1. q. 1. quod quidam. Alij exponunt, dederit Christianitatis ministerium, i. tenuerit ad cathecismum, vt de consecr. d. 4. in catechismo.
c ¶ Cum- alio viro. Et dicit H. ꝙ possunt intelligi tam de paternitate, quæ præcessit matrimonium siue carnalem copulam, quàm de illa quæ sequitur: & filius tantũ vnius cõiugum suscipitur. Est ergo casus primi cap. talis. Martinus & Berta sunt coniuges: & Martinus ex alia vxore vel concubina habet filium, quẽ Ioannes de sacro fonte suscepit, & sic efficitur cõpater Martini dicitur hic ꝙ mortuo Martino Ioannes licite ducit Bertam in vxorẽ: nisi aliud impediat; & sic illa habebit duos compatres

Nullus duabus commatribus commisceatur. C. III.

Poly. l. 6. tit. 6.

SI quis ex vno *a* coniugio [a] filiũ, aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, vel Christianitatis ministerium † dederit, [b] ambo, & vir & vxor compatres [c] existunt parentibus infantis; quia vir & mulier caro [d] vna effecti sunt.

† *al. misterium.*

a ¶ Ex uno.] *In plerisque uetustis exemplaribus, & eadem collectione decretorum incerti auctoris, legitur,* si quis uno ex coniugio. *In epistola uero Innocentij Exuperio Tolosano episcopo scripta, hoc non habetur.*

2 ¶ *Econtrario* [e] *inuenitur in concilio Triburiensi, c. 47.*

¶ Vxorem compatris ducere potest, cuius ipsa commater non fuerat. C. IIII.

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 6. Burc. l. 17. c. 45. Iuo p. 9. c. 96. Pann. l. 7. c. 67.

QVi spiritualem [f] habet compatrem, cuius filiũ de lauacro sacri fontis accepit, † & eius vxor commater non est, liceat ei defuncto compatre suo, eius viduam ducere in vxorem, si nullam habet consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non possunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla generatio fecerit spiritualis?

Item in epistola Paschalis Papæ secũdi ad Rheginum episcopum.

¶ De eodem. C. V.

Sent. ibidem. Polyc. ibidem. Anl. l. 10. c. 34.

POst vxoris obitum cum commatre vxoris viri superstitis coniugio copulari, nulla videtur auctoritas, vel ratio prohibere. Neque [g] enim cognationi carnis

f ¶ Qui spiritualem.] Sic incipe cõstructionem, liceat ei, qui spiritualem habet, &c. Sed obijcitur: si uxor mea leuauit filium alicuius de sacro fonte, mihi acquiritur cõpaternitas per eam vt sup prox. ca. quæritur si aliquis leuat filium eiusdem de sacro fonte, quem habet ex alio viro: an mihi per eam acquiratur compaternitas. Ad hoc respõdet Cardinalis, quod coniuges sibi communicãt actiones, sed non passiones, quæ enim vnus coniugum agit, reliquus intelligitur agere, cum sint vna caro. Sed per hoc nõ assignatur rõ diuersitatis, qua quæritur, quare actiones communicant, & non passiones. dicas ergo ꝙ cum ego nullo modo sim pater huius pueri, nec carnalis, nec adoptiuus, nec spiritualis, non possum dici compater suus. quod non sim pater spiritualis, patet: quia filia mea licite copulatur ei. Item filius meus & ille puer non sunt fratres spirituales: ergo ego non sum pater spiritualis ipsius. Ioan. de Fant.

Actiones sed non passiones cõicantur inter coniuges.

Compaternitas viri porrigitur ad uxorem.

c ¶ Compatres.] Expresse hic colligitur, cum alter coniugum suscipit filium alicuius, statim ambo coniuges efficiuntur compatres illius. ergo nihil refert an post carnaliter commiscerentur, vel non, prout voluit dicere G. & Ioan. inf. ea. § notandum.

d ¶ Caro] Ergo per sponsam de præsenti non acquiritur compaternitas, cum canon hic ponat pro ratione, quia sunt vna caro effecti. Item si hæc est causa quare cõtrahatur compaternitas, quia vna caro est effectus cum ea, ergo per coitum fornicarium contrahitur compaternitas; quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, vt 32. q. 4. in eo. nam & affinitas acquiritur per coitum fornicarium, vt 35. q. 3. de incestis. & c. nec eam. extra de eo, qui cogno. consangu. discretionem. Quidam tamen refugiunt dicere, quod per fornicarium coitum contrahatur compaternitas: cum compaternitas sit vinculum spirituale.

Compaternitas an per fornicarium coitum contrahatur.

ECONTRARIO. Hæc est secunda pars q. in qua ponuntur duo casus in quibus quis potest habere duas cõmatres Io. de Fan.

e ¶ Econtrario.] Sed non sunt contraria, quia in alio casu intelliguntur. vt dicit H.

QVi spiritualem habet.] CASVS. Hæc duo capitula vt dicit H. in eodem casu loquuntur. Sed in primo casu dicitur, quod aliqua potest habere duos compatres, quorum secundus suscepit filium primi de alia vxore. In secundo dicitur, quod quis potest habere duas commatres: quarum secunda suscepit filium primæ ex

f ¶ Qui spiritualem.] Duo hæc cap. in eodem casu loquuntur: sed in primo casu dicitur, quod aliqua potest habere duos compatres quorum secundus suscipit filiũ primi de alia uxore. In secundo dicitur, quod quis potest habere duas commatres, quando secunda suscipit primæ filium de alio uiro.

POst vxoris obitum] CASVS. Sicut in præcedenti c. dicitur, quod aliqua potest habere duos compatres, sic & in hoc cap. dicitur, quod aliquis potest habere duas commatres. Et est casus talis. Martinus habet Bertam in vxorem, ille habet ex alio filium, quem Maria suscepit de sacro fonte, & sic efficitur commater Bertæ, & non Martini: quam Mariam Martinus licite potest ducere in vxorem, mortua Berta, & sic habebit duas commatres. Sic enim intellexit Hugo, & posuit hos duos casus apertius quam Ben.

g ¶ Neque] Crederet aliquis quod cognatio spiritualis acquireretur marito per uxorem suam, sicut & cognatio carnalis, quod sicut omnes consanguinei uxoris ea mediante efficerētur uiro affines: ita compatres & commatres vxoris efficerentur marito per eam compatres & commatres: hoc negat hic.

a ¶ Cognatio.] Scilicet spiritualis.
b ¶ Comparatur] Id est, assimilatur in hoc ꝙ per vxorem acquiritur, & hoc melius exprimit statim, neque enim, &c.
c ¶ Per vnionem.] Secundũ hoc reprobatur intellectus G. verũ quis post cognoscat, vel nõ, vt in. §. sequenti.
d ¶ Ad vnionẽ.] Præcedentem matrimonium siue carnalem copulam. aliter bene pertransiretur, nisi cum filius alterius tã tum suscipitur

NOTANDVM VERO Hæc est 3. pars q secundum Io. de Fant.
CASVS Nunc Grat soluit prædictam cõtrarietatem, & male secundum Hu. dicit enim quod si vxor mea efficitur cõmater alterius: si vxorẽ meam postea cognouero, ea mortua non potero contrahere cum commatre ipsius: secus autem si non cognouero. Sequẽs § patet; in quo facit quandam incidẽtem quæstionem, quã determinat per c. sequens.
e ¶ Commatrem,] Vxorẽ suam iam factam commatrem alicuius, idest, postquam est effecta cõmater alicuius fœminæ, quo casu non potest ducere illam fæminam vxore mortua, secundum Grat.
f ¶ Triburiensis concilij.] Melius diceret Paschalis. tamen idẽ est casus.

Quòd autem.] Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, an vxor simul cum marito debeat suscipere puerum de sacro fonte. Et respondet ꝙ non. In secunda parte prohibetur ne quis contrahat cum duabus commatrib. vel sororibus, quia piaculare flagitium est, & damnosum.
g ¶ Repetitur.] Inf. de consec. dist. 4. non plures. Contra tñ Leo Papa, quem constat ipsius Vrbani prædecessorẽ fuisse, statuit non debere ad suscipiẽdum puerum de baptismo plures accedere, quomodo dicit hic, nulla auctoritate inuenitur prohibitum? Sed licet hoc sancitum fuerat, nondum tamen in manus legentium venerat. Vel forte vir, & vxor non reputantur plures: cum vna caro esse probantur. su. ea c. si quis 1.
h ¶ Et infamia.] De facto. Crederent enim stulti aliquã proximitatem inter eos contrahi, si simul susciperent. Sed etiam superfluum esset vt vterque susciperet, cum ex susceptione alterius vterque compater efficiatur. de consuetudine est tamen in quibusdam locis, quòd vterque simul suscipit,

1 Vel dic vt no. extra de cog. spi. c. vl.

ILLVD VERO CASVS. Finis præmissi cap. videtur contradicere illi capi. qui spiritualem. sicut & duo prima cap. & ideo G. alio modo vult soluere prædictam contrarietatem, dicẽs quòd illud qđ dictum fuit in illo ca. qui spiritualem. dictum fuit ante prohibitionem. in præmisso cap. factam: vel ibi, vxor accipitur pro commatre: nec ex eodem filio cum uiro, sed ex alio. Et hoc vltimum tenet Hu. & alij Doctores.
i ¶ Ante hanc.] Præcedentem Vrbanum: quæ contraria est ei quo ad fi. sup. ea prox.
K ¶ Vel vxor.] Melius dixisset, vel vir compater efficiatur nõ ex eodem filio cum vxore, sed ex alio: sed variat sexum: quia ponit in fœminino genere eundem casum, quem posuit in masculino in c. qui spiritualem. vbi eadem permittitur habere duos compatres.

Quod autem.] Hæc q. diuiditur in 4. partes: in prima quarum probatur, quod matrimonia clandestina non debent fieri: sed legitima, & per sacerdotem: alias nisi consensus concurrat legitimus, non valet quod actum est. Secunda ibi, [Sed quæritur.] Tertia ibi, [Nec illud.] Quarta ibi, [Sed obijcitur.] Io. de Fan.

cognatio [a] spiritus comparatur: [b] neque per vnionem† [c] carnis ad unionem [d] spiritus pertransitur.

† al. vnitionem.

3 *Notandum vero est, quòd aliud est, commatrem [e] alicuius cognoscere, atque aliud, derelictam ab aliquo cõmatrẽ alicuius fieri. Auctoritas illa Nicolai Papę, & Chalcedonẽsis synodi illũ prohibet cõmatris suæ vxoris matrimonio copulari, qui vxori suæ debitum reddidit, postquam illius commater extitit. Illa uero auctoritas Triburiensis concilij [f] illos permittit matrimonio copulari, cuius uxor, postquam a uiro suo derelinquitur, illius cõmater efficitur: nec post compaternitatem a uiro suo cognoscitur. Quæritur autem, an uxor cum marito in baptismate simul debeat suscipere puerum.*

De his ita scribit Vrban⁹ II. Vitali presbytero[α] Brixię.

α ¶ Presbytero.] *Antea legebatur,* episcopo. *Emendatum est ex omnibus uetustis, quæ collata sunt. Et eadem citatio est supra hac eadem causa q. 3. super quibus.*

¶Vxor simul cum viro filium alicuius in baptismate non suscipiat. C. VI.

Sent. ibidem.

Quod autem uxor cum marito in baptismate simul non debeat suscipere puerum; nulla auctoritate reperitur [g] prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia [h] conseruetur immunis; dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minime præsumant. Quia uero piaculare flagitium cõmisit, qui duabus commatribus, velut duabus sororibus nupsit; magna iuxta modum culpæ pœnitentia sibi debet iniungi.

Illud vero Triburiensis concilij: [Qui spiritualẽ habet compatrem, &c.] ante hanc [i] prohibitionem, dictum intelligitur: uel uxor [k] commater accipiatur non ex eodem filio cum uiro, sed ex alio.

QVAESTIO. V.



Vod au-

CA-

CASVS. In themate fuit proposita qō, an clandestina desponsatio præiudicet manifestæ. Et est dicendum ꝙ præiudicat si de eo constat: non enim deficit ius, sed probatio. Clandestina tamen matrimonia fieri non debent, quia probari non possunt. unde quoad ecclesiam domum viri, cum eo biduo vel triduo, castitatem seruat. Vbi vero hoc non fit, sed clā ducitur vxor: potius præsumitur stuprum, vel cōtubernium, vel adulterium, quam legitimum coniugium. sequens c planum est.

b ¶ Petatur.] Ne appetentiæ procacioris æstimetur auctor, si ipsa, & c. 32. q. 2. c honorantur.

c ¶ Precibus,] Extra de clan. despon. cum inhibitio.

d ¶ Contubernia.] hic canon præsumit in deteriorem partem: nam vbi periculum vertitur, in tutiorem partem interpretandum est, vt extra de homic. ad audientiam. & in dist. 5. ad eius. quandoque tamen præsumit canō pro matrimonio, vt 33 q. 1. si quis acceperit. Sed nonne in matrimonio sufficit ꝓbare ꝙ aliquis eā acceperit eo prætextu, vt eam perpetuo haberet, licet aliud non sit dictū? vt 32. q. 2. solet. & in liberæ mulieris coniunctione potius præsumitur matrimoniū q̄ concubinatus, vt ff. de ri. nup. in liberæ. nam cū quis non protestatur se uelle habere aliquam vt concubinam, dummodo honesta sit mulier, habebit eā, vt legitimam, vt ff. de concu. in cōcubinam 2. Sol. canon cō siderat periculū animæ. extra de meis, cum contingat. extra de sponsa iuuenis. & iō potius iudicat esse fornicationem q̄ matrimonium. lex tamen strictius considerat matrimonium, quàm canon nam si aliquis iurauit ꝙ vellet aliquam perpetuo retinere secum: nisi dicat, ꝙ vellet retinere in uxorem legitimam, non erit matrimonium, in authe. qui. mo. na. effi. le. §. pen. collu. 6. infr. ea. si quis diuinis. secus secundum canones. vt 32. q. 2. solet. In hoc autem concordo leges canonibus, quod inter impares personas non præsumo esse matrimonium, nisi dotalia instrumenta interueniant C. de nup Imperialis. §. immo. Item illud considero circa pares & impares, an maritalis affectio præcesserit, comparatis personis, & vitæ coniunctione considerata, vt ff. de dona donationes. Item & famam loci considero. vt extra de præsump. illud. Item quod simul receperint sacramenta. vt 28. q. 1. caue. Itē ꝙ dos requiratur in omni matrimonio, vt hic dicitur: potes intelligere in sublimioribus personis: nam ibi & dos & aliæ solēnitates matrimonij requiruntur: in mediocribus autem personis sm leges non sufficiunt testes. nisi scriptura adsit, infirmis sufficiunt testes, ut in auth. quo mo. nat. effi. legi. § hoc ergo colla. 6.

Tutiorem in partem interpretandū est, ubi periculum vertitur.

Matrimonium utrum īter aliquos præsumi possit.

2 Dic ut no. extra de præsump. illud.

In cap. Caroli lib. 7. c. 463

Item[a] clandestina coniugia fieri non debeant, Euaristus Papa testatur, scribens episcopis Africæ epistola prima.

¶ Clandestina coniugia fieri non debent. C. I.

Sent 4 dist. 28. polyc l. 6. tit. 4. Ans l. 10. c. 2. Iuo p. 8 c 4. pann, l. 6. c. 3t

ALiter legitimum α non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur[b], & a parentibus, & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cum precibus[c]; & oblationibus à sacerdote benedicitur, & à paranymphis, vt consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita legibus detur β, ac solenniter accipiatur: & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. *Item.* ¶ Item peracta legitima scitote esse connubia: aliter vero præsumpta, non coniugia, sed adulteria, vel contubernia[d], vel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima[e] coniugia esse non dubitare; nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima.

α ¶ Legitimum.) *In epistola ipsa interijciuntur hæc*, sicut à patribus accipimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus.

β ¶ Detur.) *Antea legebatur*, à legibus dotetur, *quod iam superius dictum erat. Emendatum est ex vetustis editionibus conciliorum, capitularibus, Anselmo & Iuone.*

Item ex decretis Hormisdæ Papæ, c. 6.

¶ Nuptias occultas celebrare non licet. C. II.

Polyc. ibidem. Burc l. 9. c. 3. Iuo p. 8. c 141. Pann. l. 6 c. 5.

NVllus[f] fidelis cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat: sed benedictione accepta à sacerdote, publice nubat in Domino.

¶ *Apud Burchardum, Iuonem, Polycarpum, & in collectione,*

siam manifesta præiudicant clandestinis.

a ¶ Quod autem.] Hic depingitur quinta qō. & erat in themate in quinto loco quæsitum, an clandestina desponsatio manifesta præiudicet, & quidem præiudicaret, si constaret de ea. extra de cland. desp ꝙ nobis. sed quia ecclesiæ non constat de ea, ei præiudicat manifesta probatio. ergo deficit hoc casu non ius, sed probatio 1, ff de testa. tut. duo sunt Titij. quia ecclesia de occultis non iudicat. 32. dist erubescant. sed hæc quæstio facilis erat: & ideo noluit eam ponere sed ponit aliam, s. utrum clandestina matrimonia debeant fieri: dicunt quidam ꝙ non, si tamen fiant, tenent. Et sunt clādestina quæ sine præsentia testium, & traductione & alijs solemnitatibus contrahuntur: sed cum huiusmodi solennitates non sint de substantia matrimonii, sed sufficiat solus consensus: quare prohibentur hic contrahi? Respon. duplici ratione. ne sub specie matrimonij fiat fornicatio: uel ne matrimonialiter coniuncti separentur. Sæpe enim matrimonio occulte contracto, alter mutaret propositum, & dimitteret reliquum probationibus destitutum, vt inf ea. § his

1 Vt 32. q. 5. Christiana. ff. de test. l. duo tuto. l. duo sunt.

Matrimonia clandestina q̄ sint, & utrum, teneat.

ALiter legitimum] CASVS. Dicitur in hoc c. quod tunc est solenne coniugium cum puella à curatore uel à parentibus desponsatur & dotatur, à presbytero benedicitur, & custodit à paranymphis. & ducta ad

e ¶ Legitima.] Non præiudicaretur alij matrimonio per eorum confessionē ext. de eo qui cog. cōsāg. sup eo.

NVllus.] Causam huius prohibitionis habes i nfra eadem. §. his ita.

NOstrates.] CASVS. Bulgari ad fidem conuersi quærebant qualiter matrimonia contrahere deberent. Et rñdet Nicolaus, ꝙ nostrates, id est, Romani nullam ligaturam ex aliquo metallo deferunt in capitibus cũ nuptialia fœdera contrahunt. sed post sponsalia de futuro, per verba cōsentiunt de præsenti de licentia eorũ, in quorum sunt potestate, & postquam spōsus sponsam annulo subarrhauit, & donationem ei propter nuptias cōstituit, ambo ad carnalia commercia perducuntur. primo tamen debet in ecclesia benedici. & suscipere cœleste velamen: alia etiam sunt, quæ in sponsalibus fiunt, sed nunc ad memoriam non occurrunt: sed & si hæc in nuptiis non interuenerint, non erit peccatum. Verba ea sic exponas [Postquam sponsalia fœdera,] idest, promissio de futuro [fędera quoque.] id est, consensus de præsenti. [Dotē,] id est, donationem propter nuptias. [Ad nuptialia fœdera,] idest, ad carnale cōmercium vel conuiuia nuptialia [Cœleste,] id est mysticum, vel cœleste id est, ecclesiasticum, vel ecclesiastica institutione inuentum.

Annulus nuptæ quid notet.

a ¶ Annulo.] Annulus significat mutuũ amorem, & fidem coniugalem esse seruandã 1. vt infra ea. fœminæ.

1 Vide quod no. 27. q. 2. si quis vxorē, in prin.

b ¶ Inuitatis.] Ar ꝙ testes ī matrimonio erunt rogati: sicut in diuortio, vt ff. de diuo. nullum. quod nō credo.

Contrahere licet in Quadragesima.

c ¶ Apto tpe.] s. cũ erat in adulta ætate, & non in Quadragesima ducet eã, licet ī Quadrag. contrahere possint extr. de mat. con. contra interdict. eccle. ex litteris in parte decis. Io.

d ¶ Offerre.] Secundum consuetudinem regionis.

e ¶ Velamen cœleste.] Quia quoddam cœleste vel spirituale significat. inf. ea fœminæ,

Matrimonium pōt esse sine dote.

f ¶ Hæc cuncta.] id est singula 80. dist. singula.

g ¶ Non interueniat.] Huiusmodi enim solennitates non exiguntur necessario. nam si omittantur leuia uel modica, non nocent, ut ff. de ventre inspici. l. 1. in fine. dos ergo potest omitti, quia licet dos sine matrimonio esse non possit, matrimonium tamen sine dote esse potest 2. ut inf. ea. si quis diuinis. Sed cont. 3. quæst. 4 consanguineorũ. sed illud intelligit in eodē casu cũ illo c. aliter. s. de occulte contrahentibus 3 vnde cum præsumantur adulteri, repelluntur, H. tamen dicit peccatum esse, si hmōi omittantur solennitates, si adhiberi pñt.

2 Concor tex. i l. fi. C. de dona. inter virum & vxorem.

3 Idē no. ext. qui fil. sint leg. lator, & idē no. hic H.

QValis debeat.] CASVS Hic ostenditur qualis debeat esse vxor illius, qui sperat de cætero promoueri. & qualiter debeat duci, & dicitur, ꝙ debet esse virgo casta, & c. quæ non est separanda nisi ex consensu vacaret orationi, vel nisi fuerit fornicata nec tñ illa viuente altera duci pōt, quia adulteriũ committeretur: ꝙ si fecerit, debet recipi ad pænitentiam per scripturam: Quæ aũt sequũt vsque ad c. fęminæ, plana sũt, & p te vidēbis.

h ¶ Legem,] Promotionis.

i ¶ Desponsata.] Hoc est contra illos, qui dicũt, quod si aliquam fornicariam defloraui, & eam postmodum ducam in uxorem, non repellor a promotione quasi corruptam duxerim ar. 28. d quia sunt. 34. d. curandum, 77. d. quicunque 34. d. pcipimus. Ar. cō. 34. d. Valentino, Sed

quæ est tomo 3. conciliorum post decreta Alexandi tertij. par. 49. c. 10. citatur similiter ex decretis Hormisdæ. Verum in secunda collectione Decretalium, tit. de clandest. despons. citatur ex Alexandro III. qui primus auctor huius capitis esse non potest, quippe qui posterior fuit Gratiano.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, *c. 3.*

¶ Nuptiæ publicè celebrari debent.
Cap. III.

NOstrates tam mares, quam fœminæ non ligaturam aureã, vel argenteam, aut ex quolibet metallo cōpositam; quando nuptialia fædera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa*; fędera quoque † consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur; & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo [a] insignitum desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis [b] ab vtraque parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore [c]; ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præsumatur) ambo ad nuptialia fędera perducuntur: & primum quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre [d] debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur: sicque demum benedictionem, & velamen cæleste [e] suscipiunt. *Item.* ¶ Hæc sunt pter alia, quæ ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum solennia. Peccatum autem esse, si hæc cuncta [f] in nuptiali fędere non interueniant [g]; non dicimus, quemadmodum Græcos vos astruere dicitis.

Iuo p. 8. c. 60. Pann l. 6. c. 9.

† *al. quæque.*

* Concor. tex in l. oratio. & in l. oī no ff. de desp̄ō. & l. non sane & ibi Cy. C de bō. quæ lib.

Item Leo Papa.

¶ In contrahendo coniugio ista sunt obseruanda. C. IIII.

QValis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem [h], virgo casta, & desponsata [i] in virginitate, & dotata legitime, & a parentibus tradita †, & a sponso, & a paranymphis accipienda: & ita secundum legem, & Euangelium publicis nuptiis in coniugium liquide sumēda, & omnibus diebus vitæ (nisi ex consensu, & causa vacandi Deo) numquam propter hominem separanda, & si fornicata fuerit [a] dimittenda; sed illa viuente altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non possidebunt,

Polyc. l. 6. tit 4. Ans. l. 10. c. 3. Burc. l. 9. c. 2. Iuo p. 8. c. 140. Pann. l. 6. c. 36.

† *al. tradita sponso.*

1. *Cor.* 6.

Sed

Sed certe & hoc casu in virginitate videtur ista despon sata, omnia enim quæ præcesserunt, legitimantur per sequens matrimonium: ext. qui fil. sunt leg. tanta.

a ¶ Per scripturam.] Inf. de pœ. dist. 1. quem pœnitet. cō tra. sed ibi prohibetur absens per scripturam confiteri: vel ꝙ pœnitentiam accipere debeat. hic autem permittitur mulieri simplici, dum tamen præsens sit, in scripto offerre, ut 2. q. 8. §. sed Calixtus.

b Sponsus.] ¶ Pro reuerentia.] Ergo non erit peccatum, si aliter fiat.

vel & pęnitentia illius β per scripturam [a] recipienda.

Burchardus etiam, Anselmus, Iuo, & Pannormia citant ex Leone. Sed fere idem in concilio Rhemensi Trosleiano, c 8. & lib. 7. capitular. c. 179. refertur ex B. Augustino. & infra 36. q. 2. cap. tria. (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis uerbis, & reliqua quę sequuntur in prædictis. *videntur indicari quæ in hoc capite continentur.*

α ¶ Fuerit.] *In concilio Tros leiano, & capitularibus sequitur,* & vir eius uoluerit.

β ¶ Illius.) *In ijsdem legitur*, & pœnitentia illi recipienda.

Item ex concilio Carthaginiensi 4. c. 13.

¶ Quomodo sponsus, & sponsa ad benedictionem accedat. C. V.

sup. d. 23. c. fin. poly. ibidem. Burc. l. 9. c. 5. Iuo p. 8. c. 143. Pann. l. 6. c. 20.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote; a parentibus suis, vel à paranymphis offerantur [f]; qui cum acceperint benedictionem, eadam nocte pro reuerentia [b] ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

γ ¶ Offerantur.) *Sequebatur*, in ecclesia sacerdoti. *quæ absunt à conciliorum editionibus, & codicibus manuscriptis, Burchardo, & Iuone, nec habentur supra dist. 23. c. fin. vbi hoc idem affertur.*

Item ex concilio Arelatensi, c. 6.

C. VI.

habetur in ca. lib. 6. c. 131.

¶ Sine publicis nuptijs nullus ducat vxorem.

Burc. l. 9. c. 6, Iuo p, 8. c. 144. pann. l. 6. c. 6.

NVllum sine dote fiat coniugium; iuxta possibilitatem [c] fiat dos [d]: nec sine publicis nuptiis quidam nubere, vel vxorem ducere pręsumat.

His omnibus auctoritatibus occultę nuptię prohibentur: atque ideo cum contra auctoritatem fiunt nuptiæ, pro infectis, haberi debent.

Sed quæritur, quid sibi velint illæ solennitates uelaminis, & annuli, quæ in coniugiis obseruantur.

De his ita scribit Isidorus 2. lib. de officiis, c. 19.

¶ Quare fœminæ velantur, dum maritantur.

C. VII.

Iuo. p 8. c. 7. & 8. pann. l. 6. c. 8. †al. subiectas.

FOminæ dum maritantur, ideo velantur, vt nouerint se semper maritis subditas † [e] esse, & humiles. ¶ Item, quòd nubentes post benedictionem vitta α inuicem, quasi vno uinculo copulantur; videlicet ideo fit, ne compagem coniugalis unitatis dirumpant. ¶ At uero, quod eadem uitta candido, purpureoque colare permisceetur; candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur: vt hoc signo & continentiæ β lex tenenda ab vtrisque ad tempus admoneatur; & post hæc reddendum debitum non negetur. ¶ Itē, quòd in primis nuptijs annulus [f] a sponso sponsæ datur; fit hoc nimirum uel propter mutuæ fidei signum, uel proper id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idem inseritur: quod in eo uena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor vsque perueniat.

α Vitta.) *In editione Isidori Coloniensi ligitur*, vittæ vno in-

c ¶ NVllum] ¶ Iuxta possibilitatem] Id est. s̄m facultatem, & viri nobilitatem, vt ff de iure do quæro ff. de relig. si quis sepulchrum, § vltimo.

d ¶ Dos] Ex hoc dicunt quidam, ꝙ sem per aliquid dandum est in dotem. & si nimia paupertas cogat, saltem dabis vnū denarium, quod non concedo. & hoc est consilium.

SED QVÆRITVR. Hæc est 2 pars quæstionis, in qua q̄ritur, vt inf. ea. sequitur secundum Io. de Fant.

FOminæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes In prima dicitur, ꝙ fœminæ ideo velantur cum maritantur, vt ostendatur ꝙ semper debent esse subditæ uiris suis. In secūda parte dr̄, quod ideo in uitta insimul colligantur, ad ostendendum, quòd fidē coniugalem debent semper adinuicē obseruare. In tertia parte ostēditur quid candor & rubor in uitta significent. In quarta quid annulus significet: & quare ī quarto digito inseratur. Secunda pars ibi,] Item quod nubētes. Tertia ibi, [At vero. [Quarta ibi,] Item quod in primis.] Eodem pignore,] Id est, signo, Sequens ca. patet.

e ¶ Subditas.] iuf. 33. q. 5. cum caput. & ca. mulierem.

f ¶ Annulus.] Dicit H. quòd p traditionē annuli à sponso vel donationem arrharum præsumitur pro matrimonio: argu. extra de præsum. illud. & hoc etiam uidetur per orationes Greg. quę dicuntur in benedictionibus vbi dicit, Benedic Domine has arrhas. & arg. 27. quæst. 2. si quis uxorem

Annuli datio facit præsumi pro matrimonio.

rem Alij 1 dicunt sponsalia tantum præsumi, nisi detur annulus à sacerdote, arg. su c. nostrates, uel nisi fit de cō suetudine loci, ꝙ annulus detur in matrimonio. & est si. quod dicit lex in arrha, quod non facit emptionē, sed est eius signum. inst. de emp. & ven. in prin.

h ¶ In nouellis.] In auth. qui mod. nat. effi. legit. §. pen. colla 6.

SI quis diuinis.] CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ si quis iuramento interposito promiserit se habiturum de cætero aliquam in uxorem, matrimonialiter consentientiēdo in ipsam: legitima erit vxor, etsi nulla dos vel scriptura interueniat.

c ¶ Habiturum.] Sed nunquid per hæc uerba futuri tēporis, iuro ꝙ habebo te pro legitima vxore: contrahitur matrimonium? non uidetur; cum hęc verba hic posita futuri temporis sint, ut ext. de com. appel. c. vlt. & extra de spons. de illis, lex tamen ista dicit ꝙ sic: & est verum: quia hoc verbum, habebo, respectum habet ad pręsens tempus 3. aliud esset si diceretur, iuro, quòd ducam te in uxorem, & c. & quod illa uerba ad præsens tempus referantur, probatur, extra de matri. contra. contra inter dic. ecc. ex literis. Vel habiturum, idest, habitam me retenturum. B.

NEc illud.] Hæc est tertia pars q. in qua probat magister, ꝙ verecundiam debent prætendere mulieres cum nubunt. Io. de Fan.

a ¶ Vxor.] Iam ergo erat uxor, & despon sata, ar. 32. q. 2. §. cū ergo. Et est ar. ꝙ matrimoniū potest cōtrahi inter absentes, qui nunquam se uiderunt: quod verum est, si fama vel aliquo alio modo se nouerūt: & in ignotos ex toto consentire non possumus. sed in eos qui nō sunt pęnitus ignoti, possumus cō sentire, vt 64. dis. c. 1. & 2 & d. 65. c. 2. & 3. Quod inter absentes matrimoniū cōtrahi tur 2, est arg ext. qui cler. vel vo. uenicns. ff. de ritu nup. mulie rem, ff de spon. suffi cit: & dicit lex, ꝙ omnes cōtractus, qui cō sensu contrahunt. inter absentes celebrā tur. ff. de contrahen. emp. l. 1. §. est autē. dum tñ hoc agatur. non. n. dico ꝙ solus consensus faciat matrimoniū, nisi hoc fit actū inter consentiē tes, arg. 27. q 2. suffi ciat. & dicit lex, ꝙ ī spiciendū sit quid agatur. ff. de ac. & obl. obligationū, Arg. cō tra ext. de spōs. duo duob. ibi, corde, & ore, & si non stringit, & c. Sed dic q̃d ore dñr consentire, cum pcuratores eorū nomine consentiunt. Sed quid dices si aliquis consensum suum exprimat alicui fœminæ per literas, & ante receptas ab illa iste pœniteat? Hu. dicit non esse matrimonium, licet illa consentiat: quia requiritur quod duret voluntas prioris. Nam requiritur ibi mutuus consensus. secus tamen est in aliis mandatis nam licet reuocetur mandatum altero ignorante, tamen contractus tenet, vt ff. man. si mandassem. Arg. tamen est contra, ff. de diuor. si pęnituit, Itē secus est in electione, vt ext. de elect. cum inter.

Matrimoniam inter absentes cō. trahi potest

2 Hoc habetur extra de conuer. coniug. ex parte.

uicem uinculo copulantur; videlicet; nec compagem, &c. *In Vaticano autem codice*, post benedictionem à Leuita vno inuicem, &c.

β ¶ Continentiæ lex.] *Sic emendatum est ex originali impresso & manuscripto. Antea enim legebatur* vt hoc signo & continentia, & lex continuendi ab utrisque ad tempus admoneātur

Item Ambrosius in libro de Patriarchis.

lib. 1. de Abraham, c. 9.

¶ Nuptiæ dicuntur ob obnubendo, eo quòd caput suum obnubere soleant. C. VIII.

Isidorus lib. de off. c. 19.

3 NEc illud otiosum, quòd cum veniret Rebecca uidit Isaac ambulantem: & cum interogasset, quis esset, cognito, quòd ipse esset, cui duceretur vxor [a], descendit; & caput suum obnubere cępit: docens [1] uerecundiam nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia se puellę obnuberent.

Gen. 24.

4 *Sed obijcitur præmissis Multa sunt, quæ prohibentur, quæ si fiant, ex postfacto conualescunt. Prohibentur vouentes matrimonia contrahere: quæ tamen si contraxerint, inuiolata permanere oportet. Sic & clandestina coniugia contra leges quidem fiunt; tamen cōtracta dissolui non possunt: quia ex legitimo voto subsequente corroborantur. Vnde Euaristus. coniugia, sed adulteria.] addidit, [nisi voluntas propria suffragauerit, & uota succurrerint legitima.]*

sup. ea aliter.

Hinc etiam in nouellis [b].

C. IX.

Iul antecess. consti. 74. c. 4. Sent. 4. dist. 28. Iuo p. 8. c. 144. & p. 16. c. 142. Pann. l. 6. c. 7.

SI quis diuinis tactis scripturis iurauerit mulieri legitimam se eam uxorem habiturum [c], uel si in oratorio tale sacramentum dederit; sit illa legitima uxor α, quamuis nulla dos, nulla scriptura interposita sit:

α ¶ Vxor.] *Apud Iulianum antecessorem, ex quo videtur sumptum hoc capitulum, sequitur*, si tamen ei coniuncta fuerit.

His ita respondetur, Coniugia, quæ clam contrahuntur, non negantur esse coniugia: nec iubentur dissolui, si

SED OBIICITVR. Hæc est 4 pars q. in qua probat, ꝙ clandestinum matrimonium tenet, si probari potest, nā sine uera probatione nullius debet condemnari. & hoc probat per unam legem, & per 4. c. *Io.* de Fan.

CASVS. Supra dictum est in §. his omnib. ꝙ clandestina coniugia pro infectis haberi debent. nunc allegat G. pro contraria parte, dicens ꝙ multa fieri non debent, facta tñ non rumpuntur, vt matrimonia simpliciter uouētium: sic etiam clandestina coniugia fieri non debent facta tamen tenent, & ad hoc inducit legem seq.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Respondet modo G. diens quòd clandestina matrimonia non negantur esse matrimonia, nec iubētur dissolui, si probari possunt: sed ideo fieri prohibentur quia mutata volūtare vnius eorum matrimonium probare non poterit; cum iudex incertam sñiam ferre nō dēat: ꝙ pbat auctoritate Sixti, & ad hoc inducit sequētia c. quorum px. patet. lo. de Fant.

Matrimoniū an contrahā, si dicā iuro quod te pro vxore habebo.

3 Et sic licet sit futuri tēporis, tamen trahitur ad præsens: & ideo valet. ex de spon. ex parte. q̄ bene cū hac lege concordat. arg. ff. de ver. sig. si qui stipulatus, ff. ad Tertul. filij.

[Quo-

[Quousque.] idest æternaliter: quia nunquam iudicamus: & ponitur improprie.

Testimonia coniunctorū an faciāt fidē in causa matrimonia li.

a ¶ Confessione.] Ecce aperte dicit G. ꝙ confessioni & sacramento coniunctorum occulte debeat credere ecclesia: cum aliter probare non potest eos contraxisse: quod

utriusque confessione[a] probari poterunt: veruntamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione[b] fides iudici fieri non potest. Unde publice, cum alterius nota in alteram partem se transtulerint, pro priori coniugio, quod iudici incertum est, sententia ferri non poterit. Incerta enim (ut Sixtus Papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum iudicare præsumat: & quamuis vera sunt; tamen credenda[c] non sunt; nisi, quæ certis indicijs comprobantur; nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur; nisi quę iudiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor Papa scribit Theophilo episcopo. Incerta charissime, nullatenus iudicemus, quousque[d] veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quamuis vera sint, non tamen credenda sunt: nisi quæ manifestis indicijs comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur.

Epist. 2.

Epist. 1. c. 2.

1. Cor. 4.

Item Euaristus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. Ans. l. 3. c. 67. Rom. 14.

¶ Ante iustam probationem nullus est iudicandus, aut damnandus. C. X.

NVllum[e] ante veram, iustamq; probationem iudicare, aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait; [Tu: qui es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit.] Mala itaque audita nullum moueant; nec passim dicta absque certa probatione quisquam vmquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat.

Et in decre. Iulij c. 31. & in c. Hadriani c. 26. & in c. l. 5. c. 246. Polyc. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. ca. 316. & 3: 7. Pann. l. 4. c. 119. & 104.

Item Eleutherius Papa, epistola ad Galliæ prouincias.

¶ Non sunt aliqua iudicanda prius, quam certis demonstrentur indicijs. C. XI.

IVdicantem oportet cuncta[f] rimari, & ordinem[g] re-

here? videtur ꝙ non, eadem ratione: quia cuilibet creditur cōtra se. 14. q. 2. §. 1. Sed dic ꝙ possum. ar. ff de ac. pos. naturaliter. §. ulti. extra de cau. pos. & ꝓprie pastoralis, nam ibi habes ꝙ si egi rei uen: possum agere interdicto vti pos. licet sint contraria, nā ꝑ primū cōtēdo nō possidere: per secundum dico me possidere, bene enim potest quis agendo proponere contraria, uel excipiendo, & talis. casus est expressus extra de despon. impu attestationes, sed non asserendo, ut no. 13. q. 1. in fi. talibus tamen, qui sic iurant, non debet dari licentia cōtrahendi: cum per sententiam separentur: sed suæ sunt conscientiæ reliquendi, ut extra de iure iur. mulieri.

Cōtraria possunt proponi agenda vel excipiēdo.

b ¶ Cōfessione.] 33. q. 1. si quis cōtra, sed ibi de carnali commistione hic de spōsalibus agitur,

c ¶ Credenda.] Arg. ex his auctoritatib. & sequētibus cap. ꝙ iudex non secundū conscientiam, sed secundum allegata debet iudicare 1, infra de cons. dist. 5. cap. vlti. sup. 15. q. 5. presbyter. su. 2. q. 5. Deus omnipotens. su. 3. q. 7. iudicet. 11. q. 3. eorū, & c. quamuis & c. graue. & c. summopere. arg 11. q. 3. tunc vera, & c. plerumque contra argu. 24 q. 3. Deus quando, cōtra.

Iudex secundum allegata iudicet.

1 Adde ad hanc quæst. not in l. Iicitas. §. veritas ff. de off. præto. Spec. in tit. de sē. prola. §. qualiter. ver itē debet.

d ¶ Quousque.] Idest ęternaliter, quasi dicat nūquā iudicamus, & ponitur improprie, sicut ibi, Donec ponam inimicos &c. ibi, Sede à dextris meis donec ponam, i. sede æternaliter.

quod intelligo cum confitentur pro matrimonio: tunc eorum confessioni statur. nisi præiudicetur, primo vel secundo matrimonio, ut extra de eo qui cog. consan. super eo, tunc enim non separatur s̄m matrimonium ob hoc: licet videat̄ cont. ext. de tap. cū causā, nā ibi dicitur credendum esse confessioni mulieris, quæ erat in monasterio Sed dicas q̄d illud. vel, ibi ponitur pro &, & secundum hoc idem est in matrimonio carnali & spirituali. Ar. contra, extra de reg. & tran. ad reli. vidua. cur .n. inferior erit lex diuina. ut 12. q. 2. cū deuotissimnm. Vel dic aliquid esse in matrimonio spirituali Cum autē agitur ad matrimonium dissoluendum, non: quia dicu nt nullum esse propter consanguinitatem vel aliquid impedimētū: nō credit̄ eorū confessioni ēt cū sacro. nisi aliquid adminiculū interuenerit. 35. q. 6. si duo inf. 33. q. 1. requisisti. Si aut agitur ad separationē mutuæ seruitutis, crederet̄ tunc confessioni alterius extra de diuor. ex literis, vnde in matrimonio non s̄p creditur aliquib. cont. se Itē pone q̄d stabā cōt. matrimoniū; dicebā me habere aliā vxorē: nō probaui me habere: nūquid ista defuncta possum statim contrahere, videtur ꝙ non: quia fui cōfessus cōt. me. Vel pone ꝙ dicebā aliquā esse vxorem meam: non probatur, nūquid possum cū alia cōtra-

Quæstio duplex circa matrimoniū.

NVllum ante.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debemus ferre sententiam ante veram & iustam probationem quod probatur auctoritate Apostoli, dicētis, Tu quis es, &c. mala enim audita non debent aliquem mouere vt præcipitet sententiam suam. [Alienam,] idest, ab alio iudicandum.

e ¶ Nullum.] Sup. 2 q. 1. Deus omnipotens sup. distin. 86. si quid sup 11. q. 3 eorum, &c. in cunctis.

IVdicantem.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ iudex debet omnia diligenter inquirere, & ordinem negotij plena inquisitione ab utraque parte inquirere: & tunc debet ad sn̄iam venire cū nihil fuerit ꝑtermissum. [Actio.] idest, negotiorum. Sequentem autem §. per te videbis.

f ¶ Cuncta.] Videtur ergo, ꝙ a teste possit inquirere au talis sit ut possit testari: ut 2. q. 7. quærendum 2, non tamen in omnibus erit ita curiosus, quia quædam licet sciamus, dissimulare debemus, ut ff de noua. doli, in fi. & 22. q. 2. c. utilem.

g ¶ Et ordinem.] Et circumstantias omnes, extra de resti. cum causam & est fi. C. de iu iudices, & in auth. iubemus 2. q. 1. in primis, & 23. q. 8. occidit Phinees.

2 Adde si testis sit criminosus antea teneatur respōdere interrogatus glo. in l. q iurasse. §. si pater. ff de iureiu. Bar. in l. si duo patroni. ff. eod.

a ¶ Plena.] In petitorio, sed in possessorio sufficit summarium tangere negotium ff. ad exhi. l. 3. §. sciendum de re iudi. à diuo. & extra vt lit. non contesta. quoniam frequenter. in fi.

Interrogationes a quibus possunt fieri.

b ¶ Interrogandi.] Hic vides ꝙ pars à parte, & iudex à partibus potest facere interrogationes, vt hic, & extr. de do. & contra prout, & ff. de interro act. si fine. & extra de conces. præb. & eccl. nō vac. post electionem. Similiter aduocati possunt interrogare, vt ff. de adul. si postulauerit §. quæstioni. Causarum enim merita partiū assertione penduntur, ut ex tra de in integrum rest. tum ex litteris. C. si p uim, vel alio modo l. 2. sed in hoc differt interrogatio iudicis ab interrogatione partis: quia si partes ad inuicem in terrogant, oportet ꝙ pars interrogans prius ponat aliquid, ne calumniose videatur interrogare, sed aliud est cum iudex interrogat.

Iudex de quo potest supplere.

1 Per istam decre. ex parte, non probatur id ad ꝙ probandū inducitur p Io. nā ib. q. quo ad partes determinetaerat, vbi dicit carere dēt robore firmitatis, & c. sed ibi Papa voluit gratiam facere illis sic receptis extra iudiciū ex officio & ibi inducit rationes, q̄ ipsum mouent, quia ta lia facienda non sunt sine cā. ar. ff. de transac. cū de §. vlt extra de con cess pręben. cum nostris, extra de acc. cum dilecti. sm Hug.

α ¶ Illuminata sit pleniter.] Nam fructus diuinus est sæpius iustitiam recenseri 35. q. 9. graue.

d ¶ Remaneat.] Ergo etiam post apertas attestationes potest fieri interrogatio: quia ubicumque æquitas mouet iudicem, potest interrogare, ut ff. de interro. act. ubicumque. Sed an omnia prætermissa possit iudex supplere: dubitari consueuit. Certum est ꝙ defectum aduocatorū potest iudex supplere circa ius, ut C. Vt quæ desunt aduo. l. Vnica. & ext. de po stu. præl. bonę memoriæ ubi dicit, nos pro ipso curauimus allegare, sed uidetur ꝙ etiam de facto possit supplere, ut extra de consue. cum dilectus & de appel. constitutis in fi. ff de pet. he. l. ult. nam si aduersarius non est præsens, potest iudex supplere eius absentiam, ut C. de ap. l. ult. C. de temp. ap l 2 §. ult. & iudex contra naturam actionis potest ferre sententiam, vt ff. de redhibi. actio. bouem. §. aliquando, & extra de consec. præb. & ecc. nam ua. ex parte 1, Adhuc dico 2 ꝙ iudex non potest supplere de facto, nisi aliquid in præsentia sui actum sit, ut quod aliquem citauerit, uel quod instrumentum quodddam coram ipso lectū sit, uel ꝙ tempora appellationis lapsa sint vt C de tēp. ap. l. 1. §. vl. similiter dico, ꝙ in his q̄ spectāt ad substātiā electionis, pōt iudex supplere, ut 47. c. de Pe ro si tū altera pars negaret nō stat verbo iudicis, nisi qua tenus ꝓbauerit lrīmis documētis, vt ex de ꝓb. qm̄ cō. B.

2 Istam glo. tenet Bart. in l. 1. C. de dila. quem, sequit Alex de Imo per istam glo. in l. dubitandum colu. 4 C. ut quæ de sunt aduoc. Idem tenet Inn. in c. veniens. de accusa.

e ¶ A certis.] Tene certum, & dimitte incertum, vt de pœn. dist. 7. c. 3. in fi. nam incertis locus est coniecturis, vt extra de hom. ad audientiam, & ff. de ver. obl. l. continuus §. 1 ff. de ritu nup. l. adoptiuus, §. seruiles. Io.

rum plena [a] inquisitione discutere, interrogandi [b], respondendi, obijciendique præbita patientia ab eo; ut ibi act io ambarum partium illuminata α sit pleniter: [c] nec litiganti bus iudex prius velit sua sententia obuiare; nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponāt: & tamdiu actio ventiletur, quousq; ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat [d], quod annecti conueniat.

α ¶ Illuminata.] *In locis indicatis legitur*, limitata. *in plerisq; autem vetustis Gratiani exemplaribus*, *luminata*.

Ex præmissis manifeste colligitur, quod pro incertis à certis [e] recedendum non est: nec in re dubia, certa danda est sententia. Cum autem fides dubiæ rei, n si testium approbatione, vel legitima confessione iudici fieri non valeat, testes autem auctoritate (alixti Papæ de alijs causis, vel negotijs testimonium dicere non ualeant nisi de his, quæ sub eorum præsentia facta noscuntur: apparet clā destina coniugia ideo esse prohibita, quia cum alter eorū coniugalem affectum se ad alterum habuisse negare voluerit, legitimis probationibus conuinci non poterit: quibus deficientibus, iudicis sententia rite absolutus, reatum adulterij uterq; incurrit, dum utroque eorum viuente alijs se copulauerint. 3. q. 9. testes,

*Vide const. nouum synodi Trid. sess. 24. in decr. de reformat. c. 1.

CAVSA XXXI.



Xorem [f] cuiusdam alius constuprauit: eo mortuo, adulter adulteram sibi in uxorem accepit: filiam ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum iurauit: illa assensum non præbuit: deinde pater alii eam tradidit: a primo reposcitur.

1 *Quæritur an possit duci in coniugium, quæ prius est polluta per adulterium.*

2 *Secundo, an filia inuita sit tradenda alicui.*

3 *Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii.*



Xorem cuiusdam.] CASVS. In præcedenti causa tractatum est de quibusdam impedimentis matrimonij. Ideo nunc G. annectit hanc causam 31. in qua tractat de alijs impedimentis matrimonij: scilicet, vtrum aliquis possit ducere in uxorem quam polluit per adulterium. Addit .n hac causa alia impedi menta, s. uiolentiam, & enormitatem delicti: adiungit & de fide sponsalium non frangenda. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo tres elicit quæstiones.

Matrimonia utrū impediatur ob de licti enormi tatem,

f ¶ Vxorem cuiusdam.] In hac causa addit G duo alia impedimenta matrimonij, s. enormitatem criminis, de qua tractat in 1. & coactionem, de qua tractat in scda. Adiungit etiam in tertia quæstione de fide sponsalium

Vxo-

QVÆSTIO I.



Dulterio [a] polluta prohibetur duci in coniugium auctoritate Leonis Papæ, qua dicitur.

¶Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium. C. I.

Sent.4.dist.35.

NVllus [b] ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.

Sed Augustinus contra testatur, scribens ad Valerium de nuptiis, & concupiscentia, lib.1.c.10.

¶ Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius polluit adulterio. C. II.

Sent. ibidem.
Iuo p.8. c.10.
Pann.l.6.c.45.

DEnique mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri [c] potest coniugium, α cum quo præcessit adulterium. *Item in lib.de bono coniugali,c.14.* ¶ Posse sanè fieri nuptias ex personis male coniunctis, honesto placito [d] postea consequente, manifestum est.

α ¶Fieri potest coniugium.] *In editionibus operum B. Augustini & vno Vaticano codice, vnoque item Gratiani exemplari legitur,* fieri vnum connubium non potest. *In duobus verò Vaticanis recentioribus eiusdem libri abest negatio.*

Hæc vltima auctoritas Augustini de concubinis loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata: quam, dum viuente viro suo quicumque ducit in coniugium, committit adulterium, cuius adulterii aliquam habet veniam, dum eius copula creditur [e] esse licita. [f]

¶ *Illud vero Leonis Papæ de ea intelligendum est, quæ à viro suo non erat repudiata: cuius viuebat vir reddens ei coniugale debitum.*

Vnde in concilio apud Althæum habito præsente Conrado rege statutum est, c.6.

In Tribur.c.51.
Burch.l.9. c.74.
Iuo p.8. c.211.
Pann.l.7.c.10.

¶ Nullus ducat in coniugium, quam polluit prius per adulterium. C. III.

ILlud vero communi decreto secundum canonum

---

sallum non frangenda. Vt autem hæc, &c. Et no. quòd licet enormitas delicti impediat matrimonium contrahendum, non impediat tamē nisi in his casibus, scilicet cum quis committit incestum. 32.q.7 si quis viduam. & cum quis interfecit vxorē. 33.q.2. admonere, & in alijs casibus notatis 27.q.1.hi qui. de alijs non reperitur expressum, ꝙ impediant, nisi quis velit dicere de solenniter pœnitente de quocunque crimine quod impediat, vt 33.q.2.de his. quod non admitto. illud tamen non est verum, ꝙ nullum crimen dirimit iam contractum: nisi in duobus casibus sequentibus, vbi non tantum crimen quantum constitutio ecclesiæ dirimit.



Dulterio.] Hæc q.diuiditur in tres partes. In prima probat per sex canones, ꝙ nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulterium. Secunda ibi, [Sed obijcitur.] Tertia ibi, [Verum.] Ioan.

CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quæritur an aliquis possit ducere in vxorem quam polluit per adulterium. Et certum est, ꝙ sic: nisi in tribus casibus, s. si machinatus est in mortem viri: vel nisi viuente viro contraxit cum ea de facto: vel eo viuente dedit ei fidem de contrahendo cum ea, vt infra ea.relatū, & c seq. ext. ea. cum haberet. G. tamen pro vtraque parte allegat: postea soluit, & malè, infra ea.1 §.hæc vltima. sed veram solutionem ponit in §.hic subaudiendum. omnia autem plana sunt vsq; ad cap. illud vero. Et quod dicitur s̃. in vlt. cap. illicitè. intellige siue per fornicationē, siue per adulterium.

a ¶ Adulterio.] Hic depingitur 1 qō.s.an possit aliquis in vxorem ducere quā polluit per adulterium. & vr̄ ꝙ sic, vt j.ead. denique. Nisi in tribus casibus, puta si viuente marito dederit ei fidē, ꝙ si maritus præmoreretur, eam duceret. Vel si alter in mortē mariti cum effectu machinatus est, vt j ea.relatum. 1 & ext.de eo qui dux. in ma.quam pol. per adult. significauit. Et in tertio qn̄ publicè eā duxit. ext.eo.cum habitare. Inno. tamē tantū duos casus excipit, ext.eo.titu.veniens. & potest dici, ꝙ tertius continetur sub primis: quia qui publicè contrahit cū aliqua fidē dat ei, ꝙ eam vellet perpetuo habere. Magister tn̄ allegat ad vtramque partē, & post distinguit, & malè, j.ead. [hæc vltima auctoritas] vltimo ponit verā solutionē in §.hic subaudiēdum. Gard. vult distinguere inter publicum adulterū, vt tunc non possit ducere eam, & priuatum vel occultum, vt tunc possit, sed hoc nō probauit, arg. pro hoc 30.q.1.c.6.10. hodie autē si quis vxore viuente alij fidem dederit, vel cum ea contraxit de facto: si nec ante, nec post cognouerit eam, post mortem vxoris contrahere potest cum ea, vt extra de eo qui dux. in matri c.vlt.H.

Adulterio polluta, an possit à suo corruptore duci.

1 Et ea. si qs viuente.

b NVllus.] verba latius patent q̄ eorum sentētia deberet. n. potius dici ecōuerso, s. quilibet dicat nisi in tribus casibus tantum exceptis restringuntur. n. hæc verba ad duos casus vel tres tantum, arg ff. qui pe.tu.credendū. ff quod vi, aut clam, l. si alius, §.notauimus. Ioan.

c DEnique] ¶ Fieri] Nisi aliquis illorum casuum interueniat, quos dixi in summa.

d ¶Honesto placito.] Id est, maritali affectu.

e ¶Creditur.] Ignorantia iuris vel facti crassa. ff.de iur. & fac ignor. nec supina.1.q.4.§.fin.

f ¶Licita.] Et tunc potest eā retinere primo viro mortuo. & hoc falsum est.

ILlud vero.] CASVS, Statutum fuit in hoc cap. vt si quis

quis cum vxore alterius fuerit fornicatus, marito mortuo, aditus ei claudatur illicitus; quoniam non poterit matrimonialiter copulari cum ea, quam prius polluit per adulterium. [Præiudicamus,] id est, præ alijs iudicamus, quasi firmiter statuimus. Sequens §. patet.

l ¶ Et anathematizamus.] id est, separamus, sic exponitur 2. q. 1. in primis. ibi, [si ad Malachitanam.] 37. q. 2. de coniugali.

Si quis viuente.] CASVS. Quidam vxorem alterius eo viuente cognouit. viro postea defuncto duxit eam in

a ¶ Et pīudicamus.] id est, præ alijs iudicamus.

b ¶ Claudatur.] Arg. ꝙ si iuraui de cætero non cognoscere concubinā meam: si postea cū ea cōtraham, & cognoscam, non sum periurus: quia ꝑ iuramētum illicitus aditus tantum mihi clauditur: quia non intellexi nisi de illicito. arg. 22 q. 5. humanæ. & notaui etiā plura. argum. 11. q. 3. quod prædecessor.

Iurans de cętero non cognitură concubinā si cū illa contrahit, periuriū nō incurrit.

c ¶ Conuenit.] In duobus casibus tantum, vel nec conuenit, id est, non est honestum.

d ¶ Hic.] Id est, in hoc loco, in c. 1. huius quęstionis.

e ¶ Peracta.] Quantum ad primum cap. & ad fin. proxi. superioris cap. quod dicit peracta., supple vel incępta. argum extra de eo qui cogn. non veniens.

f ¶ Pęnitentia.] Hoc quantum ad illud c. denique.

g ¶ Viuente.] In his duobus casib. etiam si mortuo viro eam accepit, est ab ea auctoritate Apostolica separandus: quia hæc prohibitio perpetua est. extra de eo qui dux in mat. significauit nobis, & c. cum haberet.

Relatum.] CASVS. Quidam vxorem alterius eo viuente corrupit: & ei fidem dedit, ꝙ post mortem legitimi viri si superuiueret, eam duceret in vxorem, qui post mortem mariti eam duxit in vxorem. quod cum relatum fuisset in Triburiensi concilio, statuit concilium non esse matrimonium inter eos.

instituta definimus, & præiudicamus, [a] vt si quis cum vxore alterius eo viuente fornicatus fuerit; moriente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur [b] illicitus; ne vlterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. † Nolumus enim, nec Christianæ religioni conuenit, [c] vt nullus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

† Conc. ter. in Claudib. & ibi Barto. ff. de his qui vt indig.

Hic [d] subaudiendum est, nisi prius peracta [e] pęnitentia, [f] & si nihil in mortem viri machinatus fuerit: vel si viuente [g] viro fidem adulteræ non dedit se sumpturum eam sibi in coniugem, si viro eius superuiueret.

Vnde in concilio Triburiensi legitur.

¶ Post mortem viri non potest adulteram in coniugium ducere, qui viro viuente iuramentum sibi futurarum nuptiarum præbuit.

C. IIII.

Relatum est auribus sanctorū sacerdotum, quendam alterius vxorem stupro violasse, [h] & insuper mœchæ, viuente [i] viro suo, iuramentum dedisse, [k] vt post legitimi mariti mortem, si superuixisset, duceret vxorem: quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus. [l]

Sent. 4. dist. 35. Burch. l. 9. c. 66. Iuo p. 8. c. 202. Pann. l. 7. c. 9.

¶ *Huius capituli sententia quidem est in canone 40. concilij Triburiensis quod extat. Sed cum Burchardus hoc citet ex c. 3. videtur alterius esse quod desideratur.*

Item in eodem.

In Meld. c. 69.

¶ Post peractam pœnitentiam poterit viduam in coniugem ducere, quam viro viuente per adulterium polluit. C. V.

Si quis viuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo [m] defuncto eandem sumpsisse dignoscitur; omnimodis publicæ pęnitentiæ subijciatur. † De quo etiam post pęnitentiam præfatam, a si expedierit, seruabitur regula, [n] nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse [o] notetur; aut pro-

Burch. l. 9. c. 65. Iuo p. 8. c. 201. Pann. l. 7. c. 12.

† *al. subigatur*

h ¶ Violasse.] Quid si non violauit, sed dedit fidem, ꝙ remanebit cum ea? dicit Hug. quod de ea re non vacante non debuit promissionem recipere vel dare: vnde non potest cum ea remanere. argum. 2 q. 1. in primis. ibi, [Ad Malachitanam.] Alij dicunt contra, quod canones non videntur loqui nisi de adulterijs. Opin. Hug. corrigitur extra ead. c. vlt.

i ¶ Viuente.] Et ita ei viuente viro fidem dedit. vnde non debet cum ea remanere. argum. 2. q. 1. in primis. ibi, [ad Malachitanam.]

K ¶ Dedisse.] Multo fortius si eam duxit viro viuente, separandi sunt, extra de eo qui dux. cap. ex literarum, & c. cum haberet.

in vxorem. Dicitur hic vt pœnitentiam agat, & retineat; nisi illa vel ille illum occidisse notetur, vel nisi consanguinitas, vel alia iusta causa interuenerit. [Regula.] Vtendi contracto matrimonio. [Actio criminalis,] id est, affinitas contracta per crimen.

m ¶ In proximo.] Factum recitat, maior tamen est contra eum præsumptio ob hoc.

n ¶ Regula.] Contrahendi s. matrimonium, vt contrahatur cum illa: & quod dicit si expedierit, hoc ideo dicit, si timeatur lapsus iuuenilis incontinentiæ, vt 33. q. 2. in adolescentia. sup. proxi. causa. q. 6. qui contra. sed illud ex rigore, istud ex misericordiæ dispensatione, vel hic de contracto, ibi de contrahendo matrimonio. vel hic de simplicibus, ibi vero de incestuoso adulterio, quod est grauius. 32. q. 7. §. sed illud.

o ¶ Occidisse.] Hoc ipso vt coniungerentur. aliud si casu: quia forte inimici sunt: vel ex alia causa: tunc ducere poterit vxorem eius, extra de conuers. infid. laudabilem

lem, §. ad hoc, vbi etiam arguitur, quòd si ante baptismum machinatus sit, post baptismum cum vxore defuncti non contrahat, & ita huiusmodi peccata non delentur in baptismo. Et not ꝙ dicit occidisse, vnde nisi machinatus fuerit cum effectu, non impeditur 1 puta si volue-

Peccata quædam in baptismo non ita delentur vt non relinquat aliqđ impedimentum.

1 Hæc snīa approbatur. ext. de eo q. dux. in mat. c. 3. in glo. 2.

SI qua fuerit.] CASVS. Quædam viuente marito adulterata est cum quodam, quem mortuo marito in virum accepit. Dicitur in hoc c. ꝙ debet agere pœnitentiam per quinquennium, & postea debet ad communionem admitti.

pinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit; sine vlla spe coniugij maneant perpetuo [a] cum pœnitentia.

¶*Burchardus, & Iuo citant ex concilio Meldensi, 69. vbi habetur. In Decretalibus vero tit de eo qui dux. in vxo. quam polper adul. c. cum haberet, Clemens iij. hoc ipsum citat ex concilio Triburiensi, vt Gratianus, & Pannormia.*

α ¶Præfatam.] *In Meldensi legitur,* præfata, *vt indicetur regula iam ibi tradita, c. 65. & citatur inf. 36. q. 2. si autem.*

extra de diuor. c. 1. Burc. l. 6. c. 41. Iuo p. 10. c. 16.

[*Item ex concilio apud Vermerias.*]

PALEA. C. VI.

j SI quam mulier in mortem mariti sui cum alijs consiliata sit, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit; si probare potest ille vir eam ream esse concilij, potest (vt nobis videtur) ipsam vxorem dimittere, & si voluerit aliam ducere. β Ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subiecta absque spe coniugij maneat.

¶*Hac palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus paleæ esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias etiam in exceptis decretorum monasterij S. Trudonis, & apud Burchardum, & Iuonem: quamuis in Decret. tit. de diuor. primo corrupte in vulgatis codicibus sit,* Ex concilio apud Vuormaciam. *Antea quidem in titulo huius paleæ legebatur,* ex concilio Eliberitano apud Vermerias. *Inducta vero ē dictio,* Eliberitano, *quæ spectat ad sequens capitulum; Palearum enim interpositio sæpe numero in titulis, occasionem huiusmodi erroribus dedit.*

β ¶Et si voluerit aliam ducere.] *Absunt hæc ab Iuone in Decretis autem legitur*, potest ipse post mortem vxoris, si uoluerit aliam ducere.

Item ex concilio Eliberitano, c. 72.

¶Post pœnitentiam reconcilietur ad communionem vidua, quæ mœchum suum in virum accepit. C. VII.

ij SI qua fuerit [b] vidua mœchata, & postea eundem habuerit maritum; post quinquennij [c] tempus acta legitima pœnitentia placuit eam ad communionem γ reconciliari.

γ ¶Ad communionem.] *In varijs exemplaribus huius concilij tam impressis, quàm manuscriptis legitur,* communione reconciliari.

2.Reg. 2.

2 *Sed obijcitur Dauid [d] cum Bethsabee adulterium cōmisit, & mortem Vriæ machinatus est: & tamen eandem Bethsebee postea duxit in vxorem. Sed in veteri [e] testamento multa permittebantur propter infirmitatē, quæ in Euāgelij perfectione eliminata sunt: sicut permit-*

b ¶Si qua.] Aliàs est, § Respicit hic, §. præcedentem hic, est subaudiendum, vbi tria dixit, & ad ea tria introducit capitula.

c ¶Post quinquennij.] sed nonne pro adulterio vij. annis dēt pęnitere? Sic 2 sed sunt arbitrariæ pęnitentiæ.

2 Vt 33. q. 2. hoc ipsum.

SED OBIICITVR. Hæc est 2. pars q. in qua quæritur, vtrum sit peccatum contrahere secundas nuptias, & est dicendū ꝙ non: licet litera videatur aliter sonare: sed est exhortatio castitatis: nō autem reprobatio nuptiarum. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. in c si quis, ꝙ aliquis potest ducere in vxorem quam prius polluit per adulterium, nisi vir, vel mulier virum, qui mortuus est occidisse notetur. Sed obiicit G. dicens, ꝙ Dauid machinatus est in mortem Vriæ, & Bethsabee vxorem eius, cū qua prius adulterathus fuerat, in vxorē accepit. Sed statim respōdet dicens, quod multa permittebantur in veteri testamēto causa infirmitatis, quæ hodie non permittuntur; sicut libellus repudii olim permittebatur, q hodie prohibetur, quædam enim permisit Dominus causa infirmitatis, & sacramēti futurorū: sicut permisit filiis Israel offerre aīalia; sic & Bethsabee causa infirmitatis, & significatione futurorum permissa est taliter duci. Est ēt alia ratio, quare sic corrupta duci nō possit, qa viri, & mulieres frequenter contrahere prohibentur. Vnde etiam sacerdotes secundis nuptiis interesse non debent. Ad qđ inducit seq. c.

si voluerit dare venenum, & non dederit, sed nec impeditur qui mortem viri ratam habet: dumtamen non præcepit: licet alias in maleficiis retrotrahatur ratihabitio, ff. de vi, & vi arm. idem §. procurator. 27. quæstio. 2. cap. 5.

a ¶Perpetuo.] Nisi sit iuuenis, vt 33. q. 2. in adolescentia & c. antiqui. & c. interfectores. 35. b. 6. si duo,

d ¶Dauid.] Hanc historiam habes 50. d. §. contra.

e ¶In veteri.] planius dixisset, ꝙ ideo fuit matrimoniū intes Dauid, & Bethsebee, quia ecclesia nondum prohibuerat, arg. 33. q. 4. obijciuntur, & c. dixit.

a ¶Per-

a ¶Permittebatur.] No. hanc permissionem comparatiuam esse; erat enim vtrumque malum: sed vnum minus, quod permisit, ne maius committeretur, scilicet homicidium. si. inf. 33. q. 2. si quod verius.
b ¶Malens.] 22. q. 1. considera.

repudii, & aliam ducere. Alia Apostoli: qua mortua prima permittitur ducere secundam, quæ in hoc sunt similes, quia vtraque excusari potest a pena corporali. [Dissimiles.] qa Apostolica excusat a peccato, Mosaica non: nec etiam Moyses illud præcepit, sed volẽs permisit. H. etiam

c ¶Infirmitatis.] qa non fuit peccatum Dauid suæ improbitatis æstus, sed vmbra mysterii. de pœ. d. illud.
d ¶Significatione.] Vt de pœ. d. 3. illud. Dauid enim interpretatur manus fortis. i. Christus, qui fortiter debellauit aereas potestates. Vria, lux mea Deus, & significat diabolum, qui transfert se in Angelum lucis, & etiam lucidus creatus fuit; quem etiam Deus superauit inf. de pœn. d. 2. principium. 26. q. 5. nec Bethsabee interpretatur puteus. vii. & significat ecclesiã gentilium: quæ hausit dona septiformis gratiæ, & Christo copulata est, vt 32. q. 2. §. his ita, idest, cum prius adhæreret Vriæ idest, diabolo per cultum idololatriæ.

Dauid Vrias & Bethsabee qualiter interpretãtur.

tebatur [a] *quibuslibet dare libellum repudij, ne per odium funderetur sanguis innoxius. Quod postea in Euangelio Dominus prohibuit, dicens vxorem a viro non esse dimittendam, nisi causa fornicationis. Quædam permittebantur causa infirmitatis, & sacramenti futurorum: sicut Dominus permisit filijs Israel offerre animalia sibi in sacrificiũ, quæ in Aegypto consueuerant immolare demonibus, malens* [b] *ea sibi offerri, quàm idolis: & vt essent illis sacramenta futurorum. Sic & Bethsabee permissa est duci in vxorem, non magis causa suæ infirmitatis,* [c] *quàm significatione* [d] *futurorum. Sed est alia ratio, quare vxor defuncti huic nubere non possit. Generaliter enim prohibentur viri, & mulieres frequenter matrimonia contrahere.* Deut. 24. Matth. 19. Leuit. 9.

Vnde in conuiuio secundarum nuptiarum presbyteri interesse non debent: sicut in Neocæsariensi concilio, ca. 3. & 7. legitur.

¶Fides, & conuersatio pœnitentiam breuiat eorum qui frequenter ducunt vxores. C. VIII.

DE his, qui frequenter vxores ducũt, [e] & de his, quæ sæpius nubunt, tempus [f] quidem pęnitentiæ his manifestum constitutum est: sed conuersatio, & fides eorum tempus abbreuiat. ¶Presbyterum vero conuiuio α secundarum nuptiarum interesse non debere. [g] maxime cum β præcipiatur secundis nuptiis pęnitentiam tribuere: quis erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptijs?

4. Sent. d. 42. Iuo p. 8. c. 160. C. 7. eiusdem. Burc. l. 2. c. 133. Iuo p. 8. c. 48. & 305 Pann. l. 6. c. 67. Mart. Brach. in cap. græc. synod. c. 38.

α ¶Conuiuio.] *In vulgatis erat* connubio. *Emendatum est ex vetustis, & originali ipso Græcè est,* ἑστιᾶσθαι.
β ¶Maxime cum.] *Locus hic Græce sic habet,* ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσαι ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις, *idest.* Nam pœnitentiã petente bigamo, quis erit presbyter, qui hoc ipso, quòd interest conuiuio, nuptijs consentit?

DE his qui.] CASVS. H. intellexit hoc c. de his, qui simul habent plures vxores, vel de his q̃ plures habent viros; de quibus dr̃, ꝙ pœnitere debent: nec debet sacerdos talibus nuptiis interesse. Quidam etiam hoc c. intelligunt de his qui contrahũt scd̃as nuptias causa saturãdæ libidinis. Alii dicũt, ꝙ hoc dictum est ad terrorẽ. Sed potes dicere, ꝙ cũ dr̃ frequẽter: intelligit̃ de illis qui ardore libidinis contrahunt: cum dr̃, nubunt; intelligit̃ de illis, qui primis viuẽtibus contrahunt.
e ¶Ducunt.] plures simul, hodie. i. vnam: cras aliam viuente prima de talibus secundis nuptiis intellige hoc capitulum.

Item Ioannes Chrysostomus, [*idest auctor operis imperfecti in Matth. homilia 32.*]

¶Secundum veritatis rationem fornicari conuincitur, qui secundam duxit vxorem. C. IX.

HAc ratione, [h] & Apostoli præceperunt † secundas adire nuptias propter incontinentiam hominũ. Nã secundam quidem accipere ẽm præceptum Apostoli est: secundum veritatis autem rationem, vere α fornicatio [i]

† *permiserunt.* 1. Cor. 7.

Libellus repudii quare fuit permissus.

f ¶Tempus.] Scilicet pœnitentiæ.
h ¶Debere.] idest, debet deponi, si prior vxor viuat. 11. q. 3. Teugualdum, & etiam intelligas interesse per consensum, vel etiam vt benediceret nuptias; quod non debet, vt extra de secun. nup. c. 1.

HAc ratione, & Apostoli.] CASVS. Beneu. sic ponit huncasum hic fit mentio de duplici permissione. Vna Moysi, qua permittebatur vxori dare libellum etiam eundem casum innuit hac ratione, quia Moses illud permisit. [Fornicatio, idest, diuisio carnis.
h ¶Hac ratione.] idest, simili ratione, sicut Moses permisit dare libellum repudii, vt vitaretur homicidium: sic Apostolus permisit secundas nuptias, vt vitaretur fornicatio. 24. q. 2. §. his ita.
i ¶Fornicatio.] Cum ea quam permisit Moses post repudiatam assumi 1 33. q. 2. si quod verius.

1 Ad hoc 32 q. 7. c. 1. & 2. & extra de diuor. gaudemus, & c. 4.

a ¶ Licenter.] Quia pœnam tpalem non patiebantur.
¶Non est homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori sit infusa. C. VIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 56. Pann. l. 8. c. 12.

QVòd vero non formatum puerperium α noluit ad homicidium pertinere; profecto nec hominē deputauit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari, [h] vtrum, quod formatum non est; nec animatum [i] quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam [k] non habebat. *Item.* ¶Si ergo illud informe puerperium iā quidem fuerit, sed adhuc quodammodo informiter animatū, quoniam magna de anima quæstio non est præcipitanda indiscussa temeritate sententiæ; ideo lex noluit ad homicidium [l] pertinere; † quia nondum dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret.

Ibidem.

1 Hic vide ꝙ legitur & no. su. 5. di. §. 1. Anima nostra vnde accedit.

† Adde not. in l. Cicer. ff. de pę. & in l. sacrilegij. ff. de uar. & extraor. cri.

α ¶Puerperium.] *In vulgatis sequebatur*, Moyses vel lex, *quæ absunt a plerisque vetustis, & originali. Alia etiam nonnulla ex ijsdem sunt emendata.*

Item in lib. quæst. ueteris & noui testamenti, c. 33.

teri reputandi: quia more adulterorum se habent. vbi alter ex postfacto est in hac culpa, aut ipse se habet ad modum adulteri: aut ipsa ad modum meretricis: & tamen matrimonium est inter eos. seq §. patet.

a ¶Si nihil ualuerit.] Procuratio sterilitatis.

b ¶Interire.] Interit ergo quod nondum est, arg. ff. vsufr. quemadmodum ca l. omnes, §. 1.

c ¶Si ambo.] Idest ab initio legitime contraxerunt: sed ad hoc post deuenerunt.

Matrimoniū q̄nq; ex una parte tātum tenet.

d ¶Coniuges non sunt.] i. iura cōiugij nō obseruatur.

e ¶Et si ab initio.] Nota, ꝙ non sunt coniuges, qui eo animo coniuncti sunt ut prolis generationem impediāt: & quod in vno opere vnus peccat, alter nō: & quod matrimonium aliquando ex una parte tantum tenet. argu. inf. ea. q. 5. proposito. & ext. de eo, qui dux. in marri. c. 1. sed hoc falsum est.

f ¶ Meretrix.] Idest, digna pœna, qua aliqua meretrix est digna.

g ¶Adulter.] Idest, dignus pœna, qua aliquis adulter est dignus.

DE HIS. Hæc est quinta pars qō. in qūa quæritur an

ADDITIO. Aliter videtur notari sup. 1. q. 3. si quis obiecerit. in gl. exercendo, &c.

K ¶ Si adhuc animam. Similiter non dicitur deseri charitas, quę nūquam fuit, vt inf. de poe. d. 2. in fi. & rei quæ non est, priuilegium dari non potest, vt extra de eccle. ædifi. ad audientiam. & matrimonium qđ nō est, accusari non potest, vt ext. de despon. impu. ad dissoluendum. & id quod non est, rumpi non potest. ff. de inius. rupt. & ir. test. & nam & si. Sed contra; id quod non est, potest desinere esse. vt ff. vsufr. quemadmodum ca. l. 2. §. 1. res, quæ non est, potest habere priuilegium. ext. de consue. cum olim. & mittitur in possessionem quæ non est, is q non est natus, vt ff. de off. test. posthum. & ædificio quod nondum est, potest imponi seruitus, vt ff de seru. vrban. præ. si seruitus. §. vlt. Io. Tu dicas quod rei, quæ non est, potest imponi seruitus: non quod statim sit seruitus, sed erit re existente in rerum natura 27. q. 2. §. ex his omnibus. Idem potest dici de priuilegio: quia tunc vere competit, cum extabit. H.

Priuilegium dari non potest rei quæ non est.

l ¶ Ad homicidium.] Dic vt sup. 2. q. 5. consuluisti.

Moy-

MOyses.] CASVS. Hoc c. vt dicunt Beneuen. & H. debet præmitti c. præcedenti: quia sic est in legib. humanis: & Hugo hunc casum sic ponit dicens. Hic similiter loquitur Augu. contra eosdem hæreticos dicentes quod anima nascitur ex semine, & infunditur corpori statim cũ corpus terminatur. Probat ergo Augu. auctoritate Moysi, & exemplo Domini in factura Adæ, ꝙ corpus ante recipit formam & distinctionem mẽbrorum, quam anima infundatur. CASVS H. breuis est & bonus, Bene. vero hunc casum sic ponit dicens Erant quidã heretici dicentes, omnes animas ab initio creatas simul, & compositas in cõparibus stellis, & quotidie infundi nouis corporibus, deinde ad compares stellas reuersuras. Alij autem dixerũt animas creari ex traduce, & simul infundi corpori cum semine. Contra quos inuehit hic Aug. quia primo formatur corpus ex traduce carnis, & deinde anima infundit. Sed hoc primo probat per Moysem, secundo per facturam Adæ: tertio per similitudinem ædificij. [Ex traduce,] idest, ex semine. [Simul cum corpore,] idest, simul cum ipso semine corporis anima creatur, & infunditur antequã corpus humanum sit formatum. Hæc dicebant ibi hæretici. Sequẽs c. patet.

Animatũ & non animatum interficiens qualiter punitur.

a ¶ Det animam] similiter dicit lex, ꝙ si aliquis interficit animatum, capite puniri debet: si vero non animatum, distinguitur: quia si est nobilis, parte bonorum amissa relegatur. si est ignobilis, damnatur in metallum. ff. de poen si quis aliquid. §. qui abortionis.

b ¶ Nascitur.] vt illi dicunt, qui dicunt animam nasci ex traduce r.

r Idest, ex semine simul cũ corpore .i. simul cum ipso semine corporis aĩa creatur & infunditur anteq̃ corpus humanũ sit formatũ. B.

c ¶ Pereunt.] Quod est inconueniens.

d ¶ Natiuitati.] Forte vitio matricis.

e ¶ Ratione infirmabatur.] i. destituebatur, vnde non videtur rationabile quo ad opinionem hominum.

f ¶ In sicco.] i. in corpore rudi & informi. Et est argu. pro Normannis, & Anglicis, & Germanis, Polonis, vt possint fortiter bibere, ne anima habitet in sicco.

Normanni bibunt fortiter, ne eorũ anima in sicco habitet.

g ¶ Habitare.] Scilicet ꝙ ex eis vnum efficiatur vel per vegetationem: alias tam boni quam mali Angeli habitant in siccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, & in auibus, in quibus ipsi dæmones dant responsum, vt 26. q. 5. nec mirum vt dicitur de Saule, qui adorauit diabolum.

h ¶ SIcuti.] Per hoc ca. dicit Bar. peccata sola uoluntate commissa sola voluntate debere deleri. nam omnis res, &c. extra de reg. iur. omnis. Alii dicunt esse necessariam exteriorem pœnitentiam: ex quo uoluntas egressa est suos fines.

Peccata solius uoluntatis sola deleri nonpossunt.

a ¶ Sen.

¶ De eodem. C. IX.

MOyses tradidit: [Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit; si formatum fuerit, det animam [a] pro anima; si autem informatum fuerit; mulctetur pecunia,] vt probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur; non in conceptu corporis nascitur [b] cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima existit ex † anima; multæ animæ quotidie pereunt, [c] cum semen fluxu quodam non proficit natiuitati: [d] sed si proprius † respiciamus, quid videbimus quid sequi debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est, vt ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur † [e]; quia primum oportebat domum compaginari, & sic habitatorẽ induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco [f] habitare non potest; ideo in sanguine fertur [habitare † [g]. Cum ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima?

Iuo p. 10. c. 57. Pann. l. 8. c. 13.

Exod. 21.

Sent. ibid.

† *al. de.*

† *al. priora.*

† *al. informabatur*] vera lectio.

† Abest ab originali.

Item Hieronymus ad Algasiam, quæst. 4.

¶ De eodem. C. X.

SIcuti [h] semina paulatim formantur in uteris, & tamdiu non reputatur homo, † donec elemẽta confecta, † suas imagines, membraque suscipiant; ita sensus [i] ratione conceptus, [k] nisi in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur, & cito perit ab hoste α [l].

α ¶ Ab hoste.] *Originale & Iuo, &* cito abortio perit: *quo abortij vocabulo & alibi, & in eadem quæstione vsus est B.* Hier. aduersarij inquit, ea quæ concepta sunt, facit perire abortio *sed ad glossam non est mutatum.*

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 58. Pann. l. 8. c. 14.

† *al. homicidium.*

† *al. cõfusa*] ori.

9 *Cum ergo,* [m] *qui aliquam sibi ad tempus adhibet, cũ ea adulter esse dicitur; nec ab ea discedens, nec filiã suã illi* [n] *tradens peccat.*

i ¶ Sensus.] Idest, voluntas, vel cogitatio.

K ¶ Ratione conceptus.] Idest, cogitatio bona mente cõcepta cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione concepta in ratione vel intentione, idest, in anima, quæ perit.

l ¶ Ab hoste.] .i. a suggestione diaboli: quia suggestio eius non habet effectum circa hominem, cum nesciat mentem hominis, vt 29. q. 3. sciendum.

CVM ERGO. Hæc est 6. pars q. in qua quæritur, vtrũ peccat concubinarius dimittendo concubinam, & adhærendo vxori, siue in habendo uxorem, vel qui ei dat filiã suam. dicitur quod non Io. de Fant.

CASVS. Iste §. respicit finem illius c. solet quæri. & ex eo infert, ꝙ si quis separat se a tali, cum qua contraxit ad tempus non peccat, nec alius tradens filiam suam illi adultero peccat. & ad hoc inducit seq. c.

m ¶ Cum ergo.] Respicit finem c. solet quæri, &c.

n ¶ Illi.] Cum ei non est carnaliter commistus, nec ibi summatur. Argum. contra extra de spon. ad audientiam.

An-

ANcillam.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si quis vult dimittere concubinam, & aliam ducere in uxorem, propter hoc non est bigamus, nec peccat: immo admonendus est vt hoc faciat, quia eius negligentia non est desperanda, cum de nemine desperandũ sit, donec est in hoc

f ¶ Nemo.] De pœ. d. 7. nemo, C. de fideic. li. deberi. inf. eo. q 4. recurrat. in fi. su. 24 q. 3. illud & corripiantur.
g ¶ Ætatis inf. proxi. q. 2. antiqui. & c. in adolescentia. sup. 50 dist. ponderet, & c. de eo. sup. 30. q. 3. illud.
h ¶ Differtur.] Sicut pœnitentia quandoque differtur ad tẽpus, donec deferuescat culpa luxuriæ, de pœ di. 1 sunt qui arbitrantur, & dũ est in peccato, nõ debet agere pœnitẽtiam de pœ di 3 in falicibus. sed illud intelligitur tantum de solenni pœnitentia: alias aperte contradiceret, de pæ. di. 5. falsas. quia peccator bene agit ꝓ crimine pœnitentiam, vt notaui 14. q. 6. in summa & extra. de pœ. & re. ꝙ quidam. inf. de pę. d. 3. nihil prodest.

Pnía an possit agi ĩ peccato.

Vnde Leo Papa ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist. 90. al. 92. cap. 5. & 6.

¶Profectus est honestatis, fornicariam abijcere, & uxorem legitimam accipere. C. XI.

ANcillam à thoro abijcere, [a] & vxorem [b] certę ingenuitatis accipere; non duplicatio coniugii, sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non pœnitus desperanda, ut crebris cohortationibus [c] incitati, ꝙ necessario [d] expetierunt, fideliter [e] exequantur. Nemo [f] enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis [g] differtur, [h] consilio maturiore perficitur.

de pœn. di. 7. ca. nemo,

Item ibidem, c. 4.

In Triburiensi conci. c. 38. & 39.

¶Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. C. XII.

NOn omnis mulier iuncta viro, vxor est viri: quia nec omnis filius [i] est hæres patris. [k] Nuptiarum autẽ fędera inter ingenuos [l] sunt legitima, & inter coæquales, [m] † multo prius hoc ipsum Domino constituente, [n] quàm initium Romani iuris existeret. Itaq; aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera.

Polyc. l. 6. tit. 4. Burc l. 9. c. 1. Iuo p. 8. c. 139. Pann. l. 6. c. 35. *† al. æquales.* orig.

¶Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harũ personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, vbi dicitur Abrahæ; [Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hęres filius ancillę cum filio meo Isaac.] *& infra.* ¶Igitur cuiuslibet loci clericus, α si filiam suam viro habenti concubinam, in matrimonium dederit; non ita accipiendum est, quasi coniugato eam dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata uideatur. ¶ Paterno arbitrio uiris iunctę carent culpa, si mulieres, quę a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt; quia aliud est vxor, † aliud concubina.

Gal. 4. Gen. 21.

† al. nupta.

α ¶ Cuiuslibet loci clericus.] *Sic quidem in epistolarum editionibus: sed in codice canonum, c. 18. & apud indicatos collectores legitur,* cuiuslibet loci laicus. *In concilio uero Triburiensi, vbi hoc refertur,* si quis filiam suam, &c.

NOn omnis] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dr̃, ꝙ non oĩs mulier uiro coniũcta, est vxor: sicut nec oĩs filius est hæres, sed illa est vxor quæ est viro legitime copulata: nam aliud est cõcubina, & aliud vxor. In secunda parte dr̃, ꝙ bene põt exemplo Abrahæ concubina dimitti, & legitima superduci. In tertia dr̃ ꝙ mulieres iunctæ matrimonialiter viris de consensu parentum, carent culpa, si mulieres, quas illi uiri prius hẽbant, nõ erãt vxores. Scd̃a pars ibi, [ꝓp quod.] Tertia ibi, [paterno arbit.
i ¶ Filius.] Inf. ea. q. 4. dicat. contra. sed hic filius secundum generalem, ibi ſm specialem significationem accipitur.
K ¶ Patris.] Pater est quem nuptiæ demõstrant, s. de in ius vocan. quia semper.

hoc mortali corpore. [Ancillam,] nõ matrimonialiter copulatam.
a ¶ Abijcere.] Cum ergo canon iubeat abiici illã, quæ non est uxor, nunquid sua auctoritate statim potest ab ea recedere. Respon. non, 1. 35. q. 6. multorum. 33. q. 2. seculares.
b ¶ Vxorem.] Scilicet qui dimittit concubinam.
c ¶ Crebris cohortationib.] Vt dimittatur concubina.
d ¶ Quod necessario.] Scilicet propter necessitatem carnalis infirmitatis, idest, causæ incontinentiæ: vel quia continere forte non poterat: vel ne plures alias cognosceret.
e ¶ Fideliter.] Scilicet cum honestate coniugii.

1 Arg. cõtra 29. q 2. c. cuius re. vbi de hoc.

l ¶ Ingenuos] Argu. quod non sit legitimum matrimoniũ inter puberẽ & impuberẽ. nec inter seruos plenarie.
m ¶ Et inter coęquales.] i. inter adultos, extra de despõ. impub. de illis.
n ¶ Constituente] in paradiso cum fecit Adã & Euã in adulta ætate, & eos matrimonialiter coniunxit. de pæn. dist. 2. §. Romanos, ver. Adam. Vel constituit ꝙ nõ omnis filius sit hæres, ibi: [Eiice ancillam.) &c. Sed cõtra inf. ea. q 4 recurrat. ubi dĩ quod nõ obfuit, &c. & ita filii Iacob obtinuerunt hæreditatem cum aliis genitis ex ancilla. Dicunt quidam ꝙ postea Iacob contraxit cũ ancilla, & ita legitimauit filios. Sed contra extra qui fil. sint leg. tanta. quia eo tempore suscepti sunt qñ mater esse

Filii Iacob est ancilla geniti cum aliis ei successerunt.

ere vxor non potuit. sed dic quod sufficit quod credebatur, quod tunc posset esse vxor, vt inf ea.q 4. obijciuntur.

CVM ERGO. Hæc est 7 pars q. in qua intendit probare magister, quod verecundæ debēt esse mulieres: & magis debent rogari a uiris, quam rogare. Io. de Fant.

CASVS. Infert Grat. ex fine præcedentis ca. a contrario sensu, quod paternus consensus est in nuptijs requirendus. Quod probat auctoritate Euaristi. Et ad hoc inducit sequentia c.

a ¶ Legitimæ.] i. cōmunem solennitatē legalem habentes. extra de despon. impu. tuæ.

b ¶ Illud.] Sup. 30. q. 5. aliter.

HOnorant.] CASVS. Probat Amb. in hoc c. quod mulieres nubere debent arbitrio parentum. Quod probatur exēplo Rebeccæ, quæ in nuptijs parentib. acquieuit: & exemplo Hermionis apud Euripidem, quod nō solum seruandum est in virginib. sed etiam in alijs appetentibus viros.

Pecuniæ interuētus, nō vitiat matrimonium.

c ¶ Honorantur.] Ergo pro matrimonio contrahendo potest exigi pecunia, nec erit simonia, licet matrimonium sit maximum sacramentum. nam talis datio potius dicitur honor, quam pretiū, vt hic dicitur, sic 16. qō. 1. decimæ. & est si. ff. man. si remunerandi. Si quæras, quare in hoc sacramento potius interueniat pecunia, quam in alijs: dicūt quidam, quod propter onera matrimonij. Sed certe eadem ratione pro ingressu monasterii potest recipi pecunia propter onera, quæ sustinet monasterium, 16. q. 6. de lapsis. Sed hæc est ratio, quia in hoc sacramento nō confertur gratia * Spiritus sancti sicut in aliis, vt 1. q. 1. multi. circa medium, &c. sunt. & cap. quidquid inuisibilis. tamen multa fuerunt prohibita in veteri lege, in quibus non conferebatur, nec adhuc hodie confertur gratia: sicut emptio sepulturæ, vt 13. quæst. 2. postquā. Gra. tamen dicit quod pro matrimonio non posset dari pecunia.

** Immo confertur vide sup. d. 23. c. his igitur, in ver. pro beneficijs.*

d ¶ Muneribus.] Datis a seruo Abrahæ Eliezer patri Rebeccæ, qui dicebatur Batuel 1.

1 Ar. adhoc ext. qui ma. accu pos. significante. vbi de hoc, & no. 23. di. is igit 1 gl. 1.

e ¶ Consulitur puella.] De die profectionis, Historia. Legitur in Genesi, quod Eliezer seruus Abrahæ de mandato domini sui iuit in Mesopotamiam pro accipienda vxore filio suo Isaac de domo Batuelis, qui cum venisset ad domum Batuelis patris Rebeccæ, dedit munera Rebeccæ, & parentibus, & fratribus suis, q. exposita voluntate domini sui, cum postea vellet redire, & illi rogarent eum vt aliquot diebus adhuc maneret puella cum eis, ipse dixit, Nolite me detinere, quia direxit dominus viam meam, & dixerunt, uocemus puellam, & quæramus voluntatem eius, & cum fuisset uocata, quæsiuerūt ab ea. Vis ire cum homine isto? quæ ait, Vadam. & sic dimiserunt eam, & nutricem eius, & seruum Abrahæ. Cum autem Isaac egrederetur ad meditandum in agro, quæsiuit Rebecca quis esset: & tunc respondit Eliezer: Dominus meus est, cui ducta es in vxorem: & ipsa statim descēdit: & tollens theristrum cooperuit caput suū: deinde accepit eam in domum suam.

7 *Cum ergo dicitur: [paterno arbitrio iūctæ uiris] datur intelligi, quod patern⁹ cōsensus desideratur in nuptijs, nec sine eo legitimæ*[a] *nuptiæ habeantur, iuxta illud*[b] *Euaristi Papæ. [Aliter non fit legitimum coniugium, nisi a parentibus tradatur. α]* sup. 3. q. 5. c. 1.

α ¶ Tradatur.] *Post hoc verbum in duobus vetustis codicibus citantur ex codice Iustiniani lib. 5. tit. de nuptijs l. 12. nec filium. & le. 20. in coniunctione ex digestis, tit. de ritu nupt. le. 2. nuptiæ consistere. & ex Instit. tit. de nuptijs, circa principium, vsque ad ver. præcedere debeat.*

Item Ambrosius lib. de Patriarchis, [id est lib. 1. de Abraham, c. vlt.]

C. XIII.

HOnorantur[c] parentes Rebeccæ muneribus,[d] consulitur puella[e] non de sponsalibus[f] (illa enim iudiciū expectat † parentum: non est enim virginalis pudoris[g] eligere maritum) sed iam desponsata[h] viro de profectionis consulitur die: nec immerito dilationem non attulit. Iure etenim properare debuit ad maritum. Vnde illud Euripideum, quod mirātur plerique, vnde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quæ tamen maritū volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει· κ' οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε, hoc est: [Sponsaliorū meorū pater[i] meus curam subibit. Hoc enim non est meum.] Ergo, quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate virgines.[k] Mulier etiam, quæ amisso cito marito adolescentula laqueum infirmitatis suæ timet incidere, si vult, nubat tantū in Domino, ita ut electionē mariti parētibus deferat: ne appetētiæ procacioris existimetur auctor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet. Expetita enim magis debet videri a uiro, quam uirum ipsa expetisse. Verecundiam

† al. spectat.

Hermione in Andromacha Euripidis.

Poly. l. 6. tit. 4.

f ¶ Non de sponsalibus.] Innuit hæc littera quod consensus puellæ non est requirendus in sponsalibus, quod tamen secus est, vt 30. q 2. c. vnico, ff de sponsa sponsalia. immo & de sponsalibus fuit consulta, vbi dicitur, Vis ire cum isto homine? Dic ergo non de sponsalibus tantum: sed etiam de profectione. hoc tene, quod si non contradicit, consentire intelligitur, vt hic patet 2. Nec pōt contradicere, nisi cum pater indignum eligit, ff. de spon. sed quæ patris.

2 Ad idē 43. dist. c. 1.

g ¶ Pudoris.] Arg. Matrimonium posse contrahi inter absentes per procuratorem, arg. 30. q. 5. nec illud.

Mr̄imoniū per procuratorem contrahi potest.

h ¶ Desponsata.] Arg. quod parentibus puellæ dari potest pecunia vt consentiant matrimonio interueniente pecunia: quia ibi non confertur * gratia.

** Vide sup. hoc eo. ca. in ver. honorantur.*

i ¶ Pater.] Cultus enim verecundiæ, &c. C. de nup. in copulatione.

K ¶ Virgines.] Consilium est. arg. extra de despons. impu. tuæ.

Mu-

MVlier.] CASVS. Dicitur hic, quod si mulier doli capax votum, iuramento firmatum emiserit intra spatium xii. an. si patre tacente votum adimplet, non erit rea, si ipsa compleuerit quod iurauit. si autem pater contradixerit, non erit obnoxia, si non adimpleuerit.

iuramentum eius, vt hic, & su. 20. q. 2 puella. Alii tenēt mediam viam: nam doli capax ante legitimam ætatem obligatur in oī voto, nisi in voto monachationis. 20. q. 1. illud, & tñ licet obligetur pater potest reuocare ex concessione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace, & vere obligato. De hac materia no. 27. quęst. 1. in summa.

præmittat antequam nubat, quo ipsum coniugium plus commendet verecundia.

Item in libro Numerorum c. 30.

C. XIIII.

MVlier [a] si quidpiam vouerit, & se costrinxerit iuramento, quæ est in domo [b] patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit [c] animam suam, & tacuerit, nō rea erit, α sed quidquid pollicita est, & iurauit, opere [d] complebit. Sin autem statim [e] vt audierit, contra dixerit pater, & uota, & iuramenta eius irrita erūt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater [f].

Glossa ordi. ad cap. 10. Num,

α ¶ Non rea erit] *In originali legitur.* uoti rea, quidquid pollicita, &c. *sed ob glossam non est emendatum.*

Augustinus quæst. 58. super Numeros.

¶ *Antea legebatur.* Item Augustinus. *Sublata est dictio,* Item, *quæ abest a plerisque vetustis. Nam verba B. Augustini seu glossa ordinaria, quæ hic referūtur, sunt explanatio loci Numerorum antea citati. In ijsdem autem vetustis omnia hæc capita, quibus non est apposita rubrica, vno capite comprehenduntur.*

C. XV.

1. Cor. 7.

MErito hic quęritur etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam Virgines in scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus de patre loqui, cum dicit, [seruiet virginem suam,] & [det nuptui † virginē suam.

† al: nuptum.

Econtra in concilio Toletano c. 10.

¶ Viduę, & virgines propria voluntate sibi maritos eligant. C. XVI.

Burc. l. 8. c. 44. Iuo p. 7. c. 62. p. 8. c. 18. & 19.

HOc sanctum affirmat concilium, vt viduæ, quib. placuerit, teneāt castitatem α. Quod si prius, quam profiteantur continentiam, nubere elegerint; illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: ne extra voluntatem parentum [g], vel suam cogantur maritum accipere.

d ¶ Opere cōplebit.] ergo rea erit, si non cōpleuerit. & ita cōtrahere potest impubes; quod concedo. arg. huius ca. contra 20. q. 1. c. 1.

e ¶ Statim.] Sup. 20. q. 2. c. 2. cōtra. H. soluit; quia ideo datur ibi maius spatiū, q a tale iuramentū eximitur a patris potestate hic aūt loquitur de alio iuramento siue voto; quod licet adimpleat, adhuc tamē manet in patris potestate: & ibi maius spatiū datur, q̄ hic: hic enim loquitur de voto abstinentiæ: lex autem dicit, quod cū filius est in potestate, nō obligatur aliquo voto. ff. de polli. l. 2 sed derogatum est ei.

1 Vide quod legi. & not. 30. qō. 2. in princ. & c. 1.

f ¶ Pater.] Soluit aūt patria potestas adueniente adulta ætate quo ad matrimoniū carnale & spirituale & quo ad iuramē tum. 10. q. 2. puella. 21. q. 4. tribus.

Patria ptās soluit aduenīente adulta ętate quo ad matrimonium & iuramentum.

MErito.] CASVS probat Aug. in hoc c. quod in voto & in matrimonio voluntas patris est attendenda & quod virgines mulieres appellantur. [Hic,] id est, præmissa auctoritate.] Mulier seruet,] s. patri. Sed In sequenti cap. probat contrarium.

tit quod promisit. Dicit tñ H. ꝙ post adultam ætatem tenebitur adimplere: licet alii contradicant. idē dicit de eo, qui fecit simplex votū. & postea cōtraxit, ꝙ mortua vxore tenetur adimplere. Et in similibus casib. idē dicit.

Mulier sumitur diuersimode.

a ¶ Mulier.] Id est, impubes. alibi sumitur pro uirgine in Euangelio, Mulier ecce filius tuus ff. de verb. sign. mulieris. ff. de leg 2. seruus. alibi pro corrupta ff. de contrahen. emp. alioquin. §. 1. Et no. ꝙ H. dicit. ꝙ si impubes emittit votum vel sacramentum, & est doli capax, pater nunquam potest reuocare; quia cum possit se obligare diabolo, pōt & Deo. extra de deli. puer. pueris. & legit sic H hoc c. mulier, scilicet impubes. non doli capax.

Iuramētum alii an possit a patre reuocari.

b ¶ In domo] Idem est si extra domum, quia est emancipata, dum tamen minor sit. arg. C. de nupt. viduæ.

c ¶ Obligauit.] Idest, fecit ad modum obligantium. Alii dicunt ꝙ siue doli sit capax siue non: dū tñ sit intra annum 14. in viro, vel 12. in puella, semper pater reuocat

HOc sanctus.] CASVS. Dicitur in hoc capi. qđ vidua eligere debet arbitrio suo, vtrum uelit continere, vel nubere. Idem etiam statuitur de virginibus. Si quis autem propositum castitatis viduæ vel virginis uoluerit impedire, excommunicetur. Sequens § patet.

g ¶ Parentū.] Secundum canones licet filię præter volūtatē parentū nubere. Vnde nec est necessaria patris voluntas quantum ad hoc. quin teneat matrimonium, licet non adsit voluntas eius. alias bene dico requirendum eius consensum: maxime si est minor: vnde corrigitur illud instit. de nup. in princ. Nunquid ergo pater eā dotare teneatur. Sic. arg. 2. ff. de ritu. nup. qui liberos. & punitur hic. uel pro &.

Filia nubere potest sine parētum voluntate.

g ¶ Parentum.] Bene dicit quandoque enim iuueniuntur mulieres contra sua commoda laborare. C. de spon. si pater. hoc tamen ad honestatem referas: extra de desponsa. impu. tuæ.

2 Sic arguit idem Archi. hic, Pann. cons. 12. l. 1.

a ¶ Viduæ.] 20.q.2.c.1. & 3. contra. sed ibi de minorib. xiv an. agitur: & hic de nubilibus. De hoc habetur 31 q.3. in summa.
E tertia uero quæstione.] CASVS Hic ponitur 3. q. qua quæritur, an puella in matrimonio contrahendo debeat sequi arbitrium patris serui, an aui liberi. Et quidem aui: quia seruus non hēt liberum arbitriū ad ea, quæ liber homo facere potest: sed nec etiam aui, nisi de honestate.
b ¶ De tertia.] Hic depingitur 3. qu. an. s. puella in matrimonio contrahendo debeat sequi arbitrium patris serui, an liberi aui. & quidē aui: quia seruus non habet liberum arbitriū de ea, quę liber homo facere potest: sed nec aui, nisi de honestate.
PAtrem puellæ] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ vbi puella hēt patrem seruū, & auum ingenuum: non patris, sed aui arbitrium sequatur in nuptijs: cū pater non habeat liberum arbitrium. Sequens § patet.
c ¶ Aui magis.] Spōsa. n. ab illis petēda, qui potestatem hēnt super illam 30. q 5. c. 1. sed pater non habet, cum ipse sit in ptāte alterius, vt ff. de adul. sic eueniet.
d ¶ Neptis.] Si hæc cōcepta est patre in seruitute manēte, nō est ī potestate aui. arg u. instit. quib. mod. ius pa. po. sol. §. vl. nā per patrē acquiritur auo potestas in nepotibus. Sed si iste liber erat qñ eas suscepit: sed postmodum factus est seruus: tunc filij remanent in potestate aui sui. inst. quibus mod. ius pa. pot. sol. §. admonendi, & in hoc casu oportet intelligi quod hic dicitur. Vel dic, ꝙ vbi auus est liber, siue nepos sit in eius potestate, siue non, requiri debet eius consensus vbi pater seruus est: & hoc de honestate. in potestate autem aui materni nullus est. inf. de pa. po. in fi. hic ergo de auo paterno dicitur. Sed nunquid originarius filium habet in potestate? Non, cum ipse sit in potestate alterius. C. de agri. & cen. ne diutius. lib 11. & qui in potestate alterius est, alium in potestate habere non potest. ff. de adul. sic eueniet. & sic potes de originario hoc intelligere sicut G. posuit in themate. Vel intellige de seruo.
e ¶ Arbitrium.] Arg. ꝙ nec seruus suo arbitrio possit ducere vxorem 1. Qualiter enim in se liberum arbitrium habebit, & non in sua sobole? ergo sicut per illud extra de contu. seruo. c. 1. hodie liberum hēt arbitriū contrahēdi matrimoniū: ita liberū hēbit filiā tradendi. Qualiter enim in se habebit liberum arbitrium, & non in sua sobole? Sed hic non habet liberum arbitrium: quia filia nō erat in potestate eius, sed liberi aui. Vel dic, quod nec seruus habet liberum arbitrium contrahendi sine uoluntate domini: si tamen contraxerit, tenet, ut 29. q. 2. c. fin. & 30. q. 5. §. sed obiicitur.

Quòd liber ita liberum habet in filia maritanda. qualiter enim, &c. scdm H.

Si quis uero propositum castitatis viduæ [a], vel virginis impedierit; a sancta communione, & a liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

a ¶ Castitatem.) *In antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent ut apud Gratianum: sed post verbum istud, adduntur hæc,* & nulla vidua ad nuptias iterandas ei venire cogatur. Quod si, &c. *In recentioribus vero editionibus & apud ceteros collectos res variat aliquantulum structura verborum sed eadem sententia.*

Præmissis auctoritatibus euidenter asseritur, quod quamuis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentię causa conueniant; tamen coniuges appellantur.



QVAESTIO III.

DE tertia [b] vero quæstione Pelagius definit scribens Potentio defensori.

¶ Arbitrium liberi aui, non originarii patris, puellam in nuptiis sequi oportet. C. I.

PAtrem puellæ, ecclesiæ nostræ famulum, auum vero eius liberis ortum cōstat esse natalibus: & ideo aui magis [c] electionem de coniunctione neptis [d], quam patris eius, cuius nullo modo liberorum potest esse arbitrium [e], decernimus attendi. Iuo p. 8. c. 27.

Puella nata patre seruo & auo libero, cuius cōsensum requirere debeat.

Quia ergo electione aui, huic ista nupsisse probatur, hanc constat legitimè sibi copulatam.



QVAESTIO IIII.

QVod aūt [f] ex ancilla propter vxoris sterilitatē filios quęrere alicui liceat; exēplo probatur Abrahę, qui propter sterilitatē uxo Gen. 16.



QVod autem.] Hæc q. diuiditur in 6 partes. In prima quæritur, vtrum teneatur quis ꝓpter sterilitatem vxoris quærere filios ex ancilla, sicut fecit Abraham, & Iacob, & dicendum est, ꝙ non, quia omnia in figura contingebāt illis. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Origo.] Quarta ibi: [Sicut satius: Quinta ibi, [Ecce quod nullo.] Sexta ibi, [Quare autem.] io. de Fan.
CASVS. Hic ponitur 4. q. qua quæritur, an liceat alicui viuente vxore quærere filios ex ancilla, & indistinctè dicit, quod non, vel propter steril. tatem vxoris, vel ex quacunque alia causa. Et quod de Abraham, & de aliis dicitur, non obuiat; quia excusati sunt auctoritate spiritus sancti. Probat ergo G. in hoc c. superficialiter, ꝙ licet cōiugato ex ancilla prolem quærere exemplo Abrahæ, & Iacob, & superficialiter soluit in fi.
f ¶ Quod autem.] Hæc quarta quæstio nihil habet quæstionis, quia non licet ex quacunque causa viuente vxore ex alia filios procreare. & quod de Abraham, & de alijs dicitur, non obuiat: quia auctoritate spiritus sancti

Originarius filiū nō hēt in potestate.
1 Dic cum seruus hēt liberum arbitrium cōtrahendi matrimonium, vt 29. q. 2. si qs.

sti excusati sunt. ext. de diuor. gaudemus. 14. q. 5. dixit.
a ¶ Ingressus est.] Historia. Legitur in Gen. ꝙ dixit Sara ad Abraham. Ecce conclusit me dominus ne pariam: ingredere ergo ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios, ꝙ & factum est, & suscepit ex ea Ismaelē. ¶ Ad

pore quo ille fuit conceptus, non potuit esse legitimus. ergo ex postfacto non potuit legitimari, vt extra qui filii sint legi. tanta. & ff. de stat. ho. Paulus.

Iste.] CASVS. Tertullianus hæreticus secundas nuptias accusans damnabat Abraham, quia post mortem Saræ Cethuram duxit vxorem, vbi & si nullum sacramentum intelligeretur: tñ vir iustus ideo hoc facere debuit, ne censeretur hoc esse peccatum. [Iste] scilicet Tertullianus. [Adstipulator] idest adiutor, Sequ. §. patet.

ris sua Saræ ingressus est [a] ad Agar Aegyptiam, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob, cum ex Rachele filios habere non posset; ex ancilla eius filios sibi suscitauit: nec solū propter sterilitatem, verumetiam propter fœcunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillam Liæ, [b] & ex ea genuisse filios. [c] Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris siue ex ancilla, [d] siue ex qualibet alia licite filios quæri: alioquin adulterij macula Abrahā & Iacob notabuntur. Sed sicut post mortem Saræ Abraham Cethuram [e] duxit vxorem, ne secundum Augustinum Christiani putarent esse peccatum post mortem uxoris aliam ducere, sic videtur viuente vxore sua filios ex ancilla suscepisse, ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimē.

Gen. 3.

Gen. 25. Inf. seq. c.

α ¶ Christiani. *In capite sequenti Augustinus ait,* ne putarent heretici.

¶ Quomodo Abraham excusetur a crimine fornicationis. C. I.

Iuo p. 8. c. 269. Pann. l. 6. c. 60.

ISte Abrahæ etiam vsque ad decrepitam senectutem fornicationis obiicit crimen; profecto quia & post mortē Saræ alteram duxit. Vbi etsi nullum intelligeretur rei abditæ sacramentum; [f] propter † hoc solum id facere debuit Abraham: ne putarent hæretici [g] aduersus Apostolum (quibus etiam Tertullianus adstipulator [h] existit) post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem.

† *al. uel propter* 1. Cor. 7. Li. de Monogamia.

Illud autem Augustini dicitur contra aduersarium legum & prophetarum. lib. 2. c. 9.

Sacramentum huius rei est, quòd per bonos mali & boni erant in fide generandi, & per malos boni & mali erant ad fidem accessuri.

Vnde August. ait super Ioannem, tractatu xi.

¶ Sicut bonorum ministerio boni & mali; ita ministerio malorum boni & mali in fide generantur. C. II.

REcurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, & Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus liberorum, inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat; [i] [Eijce ancillam, inquit, & filium eius,] *& infra.*
¶ Inuenimus rem miram in istis generationib. liberarum, & ancillarum, quattuor [k] scilicet genera hominū, in qui-

Gen. 21. Copiosius in orig.

f ¶ Sacramentum.] Quia est a viro sancto factum, sanctum præsumitur, vt 9. qō. 2. Lugdun. & 7. q. 2. omnis.
g ¶ Hæretici.] Scilicet Tertullianus, qui condemnabat secundas nuptias: qui nec legem nec prophetas recipiebat; & quæ fuerit eius hęresis, habes, 24. q. 3. quidam, ver. Tertullianistæ.
h ¶ Adstipulator]. i. adiutor. 11. q. 3. antecessor.

REcurrat.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. In hoc cā. distinguit Augu tres generationes carnales, q̄ fiunt in trib. patriarchis, s. quia boni generant bonos, & mali malos, & boni malos, & mali bonos: quæ hēnt significare quattuor generationes spirituales, quæ similiter fiūt in ecclesia, & ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ, quæ diuersis temporibus generat bonos & malos. Sed mali siue aperte foris sint, siue intus esse videantur, nunquam tamen ad illam ecclesiam pertinebunt, quæ est sine macula & ruga. H. vero post distinctionē istorum modorū dicit. Distincturus ergo Aug. has & illas generationes seruat hunc ordinem. Primo inuitat ad considerandum generationes carnales trium patriarcharum, & supponit quid significēt. & hoc facit vsque ibi [Iuuenis,] & c. Ex inde ostendit qualiter ancillæ & uxores pepererunt bonos & malos ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ vsq; ibi. [Sed cum tales.] Ex inde distinguit quatuor modos generandi spiritualiter, & sic posses ponere casum secundum Hug.

b ¶ Ad ancillam Liæ]. s. Zelpham Historia. Legitur similiter in Gen. quòd in Lia sentiens quod parere desiisset, Zelpham ancillam suam supposuit viro suo Iacob: qui genuit ex ea duos. scilicet Gad, & Aser.
c ¶ Filios.] Hismaelē, & alios filios s. Dan, & Neptalim.
d ¶ Ex ancilla]. s. Balam. Historia. Legit in Ge. ꝙ Rachel inuidens sorori fœcūdæ, ait ad Iacob: Da mihi liberos, alioquin moriar, qui ait: Nunquid ego sum Deus? & illa, si non de me, saltem de ancilla & supposuit Balam, ex qua genuit duos filios s. Dan, & Neptalim.
e ¶ Cethuram.] Quæ fuit binomia, quæ alio modo uocabatur Agar, matrem Ismaelis. Arg. contra: quia eo tem-

i ¶ Ancilla nihil boni significat.] Hic [1] alibi enim bonū significat, ut ibi. [Ecce ancilla Domini,] & c. [1] Idest, in hac serie. H.
K ¶ Quattuor.] Idest, quattuor modi generandi homines

Hominum duo sunt genera,

nes in fide, aliàs enim duo tantum sunt genera hominũ. 12.q.1. duo. & quo ad condemnationem. nam aut sunt serui, aut liberi, ff. de sta. hom. in summa.
a ¶ Quatuor.] Idest, istis quatuor modis generandi in fide.
b ¶ Tenuerunt.] Infra ead. dicat contra. sed hic illegitimi in figura successerunt. significatur enim, ꝙ etiã si illegitimi parentum vitia non sequãtur, perpetuã hæreditatem habebũt. 56.dis. nasci. Vel legitimi isti erant, quia fas erat illis tũc filios ex ancillis suscipere. inf.e.q.7. tantũ valet. immo potius dicebãtur filij vxoris legitimi, quam ancillæ, vt 56.dist. Ismael.

1 De hoc require c. quod non omnis. in gl. in paradiso.

c ¶ Per malos.] Arg. ꝙ acquirit ecclesiæ, vel alii religioso loco per hæreticos. ar. 16.q.6. si episcopum.

Hæretici possunt acquirere ecclesiæ.

d ¶ Expulsus.] Non quia secundum carnem natus est: sed qa fratrem persequebatur, vt 56 dis. Ismael. nam qui secundum carnem erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, vt sup. 23 q.4. qui secundum.
e ¶ Seducere.] Ismael enim faciebat luteas imagines, & cogebat eum eas adorare, cõtra illud, Adorabis Deum, & c.22. ca.1. considera.
f ¶ Sacramentum.] Sacramentum erat illud secundum quod semper carnalis spiritualem persequitur. 23.q.4. qui secundũ.
g ¶ Peperit.] Patres veteris testamenti, & perperit ecclesia per dilectionem, noui p sacramenta. su. 12.q. 2. qui abstulerit.

Ecclesia est mater nr̃a.

h ¶ Societate.] Mater nostra ẽ ecclesia, quæ nos in baptisma te regenerauit. nã in vna fide ad unũ præmium tendunt. Sed nunquid eadem est ecclesia, quæ fuit in veteri testamẽto? Potest dici ꝙ non iuxta illud. Vocabo plebẽ meam non plebem meam. Et alibi: Ecce conuertimur ad gentes, & secundum hoc dicatur, ꝙ illud relatiuũ, quæ, quod præcedit, quæ peperit, &c. simplicem facit relationem. Alij dicunt eam eandem esse. arg. de consec. d. 4. sicut 7.q.1. denique. ff. de iud. proponebatur, & 16. dist. habeo.
i ¶ Ciuitatis.] Hierusalem cœlestis.
K ¶ Animali.] Idest, bestiali 2.

bus cõpletur figura totius populi futuri Christiani, vt nõ sit mirum, quod in illis tribus dictum est: [Ego sum Deus Abraham, & De⁹ Isaac, & Deus Iacob.] In omnibus enim Christianis (fratres intendite) aut per malos nascũtur boni, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius istis quatuor[a] generibus non potestis inuenire. *& infra.* ¶ Inuenis † ibi bonos filios Iacob natos d' ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum: & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt.[b] Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis, qui nati sunt de ancillis, quo minus tenerent regnum, & terram repromissionis cum fratribus ex æquo acciperent, & nõ illis obfuerunt natales ancillarũ, sed præualuit semẽ paternum: sic quicumque per malos[c] baptizantur, tanquam de ancillis videntur nati: sed tamẽ, quia ex semine verbi Dei, quod figuratur in Iacob, non contristentur, simul hereditatem cũ fratribus possidebũt. Securus ergo sit, qui de semine bono nascitur: tamen ne imitetur ancillam. Si de ancilla nascitur, ancillam malam superbientem non imitetur. Vnde enim filii Iacob de ancillis nati, possederunt terram promissionis cũ fratribus, Ismael aũt de Agar ancilla natus expulsus[d] est de hæreditate? nisi qa ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille ceruicem, & voluit seducere[e] fratrem suum ludens cum illo. Magnum ibi sacramentum.[f] Ludebant simul Ismael, & Isaac: vidit illos Sara ludentes, & ait Abrahæ: [Eijce ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.] Et cum contristatus esset Abraham, confirmauit ei a Domino Angelus dictum vxoris eius. Quæ autẽ peperit[g] Abel, & Enoch, & Noe, & Abraham; ipsa peperit Moysem, & prophetas tempore posteriores ante aduentum Domini: & quæ istos, ipsa Apostolos, & martyres nostros, & omnes bonos Christianos. Omnes enim diuersis quidem temporibus nati apparuerunt: sed societate[h] vnius populi continentur, & eiusdem ciuitatis[i] ciues, labores huius peregrinationis experti sunt, & quidã eorum nunc experiũtur, & vsque in finem cæteri experiẽtur. Item quæ peperit Cain, & Cham, & Ismaelem, & Esau; eadem ipsa peperit, & Datham, & alios in eodem populo similes: & quæ istos, eadem ipsa, & Iudam pseudoapostolum, & Simonem magum, & cęteros vsq; ad hæc tẽpora pseudochristianos in affectione animali[k] pertinaciter obduratos, siue in vnitate permisti sint, siue aperta pręcisione dissentiant. ¶ Sed cum tales[l] a spiritualibus euangelizantur, & sacramentis imbuuntur; tanquam per seipsam Rebecca eos parit, sicut Esau: cum autem per illos, qui non caste annunciant Euangelium, tales in Dei populo generantur: Sara quidem, sed per Agar. Item boni spi-

Exo.3.
† al. inuenimus] orig.
Gen.21.
Aug. l.1. de baptismo contra Donat. c.16.
Osee 2.
Act.13.
Gen.15.

l ¶ Sed cum tales.] i. mali hic generantur per bonos mali.

2 Id est, carnalia sapientes. vnde animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus sancti. Hug.

a ¶ Spiritales.] Et sic per bonos boni.
b ¶ Vadunt.] Scilicet cum regenerantur.
c ¶ Desistunt.] Scilicet cum catechizantur.
d ¶ Quia non possunt.] Sicut pueri.
e ¶ n nouam.] inf. de conse. dist. 4. sicut.
f ¶ Na- permisti sunt bonis z: sicut in area palea granis. H.
i ¶ Palea est.] Ergo siue intus siue extra quod palea est, palea est, &c. sicut vsura non desinit esse usura, licet in sortem conuertatur. C. de vsu. l. vlt.
K ¶ Sine macula.] Supra dist. 21. quamuis. su. 27. q. 1. nuptiarum. §. 1. & dic si ue macula, id est sine mortali peccato. 34. q. 1. omnibus.
l ¶ Desperandū est.] Sup. ea. q. 2. ancillā. sup. 24. q. 3. corripiā tur.

z Ad hoc 23. q. 7. c. 1. in fi.

ritales,[a] aliquádo euangelizantibus β vel baptizantib. carnalibus generantur: Lia quidem, vel Rachel iure coniugali eos, sed per ancillarem uterum parit. Cum uero per spirituales in Euangelio generantur boni fideles, qui vel vadunt γ [b] in spiritualem affectum pietatis, vel eò tendere non desistunt, [c] vel ideo non faciunt, quia non possunt; [d] sicut ex utero Saræ Isaac, vel Rebeccæ Iacob in nouam [e] vitam; & nouum testamentum nascuntur. [f] Itaque siue intus [g] versari videantur, siue aperte foris sint, quod caro est, caro est; siue in arca [h] in sua sterilitate perseuerēt, siue occasione tentationis, tanquam uento extra tollātur, ꝙ palea est, [i] palea est: & semper ab illius ecclesiæ, quæ est sine macula [k] & ruga, unitate diuisus est; etiam qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur. De nullo tamen desperandum est, [l] siue qui intus talis apparet, siue qui foris manifestius aduersetur.

Gen. 16. — *Ibidem c. 17.* — *Eph. 5.*

¶*Caput hoc confectum est partim ex tractatu 11. in Ioannē, partim ex libro primo de baptismo contra Donatistas, c. 16. & 17. atque inde nonnulla sunt addita & multa emendata.*

α ¶ Quę autem.] *Hæc apud B. Augustinum sequuntur post versi. omnes scribentur, in cap. sicut in sacramentis. de consecra. distinctio 4.*

β ¶ Aliquando Euangelizantibus.] *Sic emendatum est ex plerisque uetustis, & originali, &* Eugyppo, *tom. 2. p. 216. Antea legebatur,* quando Euangelizantur, & sacramentis, uel baptimatibus carnalibus generantur.

γ ¶ Vel vadunt.] *Apud B. Augustinum, & Eugyppum legitur,* vel euadant in spirituales ætatis affectum.

HIS ITA RESPONDETVR. Hęc est 2. pars quęst. in qua excusatur Abraham, quia pręuenit legē & quia erat pręceptum ut relinqueret semen super terram, sicut olim faciebāt sacerdotes. Io. de Deo. & dic ꝙ sane loquebatur magister, & bene soluit secundum Hu.

CASVS. Soluit Gra. dicens, ꝙ nō est trahendū ad cōsequentiam factū Abrahæ & Iacob: quia tunc factū fuit hoc, quia in successione sāguinis erat successio fidei & officii. Nunc aūt secus est: quia electio sacerdotii nō quæritur successione generis, sed in pfectiōe vitę, & sinceritate scientię vnde Abraham & Iacob non delinquerunt.

m ¶ Peregrinationis.] in qua scilicet ipse Abraham fuit peregrinatus, nā vita hominis sup terrā est peregrinatio. in qua ipse Dñs apparauit vt peregrinus. 1. q. 1. §. opponitur. vet. qđ vt plane.

n ¶ In peculiarem] id est, propriū. ar ff. ad Treb. cog. 1. resp. & distinct. 54 ex antiquis.

o ¶ Maledicta.] Id est, ignominiosa, & obscuræ famæ apud homines habita est, & est maledictū opprobrii, vt hic: & est culpæ, vt 2. q. 7. Paulus, & est maledictū pœnæ. vnde maledictus homo qui pependit in ligno. de pœn. dist. 2. si vero. ver. tamquam.

Vita hominis est peregrinatio.

Maledictum dicitur multipliciter.

Sent. 4. d. 33. — *Gen. 12. & 14.*

2 *His ita respondetur. Pro uarietate temporum uaria inuenitur dispensatio conditoris. Promissum erat Abrahæ, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes promiserat quoque se daturum semini eius terram peregrinationis* [m] *suæ. Cum ergo cæteris in idololatria relictis, Abraham, & filios eius in peculiarem* [n] *populum sibi Dominus elegisset, rite multarum fęcunditate mulierū populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in successione sanguinis erat successio fidei. Unde in lege dicebatur: [Maledicta]* [o] *sterilis, quæ non reliquerit semen suum super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt: quia in successione familiæ, successio constabat posfficii. Quia uero per incarnationem Christi, gratia fidei vbique dilatata est, nec iam dicitur, [Dic domui Iudæ, & domui Israel:] sed, [Euntes docete omnes geutes,] &, [In omni gente quicumque timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.] nec electio muneris* [q] *quæritur* [r] *in successione generis, sed in perfectione uitæ, & sinceri-*

Matth. 28. — *Act. 10.*

f ¶ Nascuntur.] Id est, charitatem, & fidem habent. 1.
g ¶ Intus.] q. d. mali sunt siue in ecclesia uideantur boni, siue mali: siue ab ecclesia tolerantur, siue ab ecclesia separati sint.
h ¶ Arca.] Arca dicitur præsens ecclesia, in qua mali

1 Subau. hominem linnouantem.
Ecclesia præsens dicitur arca.

p ¶ Constabat.] sup. 82. di. plurimos. & sup. d. 31. tenere.
q ¶ Muneris.] Id est, officii sacerdotalis.
r ¶ Quæritur.] Argu. quod cessante causa cessabit effectus. 61. dist. §. his omnibus.

a ¶ Imperator.] Post ordinem, qui votum continentiæ habet annexum, argu distin. 27. diaconus. sup. d. 84. cum in præterito. alioquin contradicit Ambrosius sup. ea. q. 1 integritas.
b ¶ Non ergo Abraham.] Ad hoc inducit cap. sequens. &c. obiiciuntur.
m ¶ Laudauerat.] cũ dixit, crescite, & multiplicamini.
n ¶ Damnauerat,] expresse, & est arg. quod licet vnum contrariorum commendetur, non ideo reliquum vitupe ratur. 8. q. 1. sciendum.
o ¶ Posthabuit.] Idest, postposuit.
p ¶ Mu-

c ¶ Nec illorum.] Ad hoc inducit cap. nemo, & c. dicat.
d ¶ Et immoderatus vsus.] ad hoc īducit cap. origo.
e ¶ Fere] Optime tẽperat, quia nemo imitatur.
Dixit Sara.] CASVS. Bene, & H. hunc casum sic ponunt. Amb. intendit Abrahã excusare de eo q rogante vxore missus est ancillæ, & excusat eũ tripliciter. Primo qa legẽ præuenit, quę adulterium ponit. Scd'o, quia non voluntate luxuriæ, vel captus pulchritudine ancillæ, sed amore sobolis ei missus est. Tertio, quia charitas hominum hoc ei persuasit sicut accidit post diluuium in filiabus Loth.
f ¶ Dixit Sara.] Gene. 16.
g ¶ Interdictum.] In aliquo pręcepto: vel interdictum per aliquã legẽ super hoc specialiter latã: erat tamen quodammodo interdictũ in paradiso, cũ Dominus ait: Erũt duo in carne vna: & etiã in lege naturali, qa cuicunque naturaliter insitum erat, quod tibi non vis, &c.
g ¶ Interdictũ.] Expresse, sed tacite, cũ dixit Dominus: Erũt duo ĩ carne vna, vt 31. q. 1. quomodo.
h ¶ Pœna.] Bene dicit pæna ex tẽpore. nã culpa ante legẽ fuit in Caim & Lamech. Et not. q hæ oẽs excusationes insufficiẽtes sunt, sed sola, extra de diuor. gaudemus, & dic pæna criminis, id est, legis temeratæ est.

tate scientiæ; & virginitas fęcũditati præfertur. & sacerdotibus cõtinentiæ castitas imperatur [a]. *Non ergo Abraham* [b], *aut Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæsierit: nec illorum* [c] *exemplo, pręter coniugale debitum, fæcunditatem in aliqua licet alicui quęrere, cũ illorum coniugia nostrorum ęquentur, vel preferãtur virginitati: & immoderatus vsus* [d] *coniugij nostri temporis turpitudinem fere* [e] *imitetur fornicationis illius tẽporis.*

ꝺ ¶ Maledicta.) *Verba hæc nõ sunt inuẽta in sacra scriptura quamuis inde a multis sanctis, & antiquis doctoribus citentur. Deuteronomij 7. hæc habentur*, Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis.

Unde Ambrosius scribit in libro de Patriarchis, lib. 1. de Abraham, c. 4.

¶ Abraham non est reus adulterii, qui viuẽte vxore filios ex ancilla suscepit. C. III.

Dixit Sara [f] ad Abraham: Ecce conclusit me Dominus, vt nõ pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex illa] Et ita factum est. Sed cõsideremus primum, quia Abraham ante legem Moysi; & ante Euangeliũ fuit, nondum interdictum [g] adulterium videbatur. Pæna [h] criminis ex tempore [i] legis est, quæ crimen inhibuit. Nec ante legem [k] vlla rei damnatio est, sed ex lege. Non ergo in legem commisit Abraham; sed legem præuenit. Deus in paradiso coniugium† laudauerat [m], non adulterium damnauerat [n]. *& infra* ¶ Habes primam † Abrahæ defensionem. Secunda illa est, quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit [o] horum: sed studio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat generis humani. erat etiam religionis, ne quis nõ reddidisse debitum videretur naturæ. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris [p] gratia priuatam culpam ṕtexuit [q].

Sent. ibidem Gen. 16.
† *al. licet coniugiũ laudauerit.*]orig.
† *al. vnam.*

Idem in eodem libro, & cap.

¶ Quod præter legitimã vxorem committitur, adulterii crimine damnatur. C. IIII.

Nemo blanditur sibi de

Poly. li. 6. ti. 8.
Intẽtio bona malum factum excusat.
1 Item arg. quod malũ in parte excusatur propter publicam vtilitatem. argu ff. de noui op. nun. de pupillo. §. sigtiuos.

i ¶ Ex tempore.] Legis scriptæ: alias nec Lamech nec Cain puniri debuit, cum illi ante legem scriptam peccauerunt: sed non erat adhuc pæna statuta contra eorum peccatum.
K ¶ Ante legem.] Scriptam, non autem naturalem.
l ¶ In legem.] Quæ enim præueniunt constitutionem, non sunt postea irritanda, ut sup. distinc. 81. proposuisti. inf. eadẽ obiiciuntur, & extra de constitu. cap. vlt. C. de test. iubemus 31. distin. ante.

Constitutionem præuenientia non sunt irritanda.

p ¶ Muneris] Id est, officii, quo publice seruire humano generi videbatur.
q ¶ Prætexuit.] i. diminuit & extenuauit: non autem extinxit vt di. 35. sexto die. Et est arg. q malũ factum excusatur per bonam intentionem 1. & obstetrices licet peccauerunt mentiendo, propter bonam tñ intẽtionem remuneratæ sunt 22. q. 2. si quælibet. & ita in eodem facto quis meretur & demeretur: quod est cõtra illud ff. de neg. ge. siue. & 16. q. 1. leg. arg. q excusatur malum si bono zelo fit propter bonum ar. 30. q. 1. ad limina.
Nemo sibi.] CASVS. H. sic ponit hunc casum: Erant quidam

quidam coniugati, qui præter vxores volebant habere concubinas solutas: & dicebant ꝙ hoc non licet fœminis, scilicet habere alios præter maritos. sed viris licet habere præter vxores alias solutas. & ad hoc allegabant auctoritatem legis humanę, quæ hoc permittit viris.

crimen, id est, per canones & non per leges esse crimen.
e ¶ Est ius.] dicitur quod ex indulgentia vel ex dispensatione Apostoli habetur, vt vnusquisque habeat, &c. vt su. q.2. §. his ita. sicut dicitur ius patronatus quod ex gratia tantum habetur, vt 16 q.2. si quis episcoporum. sic etiã ex necessitate dicitur fieri, quod ex dispẽsatione fit, vt 50. dist. Domino sancto & 35. q.4 cõsanguinitas.
f ¶ Tolerabilior.] Q. dic. maius peccatu est manifeste peccare quam occulte sic ẽ cõtra 12. q.2. certe ego. su 11. q.3. præcipue Sed dic, ꝙ occulte peccans magis dicitur peccare, id est, periculosius: q̃a neminem habet corrigentem. Item malũ est cadere à proposito, sed peius simulare propositũ. Item manifeste peccans alio modo dicitur magis peccare, q̃a tueri se vult rõnibus, & auctoritatibus, vt in hoc c. volebat. Itẽ quãtum adhoc pluribus prębet exemplum peccãdi vt 21. q.3. præcipue. Item alia consideratione, qui clam peccat, plus peccat, q̃a videtur scienter peccare: sed q palã peccat, min⁹ peccat, q̃a p̃sumitur errare, vt ff. de ritu. nup. l. vlt.
g ¶ Sed omne.] Qđ committit in non sua coniuge, adulterium est.

Fornicatio est crimẽ canonicum.

legibus [a] hominum. Omne stuprum [b] adulterium [c] est †: nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro quæ ab vxore [d], debetur† castimonia. Quidquid in ea †, quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterij crimine damnatur. *& in eodem lib. c. 7.* ¶ Nulli licet scire mulierem præter vxorem: ideo coniugij tibi datum est ius [e], ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. *& post pauca.* ¶ Tolerabilior [f] est, si lateat culpa, quàm si culpæ vsurpetur auctoritas. Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare coniuge, sed omne [g], quod non habet potestatem coniugij. Tamen locus iste [h] docet grauius crimen esse, vbi celebrati coniugij iura temerãtur, & vxoris pudor soluitur. Ideoque cum prætenderet Abimelech, [i] quòd uxorem alienam esse ignorauerit, quam sororem esse uir ipse suam dixerit: respondit ei Dominus: [Et † ego cognoui, quoniam puro [k] corde fecisti hoc, & peperci tibi, ut non peccares in me: propter hoc non sum passus te tangere eam.] Cognoscimus uelut præsulem, custodemq; coniugij esse Deum, qui non patiatur alienum thorum pollui: & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem uiolet, & gratiam soluat. Et ideo, quia in Deum peccat, sacramenti cœlestis [l] amittit consortium.

† Conc. tex. in l. inter liberos. §. Iulianus, alias est l. Iulianus. ff de adul. no. in l. inter stuprũ ff. de verb. sgni.

† *al. exigitur.*

† *al. eam*] or.

Gen. 20.

† *al. Ecce*] *ori.*

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Nihil est fœdius, quàm uxorem amare quasi adulteram.
C. V.

Sent. 4. d. ori.

3 ORigo [m] quidem amoris honesta erat: sed magnitudo [n] deformis. ¶ Nihil autem interest, quàm ex honesta [o] causa quis insaniat. Vnde & Xistus in sententiis.

Crimina facta palã sunt occultis grauiora.

viris, & non vxoribus & maritale priuilegium, scilicet quia vir est caput mulieris, & maior in matrimonio, & exemplum siue auctoritates patriarcharum, qui præter vxores immiscebantur ancillis. Ista ergo tria, quibus viri se volebant excusare ab adulterio, in hoc c. remouet Ambr. & primo auctoritatem legis humanæ. Secundo loco priuilegium maritale. Tertio exemplum & auctoritatem patriarcharũ. Et probat, quod coniugatus semper adulteratur si cognoscit aliquã præter vxorem: plus tñ peccat, & grauius est adulterium si accedit ad coniugatam, quã, si ad solutã, quia tunc cõmittitur adulteriũ ex vtraque parte. H. hunc casum plenius, & melius posuit quàm Ben vnum tamen verbum dixit Ben. quod H. nõ dixit: ibi, grauius est adulterium cũ cõiugata, vt apparet exẽplo Abimelech [Peccare eum,] supple cognoscimus.
a ¶ De legibus.] Quæ dicunt, ꝙ adulterium non committitur cum soluta, sed eum nupta, ff. de adul inter. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt concubinatum, vt ff. de concu l. 2. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt fornicari militibus, vt C. de dona. inter vi. & vxo. l. 2.
b ¶ Stuprum.] Stuprum committitur in virgine, vidua, vel puero, vel etiam in soluta muliere, quæ non habetur loco vxoris, vel concubinæ, vt ff de adul. stuprum. secus secundum canones 1. vt 36. q.1. lex illa. §. 1.
c ¶ Adulterium.] Coniugatorum.
d ¶ Vxore.] Sic inf. ead. q.6. per totum. & ff. de adul. si vxor. Hic no. simplicem fornicationem esse canonicum

Stuprum in multis personis cõmittitur.

1 Sed contra de pę d. 1. q puero quæ est lex canonizata,

h ¶ Locus iste.] In Genesi, scilicet vbi dicitur, qualiter Abraham dum esset in peregrinatione, rogauit Saram vt diceret se esse sororem suam. 22. q 2 quæritur.
i ¶ Abimelech.] Nõ est huic contra 22 q.2. quæritur. vbi dicitur, vt pudicitiam eius seruare posset apud Pharaonem. & hic dicitur Abimelech, quia vterque in ipsum peccauit, vel ipsum vterque timuit ab initio.
K ¶ Quoniam puro.] Volebat enim eam vxorem habere: nec intendebat alicui iniuriam facere: & ideo excusandus erat.
l ¶ Sacramenti cœlestis.] Id est, ecclesiæ.
ORigo quidẽ.] Hæc est 3. pars q. in qua probat, quod ratione debet homo diligere vxorem, non tãquam adulter. Io. de Fan.
CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Hier. ꝙ origo matrimonij, & constitutio fuit, & est honesta: sed abusio turpis est. In 2. parte dicit, ꝙ cum discretione sunt vxores diligendæ. In tertia parte ostendit, ꝙ qui accedunt ad vxores causa sobolis procreandæ, saltem pecude in hoc imitentur scilicet ad eas prægnantes non accedant. Secunda pars incipit ibi, [Nihil autem] Tertia ibi, [Certe qui dicunt.]
m ¶ Origo] Scilicet spes prolis, vel etiam vitatio fornicationis, quæ est nuptiarum causa, vt sup. q.2. §. his ita.
n ¶ Sed magnitudo.] Scilicet immoderata 2. exactio nimio ardore libidinis.
o ¶ Honesta.] Nihil. n. est adeo licitum, ut non possit per-

2 Vt infra c. liberorum.

ni-

nices interrogari. 23. q. 5. de occidendis. in fine. Item vsus rei non condemnatur, sed libido, vt 41. dist. quisquis. & sic vides quod quandoque peccatur in re honesta, vt 14. d. quod ait.

a ¶ Adulter.] sup. e. q. 2. quidquid. cõtra. Sol. hic. adulter talis dicitur nõ reatu criminis illius capitalis, sed similitudine adulterinę libidinis, sicut. n. adulter in adulterã ardet: ita iste in propriam. & quod nõ peccet mortaliter, patet in fi. nã ibi dissuadetur ad quod euitandum non tenetur. & hoc modo infra ea. q. 7. adulterii. Sic ergo propter similitudinem dicitur adulter. Nec est hoc mirum. nam similitudine facti aliquid sæpe dicitur fieri. 11. q. 3. excellentissimus 12. q. 3. fraternitas.

l. Imperator. Arg. contra extra de cen. olim. in §. ff. si cer. pet. cum quid. extra de iureiur.

l ¶ Fines sæculorum.] Id est, sæcularium desideriorum: vel ætas vltima, de qua habes 35. q. 4. c. vnico.

O Bijciuntur.] CASVS. Aug in hoc c. excusat Iacob du-

[Adulter [a] est, inquit, in suam vxorem amator [b] ardentior.] In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir iudicio [c] debet amare coniugem, non affectu [d]. Reges impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitum. Nihil fœdius, quam vxorem amare, quasi adulteram. ¶ Certè qui dicunt se causa Reip. & generis humani vxoribus iungi, & filios † procreare, imitentur saltem pecudes [e]: & postquam venter vxoris intumuerit, nõ perdant [f] filios; nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos.

Idem l. 6. in c. 18. Ezechielis.

† al. liberos tollere.] orig.

Idem libro secundo.

¶ Virginalis castitas non præfertur coniugio Abrahæ. C. VI.

QVis ignorat [g] sub altera [h] dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc sunt Christiani? Quomodo ante Abraham placuit in cõiugio, sic nũc virgines placent in perpetua castitate. Seruiuit ille legi [i], & tempori suo, seruiamus & nos Euangelio, & tẽpori nostro [k], in quos fines sæculorum [l] decurrerunt.

Sent. 4. d. 33.

1. Cor. 10.

Item Augustinus [α] lib. 22. contra Faustum, c. 47. & 48.

α ¶ Augustinus.] *Repositum est ex omnibus vetustis, cum in vulgatis legeretur,* Ambrosius.

¶ Patriarchę non concupiscentia explendæ libidinis, sed causa numerosæ prolis plures habebant vxores. C. VII.

OBijciuntur Iacob quatuor vxores; quod, quando mos [m] erat, crimen non erat [n]; Sicut patriarchæ [β] coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia percipiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis; sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auiditate [o] consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis.

Sent. 4. d. 33.

β ¶ Sicut patriarchæ.] *Apud B. Augustinum diuersus est verborum ordo.* Sicut Apostoli, inquit auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur non auiditate consequẽdæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis; ita patriarchæ, &c.

Item Augustinus de bono coniugali, c. 16.

Vir non sit vxoris ardẽs amator.

b ¶ Amator.] Vehemẽs amator dicitur qui tantum vxorem diligit, vt apud se disponat, quod si ipsa esset forte uxor alterius, nõ minus carnaliter se cum ea cõmisceret.

c ¶ Iudicio.] Cũ iudicio, & discretioni cõmisceri uxori suæ debet.

Mulier post conceptũ debet continere.

d ¶ Affectu.] explẽdæ libidinis.

e ¶ Pecudes.] Pecudes enim post conceptum nõ coeunt, vt inf. ea. q. 7. non solũ. nec mulier faciat copiam sui corporis à cõceptione vsque ad purgationem, vt supra distin. 5. ad eius. 33. q. 4. si causa.

f ¶ Non perdãt.] Perit n. partus ex frequenti concussione.

QVis ignorat.] CASVS. Ostendit Hier. in hoc cap. quod ita Abraham Deo seruiuit in vinculo coniugali, sicut virgines nũc Deo seruiũt in castitate. seruiuit. n. ille legi iuxta tp̃s suũ: & nos seruiamus legi iuxta tempus nostrum. [Sub altera.] id est, coniugali.

1 Vt 23. q. 4. de Tyriis, ſm L. sed melior littera ẽ altera quod ostẽditur: q̃a olim sub cõiugali: nunc sub virginali. & ita altera fuit dispẽsatio, altera iusta secundum H.

g ¶ Quis ignorat.] Hoc capitulum habes de verbo ad verbũ de pę dist. 2. si enim. ver. memento, & ver. Paulus.

h ¶ Sub altera.] id est, sub coniugali, quæ est altera à castitate. Alia littera habet alta, nam profunda sunt iudicia eius. 1.

2 De ista materia vide latè per Bart. & Alex. de Imo. in l. q̃d te. col. 3. & 4. ff si cer pe.

i ¶ Legi.] Naturali vel consuetudinariæ: vel id est dispositioni diuinæ.

K ¶ Tempori nostro.] Arg. quod si primo currebat fortior moneta, & modo currit vilior de mandato principis: liberor soluendo viliorem 2. argum. ff. de contrah. empt.

dupliciter de eo, quod habuit iiij. vxores. primo quia tunc mos erat. secundo quia non ex ardore, sed ad prolẽ procreandam hoc fecit, sicut Apostoli in multitudine filiorum delectabantur ex charitate, & non ex amore humanæ laudis.

m ¶ Mos.] Scilicet diuinus, & à Deo inspiratus. ext. de diuor. gaudemus. ponitur hic, quando pro quia.

n ¶ Crimen non erat.] Arg. quod consuetudo a crimine excusat aliquando. arg. su d 4. deniq; & ex. de tẽp. or. sanc. ar. contra extra de si. non satis. & 1. q. 3. c. vlt.

o ¶ Non auiditate.] Si enim auiditate consequendæ laudis, tunc peccarent. 22. q. 2. primum.

Sicut

SIcut satius.] Hæc est 4. pars q. in qua dr̃ ꝙ melius est mori sine filiis, quam eos quærere de damnato coitu.Io. de Fant.

CASVS. Aug. admonet in hoc c. vt quis non habeat concubinam, sed vxorem: quia sicut est melius fame mori, quam carnes comedere in Quadragesima, ar. de consec. dist. 4. carnem, & ext. de obseru. ieiu. consilium? Resp dummodo non fiat ad venerationem idoli: nulla tamen necessitas excusat a fornicatione, vt ff. de rit. nup. palam, §. non est ignoscendum.

Sent. 4 dist. 33. in fi. sup. d. 56. vndecumque.

¶ Satius est absque liberis defungi, quam ex illicito concubitu stirpem quærere. C. VIII.

4 SIcut satius est mori fame [a] quam idolothytis uesci: ita satius est defungi sine liberis, quã ex illicito coitu stirpem quærere. Vndecumque [b] autem nascantur homines, si parentum uitia non sectentur, & Deum recte colãt; honesti, & salui erunt. [c] Semen enim hominis ex qualicũque homine, Dei creatura est, † & eo male vtentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit,

† Concor tex. in simili. i l. accusa ri. ff. de accu. & inst. de re. diui. §. immuni.

Item Ambrosius in sermone de S. Ioanne, qui sic incipit [Diximus superiore Dominica.] num. 65.

¶ Ex ancilla filii non sunt quærendi. C. IX.

DIcat aliquis, uxorem non habeo, ideo ancillam mihi sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham, [Eijce ancillam, & filium eius.] non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius hæres nõ est, ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale coniugium; de quo susceptus filius, nec successionis [d] possit hæres esse, nec sanguinis. [e] Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegium. Cur inquam quæritur tale contubernium, de quo nati, non filii sint matrimonii, sed testes sint adulterii? Cur autem huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, nõ honori; Dicit scriptura: [Adulterorum filii α in consumatione erũt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur.] Mulier igitur tua, si talibus moribus prædita est, ut mereatur consortium, mereatur & nomen [f] vxoris. Præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris, ne tu adulter sis potius, quam maritus.

Iuo p. 8. c. 30.

Gen. 21. Gal. 4.

Sap. 3.

α ¶ Filij.] *Reposita sunt reliqua verba scripturæ ex B. Ambrosio; pro quibus in vetustis est, &c. in uulgatis autem*, Abominatio sunt Deo.

Item Augustinus ad Claudium contra Iulianum. c. 8.

¶ Adulteria non sunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

SIc non sunt facienda adulteria [g] etiam voluntate generandi regenerandos, quemadmodum nec furta facienda sunt etiam voluntate pascendi pauperes [h] sanctos: quod tamen faciendum est non perpetrando furta, sed

Iuo p. 8. c 105. Pann. l. 7. c. 20.

b ¶ Vndecunque.] quasi dicat, etsi quærãt ex illicito coitu.

c ¶ Et salui erunt.] Arg. cõtra text. de fi. presb. per totum.

DIcat aliquis.] CASVS. Aliqui non habentes vxores, dicebant sibi licere concubinas habere. Ambros. autem probat hoc esse falsum: cum dictum sit Abrahæ, Eiice ancillam, & filium eius, non enim quærendi sunt alij, qui nõ possunt succedere, & ꝗ potius sint oneri ꝗ honori. Debet igitur quis habere vxorem, vt & crimen euitet, & ut filios habeat, qui possint esse hæredes. Sequens ca. cum §. patet.

d ¶ Nec successionis] Nisi in uncia. C. de na. li. auth. licet.

e ¶ Nec sanguinis.] .i. honoris. Filius .n. sequitur priuilegiũ patris in tribus: quo ad honores, & dignitates: & quo ad curialem cõditionem, vt C. de decur. eos, & l. exemplo. & l. nullus. & quo ad originem, vt ff. ad muni. l. 1. matrem sequitur quo ad conditionẽ, vt C. de rei vend. partum.

Filius in tribus patrem sequitur.

f ¶ Et nomen.] Arg. ad præsumptionem matrimonii clandestini ex appellatione vxoris: ꝙ eoipso ꝙ nominatur vxor, est habenda pro vxore, vt ext. de præsumpt. illud. C. de nup. si vicinis. Arg. cõtra. C. d lib. cau. l. pe. At. sup. 93. dist. Dñs 23. q. 1. paratus. inf. de cõsec. d. 4. si eos, ff. de prob. l. vlt. §. vlt. sup. 1. q. 1.

4 Subau. & necessitas est contraria voluntati. ff. quod met. c. l. 1. & nullũ est peccatum nisi voluntatium. 15. q. 1. §. 1. &c. illa.

quam idolothytis vesci. sic melius est mori sine liberis, quam ex illicito coitu filios quærere. Verum tamẽ si filij ex illicito coitu quæsiti fuerint, si parentum vitia non imitentur: honesti, & boni erunt quo ad Deum.

a ¶ Fame.] Sed nonne propter necessitatem famis licitum est comedere idolothytum, cum necessitas non habeat legem, vt inf. de conse. dist. 1. sicut 4. & ꝓpter necessitatem famis licitum est auferre aliena, vt de consecr. dist. 5. discipulos, & etiam furari, vt extra de furtis, si quis, & homicidium cõmittere, vt extra de homi. c. 2. & si qui a simoniacis. 27. q. 2. inuenta. Et quod dicit, & nomen, dic, & pro id est: nam eoipso quod quis permittit ancillam suam contrahere matrimonium, rapitur in libertatem. C. de lati li. tol. authen ad hæc. sed & concubina rapitur in libertatem morte domini: similiter, & filiis eius, si dominus nihil de eis disposuit. C. communia de manu. l. ult.

Ancilla contrahere permissa, eripitur in libertatem.

g SIc non.] ¶ Adulteria.] Supra ea. q. 2. sicut ergo.

h ¶ Pauperes] Supra 14. q. 5. forte, supr 30. q. 1. nosse. sup. 22. q. 3. is autem. sup. 1. q. 1. non est putanda.

a ¶ Mam-

Mammona iniquitatis quid sit.

a ¶ Mammona.] Idest, pecuniam, quam quis per iniquitatem i. per solicitudinem acquisiuit, 23. q. 5. §. sed hoc multipliciter.
b ¶ Iniquitatis.] Idest, inæqualitatis. Aequum enim est tibi necessaria retinere, & superflua pauperibus erogare. & hæc est iniquitas, si contra fiat.

& eam dimittere. sed in Decalogo secundum interpretationem Aug. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hug. q non sunt contraria. nam aliud est permissio, de qua in Deuter. & aliud est præceptum, de quo in Decalogo. Sed hæc solutio nulla videtur, quia circa idē non

ECCE QVOD NVLLO Hæc est 5. pars q. in qua quæritur, an simplex fornicatio sit prohibita in decalogo? & est dicēdum quod sic. Io. de Fant.

Meretrices.] CASVS. Hu. sic ponit nunc casum. In hoc c. ostendit Aug. q simplex fornicatio fuit prohibita a Dño in Deut fuit ēt p̄hibita ī decalogo, vbi dictum est, Non mechaberis. licet ibi solum adulteriū videatur prohibitum: sed sicut in prohibitione furti nomine partis totum intelligitur esse prohibitū, scilicet omnis vsurpatio illicita rei alienæ: ita in prohibitione mechie, nomine partis intelligit totū esse prohibitū s. omnis illicitus coitus. Bñ vero sic incipit casū sup illo verbo in Deuter. Non erit meretrix de filiabus Israel, neque scortator d filijs Israel. Probat Aug. q simplex fornicatio fuit p̄hibita a Dño in decalogo: vbi dictū est, Nō mechaberis. Nā sicut in prohibitione furti nomine partis, &c. omnia dicit posita vt H. [A parte.] sed interpretatione prohibuit.

bene vtendo mammona[a] iniquitatis.[b]

5 *Ecce quòd nullo modo licet alicui viuente vxore sua, vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere: quia etiam suscepti, filiorum nomine iudicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in sacra scriptura prohibetur.*

Vnde Augustinus in quæstionib. Deuter. q. 37. ad c. 23.

¶ Illicitus concubitus, & omnis illegitimus vsus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C. XI.

MEretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet[c] Dominus: quarum[d] publice venalis est turpitudo. In decalogo autem mœchiæ nomine non videtur hoc aperte prohibuisse: quoniam mœchia non nisi adulterium intelligi solet. *Idem super Exodum. q. 71.* ¶ Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in scripturis. Sed vtrū etiam omnis fornicatio mœchia dici possit in eisdem scripturis; non mihi interim occurrit locutionis[e] exemplum: sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest; vbi sit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui vxores non habent, cum feminis quæ maritos nō habent, vtrum inueniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienę (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit[f], sed vtique a parte[g] totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi aufertur,) profectò & nomine mœchiæ omnis[h] illicitus[i] concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi.

Iuo p. 8. c. 311.

Iuo p. 8. c. 279.

sup. 14. q. 5. c. pœnale, §. furti.

Item Hieronymus in c. 5. epistolæ ad Gal. ad ver. Manifesta autem.]

¶ Extraordinaria voluptas, & inuerecunda opera nuptiarum, luxuria & immunditia appellantur. C. XII.

IN eo fornicator k maioris[l] est criminis, quia tollit mēbra Christi, & facit ea membra meretricis, [Erunt[m]

1. Cor. 6.

Meretricis diffinitio.
1 Ad hoc 24. q. 1. miramur. vbi de hoc.
2 Adde de hoc insti. de interd. §. fin. & not. in l. j. C. si ser. ex por. ve.
3 De hoc extra de deci. ex parte. 27. q. 2. sunt qui.
Concubinā an licuerit olim habere.

c ¶ Prohibet] Cum dicit, Non mœchaberis. Et in Deuter. vbi dicitur: Non erit meretrix de filiabus Israel.
d ¶ Quarum.] Alibi, meretrix est, quæ multorum libidini patet, vt sup. d. 34. vidua. hoc etiam lex dicit, ff de rit. nup palam.
e ¶ Locutionis.] expresse.
f ¶ Prohibuit] Arg. idem iuris est in parte & in toto, vt 14. q. 5. pęnale Item arg quod prohibito minori, id quod maius est intelligitur prohibitum 1: arg. 44 d. nulli clerico 2. similiter concesso maiori cōcessum videtur & minus 16. q. 2. visis 3.
g ¶ A parte] Pars enim est furtum: illicita vsurpatio rei alienæ est totum. omne nāque furtum est illicita vsurpatio rei alienæ: & non conuertitur. Hug sed hæc glo. non valet: sed expone vt dicit 14. q. 5 pœnale.
h ¶ Omnis.] Licet non prohibuerit rapinā verbis legis, p ohibuit tamen sententia legis, quæ magis attendenda est. extra de verb. sig propter ea. sup. 1. q. 1 Marchion.
i ¶ Illicitus.] Hic videtur surgere quædam inextricabilis contrarietas: nam in Deuteronomio licitum erat habere concubinam, & dare ei pretium suæ pudicitiæ,

non possunt habere locum permissio & præceptum, siue prohibitio. ideo dicit, q illud intelligitur de comparatiua permissione. simile. infra. 33. q. 3. si quid versus. nam in veritate illud semper fuit peccatum. extra de diuor. gaudemus.

IN eo.] CASVS Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ostendit Hiero. quòd in eodem genere fornicationis plus peccat fidelis quam infidelis. quia fidelis de mēbro Christi facit membrum meretricis. In secunda parte probat, quod nomine immunditiæ Apostolus dissuasit omnes extraordinarias voluptates, etiā cum vxore propria Secunda incipit ibi, [Secundum opus.] In eo,] id est, propter hoc, [Quomodò.] id est, sicut. [In hoc loco,] scilicet Apostoli.
K ¶ Fornicator.] Melius est viam veritatis non agnoscere, &c. de pœnit dist 4. si refugientes.
l ¶ Maioris.] Quia fidelis in hoc magis peccat, quia membra Christi facit mēbra meretricis. sed infidelis sua, non Christi membra, facit membra meretricis.
m ¶ Erunt.] Id est, conuenient in vno carnali opere & per hoc dicit Hug. affinitatem contrahi per illegitimum coitum, vt no. 30. q. 4. si quis.

a ¶ Econ-

a ¶ Econtrario.] Id est, sed vel, id est, econuerso casu.
b ¶ Ædificet.] Tamen per fornicationem magis ædificatur diabolo templum quam violetur.
c ¶ Nescio.] Hoc non definit: ponit tamen persuasionem suam cum dicit: per vitia, &c. vel dic, nescio, i. non defi-

f ¶ Etiam turpissimum.] Et ita quædam omittēda sunt propter turpitudinem, vt 1 q. 4. § item peccato. & Imperator dicit de ea, quæ nubit intra tempus luctus, quomodo ei dicamus erubescimus, in auth. de restitu. & ea quæ parit §. vnum si quidem. coll. 4.

quippe duo in carne una.] Qui non est fidelis, nec credit in Christū, seu membra facit membra meretricis, q credit & fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. Ecōtrario [a] infidelis in fornicatione sua utrum uiolet, an ædificet [b] templum idolo, nescio [c]. Per uitia quippe luxuriæ *a* uel maximè dęmones coluntur. Hoc unū scio, quod qui post fidem Christi fornicatur, uiolat templum Dei. Secundum opus [d] carnis, immunditia [e] nuncupatur, & eam comes luxuria sequitur. Quomodo enim in ueteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimū [f] est, ne & dicentis os, & aures audientiū polluerentur [g], generaliter scriptura complexa est dicens; (*Leuit 15.*) ¶ Verecundos, vel reuerentes facite filios Israel ab omni immunditia:] sic in hoc loco cæteras extraordinarias voluptates ipsarum quoque opera nuptiarum, si non verecūde, & cū honestate quasi sub oculis Dei fiant, vt tantum liberis seruiatur, immunditiam [h], & luxuriam nominauit.

a ¶ Luxuriæ.] *Abest vox ista à plerisque vetustis, & originali.*

Item Gregorius in moralibus, lib. 12. c. 12.

¶ Immoderatus vsus mulierum Salomonem ad idolatriam traxit. C. XIII.

SAlomon quippe immoderato vsu, atq; assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis [i] fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiæ substratus idolis construere templa non timuit.

Item Hieronymus in c. 5. epist. ad Ephesios, ad vers. [viri diligite.

¶ Liberorum procreatio in matrimonio laudatur, meretricis voluptas etiam in vxore damnatur.

C. XIIII.

LIberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera cōcessa sunt: voluptates autem, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in uxore damnatę. [k]

6 *Quare autem tales non dicantur filij, vel quem suorū parentum sequantur, qui ex libero, & ancilla nascuntur, Isidorus Etymologiarum, lib. 9. c. 5. determinat.*

¶ Qui sunt liberi, & quam conditionem sequantur.

C. XV.

Iuo p. 8. c. 71.

LIbe-

g ¶ Polluerent.] Nā dicit Imperator, ꝙ pp ista crimina inducunt fames, & pestilentiæ, & terremotus, vt in authen. ne luxu. contra natu. §. si enim. coll 6.

h ¶ Immundiriam.] Arg. opera nuptiarū, quæ non sunt causa liberorum, mortalia esse: quia luxuria, & immunditia nominantur, vt infra c. liberorū, sed hoc dicitur non quo ad reatū mortalis vitij, sed quo ad speciē facti; speciē enim & similitudinem luxuriæ, & immunditiæ prætendunt, & habent designare, vt no. su. eo. c. origo. (Nuptiarum opera nō sūt mortalia.)

SAlomō quippe.] CASVS. Probat Greg. ꝙ ex nimia assiduitate mulierum, de facili qs ducitur ad idolatriam. Salomonis exemplo qui cum Deo prius construxerat templum, postea amore libidinis idolis tēpla construxit. Sequēs c cū §. seq. patet.

i ¶ Idolis] Idolo s. Astaroth Sidoniorū, & idolo Chamos Moabitarū, & idolo Moloch Ammonitarū. post tamen egit pænitentiā secūdum quosdam 1. de pæn. dist. 2 si enim. ver. Salomon. (1 Hoc dicit quia an pœnituerit incertū est, licet quædam scripturæ apocriphæ hoc testent. secundū Hu.)

K LIberorum.] ¶ Damnatæ.] Cum vxore commissæ uoluptates puniēdæ sunt. Et ita est argum. pro H. qui dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem causa libidinis. Tu dic cōtra. & dānatę, dicit, idest puniendæ propter veniale. & est simile 4. d. denique. 6. d. testamentum.

definio, cum sit manifestum. quia infidelis non violat templum Dei, cum ipse non sit templum Dei: sed ædificat templum diabolo.
d ¶ Secundum opus.] Ordine scilicet enumerandi. sic enim ait Apostolus: manifesta sunt opera carnis: quæ sūt fornicatio, & immunditia, luxuria, &c. De his. 25. d. §. criminis. de quibus.
e ¶ Immunditia.] Quæ attenditur secundum omnem vsum illicitum membrorum luxuria attenditur in cibo & potu cum vtitur delicatis, & calidis, vt aptior sit ad immunditiam 55. d. ecclesiæ principes. (Luxuria & immunditia differunt.)

QVAE AVTEM. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua dicitur, quòd filius sequitur matrem, maxime illegitimus. Io. de Fan.

LIberi.] CASVS. Primo ostendit Isido. qui liberi dicātur legitimi. Secundo, ꝙ proles semper imitatur conditionem matris. Tertio addit, qui appellentur filij naturales [Deteriorem:] hoc dicit secundum consuetudinem quarundam terrarum. Vel [deteriorem,] idest, inferiorem, & debiliorem, scilicet matrem.

a ¶ Li-

a ¶ Liberi.] Quatuor sunt genera filiorum. naturales tantum, vt concubinarum. naturales, & legitimi, vt vxoris: legitimi tantum, vt adoptiui, spurij 1 vt sacrarum virginum, & consanguinearum. 1. q. 1. c. tali.

1 De istis habes. ff. d sta. hom. l. vulgo. & dicuntur spurij quasi de spuma riualiũ.

b ¶ Deteriorem partem sumit.] Hoc verum est ẽm legem Longobardorũ & Theutonicorum. nam ẽm legem Romanorum secus. C. de rei vend. patrum. ff. de sta ho lex naturæ. & de verb. sign. etiam. & sufficit si per momentum fuit in libero ventre. ff. eod. titu. l. & seruorum §. ingenui. Vel dic verius deteriorem, idest debiliorem. quia fœmineus sexus debilior est quo ad honores: tamen circa insignia proles patrem sequit vt dixi supra e. dicat.

b ¶ Deteriorem] su. 28. q. 1. Iudæi. contra su. 15. q. vlt. cum multæ. contra. sed hoc in cæteris generaliter. sed fallit in istis duobus casibus Iudæorũ filijs, & clericorum.

c ¶ Matrem.] Quantum ad conditionẽ, & quantum ad originẽ ff. ad municip. l. 1. & ꝙ impugnãt testamentum matris, vt ff. de inoffic. testa. si suspecta. §. 1.



Vòd autẽ.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In quarum prima ꝓbatur, quod non perditur castitas animæ, vel corporis, vbi animus non consentit. Secunda ibi, [Si paulus.] Tertia ibi, [Nec sole.] Quarta ibi, [Quamuis.] Quinta ibi, [Cum ergo.] Sexta ibi, [Præceptum.] Septima ibi, [Sed quæritur.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an pudicitia ꝑ violentiam auferatur? Dr ꝙ duplex est pudicitia. s. corporis, & animi. Pudicitia corporis, quæ carnis integritas dicitur, per violentiam aufertur, de qua habetur infra ea. q. ille. Pudicitia animi, cum sit virtus, non aufertur per vim: quia animo vis non infertur, vt infra ea. q. ita ne. Probat igitur Gra. in hoc §. ꝙ pudicitia per violentiam non eripitur, primo cum sit virtus animi, non corporis: & animo vis non infertur, sed corpori secundo exemplo B Luciæ.

Pudicitia an possit ꝑ violentiam auferri.

d ¶ Quod autem.] Hic intitulatur 5. q an. s. pudicitia per violentiam auferatur. & dic, ꝙ duplex est pudicitia: animi, & corporis. Corporis pudicitia, quæ integritas dicitur, bene amittitur per violentiam: de qua dicitur infra ead. ille. & 27. q 1. nuptiarum. Pudicitia autem animi cum virtus sit, non aufertur per vim: quia animo non infertur vis, vt infra e. ita ne. Et no. ꝙ hæc eadem virtus est in virginibus, in coniugatis, & in viduis: sed in virginibus appellatur virginitas, & in coniugatis pudicitia, 27. quæst. 1. nuptiarum. & in continentibus castitas. 30. d. hæc scripsimus.

e ¶ Vis.] Absoluta, quæ non potest animo inferri, sed conditionalis potest, vt sup. 23. q. 6. vides. Vel dic non potest inferri animo vis: verum est non consentienti.

f ¶ Duplicatur.] Ar. violenter corruptam non amittere re virginum præmium, sed recipere duplicatum: non tamen quo ad aureolam: consequitur ergo maius præmium: sed non tale: quia non coronatur, nec fulgorem virginis habebit.

ri [a] dicti, qui † ex libero sunt matrimonio orti. Nam filij ex libero, & ancilla, seruilis conditionis † sunt. Semper enim qui nascitur, deteriorem partem α sumit. [b] Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filij; quos sola natura genuit, non honestas coniugii. *& infra.* ¶ Hi vero, † qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem [c] potius, quam partem sequuntur.

† *al. quia*

† Concor. tex. i §. serui autem, aut nascuntur. cũ glo. instit. de iur. pso.

† *Vnde & ij qui* orig.

α ¶ Deteriorem partem.] *In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur,* deteriorem parentis statum sumit.

QVAESTIO V.



Vòd autem [d] pudicitia violenter eripi non possit, multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, quæ violentiã non sentit. Corpori namque vis [e] infertur, non animo. Vnde, quamuis corpus violenter corrumpatur; si pudicitia mentis seruetur illæsa; tamen castitas duplicatur. [f] *Sicut B. Lucia fertur dixisse Paschasio: [Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.] Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si in manu mea thura ponas, & per manum meam sacrificia † facias; Deus † hæc attendit, & deridet. De sensibus enim, & voluntatibus iudicat Deus.]*

In martyrio B. Luciæ.

† *al. iacias sacrificijs.*

† *al. non attendit qui & deridet.*

Hic Ambrosius scribit in lib. 2. de Virginibus.

¶ Melior est, virginitas mentis, quam carnis. C. I.

Sent 4. dist. 33. Iuo p. 7. c. 137.

TOlerabilius [g] est, mentem virginem, quam carnem habere. Vtrumq; bonum, si licet: [h] si non liceat, saltẽ non homini [i] castæ α, sed Deo [k] simus. *& infra.* ¶ Virgo prostitui [l] potest: adulterari [m] non potest. Vbicunque Dei virgo est; templum Dei est. nec lupanaria [n] infamãt castitatem: sed castitas, etiam loci abolet infamiam.

TOlerabilius.] CASVS. Ostendit Amb in hoc cap ꝙ potior est integritas mentis quam carnis: quamuis vtraque sit bona. Prima enim violenter auferri non potest: secunda potest. Nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas abolet loci infamiam. Et quod dicitur ibi, [prostitui potest,] per vim, sed [adulterari non potest,] ita quod sit rea adulterij, nisi consentiat. Seq. c patet.

g ¶ Tolerabilius.] Id est, sanctius.

h ¶ Si licet.] Id est, potest.

i ¶ Non homini.] In corpore.

K ¶ Sed Deo.] In mente.

l ¶ Virgo prostitui.] Id est, in corpore per vim corrumpi.

m ¶ Adulterari.] Quia adulterium tantum dolo committitur, vt 34 q 2. in lectum. & ff. de adul l. pe.

n ¶ Lupanaria.] Homo enim sanctificat locum, non locus hominem, vt 40 dist. non loca, &c. multi. tamẽ ex loco quandoque præsumitur contra aliquem, vt 18. q. 2. diffi-

Locus sanctificat hominem.

affinimus: & etiam pro aliquo, vt 56. dist. c. 1. ipse ergo locus per se non est infamis: nec etiam domus lupanaris est infamis, vt ff. de peti. hær. ancillarum. vitari tñ dēt tur pis locus, vt 81. d. in omnibus, & iudex ipsum vitare debet, vt ff. de arb. si c um dies, §. si arbiter.

a ¶ Re-

b ¶ Polluat.] Et polluet per consensum. de pœ d. 5. c. fin.
c ¶ Comitemq.] Nam qui hēt vnam virtutem, hēt oēs.
d ¶ Consentire.] Si. 32. q. 2. Lotharius. non. n. prætextu paupertatis, & c de ri. nup. palam, §. non est ignoscendū.
e ¶ In potestate.] Nam dicit lex, qua cura vel diligentia consequi possumus, ne quis nobis iniuriā vel damnū det, vt ff. commo. ad eos. & de admi. re. ad ci. perti. l. 2. §. si eo, & dicit lex, quod custodia parum potest ad uersus vim, ff. de act. emp. & ven. si ea res.
f ¶ Putauerit.] Arg. q non debet dici qs perpetrasse quod nolens fecit, vel passus fuit: nec debēt imputari quæ per coactionem absolutā fiunt. arg. inf. di. 50 presbyteros. 15 q. 6. c. 1. arg. econtra. 31. q. 2. Lotharius.

α Castæ] *Antea legebatur,* casti, *sed B. Ambrosius ibi inducit Theodoram loquentem.*

Idem ad virginem lapsam, c. 4.

¶ Mente incorrupta, caro non corrumpitur. C. II.

Sent. ibidem. Iuo p. 7. c. 138.

Reuera non potest caro [a] corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta.

Item Augustinus de ciuitate Dei, libro primo, c. 8.

¶ Aliena libido neminem polluit. C. III.

Iuo p. 7. c. 139.

Ita, ne β aliquem polluat [b] aliena libido, metuitur? Nō polluit, si aliena erit: si autem polluet, aliena non erit. Sed cum pudicitia uirtus sit animi, comitemque [c] habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire [d] decernat, nullus autem magnanimus, & pudicus in potestate [e] habeat, quid de sua carne fiat, sed tantum quid annuat mente, uel renuat; quis tandem sana mente putauerit [f] se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua.

β ¶ Ita, ne.] *Apud B. Augustinum legitur,* Ait enim, ne vel aliena polluat.

Item ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

Iuo ibidem.

Proposito animi permanēte, per quod etiā corpus sanctificari [g] meruit, nec ipsi corpori aufert [h] sanctitatē [i] uiolentia libidinis alienæ, quam seruat perseuerātia cōtinentiæ suæ. An uero, si aliqua fęmina mēte corrupta, uiolatoque proposito, quod Deo uouerat, pergat [k] uitianda ad deceptorem suum; adhuc eam pergentem sanctam uel corpore dicimus, ea sanctitate animi, per quā corpus sanctificabatur, amissa atque destructa? Absit hic error, & hinc potius admoneamur, ita nō amitti corporis sanctitatem manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso; sicut amittitur corporis sanctitas uiolata animi sanctitate. *Idem c. 19.* ¶ Lucretiam certe matronam nobilem, ueteremque Romanam pudicitiæ magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum uiolenter oppresso Tarquinii Regis filius libidinose potitus esset; illa scelus improbissimi iu-

Propofito.] CASVS Ostēdit Aug. in hoc c. quod sicut virgo, quæ proposuit se deceptori suo supponere, mente ē corrupta, sed integra corpore: sic q̄ inuita patitur violētiam hostis, est integra mente, etsi corpore corrumpatur: quod probat exemplo Lucretiæ.
g ¶ Sanctificari.] In futuro, cum sua stola induetur.
h ¶ Aufert.] Et ita habet corpus virtutem Sed contra. inf. ea. de pudicitia. quia virtus tantum in animo est sed ideo dicitur corpus habere: quia futurum est habere post resurrectionem.
i ¶ Sanctitatē.] Hęc tñ, quæ mēte corrupta est, post pęnitentiam potest ordinari: quia quo ad legē ꝑmotionis virgo est, inf. ea. finge.
K ¶ Pergat.] Not q sola itineris arreptio facit aliquam corruptam: sicut itineris arreptio habetur pro appellatione. ext. de app. meminimus, sic qui pergit de vna militia ad aliam iure secundæ militiæ censetur, ff. de bon. poss. ex testamento militis, l. 1. 1

Appellat q ad superiorē iter arripit. 1 De hoc no. extra de priuil. c. pen.

a Reuera.] ¶ Caro.] Idest, eius corruptio ad reatum imputari non debet, vel ad damnationem æternam: uel corruptionis non debet rea effici; obest tamen quo ad aureolam: & quia non consectabitur inter virgines, vt inf ea ille.

Ita ne.] CASVS. Ostendit Aug. in hoc c. q cum pudicitia sit virtus animi, inuito auferri non pōt. Vnde cum comitem habeat fortitudinem, etiam pro morte non debet malo consentire. Nullus enim in sua potestate habet quod de carne sua fiat: sed in mente potest pudicitiam quis seruare. [Metuitur?] interrogante, quasi non debet metui.

LVCRETIAM. CASVS. Cum Romani obsiderent Ardeam orta est contentio inter Collatinum & Tarquinii filiū Tarquinii regis de castitate suarum uxorū. Tunc Tarquinius fecit fieri litteras falsas ex parte Collatini ad vxorem eius: in quibus continebatur, Hunc recipe tanquam meipsum, & eas sigillare fecit sigillo Collatini, & cum eis sero uenit ad domum Lucretiæ, quæ visis litteris honeste suscepit eum. Tarquinius autem

autem in nocte accessit ad lectum eius cum quodam Mauro; & dixit quòd nisi permitteret eum facere quod vellet, ibi interficeret illum Maurum, & diceret se deprehendisse illum cum illa. Tunc illa timens tantam infamiã, cũ valde casta haberetur, supposuit se illi. Ille autẽ mane reuertens ad castra, publice de facto se cœpit iactare. Illa vero absconsito cultello ĩ manica venit ad castra, & ĩ publico manifestauit seriem facti & cępit multũ hortari ad vindictam maritum & Brutum auũculum suũ, & extracto cultello seipsam interfecit, pro quo Tarquinius rex & filius eius expulsi sunt de ciuitate.

a ¶ Propinquo.] Id est, auunculo.

b ¶ Adultera.] Vĩ, ꝙ Augu. male induxit exemplũ Lucretiæ: nam in veritate ẽm canones adulteriũ commisit: siue directa, siue ĩdirecta fuerit volũtas: licet ẽm leges nõ committatur nisi dolo, ff. de adul. l. pe. sed Aug. ĩdux t exẽplum hoc quasi a minori. q d. ex quo ea, quæ cõditionaliter fuit coacta, excusatur ẽm legẽ ab adulterio: multo magis ea, q̃ absolute secũdum canones, 1. q. 1. cõstat. 50. dist presbyteros.

Lucretia adulteriũ cõmisit.

c ¶ Vnus admisit.] Imò & ipsa, nisi absolute fuerit coacta. arg. su. ea. ita ne. sed hoc iõ dicit, quia tenentur hoc casu ad pęnam legis 1: quia sine dolo adulteriũ non committitur. ff. de adul. l. pe aliàs potius debuit mori quã consentire. inf. ea §. cũ ergo. Vides ergo, ꝙ adulterium potest esse ex parte vnius tantum: similiter simonia potest esse ex parte vnius tãtũ, & nõ alterius, sicut ĩ Giez & Naamã, vt 1 q. 1. qui studet & q. 3. quęstiũ, & similiter societas, vt ff ꝓ soc. l. actione, §. diximus, & sponsalia, extra de despon. impub de illis, & matrimonium, vt extra de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul c. 1. sup. ea. q. 2. aliquando 2.

1 Vñ expone quod dicit adulteriũ .i. reatũ adulterij.

Adulterium & simonia possunt esse ex parte vnius.

uenis marito Collatino, & propinquo [a] Bruto viris clarissimis, & fortissimis indicauit, eosque ad vindictam constrinxit. Deinde fœdi in se commissi † ægra, atque impatiens se peremit. Quid dicemus? adultera [b] hæc, an casta iudicanda est? Quis in hac controuersia iudex laborandũ putauerit? Egregie quidam ex hoc, veraciterque declamans ait, Mirabile dictu: duo fuerunt, & adulteriũ vnus admisit [c].] splendide, atque verissime. Intuens.n. in duorũ corporum commistione vnius inquinatissimam cupiditatem, alterius castissimam voluntatem, & non quid coniunctione membrorum, sed quid animorum diuersitate ageretur, attendens,] duo, inquit, fuerunt, & vnus adulterium admisit.]

† *al. commissi sceleris.*

α ¶ Ita non amitti.] *Locupletatus est ex originali locus, qui etiam apud Iuonem erat paulo concisior.*

Idem in eodem libro, c. 17.

C. V.

NOn fidelibus β Christi sit tędio vestra vita, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnam, veramque consolationem, si fidam conscientiam retinetis, non cõsensisse peccatis eorũ, qui in vos peccare permissi sunt. *Idem in libro de duabus animabus, c. 10.* ¶ Non nisi voluntate peccatur.

β ¶ Non fidelibus.] *In originali legitur.* Non vobis itaque o fideles Christi. *sed quoniam erat initium capitis, non est mutatum. Reliqua vero sunt restituta, & aucta.*

Idem in libro primo de libero arbitrio, c. 5.

¶ De eodem. C. VI,

DE pudicitia quis dubitauerit [d], quin ea sit in animo constituta, quando quidẽ virtus est [e]? Vnde à violẽto stupratore eripi nec ipsa potest [f]. *Item Hieronymus* α *super epistolam ad Romanos libro primo.* ¶ Non potest fieri vt nisi si quis mœchetur prius in corde; męchari possit in corpore. *Idem super Lucam* β *in lib. secundo.* ¶ Finge in persecutione aliquam viginem prostitutam: hæc apud Euangelium, quia uoluntate non peccat, virgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. *Idem in libro hebraicarum quæstionum in Gen. ad c. duodecimum.* ¶ Corpus mulieris non uis maculat, sed uoluntas. *Item Augustinus in libro de sancta virginitate cap. octauo.* ¶ Sicut nemo impudice utitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia; ita nemo pudicitiã seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate.

Iuo p. 7. c. 140. & p. 10. c. 101.

Iuo p. 8. c. 141.

15. q. 1. si quis iratus. §. item in persecutione.

Idem Beda in q. in Gen. to 8. fol. 190. Iuo p. 8 c. 11.

NOn fidelibus.] CASVS. In hoc c. & in omnibus sequentibus probatur, ꝙ castitas animi non amittitur, licet corpus per violentiam corrumpatur: cum nullum peccatum cõmittatur nisi volũtate, [eorũ] sic hostiũ. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ibi, [Ad Dñm.]

2 Ad idem 28 q 2 si infidelis.

d DE pudicitia quis dubitauerit.] Collige de modo probationis omnem virtutem esse in animo.

c ¶ Virtus est.] Est autem virtus habitus mentis bene cõstitutæ, &c. vt de pœ. d. 3. ille rex tantus. ob hoc etiã virtutes velamenta animæ dicuntur, de pœn. d. 2. c. sapiens.

Virtutis definitio.

f ¶ Ipsa potest.] Quid si culpa sua in hanc violentiam incidisset: puta denunciauit maritus vt fugeret, ne vi hostium opprimeretur, illa autẽ fugere noluit: & sic oppressa est; an dimitti possit a viro? Sic videtur: quia quid quid ex culpa sua, &c. 15. q 1 si quis insaniens 50. d. studeat. præsumitur n. se rapinæ obtulisse. 23. q. 3 displicet. ff. quod met. caus. si mulier, Arg. contra extra de spon. veniens. 27. q 2 desponsata, ff de re. iur. nullum crimen. 15. q. 6, c. 1 nec imputãdum est ei ꝙ credula non fuit, ff. quod

quod cum fal.tut.l.2.& 50.dist.si quis præpostera.Item & si peccauerit non credendo viro suo: non tamen quantum adulterium mereretur.15.q.1.inebriabunt.lo. Quid iuris sit de hoc, in quæstionibus plene notaui B.

A D Deum. [CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ Deus inuocantibus eum consueuit adesse, qui non permittit, aliquam mulierem violari, aut si permittit, non tamen sinit eam culpa aliqua maculari, si non consentit: tantum enim valet integritas mentis, vt & si corpus corrumpatur, tamen in ea dicatur pudicitia seruata. [Nec commisit.] Per consensum volēdo, vel [nec commisit,] idest, appetit. [nec permisit] Resistendo, Sequens cap. patet.

α ¶ Item Hieronymus.] *Apud B. Hieronymum nihil tale est inuentum. Sed apud Origenem lib.2.ad c.2.epist.ad Romanos hæc leguntur.* Neque enim fieri potest, vt si ante quis non mœchetur in corde, mœchari possit in corpore.

β ¶ Idem super Lucam.] H*æc habentur in cōmentarijs B. Hieronymi in Matthæum, l.2.c.11.& inde est emendatum* In Lucam *enim nihil extat B. Hieronymi.*

Item Victoriano, epistola 122

¶In corpore pudicitia violari non potest, si mens inuiolata seruetur. C. VII.

Ans.l.10.c.58.

AD Deum ingemiscentibus omnino suis aderit, qui suis adesse consueuit: & aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet[a]; aut si permittit, cum earum animus nulla consensionis turpitudine maculatur, etiam carnem suam defendit [b] à crimine; & quidquid in ea nec commisit, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis: omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cuius membra potuerint superari.

Item Isidorus in synonymis, lib.2.

Cap 1.i.ante c.de castitate in recent. impræ.

¶Caro non peccat, si à contagione fuerit anima munda. C. VIII.

Sent.4.dist.33. Iuo p.7. c.142. † *al. animi.*

NOn potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus. Munda à contagione anima † caro non peccat [c].

Item Augustinus Honorato episcopo, epistola 180.

¶Non eripitur pudicitia carnis, si mente seruatur. C. IX.

Polyc.l.4.tit.35. Ans.l.10.c.51.

MAgis timeamus, ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei; quàm ne fœminæ violenter constuprētur in carne: quia violentia non violatur pudicitia, si mente seruatur: quoniam nec in carne violatur, quando volūtas patientis sua turpiter carne non vtitur; sed sine cōsensione tolerat, quod alius operatur.

Item Ioannes Chrysostomus, [idest auctor operis imperfecti super Matthæum.hom.32.ad c.19.]

¶Nec peccatum, nec iustitia ex opere sine voluntate perficitur. C. X.

SIcut enim [d] peccatum sine voluntate opus non facit; ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & volūtas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati studēt; adulterium autem voluntate [e] committunt. Nisi enim ex voluntate sola, fornicatio cōsummaretur: nunquam Dominus diceret, [Qui viderit mulierem ad concupiscendū eam; iam mechatus est eā in corde suo.] Ergo volūtas sine

Matt.5.

a ¶ Permittet.] Sic nō permisit Abimelech.su.px.q.nemo. b ¶ Defendit.] i. non imputatur ad crimē corruptio carnis.15.q.1.c.1.

c NOn potest.] ¶Nō peccat. nam tunc homo peccat, cū mens per delectationem subiugatur. de pę.dist.2.hoc sciendum.& est arg. 22.q.5.si qs coactus. contra. Sed ibi de cōditionali coactione, hic de absoluta.

MAgis timeam[9]] CASVS. Dicitur hic, magis timendum est, ne amittamus castitatem animi quam corporis. Nam pudicitia mentis nō amittitur violentia corporali: quę etiam dicitur in carne seruari nisi voluntate consentiat. Hūc credo intellectum litteræ licet Be. aliquātulum in fi. variauerit dicens: Ostendit hic ꝙ violentia corporali non violatur pudicitia mentis: sicut nec volūtate nuda perditur integritas corporis.

SIcut enim peccatum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ sicuti non nisi voluntate peccatur: ita quis nō nisi sponte meretur. Nam multi corpore casti sunt, & tamen adulterium committunt: quod probatur auctoritate Domini; frequenter enim accidit vt sola volūtate quis peccet, sed tūc gloriosū est si tētationi spōte resistit.

d ¶ Sicut enim.] Sola voluntatis forma moueret opus.10.q.2.hoc ius.

e ¶ Voluntate.] Directa vel indirecta, ne sit contra su. d.50.si quis voluntate.

Cōtinentia est duplex.

a ¶ Debilitati.] Senio, vel sectione, vel naturali frigiditate. hoc dicit littera, q̄a voluntatis cōtinentia est bona, non necessaria. 39. q. 5. qui sitit. in fi.

SI Paulus.] Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, quod nullus debet superbire de castitate: quia cito perditur, & reparatur difficile, vel nunq̄. 10. de Fant. CASVS. Hic inuehit Hier. contra Eustochiam. quæ de sua virginitate se nimiū extollebat, & probat ꝙ inde se iactare nō debet: cum qua cadere pōt, tum quia sola virginitas carnis nō saluat. Et ꝙ cadere possit, probat exemplo Pauli quãuis castus esset, tñ tentabatur, & cadere timebat: & hoc in prima parte. in secunda parte terret eam per impossibilitatē restitutionis post lapsū. In tertia parte idē ostendit auctoritate Dñi, & auctoritate Esaiæ ad litteram loquentis de Babylonijs, qđ mystice referri pōt ad aīam fidelē, quæ cecidit per pctūm. Scda pars incipit ibi: [Caue q̄so.] Tertia pars ibi, [Timeamus illam.] Et scias ꝙ eodē modo ponūt hunc casum H. & B. eo excepto ꝙ H. addit ibi auctoritatem, & videre poteritis si verū vobis dico. Litteræ autē expositio ī apparatu plene notatur, & ideo in expositione supersedeo.

b ¶ Vas.] .i. electus ad prædicandum, & dicitur vas, quia plenior 1 fuit alijs, vt 23. q. 7. c. 1.

1 Scilicet gratia pdicādi.

quin fuerit corrupta, quia factum non potest non esse factum, vt ff. de cap. in bello. § . factæ. sed secundum hoc idem esset in cæco. Respond. quod hic dicitur, non refertur ad carnis corruptæ restaurationem, sed virginalis palmæ retributionem, & dic non pōt, idest, nō congruit eius

opere† frequenter peccat. Illa ergo est gloriosa cōtinētia, non quam transgredi non potest necessitas debilitati [a] † corporis; sed quā complectitur voluntas sancti propositi.

† al. corpore
† al. debilitatis.

Itē Hieronymus in epistola ad Eustochiam de custodia virginitatis.

¶ Virginitas carnis non seruatur mente corrupta.

C. XI.

2 SI Paulus apostolus uas [b] electionis, & separatus in Euangelium Christi, ob carnis aculeos, [c] & incentiua vitiorū reprimit corpus suum, & seruituti subiicit, ne aliis prædicans, ipse reprobus inueniatur: & tamen vidit aliam [d] legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuum se in legem duci peccati: [e] si post nuditatem, ieiunia, famē, carceres, flagella, supplicia in semetipsum reuersus [f] exclamat: [Infęlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?] tu te [g] putas [h] securam esse debere? ¶ Caue, quæso, ne quando de te dicat Deus: [Virgo Israel cecidit; & non est, qui suscitet eam.] Audenter loquar; cum omnia possit Deus, suscitare [i] virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna: sed non vult coronare corruptam. ¶ Timeamus illam prophetiam; ne in nobis etiam compleatur, [Virgines bonæ deficient.] Obserua quid dicat, [virgines bonę deficient,] quia sunt & virgines malæ: [k] [Qui viderit, inquit, mulierē ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.] Perit ergo, & mēte virginitas. Istæ sunt virgines malæ, virgines carne, non spiritu: virgines stultæ, quæ oleum [l] nō habentes excluduntur a sponso. Si autem, & illæ, quæ virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non saluantur, quid fiet illis, quæ prostituerūt mēbra Christi, & mutauerunt templum sancti spiritus in lupanar? Illico audierit [Descende, [m] sede [n] in terra vir-

Act. 9. & 13. & Roman. 1.
1. Cor. 9.
Rom. 7.
2. Cor. 11.
Rom. 7.
Amos 5.
Amos 8.
Matt. 5.
Matt. 25.
Esa. 47.

c ¶ Aculeos.] .i. motus primos; de quibus timebat cadere in secundos, & qui surgunt in nobis, & sine nobis. de pœn dist. 2. inter hæc sciendum.

d ¶ Aliam.] .i. sensualitatem siue concupiscentiam quæ dicitur lex, quia ligat, & trahit ad peccatum. vnde dicit alibi, Ago quod volo.

Sensualitas est lex.

e ¶ In legem duci peccati.] Idest, in peccatum: quia ligat hominem.

f ¶ In semetipsum reuersus.] .i. propriam fragilitatem considerans.

g ¶ Tu te.] Arg. quod non licet maiori, nec minori, vt 8. q. 1. si ergo. & 11. q. 2. magnum. & quod negatur maioribus, multo potius minoribus, C. de reuo. do. his solis, in fi. & quod maioribus dignitatibus non est concessum, hoc sibi non audeant vendicare minores, vt C. de decu. l. vlt. lib. 10.

Minores nō pñt qđ maiorib. est denegatum.

h ¶ Putas.] Ar. ꝙ Paulus fuit virgo, cum sit comparatio inter eum, & Eustochiam, quæ fuit virgo.

i ¶ Suscitare.] Idem dicit lex, ꝙ virginitas restitui non potest. C. de rap. virg. in princ. Sed nonne exoculato pōt restituere visum? quare ergo non virginitatem? Quidam sic intelligunt, idest quod Deus non potest facere eius potentiæ vt aureola coronet corruptos. hoc. n. esset contra iustitiam. & ideo illud non potest, vt arg. de pœ. dist. 2. charitas.

Virginitatē Deus restituere nō potest.

K ¶ Malæ.] Arg. ff. de dolo, l. 1. § . 2. nam ideo dixit prætor dolus malus, quia est, & bonus.

l ¶ Quæ oleum.] .i. pinguedinem bonorum operum. vel idest, pietatem. 45. d. disciplina.

m ¶ Descende.] Verba sunt Esaiæ prædicētis ad litterā futuram Babyloniorum captiuitatem per Darium, & Cyrum regem Medorum, & Persarum, & exequitur secundum hoc propheta ad litteram quasdam miserias, quas pauperculæ mulieres solent sustinere: & verba imperatiua resoluenda sunt in verba futuri temporis.

Babylonij quos fuerit ducti in captiuitatem

m ¶ Descende.] Idest, descendes.

n ¶ Sede.] .i. sedebis, quod ideo dixit propheta propter nimiam futurorum certitudinem. Et est arg. ꝙ verbum præsentis tpis ponitur pro verbo futuri. sic exponit, traditur, idest, traditurus est, ff. de pub. l. 2. & est argu. ff. de verb. sig. verbis. sicut econtrario verbū futuri loco p̄sentis, vt sup. 21. dist. in nouo. 50. dist. ponderet. & exponitur a Hier. hæc littera moraliter circa fidelē aīam quæ præuaricata est per peccatum, & hoc duobus modis, vel inuitan-

Verbū præsentis temporis sæpe pro futuro ponitur.

al.solum] or. Cant.1. Psal.44. Ezech.16. Esa.1. Esa.34. †al.sirene.

go [a] filia Babylonis:sede in terra:nō est filiæ Chaldæorū [b] thronus [c]: non vocaberis vltra mollis,& delicata. [d] Accipe molam [e],mole farinam, [f] discooperi [g] velamen tuum: denuda [h] crura:transi flumina [i],reuelabitur ignominia tua: apparebunt opprobria [k] tua.] Et hoc post thalamos [l] filij Dei post oscula fratruelis, & sponsi: illa de qua quondam sermo propheticus concinebat: [Astitit regina [m] à dextris tuis in vestitu deaurato [n] circumdata varietate;] nudabitur [o],& posteriora [p] eius ponentur [q] in faciem ipsius. Sedebit ad aquas [r] solitudinis; & posito [s] vase [t],diuaricabit [u] pedes suos omni transeunti x, & vsque ad verticem polluetur. Rectius fuerat hominum subijsse coniugium, ambulasse per plana;quàm ad altiora [y] tendentem,in profundum inferni cadere. Ne fiat,obsecro, ciuitas [z] meretrix fidelis Sion, ne post trinitatis hospitium ibi dæmones [a] saltent,& sirenæ† [b] nidificent,& hericij. [c]

Item august.serm.3. de communi uita clericorum,& epist.109 ad monachas.

¶ Multis locis restitutum est hoc caput ex vetustis exemplaribus, & originali.

¶ Corpore intacto castitas nonnunquam amittitur.

C. XII.

3 NEc solo tactu,sed affectu quoq; & aspectu,appetitur,& appetit fęmina.Nec dicatis vos animos habere pudicos,si habeatis oculos impudicos [d]:quia impudicus oculus impudici cordis est nūcius: & cum se inuicē sibi,etiam tacente [e] lingua,conspectu mutuo corda nun-

uitando ad pœnitentiam, & tunc proprie tenentur verba. Descende,id est,humilia te per pœnitentiam. Sede in terra, idest in cinere, & cilicio.

a ¶ Virgo.] Id est, sterilis. Vel virgo prius filia Babylonis, id est, filia confusionis:quia mens tota facta confusa est.de poen.dist.3.§.item ait.

1 Et dic Chaldæorū .i. dæmonū q. d. simul nō pōt quis esse fili⁹ Dei, & diaboli, nec simul habere virtutes & vitia, sup. ea. q.1.cum renunciatur & loquitur per similitudinem,quia Chaldæi, &c.

b ¶ Chaldæorum.] Chaldęi 1 græce feroces intelliguntur, valde.n.feroces sunt qui proprias voluntates sequētes non moribus suis parcere sciunt Et est Chaldæa regio,vbi Babylonia ciuitas est in ea sita.

c ¶Thronus.]Id est,dignitas regalis aufertur ei.Vel thronus, id est,remuneratio æternæ vitæ.

d ¶Non vocaberis vltra mollis,& delicata.] Id est,amodo non viues in delicijs quo ad virtutes,supple nisi pœnitueris.

e ¶Accipe molam.] Timoris per contritionem.

f ¶Mole farinam.] Examina peccata tua, & malas cogitationes.

f ¶Mole farinam.] Vel pro paupertate,vel aliter.

g ¶Discooperi.] Id est,confitere peccata tua.

h ¶Denuda.] Per confessionem.

i ¶Transi flumina.] Id est, desere cáduca,& fluentia. supple,quòd nisi hoc feceris, reuelabitur, &c.

K ¶Opprobria.] In die iudicij.de pœ. dist.1. §.non ita. Exponitur etiam mystice hæc littera, ita ꝙ improperet vitium fideli animæ,& tunc resoluuntur verba in præteritum tempus.descende,i. descendisti ab altitudine virtutum ad vitia. sede in terra, id est, sedisti terrenis infecta.virgo vt prius. Accipe molam.i.accepisti mundanarum rectum circuitum Mole,id est, moluisti .i. dissipasti cogitationes tuas eas affectui mancipando. Discooperi, idest discooperuisti hypocrisim tuam:amodo enim apparet qualis prius exterius: discooperuisti te virtutibus, Nam virtutes velamina sunt animæ. de pœn. dist.2. sapient. Denuda crura tua, i.per confessionem denudasti actiones tuas. Transi flumina,id est,transisti per temporalia eis inhærendo,& idcirco reuelabitur,&c.

l ¶Hoc est thalamos.] Hæc littera vult,quod præcedens moraliter intelligatur.& est sensus. id est, postquam recessisti à sponso tuo & fratruele, i.Christo. Christus enim, & ecclesia sunt fratrueles, q̃a de Iacob Christus;de Esau ecclesia,id est,de gentibus processit.35.q. vlt.§.si vero. & hæc sunt verba Hieron.

m ¶Regina.] Id est, quælibet sancta virgo vel sancta ecclesia.

n ¶ Deurato.] Charitate, & castitate, de pę.d.2 principiū.

o ¶Nudabitur.] Veste virtutum, & bonorum operum.

p ¶Et posteriora.] Id est,peccata,quæ habuit quasi post dorsum relicta,cum ante se debuerit ea habere.

q ¶Ponentur.] In futuro sæculo.

r ¶ Ad aquas.] Id est, inter hæreticos.

s ¶ Et posito.] Id est, deposito.

t ¶ Vase.] Scilicet cordis.

u ¶ Diuaricabit.] Id est diuidet, & committet varios suos affectus.

x ¶Omni transeunti] Id est, Dæmonibus, vel id est, omnibus opera sua. quia in omnia omnibus aperta erunt.

x ¶ Transeunti.] Diabolo Transiens dicitur diabolus, quia dicūt animæ, ipsi diabolo, Incuruate. vt transeamus super te.& ibi, Exinani te vsque ad fundamentum in ea. de pœ. dist. 3. in salicibus. — Diabolus dicitur transiens.

y ¶Quàm ad altiora.] Argum.quod melius est non incipere, quàm ab incepto desistere.melius est enim non vouere quàm à voto cadere.12.quæst.1.certe.27.quæstio.1.nuptiarum.

z ¶Ciuitas.] Id est,anima,quæ agit bene.de pęn. dist.4. in domo.

a ¶Dæmones.] Id est,prauæ cogitationes.

b ¶ Sirenæ.] Id est,delectationes,quæ mergebant.

c ¶ Hæritij.] Id est, errores vel solicitudines mundanæ quæ pungunt. Io.

NEc solo affectu.] Hæc est tertia pars q. in qua probat, quod ex sola voluntate fugit castitas, & hoc probat per duo c.Ioan. de Fant. & istud cap. est de regula beati Aug. Archid.

CASVS.Dicitur hic,quod tribus modis peccat homo in mulierem,1.tangendo,desiderando, & vidēdo:sed non quodlibet videre est peccatum, sed videre ad concupiscendum, & causa delectationis,& hoc videre prohibetur in seq.c.Sic posuit H.hunc casum,& etiam Beneuē.

[De moribus] Id est, de actibus.

d ¶ Impudicos.] Hoc pependitur,si sunt vagi, vt sup.d. 23.his legitur.vnde illud Auerte oculos tuos, &c.

e ¶Tacente lingua.] Arg.ꝙ operibus loquimur sicut & verbis, vt 43.d. sit rector. & 11.q.3. existimant, extra de appel.

appel.dilecti. & extra de sponsa. cum apud. sic ff. de leg. 3. nutu.

QVi viderit mulierem.] CASVS. Iste casus subtiliter de littera elicitur, quem H. & Beneuen. eodem modo ponunt. Gre. hic primo ponit verba Domini, scilicet, Qui viderit mulierē ad cōcupiscendum eam, iam męchatus est eā in corde suo. Secūdo ostēdit quare dixerit, mulierē, & non vxorem alienam: & quare viderit, & non tetigerit, & quare męchatus & non adulteratus. Sequens §. patet. & ad probandum id quod dicitur in §. inducit cap. seq.

a ¶ Ad concupiscendum] Hoc scilicet animo, & dat operā quam potest. de pę. dist. 1. si cui.

b ¶ Iam mœchatus est eam.] Hoc verū est in coniugata: nā cum soluta non cōmittitur. Sed nūqd imponemus isti tātam pœnitentiā ac si factum interuenisset? Sic, sed non tam grauem.

c ¶ Adulterium.] Id est fornicatio.

d ¶ Vel ordine.] Nota secūdum varietatem loci, vel ordinis aliquem plus minusue peccare arg. dist. 40. homo Christianus 23. q. 8. occidit, sup. 17. q. 4. qsquis. ff. de pœnis, aut facta. §. locus. 25. q. 1. nulli, sup. 31. q. 1. de his, qui frequenter vxores, de pęn. dist. 1. aut facta.

e ¶ Studiosa.] Non videtur hoc verū ꝙ tantum peccet clericus studiosa cōcupiscentia, quantū laicus ipso facto. videtē enī, ꝙ magis peccet clericus studiosa cōcupiscentia: nā tm̄ peccat quilibet studiosa voluntate committendi adulterium quā ipso facto. inf. de pę. d. 1. si cui. & ita vel æqualiter peccat clericus, vel magis pp gradum altiorem i quā laicus. Quod ergo hic dr̄, referas ad ecclesiæ opinionē, non ad veri essentiā Sic ergo secundum canones cōmittitur adulteriū solo animo similiter periuriū, vt 22. q. 5. qui pietate. idem in furto, & alijs criminibus, vt de pę. d. 1. ea propterea 14. q. 5. si quid. sed secundum leges solo animo non committitur furtum, vt ff. de acq. pos. possidere §. si rem. nec adulterium. ff. de adulte. l pen.

i Arg. adhoc 40. d. homo Christian⁹. Adulterium & periuriū solo animo cōmittūtur.

f ¶ Distinguitur.] Per contemptum.

QVAMVIS. Hæc est 4. pars q. in qua dicitur, ꝙ si fęmina inuita perdidit virginitatem, non tamen debet se adęquare in contaminatis virginibus. Io. de Fant.

ILlæ autem famulæ.] CASVS. Dicitur hic, quòd si quæ virgines inuitæ fuerint violatæ, laudabiliores erunt si se corpore integris virginibus nō audeāt comparare: quia etsi integrā mentem habeant, cū non fiat peccatum nisi voluntate: dolere tn̄ debent de iactura corporali.

g ¶ Incontaminatis.] Scilicet mente, & corpore, exemplum

plum, sup. 27. q. 2. §. cum ergo ibi vouerat.

h ¶ Comparare.] Ex toto, vt velint consecrari inter virgines. arg. dist. 26. acutius, supra ea q cap. finge. vel vt habeant aureolam. 27. q. 1 nuptiarum.

i ¶ Virginibus] C. de nupt Imperialis. ver. nam omnis.

K ¶ Doleant.] Quia forte propter peccatum præcedens hoc eis accidit. arg. 22. q. 2. si quælibet. aliàs quare dolebunt, cum non peccauerint?

l ¶ Vel corpore.] Scilicet per peccatum originale, quod est in eis, propter quod possunt corrumpi.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex præallegatis, quod hæc de qua mentio fit in themate, non amisit pudicitiam animi: & ideo adulterium vel fornicationem non cōmisit, quod probat auctoritate August. & Hieronymi [Ei,] id est fideli. Sequentia duo cap. patent.

---

tiant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore; etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus.

Item Gregorius in Moralibus, lib. 21. c. 9.

¶ Adulterium perpetratur, cum vel innupta turpiter concupiscitur. C. XIII.

QVi viderit mulierem ad concupiscendum[a] eam; iam mœchatus est eam[b] in corde suo.] Quia enim græco vocabulo mœchus adulter dicitur; cum non aliena cōiunx, sed mulier videri prohibetur; aperte veritas ostendit: quia etiam solo visu, cum turpiter vel innupta concupiscitur, adulterium[c] perpetratur. Quod tamen plerumq; ex loco, vel ordine[d] concupiscentium discernitur; quia scilicet sic hunc in sacro ordine studiosa[e] concupiscentia, sicut illum adulterij inquinat culpa: in personis tamē non dissimilibus idem luxuriæ distinguitur[f] reatus. *Deut. 5. Matth. 5.*

4 *Quamuis autem violenter oppressæ pudicitiam non amiserint, incontaminatis tamen se non audeant exaquare virginibus.*

Vnde Leo Papa, epist. 85. al. 87. ad episcopos Afric. cap. 5.

¶ Quæ opprimuntur, incontaminatis se virginibus comparare non audeant. C. XIIII.

ILlæ autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia sua; si se incontaminatis[g] non audeant comparare[h] virginibus.[i] Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui; minus tamen eisdem oberit si quod potuerunt animo non amittere; doleant[k] se vel corpore[l] perdidisse. *Poli. l. 4. tit. 34.*

Cum ergo hęc, quę violentiā passa est, pudicitiā amisisse probari non potest, nullo modo cōuincitur fornicationis, vel adulterii crimē incurrisse. Vt enim ait Aug. in lib. de bono coniugali, c. 4. [Adulteriū † committitur, cū vel pro-

† Huius autem fidei violatio dicitur adulteriū cū] orig.

a ¶ Instinctu.] Vt cum appetit, & instigat aliquem ad coitum.
b ¶ Vel alienæ.] Vt cum appetitur, & consentit alienæ libidini. De hoc no sup. ead. q. 2. quidquid.
c ¶ Fides.] Coniugalis, quam alter coniugum alteri debet

e ¶ Corporalem.] Arg. proleprosis, vt extra de coniu. lepr. quoniam. quia potius periculum corporis quàm animæ incurrendum est. 30. q. 1. §. 1 cum alterum euitari non potest arg. 11. q. 3. non solum. §. cum ergo 22. quæst. 5. c. 1.

Iuo p. 8. c. 102. Pann. l. 7. c. 22.

priæ libidinis instinctu [a]*, vel alienæ* [b] *consensu cum altero vel altera contra pactum coniugale concũbitur; atq; ita frangitur fides* [c] *: quæ in rebus etiã corporeis & abiectis* [d] *magnum animi bonum est: & ideo ei α salutem quoq; corporalem* [e] *qua etiam vita ista continetur, certum est debere postponi.*

α ¶ Et ideo ei.] *Apud B. Augustinum legitur:* & ideo eam saluti quoque corporali, qua etiam vir ista continetur, certũ est debere præponi. *Sed ob glossam, & quoniam idem est sensus, nihil mutatum est.*

Et Rabanus, & Beda in quæst. in Exodum.

Item Isidorus super Exodum, c. 29.

¶ Mœchatur, qui alicui præter matrimonij fœdus, miscetur. C. VX.

Iuo p. 8. c. 107. Pann. l. 7. c. 23.

NOn mœchaberis.] idest, ne quisquam præter matrimonij sui fœdera alijs fęminis misceatur ad explendam [f] libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui pręter suam [g] ad alteram accedit.

Item Augustinus de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 13.

¶ Qui viuente vxore sua, alteram cognoscit, adulterium committit. C. XVI.

Iuo p. 8. c. 242.

PVto Christianum neminem reluctari, illum adulterum esse, qui vel diu languente [h], vel diu absente [i], vel continenter viuere cupiente sua vxore, alteri commistus est fœminæ.

5 *Cum ergo nihil istorum in ista deprehendatur fuisse, quia nec propriæ libidinis instinctu, nec alienæ cõsensu, nec viro suo languente, vel absente, vel continenter viuere cupiente adhæsit alij, sed violẽter aliena libidine oppressa, vim pertulit; apparet, quòd nec adultera, nec fornicaria dici potest. Vnde nec aliqua occasione valet dimitti. Cum enim Iudæi quærerent à Christo, vtrũ liceret homini vxorem suam dimittere quacumque ex causa; respondit eis. [Non legistis, quia, qui fecit eos, ab initio masculum, & fœminam creauit eos; Quod ergo Deus coniunxit homo non separet.] Deinde sermonem suum ita conclusit; vt diceret, neminem posse dimittere vxorem suam, excepta causa fornicationis. Hinc Apostolus ait in epistola ad Corinthios:] His, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a uiro non discedere. Vnde datur intelligi, quòd qualescunque fuerint uir, & uxor, ex quo coniugali affectu sibi adhæserint, ulterius ab inuicem discedere non ualent.*

Matt. 19. Gen. 2. 1. Cor. 7.

Vnde Ambrosius in Hexameron, li. diei quartæ, scribit.

Lib. 5. c. 7.

¶ Qualiscumque sit vir, ex quo semel placuit, non est dimittendus. C. XVII.

Iuo p. 8. c. 232. Pann. l. 6. c. 103.

HOrrendus α, & incultus est vir: q semel [k] placuit: nũ-

f NOn mechaberis.] ¶ Explẽdam.] Nec etiam ob aliam causam.
g ¶ Qui præter suã.] Et ita ille tantũ cõmittit adulteriũ, qui habet vxorẽ: vel quę est coniugata, quandoque tñ large sumitur adulterium. sup. ea q. 4. nemo.
h PVto.] ¶ Languẽte.] Inf. ea. q. 7. quod propoluisti cõtra. Sol. illud à falsarijs dictũ; istud authẽticum esse videt. Vel illud de despõsata tãtum, istud de cognita. Vel illud reprobatũ est, hoc diuina auctoritate 1 firmatũ. Vel verius dic q illud de arcta loqt.
i ¶ Absente.] 34. q. 1. cũ per bellicam. cõtra sed ibi de illo q nescit viuere: hic de illo qui certe scitur viuere.

1 Qua dr q nemo excepta cã fornicationis, &c. sup. e. q. 1. dixit.

CVM ERGO NIHIL. Hæc est 5 pars q. in qua dr, q postquam semel placuit quis, eo viuẽte alter superduci non põt. lo. de Fant.
CasVS. Infert G. ex supradictis, q hæc mulier, de qua dr in themate, non est fornicata, nec debet dimitti. Et q dimitti nõ dẽt, probat auctoritate Dñi, & auctoritate Apostoli. & ad hoc inducit sequẽ. c.
HOrrendus.] CASVS. In hoc c. reprehendit Ambr. mulieres, quæ viros suos mutabant frequenter, cum eis displicebant. vnde ostẽdit quòd virum semel dilectũ amplius dimittere nõ potest, cũ semel sibi placuit: nã & hoc facit equ9 de suo compari. nõ est ergo mutandus vir, nec alius superducendus. Sequen. duo c. plana sunt.
K ¶ Semel.] Ar. quòd sufficit semel consentire, vt sup. dist. 4. in istis. & 8. quæst. 2. dilectissimi, & arg ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. 1. argum. contra, sup. 12. q. 1. certe. argum. C. de rep. hære. l. vltima, C. de non num. pecun generaliter. ff. de negot. gest.

bet seruare, scilicet ne cum altero vel cum altera coeat. 27. q. 2. omne:
d ¶ Et abiectis.] i. in quantumcunque vilibus valet fides coniugalis.

Pomponius, arg. sup. 3. q. 3. §. spatium, sup. d. 72 placuit.
a ¶ Putat.] Arg. ff. ad legem Aquil. proinde. arg. ff. de ædil. edi. cum eiusdem l. plerumque.
b ¶ Riualem.] Riuales proprie dicuntur, qui per eundẽ riuum aquam ducunt, vt ff. de aqua quot. & æsti. l. 1 similiter hi exquisita similitudine riuales dicũtur, qui cum eadem muliere habent consuetudinem, cũ qua accedunt quasi ad eundem riuum.
c ¶ Incognita.] An sit iusta vel nõ. i. nõ probata causa, &c.
d Si vxorẽ.] ¶ Horribile.] Arg. pro leprosis ꝙ non debent dimitti, vt ext. de cõiug. lep. c. 2. vnde & Hugo dicit, ꝙ debet maritũ sequi mulier. & pro Hug. est argu. 13. q. 2. vnaquæque. & extra eo. quoniam. Quod autem dicitur ext. eod. cap. 1 quod non cogitur sequi, potest intelligi in eo casu q̃n reliquus hoc non petit. nam si peteret, bene teneretur sequi, vt extra eod. tit. quoniam. Vel dic quòd illud nõ tenet quod ibi dicitur: quia est contra præceptũ Domini. Sed pone ꝙ vir vult retinere apud se vxorem leprosum, nũquid potest? Videtur quòd sic, quia vxor tenetur virum sequi, sed non econuerso, vt 13 q. 2. vnaquæque. Econtra videtur quòd vicini non tenentur pati illam esse inter eos: quia de iure debet remoueri ab aliis, ut sup. distin. 6. testamẽtum. & 33. q. 2. hoc ipsum. & extra de ecclesi. ędifi. c. 2. & etiã de consuetudine, vt extra eo. quoniam. Ego credo quòd alter reliquum debeat taliter sequi, vt quãdoque veniat ad ipsum, & quam cito soluerit debitũ, recedat, arg. 54. dist. si seruus. in fi. sed sponsa de futuro etiã propter alias deformitates non tenetur sequi sponsum, vt extra de iureiur. quemadmodum.
e Præcipit.] ¶ Redundat.] Nam vbi par est ratio, par debet esse iudicium 1 ff. ad leg. Aquil. illud. & inf. q. proxi. nihil.
f Apud.] Eadem.] Idest, eiusdem generis: nam in veritate duæ sunt seruitutes, extra de conue. coniu. quidam.
g ¶ Pari.] Arg. de quibus par ratio attenditur, simile debet esse iudicium, inf. ea. q. 7. Apostolus,

h ¶ Conditione.] Quo ad debitũ reddendum, & fidem seruandã, nõ aũt in aliis, vt potes ponere per te exempla. ff. de his qui no. infa. vxores. 33 q. 5. manifestũ, &c. noluit. &c. hæc imago. 33. q. 1. si quis acceperit. nã in voto abstinẽtiæ vir est maior: similiter in accusatione secũdũ leges: sed secundum canones non ad imparia iudicãtur, vt sup. ea. q. 1. si quis. & vir potest statim contrahere post mortem vxoris: sed mulier non potest statim post mortẽ viri secundum leges. C. de secun. nup. l. 1.
Præceptum.] Hæc est 6 pars q. in qua ponitur qui vxore dimissa adhæret concubinæ. Io. de Fan.
CASVS. Statutum fuit in hoc c. vt vir non dimittat vxorem suam nisi causa fornicationis: quod si fecerit, & admonitus se nõ correxerit, cõione priuetur, & suæ dignitatis cingulo spolietur: & quod dr̃ [Testimonium.] Idest famã, vel [Testimonium.] Idest, inter alios generosos,

Riuales qui dicuntur.

Maritum leprosum an teneatur mulier sequi.

1 Ar. ad hoc inf. c. proxi. 21. d. ĩferior. sup. ea q. 1. si quis vxorẽ, & q. 4. meretrices s̃m H. & facit ad hoc qđ leg. & no. 31 d. si laicus. & ex. de constitu. translato.

Vir & mulier nõ dẽt iudicari ad imparia.
Feudum potest auferri excõicato.

quid vir frequenter est eligendus? Comparem suũ & bos requirit, & equus diligit: & si mutetur alius, trahere iugũ nescit compar alterius, & se non totum putat[a]. Tu iugalem tuum repudias, & putas sæpe mutandum? & si vno defecerit die, superducis riualem[b]: & statim incognita[c] causa, quasi cognitam † pudoris exequeris iniuriam? † al. cognita.

a ¶ Horrendus.] *Apud B. Ambrosium legitur*, sed horrendus & incultus est semel placuit, &c. *Ante hoc autem capitulum est ca. Adam per Euam. infra. 33 q. 5.*

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib. 1. cap. 32.

¶ Similiter de vxore intelligatur. C. XVIII.

SI vxorem quis habeat sterilem, vel deformem corpore, siue debilem membris, vel cæcam, vel surdam, vel claudam, vel si quid aliud, siue morbis, & doloribus languoribusque confectam, & quidquid (excepta fornicatione) cogitari potest vehementer horribile[d]; pro fide, & societate sustineat.

Sent. 4. d. 34. Iuo p. 8. c. 238. Pano. l. 6. c. 104.

Item Hieronymus ad Oceanum de morte Fabiolæ.

Epitaphium Fabiolæ.

¶ Non licet viro vxorem dimittere, nisi causa fornicationis. C. XIX.

PRæcipit Dominus vxorem nõ debere dimitti, excepta causa fornicationis; & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quidquid viris iubetur, hoc consequenter redundat[e] in fœminas. Neque enim adultera vxor dimittẽda est, & vir mœchus retinendus.

Sent. 4. d. 35. Iuo p. 8. c. 240. Pann. l. 7. c. 3.

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. XX.

APud nos, quod non licet fœminis, æque non licet viris, & eadem[f] seruitus pari[g] conditione[h] censetur. Iuo ibidem.

Item ex concilio Toletano 12. c. 8.

¶ Communione priuetur, qui extra causam fornicationis vxorem suam dimittit. C. XXI.

6 PRæceptũ Domini est, vt excepta causa fornicationis vxor à uiro dimitti non debeat: & ideo quicunque citra culpã criminis supradicti, uxorẽ suam quacunq; occasione dimiserit, quia quod Deus cõiũxit, ille separare disposuit: tamdiu ab ecclesiastica communione priuatus, & à cetu omnium Christianorum maneat alienus; quam-

Iuo p. 8. c. 329. Pann. l. 7. c. 1. *Matt. 19.*

sos, & nobiles non potest ferre testimonium.
a ¶ Dignitatis] Arg. ꝙ si aliquis contemnit excommunicationem, ꝙ iudex sæcularis vel dominus illius potest cũ priuare feudo suo. Itẽ arg. ꝙ si vnus eps pp excommunicationẽ, alicui aufert præbendã: similiter & alius eps

e QVidquid.] ¶ Cogitauerit.] Argu. contra extra de diuor. c. 1. C. de repu. l. 1. sed illud non tenet.
SED QVAERITVR. Hæc est 7. Pars q in qua quæritur (vt dicit hic) quare dimittunt hoĩes. vxores pp adulterium, & mulieres non viros. Et respõdetur, quod mulieres probare non possunt. Io. de Fan.

diu societatem relictæ coiugis sinceriter amplectatur, & foueat. Itaque qui iam admoniti à sacerdote semel, bis, terque, vt corrigerentur, ad torum suæ coniugis noluerint redire: ipsi se suis meritis, & à palatinæ dignitatis[a] officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium quamdiu[b] in culpa fuerint, amissuri sunt, quia carnem suam dissidij iugulo tradiderunt.

Iuo p. 8. c. 228.

Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 96.

¶ De eodem. C. XXII.

Eph. 5.

QVidquid mulier tua contra te cogitauerit[c], aut fecerit, vel si te accusauerit; non est, excepta causa fornicationis, reijcienda, vel odio prorsus habenda, quæ est α Apostolo præcipiente, sicut ecclesia à Christo diligenda.

α ¶ Quæ est.] *Hac vsque ad finem addita sunt ex ipsis responsionibus.*

7 Sed quæritur cum sit par vtriusque conditio, cur communicãtes[d] viri cum adulteris vxoribus nõ cõueniant[e]; cum econtra vxores consortio adulterorum virorum manere videantur.

De his ita scribit Innocentius Papæ, epist. 3. ad Exuperium episcopum, c. 4.

¶ In vtroque sexu adulterium pari ratione punitur.
C. XXIII.

Sent. 4. dist. 35.
Iuo p. 8. c. 214.

CHristiana religio adulterium in vtroq; sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. † Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes[f] deferre consueuerunt: & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur, virorum autem latenter commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur: qui vtique submouebitur, si eius flagitium detegatur.[g] Cũ ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ[h] ratio conquiescit.[i]


† Concor. l. cũ fratrem & ibi Bald. C. de his q. vt indig.

CASVS. Quærit Gr. hic incidẽter, quare viri non cohabitent vxorib. adulteris: sicut econuerso: sed quare hoc contingat, in sequen. cap. dicitur.
d ¶ Communicantes.] Id est, simile adulterium perpetrantes, sicut, & mulieris.
e ¶ Non cõueniant.] Vt possint accusari de adulterio, sicut vxores.
CHristiana.] CASVS. Probatur ĩ hoc cap. quod vxor potest æquè accusare virũ suũ, sicut ecõuerso 3. sed nõ solet hoc ita frequẽter accidere, triplici de cã, scilicet pro verecũdia, itẽ pro timore, itẽ quia vir cautius peccat, nec sic de facili deprehenditur. Quod postea sequitur, planum est.
f ¶ Apud sacerdotes.] Arg. adulteros tantũ ab ecclesia iudicandos. 33. q. 2. sæculares, inf. 35. q. 6. multorum.
g ¶ Detegatur.] Hic manifestè hẽs, ꝙ vxor potest accusare virũ de adulterio: licet secus videatur secundum legem. De hoc not. sup eo. q. 5. §. hoc ĩ mulieribus.
h ¶ Vindictæ.] Q. d. non deficit ius, sed probatio, vt ff. de test. tut. duo sunt Titij.
i ¶ Cõquiescit.] Quo ad ecclesiã Ecclesia enim nõ iudicat de occultis. 32. dist. erubescãt. potius enim opinionẽ sequimur quàm veritatem. arg. 3. q. 7. § tria.

3 Addeglo. & Car. Flo. in ca. tuę. de procu. Cyn. & doct. in l. t. C. de adulterijs.

Vxor potest accusare virũ de adulterio.

QVÆSTIO VI.



Cce, ꝙ ista dimitti nõ valet, cũ à fornicatione innocẽs inueniatur. Sed ponatur[k], ꝙ ipsa sit adultera: quæritur, si adulter possit dimit

i De hoc habetur. 7. q. 1. si quis presbyter. Criminosus post pęnitẽtiam an possit admitti in testem.
2 De hoc satis disputat ipse B. Brix. in quæstione sua veneriali, quę incipit. Itẽ quæritur vtrum, ibi videas.

episcopus potest ei auferre id, quod ab ipso habet, 1. vt 7. q. 1. si quis presbyter. & 11. q. 3. si quis à proprio. Itẽ arg. quod quidquid prælatus vel alius fecit tempore excommunicationis, non valet, vt 7. q. 1. factus. & 25. q. 1. omne. & de conse. dist. 1. hic ergo. 12 q. 2. alienationes. Item est arg. hic, ꝙ postquam quis pœnituit de crimine, ꝙ possit recipi in testem: licet manifestũ fuerit eius crimen. quod verum est in ciuili: secus in criminali, vt 6. q. 1. qui crimen &c. illi qui. & 4. q. 1. c. 1. & 3. q. 2. beatus. H. tamen subaudit hic, maximè Iõ. hoc hodie expressum est extra de testibus, testimonium 2. B.
b ¶ Quamdiu.] Supra 6. q. 1. illi.



Cce.] CASVS Hic ponitur 6. q. qua quæritur, an adulter possit adulteram dimittere? Et dicendum est, quòd non, vt probatur in sequentibus. Dicitur ergo in hoc §. quòd adulter non potest vxorem adulteram dimittere: cum sit eodem crimine infectus. & hoc probatur duabus auctoritatibus Domini.
K ¶ Sed ponatur.] Hæc q. nihil habet qõnis quin alter possit reliquum repellere per exceptionẽ, vt inf. eo. c. 1. extra de diuor. significasti. denũciare tñ potest vir adulter

Vir & mulier nõ dẽnt iudicari ad impatra.

ter crimen vxoris adulteræ, & maxime secundũ opi. H. Aliter enim non posset ei consuli, cum accusare non possit: quod non concedo, quod aliquis criminosus possit denunciare crimen alterius, nisi pœniteat de crimine. Sunt autem 7. casus, in quibus maritus repellitur ab accusatione adulterij. Vnus est, si ipse fuerit fornicatus, vt hic. c. 1. Secundus, si vxor vi fuerit oppressa, vt su. eo. q. 5. ita ne Tertius si credebat maritũ mortuũ, vt 34. q. 2. cũ p bellicã. Quartus, si alter sub spe mariti cognouit eã, vt 34. q. 2. ĩ lectũ. Quintus si dedit ei occasionẽ fornicãdi, vt ext. de eo q cog cõsan. vxo. suæ discretionem 1 Sext[9], si marit[9] post adulteriũ tolerauit eam 2. arg. su. ea. q. 1. si quis vxorem. & c. sicut. ff. solu. mat cũ mulier. Septim[9] est, si adulterata est ante baptismã, vt extr. de diuor gaudemus. a ¶ In illam.] Nam si aliquod peccatũ habebat, mortale erat: q a cæremonialia delebant venialia tantum. de pę. d. 6. ea. vel venialia ff. de do. si duo.

1 Concor. tex l. 2. §. si publico, cũ ibi no. ff. de adult. & in l. cũ mulier, solu. matri. 2 Subau. nisi ex nouo adulterio, vt dicam infr. eá ca. 1. in gl. vlt.

la replicatio, vel exceptio admittatur: & ad solutionem suam confirmandam inducunt illud. ff. de adul. si maritus. §. præscriptiones. nã ibi dicitur, q postquã nomen accusati fuit receptum inter reos, nullæ præscriptiones admittuntur. H. tamẽ dicit, q si ante litem contestatam non

tere eã causa fornicationis. Nõ enim videtur, q pari crimine infectus alium de eodem punire possit. Vnde cũ Iudæi adulteram accusarent, æquitatis sententiam à Domino acceperunt. [Quicunq. vestrum sine peccato est, primus lapidem in illam [a] *mittat.] Hinc etiam in Euangelio præcipitur: [Hipocrita primum eijce trabem de oculo tuo, & postea educes festucam de oculo fratris tui.]* Ioan. 8. Luc. 6.

Hinc etiam Augustinus scribit in libro primo de sermone Domini in monte, c. 28.

¶ Qui fornicatur, fornicationis causa vxorem suam dimittere non potest. C. I.

Nihil iniquius [b] quàm fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse conuincitur [c] fornicari. Occurrit enim illud: In quo enim alterum iudicas, temetipsum cõdemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa uult abijcere uxorem; prior debet esse à fornicatione purgatus. [d] Quod similiter etiam de fœmina dixerim.

Sent. 4. dist. 35. Iuo p 8. c. 250. Pann. l. 7. c. 31. Rom. 2.

Idem de verbis Domini tractatu, siue sermone 46.

¶ Qualem quisque uult inuenire uxorem, talem se seruet eidem. C. II.

Si ducturi estis uxores, seruate uos uxorib. uestris: Quales uultis eas [a] inuenire, tales & ipsæ inueniant uos. † Quis inuenis est, qui nõ castã uelit ducere uxorẽ? & si accepturus est uirginem, quis non intactam desideret? Intactam [e] quæris? intactus esto: puram quæris, noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes.

Iuo p. 8. c. 45.

† Adde ad hoc text. in l. 1. & ibi no. per Cynũ, & Doct. C. de adult.

a ¶ Eas inuenire.] *In originali, & apud Iuonem est,* Quales eas vultis ad vos venire, tales & vos debent ipsę inuenire.

Nihil.] CASVS. Dicitur hic, q vir adulter vxorem prætextu fornicationis dimittere nõ pt: similiter nec vxor, q enim vult vxorẽ p̃textu fornicationis abijcere, prius debet se de fornicatione purgare: quod & de fęmina dicitur. b ¶ Nihil iniquius.] Id est, iniquum est hyperbolice loquitur sim. inf quæst. 7. quid in omnibus. 7. q 1. omnis. c ¶ Conuincitur.] Sed qualiter potest maritus conuinci de adulterio, qui primo cępit vxorẽ suã accusare de adulterio? nam accusatori nunquam põtest par vel minus crimen obijci, vt 3. q. vlt. neganda, ergo simplex adulterium non põt obiicere viro, nisi ei velit obijcere adulteriũ incestuosum, vel adulterium cum aliqua coniugata? Respon si directe vult vnus agere cõtra reliquũ, tunc præferendus est primus accusator vel actor. ff. de iud. qui prior. Si autem vxor vult agere in modum exceptionis, prius auditur, & probata exceptione repellit maritũ, vt extra de ord. cog. cũ dilectus. Sed adhuc obijcitur: ex quo vir propriam iniuriam prosequitur, non potest mulier eum repellere per aliquam exceptionem, vt 4. quæst. 6. omnibus. nam ibi dicitur, q in causa sua quilibet infamis admittitur Sed dicimus hoc speciale esse in adulterio & lenocinio. Hęc enim excepto adulterij vel lenocinij repellit agentẽ, vt extra de diuor. significasti. & extra de eo qui cog. conf vxo suæ, discretione, ff sol. ma. cum mulier, 2. C. de adult. quoniam Alexandrũ. Sed huic contradicit, ff. de adul. l. 2. §. si publico. vbi dr̃, q exceptio lenocinij vel adulterij non repellit maritũ! Ad hoc solet dici, q illa lex loquitur qñ post litẽ cõtestatã obijcitur lenocinij crimẽ vel adulterij. Et dicunt q dã, q est speciale in adulterio, q post litẽ contestatam nulla

Accusans vxorem adulteram qualiter conuincetur de adulterio.

non credebat adulterium accusatorem commisisse, & si postea sciuit, bene potest excipere contra eum: sed tamen huic prædictus §. si publico, contradicit, nam ibi dicitur quod exceptio fuit admissa: sed intellige quod admissa post litem contestatam fuit de facto.

d ¶ Purgatus.] Id est, immunis: non enim sufficit q sit purgatus. nam licet vxor pœniteat de adulterio, si tamẽ viri adulterium velit accusare, repellitur exceptione. nã cum post pęnitentiã vir possit eã accusare, vĩ multo fortius, q eã possit exceptione repellere. arg. inf. prox. causa. q. 2. admonere. arg ff. de reg. iur. inuitus. §. cui damus. Sed quid sentis, si vir eam sibi reconciliauit, & postea vir adulteratur? si enim vxor eum velit accusare, poterit eã repellere exceptione adulterij, quod vxor cõmisit, & ipse remisit reconciliandum eam: & etiam Deus sibi remisit, cum iam ipsa pœnituit. sup. ea. q. 1. apud misericordem Resp. sic: quia quædam possumus consequi excipiendo, quæ non possumus consequi agendo: quia qui crimen intendit, videndũ est si ipse prius fuerit criminosus, vt 6. q. 1. qui crimen arg cõtra. 23. q 4. si illic H Ego dico quod viro non competit exceptio, cum iam sit ab eo remissa, vt ff. de æsti edi. quæritur. §. si venditor.

Excipiendo cõsequimur qd non cõsequimur agendo.

Si ducturi.] CASVS. Dicitur hic, q tales debent esse uiri vxoribus, quales volunt sibi esse vxores. Nã cum ipsi velint vxores intactas esse, & ipsi intacti debent esse. Sequentia duo cap. plana sunt.

e ¶ Intactam.] Iniquum enim est vt pudicitiam vir ab vxo-

uxore exigat quam ipse non exhibet, arg. ff. ad leg. Iul. de adulte. l. si uxor. §. index, supr. dist 95. esto subiectus. Item frustra petit debitū q quod debet non impendit: quod enim quisque iuris, &c. 1 argumen. dist. 6. neque. arg. supra cap. q. 4. nemo.

a ¶Ini-

Debitum petens impendat ꝙ dēt. 1 Ext. de cō fit. cum oēs & de præbē. pro illorū. Arch.

N On mœchaberis.] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ uir mœchari non debet, nec debet petere ab uxore ꝙ ipse seruare non velit nam cum vir sit caput uxoris, præcedere debet eam in castitate, sicut in domo, ne domus suæ capite deorsum pendeat.

Idem in epistola ad Pascentium comitem Arrianum, epist. 184.

¶Iudicium de alio expetere non debet, qui de se iudicari contemnit. C. III.

Iuo p. 6. ca. 392.

I Niquum est, ut quisque de alio iudicare uelit, & iudicari [a] de se nolit.

Idem de adulterinis coniugiis, lib. 2. c. 8.

¶Viri grauius sunt puniendi de adulterio, quam mulieres C. IIII.

Sent. 4. dist. 35. Iuo p. 8. ca. 242. Pann. l. 7. ca. 36.

I Ndignantur mariti, si audiant adulteros viros pendere [b] similes adulteris fœminis pœnas: cum tanto grauius [c] eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

Idem de decem chordis, c. 13.

¶Sicut vir caput est mulieris, sic adulterando grauius delinquit, quam mulier. C. V.

Iuo, p. 8. ca. 263. *Exod. 20. Deut. 5.*

N On mœchaberis, id est, non ibis ad aliquam aliā præter vxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore; † & non uis reddere hoc uxori? & cum debeas in virtute præcedere [d] uxorem (quoniam castitas [e] uirtus est;) tu sub uno impetu libidinis cadis? & uis uxorē tuam uictricem esse, tu uictus iaces? † & cum tu caput sis uxoris tuæ, præcedet te ad Deum, cuius caput es? uis domum tuam capite deorsum pēdere? Caput enim mulieris est uir. Vbi autem melius uiuit mulier, quam uir, capite deorsum pendet domus. Si caput est uir, melius debet uiuere uir, & ꝓcedere in omnibus bonis factis uxorem suam, ut illa imitetur uirum, & sequatur caput suum.

† Adde tex. quasi in terminis in l si uxore. § iudex, ff. de adulte.

† *al. iacens.*

Eph. 5.

His auctoritatibus monstratur, quod adulter adulteram dimittere non ualet.

d ¶Præcedere.] Qđ dicitur hic de uiro respectu vxoris, intelligendū est de prælato respectu clericorū, & de clerico respectu laicorum. ar. 1 q 1. vilissimus, & 3. q. 1. ca. vlt. & de magistro respectu discipulorum quos præcedere dēt, C. de profess. & me. magistros. 8. quæst. 1. qualis.

e ¶Castitas.] Cōiugalis 31 q. 1. Deus. Ipse etiam concubitus coniugalis castitas dicitur 31. d. Nicęna Hug.



N Vnc āt.] Hæc q̄stio diuiditur in septem partes. In prima quarum probat 9 auctoritatibus, ꝙ si aliquis dimittit vxorem causa fornicationis, manebit in castitate ea viuente, vel reconciliabitur illi Secunda ibi, [Sūt enim] Tertia ibi. [Non solum.] Quarte ibi, [His ita] Quinta ibi, [Sed illud.] Sexta ibi, [Hi qui.] Septima ibi. [Vt ergo.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur septima quæstio. qua quęritur an uxore sua dimissa viuente illa possit aliam ducere quis, & indistincte dico, ꝙ nō, & hoc probaē per seq. ca. quorum primum per se patet.

QVAESTIO VII.



N Vnc autem [f] quæritur, si ille, qui dimiserit uxorem suam causa fornicationis, illa uiuente aliam ducere possit. Quod autē hoc fieri non possit, testatur Augustinus in libro de bono coniugali, c. 7. dicens.

¶Vinculum coniugij fornicatione non potest dissolui. C. I.

Iuo p. 8. ca. 9. & 235. Pann. l. 7. c. 6.

I Nterueniente diuortio [g] non aboletur illa confœderatio nuptialis, ita ut sibi coniuges sint, etiam separati, cū illis autem adulterium committant, quib. etiam fuerint

f ¶Nunc aūt.] Hæc quæstio non hēt quęstionem, quia nō potest dimissa una aliā ducere, nisi cum matrimonium rumpit, & prior desinit esse vxor, vel cum spōsa ingreditur monasterium, vel cum infidelis dimittitur nolens cohabitare viro 35. q 2 de incestis; & q. 6. si duo. extra de conuer. coniug. ex publico, & extra de diuor. quanto.

Maritus quā vxorem pp fornicatione dimisit, an aliam ducere possit.

a I Niquum est] ¶ Iudicari] 3. quæstio. 8. cuius in agendo.

b I Ndignantur.] Pendere.] Idest, sustinere, a pendo, dies.

c ¶Grauius.] Arg. maiorem esse reatum, ex persona delinquentis, arg. 11 q 3 præcipue. 25. q. 1. nulli,

g I Nterueniente diuortio] Diuortium autem nō est verum, nisi cū fit animo constituendi discessionē infra de pęn. dist. 1. diuortium. Diuortium autē dictū est a diuersitas mentis, vel quia in diuersas partes 2. cunt

Diuortium vnde dicaē. 2 Vt ff. đ ver. sig. inter diuortium.

post suum repudium [a] copulati.

Item de adulterinis coniugiis, lib. 2 c. 4. & 5.

¶ Nulla ratione dissoluitur coniugium, quod semel initum probatur. C. II.

Licite dimittitur coniux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. Propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit ẽt ob causam fornicationis. Sicut.n. manente [b] in se sacramento regenerationis excommunicatus quis *a* reus criminis, nec illo sacramento caret, etiam si nunquam reconcilietur Deo, ita manente in se vinculo fœderis coniugalis, vxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiam si nunquam [c] reconcilietur uiro. Carebit autem, si mortuus fuerit uir eius. Reus uero excommunicatus i deo nunquam carebit regenerationis sacramento, etiam non reconciliatus, quia nunquam moritur Deus.

Iuo p. 8. cap. 235. Pann. l. 7. cap. 5.

a ¶ Excommunicatus quis) *Totius hic locus est restitutus ex originali, & multa alia cum ex eodem, tum ex vetustis exemplaribus emendata.*

Idem super epistolam Pauli ad Corinthios.

¶ *Est apud Bedam 1. Cor. 7. ex lib. 1. B. Augustini de sermone Domini in monte. c. 26.*

¶ Siue uir ab uxore, siue uxor a uiro causa fornicationis discesserit, alteram habere prohibetur. C. III.

Apostolus [d] dicit: [His, qui sunt in coniugio, pcipio nõ ego, sed Dominus, uxorem à uiro nõ discedere: [e] quod si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari uiro [f] suo.] Potest.n fieri, ut discedat ea causa, qua Dominus permisit. Aut, si fœminæ licet uirum dimittere, etiã præter causam fornicationis, & non licet uiro, quid respondebimus de hoc, quod dixit posterius, [Et uir uxorem n e dimittat?] quare non addit, [excepta causa fornicationis,] quod Dominus permittit, nisi quia simi-

Sent. 4. dist. 35. Poly. l 6. titu. 4. Iuo p. 8. ca. 108. Pann. l. 7. cap. 2. 1. Cor. 7.

cunt qui matrimonium distrahunt ff. de repud. l. 2 nec fit diuortium quo ad matrimonii essentiã, sed quo ad vsum carnis, & dupliciter fit, ori perpetuo, inf. prox. q. 3. quod Deo. Vel ad tempus, 30. q 1. nosse.

a ¶ Repudium.] i. diuortium nam repudiũ proprie est inter sponsos, ff. de ver sig inter stuprũ. §. diuortium.

Licite.] CASVS. Dicit Aug. ĩ hoc c. ꝙ licite quis dimittat vxorẽ causa fornicationis: sed tamen durat uinculũ coniugale: vnde facit comparationẽ fœderis nuptialis ad fidã baptismalẽ. Nam & si diuortiũ fiat, tñ matrimonium perseuerat. Similiter etsi baptizatus cõione ecclesiæ priuet, tñ baptisma perseuerat, postea facit dissimilitudinem inter ea: nã mr̃imonium morte finitur secus in baptismate.

b ¶ Manẽte.] Arg. ꝙ nec sacramento ordinis careat depositus: cum hæc duo sibi æquiparet ea nõ, s. sacramẽtũ ordinis, & scrum baptismi, vt ĩfra de cõse. d. 4. ostẽditur, Arg. cõtra. 50. accedens.

c ¶ Nunquam.] Hic habes ꝙ verũ sacramentũ baptismi nũquam in aliquo abo letur: vnde videtur, ꝙ anima semel baptizata nunquam debeat iterum baptizari, & si millies quis resuscitaretur ad vitam. Sed quid de ordinibus? quid de possessionibus? quid denique de vxore Lazari? nunqd sũt ei omnia restituẽda? Item nunquid anima contrahit originale peccatum cum denuo applicatur carni? de originali dicit Hug. non esse illud in suscitato, quia morte extinguitur, sed dignitates, & uxorem petere non potest de iure, de æquitate tamen si uacat ei est subueniendum. Gã. dicit nõ esse mortẽ ubi resuscitio sit secuta: sed potius diuiuam quandam vocationem, ideoq. nec matrimoniũ dissoluitur. nec cętera amittuntur 1. qđ aũt dicit Augu. non de naturali morte sed de miraculosa intelligitur. Tu dic matrimoniũ morte dissoluit, ut hic dicitur, cũ sic, quædã societas, q̃ dissoluitur morte, ff. p so. cũ duobus. §. idem respondit. mors aũt oĩa delet. in auth. de nu. § deinceps. col. 4. idẽ dicẽdum de prælaturæ. Sed baptisma nõ deletur morte, vel aliquid aliud, in quo cõfertur gratia, ut ordo vnde resuscitatus nõ est denuo ordinandus, & est ratio, quia per baptismum copulatur immortale immortali, s. anima Deo: per matrimonium mortale mortali, scilicet corpus corpori, & ita dissoluitur morte sola. Vnde dicit Baz. ꝙ matrimonium non soluitur ingressa monasterii 2: quia dicitur hic, ꝙ sola morte soluitur

matrimonii sacramentum Io. quid iuris sit de hoc, in quæstionibus notaui, B. 2.

Apostolus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima, ostendit, August. quod vir vxorẽ dimittere non debet nisi causa fornicationis, qua dimissa aut eam sibi reconciliet, aut contineat. In secunda parte quęrit, quare hęc adiectio non est apposita. s. causa fornicationis, cum dixit apostolus: Et uir non dimittat uxorem suam: sicut dictum est ibi: Vxor nõ dimittat virum suum, nisi causa fornicationis. Et rñdet, ideo quia intelligitur repetita. In tertia parte ostẽdit ꝙ fornicatrix non iubetur dimitti, sed permittitur. In quarta parte ostendit, ꝙ si non põt aliam ducere, multo minus fornicari. Secunda pars incipit ibi, [Potest enim.] Tertia ibi, [Dominus autem] Quarta ibi. [Idem de sermone.] Sequentia duo cap plana sunt.

d ¶ Apostolus dicit.] In epistola 1. ad Corinth. cap. 7.

e ¶ Non discedere.] Nisi propter fornicationem.

f ¶ Viro.] Etiam innito: maxime si non sunt separati iudicio ecclesiæ: immo ẽt post pnĩam usq. ad bienniũ põt eam sibi recõciliare inuitam, ut C. de adult. auth. sed hodie. Sed quid si postea maritus adulteret, postq̃ sententia esset lata contra uxorẽ de adulterio? Dicunt omnes ꝙ maritus tenetur eã recipere, vt extra de diuor. ex litteris, & extra de iureiu. tua, & extra de adul. tua,

3 Qđ dominicali est, & incipit, Esto ꝙ aliquis sit resuscitatos, & c. vbi põit sñiam Gã. & Hug. Arg.

Mortuus si suscitetur an debeat iterũ baptizari. & uxorem, & bona recipere.

1 Sub. sed ad oĩa restituũtur quasi iure postliminii, ar. 16. q. 2. prima Ar.

2 Alii cõtra vt no. 27. q. 2. de sponsa am. & c. seq.

Maritus per sñiam ab vxore separatus, si postea adulteretur an sit ei restituendus,

tua. quod uix credo, eo q nulla facta sit iniuria mulieri, ut inf. ea. quemadmodum, est. n. liberatus a mutua seruitute. nam cum illa mulier non possit induci testis super aliquo, cum sit damnata de adulterio, ergo nec ad accusandum admittitur 1. non. n. pōt dici, q suam in-

iuriam prosequatur, cū omnes ius siue ēt seruitutem quam habuit in uiro, perdiderit, & præmissos decreta les intelligo cū non fuit snia lata super adulterio, sed tantum diuortio, multum enim refert an iudex ita snia dederit, pronuncio te adulteratā, an sic pronuncio ui rū esse separandū a te. sic 2. q 3. §. notandum. Vel ibi iudex ex officio suo restituit uirū mulieri 2. alias inconueniens esset, q snia a qua nō esset appellatum, & quę transiuit in rē iudicatam, pp delictum superueniens retractaretur. hoc aūt bene concedo, q pp delictum superueniens restituitur seruitus prior, dūmodo snia non præcesserit super adulterio. si tñ factum fuerit publicum, ut ex. de diuor. significasti. lo. cōtrarium dixi in qōnibus 3 per decre. illam ex litteris. & decr signi ficasti. nam illa decr. ex litteris expresse ponit hūc casum. B.

1 Ad hoc 15. q. 1. §. 1.

2 Hanc sniā tenet Inn. tā quā ueriorē ext. de diuo. c. de illa. Ar.

lem [a] formam vult intelligi, vt si dimiserit, (quod causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur uxori? *& post pauca.* ¶Dominus autē permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non iussit.

a ¶Apostolus dicit.) *Apud B. August. in 1. lib. de sermone domini in monte, c. 26. legitur,* sed consulamus Apostolum, nequid temere dicamus (his, qui sunt in cōiugio, inquit, pręcipio, &c.) *Apud Bedam uero. 1. Cor. 7.* His, qui sunt in coniugio, præcipit per Apostolū dominus uxorem, &c. *Multa uero & in hoc, & in sequentibus capitibus,* Fieri *&* dominus *emendata sunt ex ijsdem B. Aug. & Bedæ in locis indicatis.*

Beda 1. Cor. 7.

Idem de sermone domini in monte, lib. 1. c. 25.

C. IV.

Iuo p. 8. c. 237.

Fieri potest, vt vir dimittat uxorē causa fornicationis, quam dñs exceptam esse uoluit. Iā uero si nec illi nubere conceditur, viuo uiro, a quo recessit, neque huic alterā ducere uiua uxore, quam dimisit; multo minus fas est illicita cū quibuslibet stupra committere.

Concil. African. ca. 69. & Gręcum c. 105

Item ex concilio Mileuitano, c. 17.

¶Ab uxore dimissus, vel dimissa a uiro ad pœnitentiam redigantur, nisi aut continenter viuere, aut sibi reconciliari voluerint.

C. V.

Matth. 19. 1. Cor. 7.

Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 15. Burc. l. 9. c. 64. Iuo p. 8. 200.

Placuit, vt secundum Euangelicam, [b] & Apostolicā [c] disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri coniungantur: sed ita maneāt, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pęnitentiam redigantur.

Beda 1. Cor. 7.

Item Aug. lib. 1. de serm. domini in monte, c. 25.

¶Mæchatur, qui a viro dimissam ducere præsumit.

C. VI.

Sent. 4. d. 35. Iuo p. 8. c. 237. Pann. l. 7. c. 4.

Dominus ad illud confirmandum, ut non facile dimittatur vxor, solam causam fornicationis [d] excepit, cæteras vero uniuersas molestias, si quę forte extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate fortiter sustineri. [e] Et mæchum dixit etiam uirum, qui eam duxerit, quæ soluta est a uiro.

Item Hieron. ad Amandum presbyterum.

β ¶Amandum.) *Sic in plerisque uetustis, nam in uulgatis erat,* Damasum. *Sunt autem aliqua in hoc cap. te emendata ex ipso originali, ubi glossa non obstitit.*

¶Adultera probatur, quæ uiuente viro alteri nubit.

C. VII.

Poly. l. 6. tit. 4. Iuo p. 8. c. 239.

Omnes causa-

d ¶ Adulterium.] Sic ergo permittitur minus malum, vt euitetur maius. 1. su. 26. q. 2. hi qui su. 22. q. 1. c. vlt. su. dist. 84. presbyter su. pxi. q. 7 qd in oĩbus. contra. Sol. grauius est homicidium quàm adulteriũ, sed ibi 2. expone grauius: id est, generalius. 50. dist. quia tua. Vel turpius rõne ingnationis. 32. q. 1. in coniugio. & non est consiliũ vel præceptũ quod hic dicitur: sed est comparatiua permissio, quæ non excusat à peccato.

1 Sic 12. q. 1. considera.

Homicidiũ grauius est adulterio.

2 Scilicet in præced. cap. quid.

ADDITIO. Quod dic vt plene no. 3. distinct. capitul. vlti. in prin.

IN PRÆMISSIS. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua dicitur quod in sequenti c continetur. Io. de Fant.

e ¶ In præmissis] Sic intellige 31. q. 1. hac ratione.

f ¶ Impendatur.] Supra ead. interfectores.

reos. C. de repu. l. vlti. Item non dico quod ipsimet debeant eis pœnitentiam iniungere 3 sed compellere vt accipiant ab alijs. Sed nunquid laicus idem potest de vxore sua? Dico ꝙ non: quia non inuenio expressum, castigare tamen potest eam, vt notaui supra ea. q. 1. sicut

3 Super hoc videas quod no. 31. q. 1. omnes in gl. non not. &c. Arc.

Vxores clericorum si peccent, quid iuris.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si vxores clericorum peccauerint, eas non occidant, sed eas custodiant, ne de cætero habeant licentiam peccandi, macerando eas verberibus & fame: sed non vsque ad mortem: cum eis autem non comedat: nisi prius uere pœniteant. sequens §. patet, ad quem inducit sequens c.

g ¶ Licentiam,] Idest impunitatem. Simile. 45. distin qui sincera.

h ¶ Potestatem.] Nam si eam etiam male verberauerit, nisi pro causis in lege expressis, punitur in pecunia: quia dabit ei tertiam partem donationis, quam dedit propter nuptias, vt in auth. vt liceat. mat. & auiæ. §. si quis aũt. coll. 8. si autẽ quis nõ dedit dona. propter nuptias, punitur in quarta parte totius suæ substantiæ, si eius substantia nõ excedit 300. aureos: si excedit, dabit 100. aureos. cut clericus. Sed quare dicit, ꝙ pauperes clerici seruiant sibi? Dic ꝙ respondet tacitæ obiectioni. q. d. & si mulieres ligatæ non possunt eis seruire: pauperes clerici, qui non possunt alios seruientes habere, seruiant sibi vice mutua. Item secundum Hug. non poterunt illas reconciliare sibi, nisi nollent promoueri. argu. 33. distinct. si cuius Alij autem dicunt illum non impediri, cuius vxor cognoscitur ab alio, si ipse non consentiat eius adulterio. vnde bene possunt eas reconciliare etiam quo ad carnis comercium: nec eis in aliquo præiudicatur, quod tamen intelliges secundum quod dixi sup. 34. distinct. si cuius.

i ¶ Ita vt inuicem.] Ar. 15. q. 1. dilectissimis. arg. 11. q. 1. sicut enim. arg. d. 90. præcipimus.

K ¶ Si seruitia.] Idest, seruientes.

l ¶ Cibum.] Et est hoc propter enormitatem delicti: tamen ipsam excommunicatam non debet vitare 4 11. q. 3. quoniam multos, quod forte falsum est.

4 Idem sentit hic La cuius fuit ista glos. de hoc no. 27. q. 1. de filia Arc.

NVNC

NVNC AVTEM. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur quod hic & in sequenti c. continetur. lo. de Fant.

HOc ipsum.] CASVS. Quod peccator post septem an. pœnitentiam ad pristinum statum restituitur, hoc non ex carnali arbitrio, sed ex diuina sententia sancti Patres sanxerunt: quod probatur exemplo sororis Aaron: quæ propter murmurationem, quam fecit aduersus Moysem, eiecta fuit extra castra septem diebus, vt mundaretur; per quod notatur quod vij. annis debet aliquis pęnitere antequam in statum pristinum reuertatur. In secunda parte dicitur, quod cum in gestis conciliorum diuersa inueniatur sententia vel opinio: illius sententia teneatur, cuius antiquior & potior extat auctoritas. Secunda pars incipit ibi, [In fi. autem epistolæ.]

a ¶ Præcipit.] Idest, permisit post septem annos, supra distinctio. 82. presbyter, contra, sed varietas canonum est in pœnis infligendis, & pœnitentiæ sunt arbitrariæ, vt 26. q. 7. tempora. & in his minor pœnitentia est amplectenda. ff. de arb. diem proferre, §. si plures & l. non distinguemus. in prin. & dist. 50. eos vero.

Pœnitentiæ sunt arbitrariæ.

b ¶ Nam legitur.] Licet olim peccatum murmurationis nō mulctaretur morte: hodie tñ repellit (vt dicit H.) a promotione, ar. 90. dis. alienus, quia nec omnia, nec sola, &c. vt notaui 54. dist. multos. Hic inseritur vna ratio, quare septēnis pęnitētia imponatur. quia Maria, &c. Theologi aliter assignant, vt sicut propter peccatum septiformis spiritus sctī gratiā amisit, ita per pęnitentiam septennem eam recuperet.

Pœnitentia septennis est pro mortali imponenda

c ¶ Cui' antiquior. Sim. sup. 50 d. domino sancto. in fi. vbi de hoc dixi.

sumant, nisi forte ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.

5. *Nunc autem quæritur, quare sacris canonibus sit institutum, vt post septem annos pœnitentes in pristinum statum reuocentur.*

† al. Massenum

De his ita scribit Isidorus ad Massonem † episcopum in præfatione ad librum de summo bono.

¶ Quare sit institutum post septem annos in pristinum statum pœnitentes redire. C. XI.

Rabanus l. pœnit. c. 1. Poly. l. 4. ti. 39. Ans. l. 6. c. 398. & p. 15. c. 91. † al. cum † al. obtrectationis *Num. 12.*

HOc ipsum, quod canonum cēsura post septem annos remeare pœnitentem pristinum statum præcipit [a], &c. *vt in tractatu ordinandorum de Lapsis*, non hoc ex electione proprij arbitrij, sancti Patres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Nā legitur [b] quod Maria soror Aaron prophetissa, dum † detractionis † aduersus Moysem incurrisset delictum, illico stigmatæ lepræ perfusa est, cumq; peteret Moyses vt emundaretur, præcepit eā Deus extra castra septem diebus egredi, & post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita, sordidissimis cogitationum † maculatur contagiis; extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sanctæ ecclesiæ septem annis proiicitur, vt post emundationem vitiorum, loci, vel pristinæ dignitatis recipiat meritum. *& post pauca.* ¶ In fine autem β epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescumq; in gestis conciliorum discors sententia inuenitur; illius sentētia magis teneatur, cuius antiquior [c] aut potior extat auctoritas.

† al. corruptionū.

sup. dist. 50. domino sancto.

α ¶ Vt in tractatu ordinandorum de lapsis.] *Absunt hæc a plerisque vetustis, sed non sunt expuncta, quia sic solet citare Gratianus; & indicatur c. presbyter, supra dist. 82.*

β ¶ In fine autem.] *Hæc vsque ad finem absunt ab vno antiquo Gratiani exemplari.*

2. Reg. 12.

Hoc autē quamquā de sacerdotibus videatur specialiter dictum: generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi. Ad imitationē namque illius Dominicæ sententiæ Dauid de adulterio [d], & homicidio reprehēsus vni' hebdomadæ ieiuniū in satisfactionē admissi sceleris Deo legitur obtulisse. Hinc etiam ecclesiastica cōsuetudine est vsurpatum [e], vt maiorum [f] criminum pęnitētia sep

HOC AVTEM QVAMQVAM. CASVS. Dicit Gr. quod licet videtur dictū, quod sacerdotes spiritualiter debeant facere septennem pęnitētiam, hoc tamē generaliter ad omnes extenditur, vt probat exēplo Dauid, qui ad imitationem Dominicę sentētiæ de adulterio & homicidio septē diebus pęnituit. vñ postea ecclesia habuit in vsu, vt pro mortali peccato septēnis pęnitētia fieret: nisi enormitas delicti, vel dignitas officij maiorē fieri exigat ī se quēti aūt §. dicit quod pęnitentes mrīmonia cōtrahere prohibētur, & ad hoc īducit seq. c. Dñicæ sententiæ, de Maria scilicet, vt su. c. proximo.

d ¶ Dauid de adulterio.] Legitur ī libro Regum 2. c. 12. quod Nathā propheta cū redarguerit Dauid de adulterio & homicidio, descendit de solio, & grauiter est contritus: & dixit Nathan: transtulit Dominus peccatum tuum: verumtamen filius qui natus est tibi, morte morietur: percussit ergo Domiuns paruulum vsque ad vitæ desperationem: & pro paruulo ieiunauit Dauid, & noluit consolari. Accidit autem die septimo vt moreretur infans, & videns Dauid seruos vlulantes, intellexit, quod mortuus esset, qui lota facie: & mutata veste intrauit domum Domini, & adorauit: & exhilaratus redijt in domum suam.

e ¶ Vsurpatum.] Idest, vsu habitum.

f ¶ Vt maiorum.] Sup. 22. q. 1. prædicandum.

¶ Exe-

a ¶ Excellentia.] Vt sup. 82 di. presbyter. & 22. q. 1. deuotã, sup. 24. q. 1. si quis dederit, tñ oĩa ista sunt in arbitrio sacerdotis 26. q. 7. tempora. Vnde canones non ponunt mensuram pęnitentiæ: sed omnia hæc arbitrio sacerdotis relinquuntur, vt in f. de pęn. di. 1. mensuram. sint iterum solenniter pœnitere, tamen ecclesias intrãt, & admittuntur ad sacramentum, sed non ad communionem nisi in fine vitæ. Quod autẽ de viris dicitur, est de mulieribus similiter intelligendum. [Improfessam.] Id est, male professam.

Pœnitentiæ mensura per canones nõ ponitur.

DE POENITENTIBVS Hæc est 6. pars quæstio, in qua quæritur, vtrum pœnitentes solenniter possint contrahere? Et dico nõ debent, nisi essent iuuenes; si tamen contrahũt, tenet matrimoniũ. Io. de Fan.

Pęnitens solenniter an possit postea mr̃imoniũ contrahere.

b ¶ De pœnitentib. Hic monet magister quãdam incidẽtem quęstionẽ, an post solennẽ pœnitentiã possit cõtrahi matrimoniũ? Et tres sunt opiniones de solẽniter pœnitentib. Quidam dicunt, ꝙ nullus solenniter pœnitens potest contrahere, nisi ex dispensatione, inf. ea. antiqui. qa intelligitur vouisse: & sic itelligũt c. inf. ea. de his. pœnitẽs enim semper viuit sub regula ecclesiastica, vt de pę dist. 5. contrariũ. H. vero dicit, ꝙ quilibet pęnitẽs potest contrahere, nisi tantum in tribus casib. puta ꝓ vxoricidio, vel nisi iniũctũ hoc sit ei nomine pœnitẽtiæ, vel pro raptu sponsæ alterius, vel pro incestu. Adhuc tñ excipit adolescentes, qui (vt dicit) de iure cõmuni posũt contrahere. Ideo autẽ in tribus his casibus prohibetur, qa in his contaminatur matrimonium. Alij tamen ponunt quinque casus, in quib. post solennem pęnitentiam non licet contrahere. vnus est pro incestu, vt 32. q. 7. si quis viduam. Item pro vxoricidio, sup eo. interfectores. Item pro raptu sponsæ alterius. 27. q 2. statutum, nec contradicit. 36. q. 2. tria. nam ibi illa non erat sponsa. Item pro concubitu cum moniali. 27. q. 1. vt lex Item pro homicidio presbyteri, vt extra de pœn. & re. qui presbyterum. Item pro eo ꝙ dolose suscepit filium de sacro fonte. 30. q. 1. de eo. Et dicunt quidam, quod si isti contrahant, nõ tenet matrimonium, arg sup. ea. interfectores. Si tamen tales sint, qui non possunt continere, de licentia episcopi possunt contrahere, & consensus episcopi facit matrimonium talium tenere, vt inf. ea. c. vlt. Alij dicunt matrimonium talium tenere, licet prohibeantur contrahere: nisi apponatur in constitutione, quod si contraxerint, separentur 1. quod credo verum. ad hoc facit extra de præben. c. dilecto.

1 Ad hoc facit expresse quod le. & no. ex de de spons. impu. ad dissoluẽdam, in fin. Arch.

tem annorum spatio concludatur: nisi vel officij excellentia [a]*, vel criminum magnitudo vulgarem consuetudinẽ excedens (veluti, dum contra naturam humanæ societatis parẽtibus, vel liberis vel alijs eiusmodi personis impudice adhæremus: vel dum relicto naturali vsu contra naturam more sodomitico fornicamur; vel vsque ad coitũ brutorum animalium prolabimur,) præmissum spatium transcendere cogat. 6. ¶ De pœnitentibus* [b] *quoque quæritur, an eis generaliter post pœnitentiam peractam coniugia concedantur. Generaliter enim canonica auctoritate prohibentur pœnitentes ad sæcularem militiam redire, vel matrimonia contrahere.*

Vnde Syricius Papa, epistol. 1. ad Himerium episcopum, cap. 5.

¶ Pęnitentes matrimonia contrahere prohibentur. Burc. l. 10. c. 57. Iuo p. 15. c. 71.

C. XII.

DE his vero non incongrue dilectio tua Apostolicam sedẽ credidit consulendam, qui acta pęnitẽtia, tamquam canes, ac sues ad vomitus pristinos, & volutabra redentes, & militiæ [c] cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus; quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filij prodiderunt [d]. De quibus quia iam suffugium non habent pęnitendi; id duximus decernẽdũ, vt sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur [e], & sacris mysteriorum celebritatibus (quamuis non merantur) intersint: à Dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obscænis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cęperunt proficisci, per communionis gratiam volumus subueniri: quam formam, & circa mulie-

DE his.] CASVS. Quidam post acceptam solennem pœnitentiam ad militiam redeunt sæcularem. Alij vero viuunt incontinenter, vt per filios male genitos apparet: de quibus ita statuitur, vt quamuis non pos-

DE HIS. Hoc c potest intelligi de pœnitente solenniter pro aliquo prædictorum criminum, & tunc dic [improfessam.] i. continentiam male professam, i. non seruatam. Et quod postea dicit, [non habent suffugium pœnitendi.] Verum est ꝙ solennis pęnitentia non iteratur. 50 d. § potest licet G. innuat contrarium, inf. de pę. d. 3. §. ex persona. Potest etiam hoc c. intelligi de his, qui votum emiserunt, & post contraxerunt nec tenuit matrimoniũ: & tunc dicit improfessam idest male professam. Et dic ꝙ non habent suffugium pœnitendi, id est cõtra professionem suam veniendi. omnia alia plana sunt.

c ¶ Et militiæ.] Sed nunquid generaliter verũ est, quòd solenniter pœnitens non debeat redire ad cingulum militiæ? dicunt quidam hoc esse consilij, non autem præcepti. & ita intelligunt de pę. dist. 5 falsas. Hoc alij intelligunt in eo casu tantum, cum eis hoc iniungitur in pœnitentia. Alij dicunt illud tantum esse intelligendum, quando agit pęnitentiam solennem pro crimine in militia commisso, & hoc 2 innuit illud c. falsas 2.

Pęnitens solenniter an possit ad honorẽ redire.

2 Hic adde quod no. 50. d. si qs post.

d ¶ Prodiderunt.] Simile. 82. d. proposuisti, sup. dist. 28. prius quam, C. de episc. aud. nemo.

e ¶ Iungantur.] De pœn. dist. 5 si quis viro.

a ¶ Et

a ¶ Et circa mulieres.] Arg. ꝙ solennis pœnitentia ita iniungitur fęminis sicut, & viris arg. 50 dist. pęnitentes. inf. ea. q antiqui. & q. 5 pœnitentiam, sup. 27. q. 1 virginibus, & c. si quis sacro, inf. ea. c. 1.

SED QVIA. CASVS. Iste §. respicit superiorem §. vel c proximum sequens. Dicitur ergo hic, ꝙ quidam timebant ne si solenniter pęniterent, dissolueretur coniugium, vel ne amplius possent contrahere, cũ essent adolescentes, & sic non pœnitebant, & ideo statutum fuit vt possint vti matrimonio contracto, & cum alijs de nouo contrahere. & hoc inducit seq. c.

b ¶ Contrahere.] Quantum ad hoc vt vtatur matrimonio iam contracto, non est permissio, licet forte ita intellexerit Gra Io.

Audiuimus.] CASVS. Quidam stulti erant in falsa opinione, vt si pęnitentiam agerent, oporteret eos vxores habitas relinquere. Præcipit, ergo Leo, vt pęnitẽtiam agant, & vxores relinquere non teneantur.

c ¶ Audiuimus.] Si hoc intelligas de priuata pęnitentia, planum est: si de publica, tunc loquitur de matrimonio iam contracto.

In adolescentia.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis adolescens pro aliquo periculo imminente solennem egerit pœnitentiam, & postea propter lapsum carnis vxorem duxerit; nec ipsum condemnamus, nec regulam sic faciendi in alijs constituimus

d ¶ In adolescentia.] Hoc c. dupliciter potest intelligi. Primo de eo soluto, qui egit solẽnem pœnitentiam pro aliquo dictorum criminum, post contrahit. & secundũ hoc facit Grat. mentionem de hoc sup. e. interfectores. nec fit mẽtio de hoc infr. ea. antiqui, sed de alia cõstitutione Leonis, quam nõ habemus, cum illud, antiqui, de coniuncto in matrimonio intelligatur, qui tale quid cõmisit p.p quod egit solennẽ pœnitẽtiam pro aliquo prędictorum criminũ, de quo ibi dicitur, quod debet vti vxore sua quousq; possit seruare continentiã. Vel potest intelligi de iam cõiuncto, & secundum hoc fit de hoc mẽtio infra ea. antiqui. sed de qua fit mentio. sup ea. interfectores, iterum nescimus. Secundus casus repugnat illi litteræ, copulæ vxoris elegit: sed expone ibi, i. exegerit carnale debitũ. posset tñ intelligi illud c. antiqui. & illud, interfectores: ꝙ facerent ambo mẽtionẽ de hoc c. in adolescẽtia. ita. s. quod illud antiqui, intelligatur de coniungenda: & secundũ hoc littera posita in c. antiqui, ita dẽt exponi, cõiugatus, i. cõiungẽdus, redeat ad pristinum coniugiũ. i. cõtrahat cõiugiũ, ꝙ antea cõtrahere potuisset iure, si non peccasset, sed nunc ex dispẽsatione Ioan. de Fant.

res [a], quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandum esse censemus.

Sed quia timore soluendi coniugij, nonnulli ad pęnitentiam accedere differunt, vel propter lapsum adolescentiæ, quem formidant, pęnitentiæ remediũ suscipere neglıgũt; ideo auctoritate canonica permittitur eis, vel contracta matrimonia retinere, vel alia contrahere [b].

Vnde Leo Papa Galerio episcopo Tripolitano scribit.

¶ Ex indulgentia coniugia post pœnitentiam legitimam non negentur. C. XIII.

Audiuimus [c] à quibusdã, quod in vestris dięcesibus, ac finibus Christianorũ cętus leui occasione se subtrahunt pœnitentiæ iugo; dicentes, quia si pœnitentiam agimus, coniugij debemus relinquere copulam: in quo errant, & de veritatis calle discedunt: quia pro omnibus illicitis pœnitentiam vnusquisque Christi nominis cultor sustinere, ac peragere summopere debet, dicente Domino [Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum.] Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam sustinenti soluere licet. *& infra.* ¶ Sacris eos vos expedit eloquijs edocere, vt ab erroris eripiãtur caligine †, & licitis copulationibus iuncti, de omnibus illicitis pœnitentiam agere procurent.

Matth. 3.

† Caligo dicitur vmbra nebulæ de spissitudine aeris facta, dicta quod maxime aeris calore gignatur. in de caligare, i. obscurare, & caliginosus. Pau.

Item Leo Papa ad Rusticum, epistola 90 al. 92. c. 11.

¶ Propter lapsum iuuenilis incontinentiæ non negentur pœnitentibus licita coniugia. C. XIIII.

In adolescentia [d] constitutus, si urgente aut metu mortis [e], aut captiuitatis periculo pœnitentiam [f] gessit, & postea timens lapsum incontinentiæ iuuenilis, copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret; rem videtur fecisse venialem, si præter coniugem, nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam [g] cõstituimus; sed quid sit tolerabilius, æstimamus [h].

Item Nicolaus Papa Rhatoldo † episcopo sanctæ ecclesiæ Argentoratensis.

† *al. Rodulpho.*

d ¶ In adolescentia.] Arg. ꝙ ratione ætatis facilius dispensatur. 50. d pœnitentes. 35. q. 6. si duo.

e ¶ Metu mortis.] Cum volebat esse in bello, non intellige pro infirmitate. arg. 26. q. 7. c. 1.

f ¶ Pœnitentiam.] Id est, non expleantur septem anni, computato primo, ex quo pœnitens cœpit agere pœnitentiam.

f ¶ Pœnitentiam.] Arg. contra, sup. 50. dist pęnitentes. Ibi enim dicitur, quòd solennis pœnitentia non de facili iuuenibus imponenda est non est contra, quia illud bene concedo. Ioan.

Pœnitentia solennis nõ de facili iuuenibus imponitur.

g ¶ Regulam] Finis huius c. facit pro his qui dicunt ꝙ nec etiã iuuenis contrahere potest arg sup. ea. interfectores. H. vero Laur. & Mar. qui dicunt quòd iuuenis de iure cõi potest contrahere, exponunt litteram, non regulã constituimus i. non dicimus aliquid qnod erat ius cõe ante hoc, immo contra ius commune. quia de iure communi nec adolescens poterat contrahere ante hoc 1.

1 Et hoc ẽt dicit Hu. & Io. de Fant.

h ¶ Æstimamus.] Constituẽdo, scilicet quod modo tolera-

lerabilius est, quam eius contrarium, constituendo contra ius commune.

Latorem præsentium.] Hæc est 7 pars quæstionis, in qua dicitur qualiter puniatur matricida. Io. de Fan. CASVS. Iste matrem interfecerat: nunc Papa in hoc c. imponit ei pœnitentiā, vel ostēdit quā pœnitētiam episcopus suus debeat ei imponere. Sequentia duo cap. plana sunt, quæ dicūt, quod post pœnitentiam de fornicatione, pōt aliquis contrahere, uel uti matrimonio iam cōtracto. Sequēs §. patet. ad quem inducit sequens c.

a ¶ Nisi prius.] Arg. cōcesso maiori inhiberi minus. arg. 50. dist. c. placuit. argu. 17. q. 4. maior. & ext. de tornea. c. 1. Arg. contra 95. dis. illud. & qui indignus est minore & maiore. ff. de senat. qui indignus est. & cui interdicitur pomerium ciuitatis, & ipsa ciuitas. ff. de seruis exportan. cui.

Pomerio interdicto interdicitur ciuitas.

b ¶ Arma] Amittit ergo feudum, cum dominū iuuare non possit, & sibi hoc imputet: quia ex culpa sua hoc damnum incurrit. 15. q. 1. sane. argu. 17 q. 4. vxor. ff. de reg. iu. quod quis ex culpa. & hoc est verū, nisi tale sit feudū, in quo per aliū seruire possit. tunc n. seruiat per substitutum. C. de epis. & cler. quisquis. & 94 distin. valde.

Vasallus potest seruire quandoque per substitutum.

c ¶ Ad vesperam] Infra de consec. d. 1. solent.

d ¶ Cōuersionem.] Pōt ergo episcopus causa cognita relaxare de pœnitētia quā Papa imposuit 1 eadē rōne & clericus dē ea, quam eps imposuit, sed dic q Papa licentiā dedit de hoc. Item nūquid ille cui Papa pœnitentiā imposuit, potest ingredi monasteriū? sic. argu. sup. ead. admonere. & de pœn. dist. 5. si quis.

Pœnitētiam à papa impositam potest eps ex causa relaxare.

1 Sic 50. di. accedēs. vbi de hoc. & 36. q 7. tempora. ibi videas. Arch.

nium. 34. q. 2. cap. pe. Potest tamen episcopus dare licentiam incestuoso vt contrahat dispensatiue. aliàs contrahendo nihil agit; veruntamen videat episcopus cum quo dispenset: quia cum eo tantum debet dispensare, q continere non potest. Sed qualiter hoc constabit episcopo?

¶ Hæc pœnitentia est imponenda ei, qui matrem occiderit. C. XV.

7 Latorem præsentium matricidam esse cognouimus. Cui præcipimus, vt sub pœnitentię iugo pmaneat, ita vt per annum integrum ecclesiam nō ingrediatur; sed ante fores basilicæ orans, & deprecans Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat: tamen inter audientes stet; sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curiculis sacræ communionis, ei gratia concedatur: oblationes vero nō offerat, nisi prius [a] aliorum septem annorum curricula expleantur. ¶ His autem omnibus annis, atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus, atque Dominicis, & à Pascha vsque ad Pentecosten. Et quocumque ire voluerit; nullo vehiculo deducatur; sed pedibus proficiscatur; arma [b] non sumat, nisi contra paganos: ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vsque ad vesperam [c]. A propria quidem, ac legitima coniuge nō separetur, ne in fornicationis voraginem corruat; quod ne fiat, optamus. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquauerit; corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat: sin autem, vt supra statuimus, efficiatur: tamen, si illius conuersionem [d] † & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pullulare; humanius circa eum vestra solicitudo peruigil appareat, mitisque omnibus demonstretur.

Poly. l. 6. tit. 10. Ans. l. 11. c. 52. Burc. l. 6. c. 46. Iuo p. 10. c. 173.

Vide Rhenanum ad finem Tertulliani operum.

† *al. conuersationem.*

¶ *Pœnitentia parricidarum, quæ hic præcipitur, habetur in concilio Vuormaciensi, c. 30.*

Item. †

† *al.* Idem.

¶ Post dignam pœnitentiam adolescentibus permittuntur licita coniugia. C. XVI.

8 Si quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sancta scriptura prohibet; si dignam egerit pœnitentiam [e] & castitatis non valuerit continentiam sustinere, liceat ei legitimam in coniugio vxorem [f] accipere: similiter, & mulier, quæ tali fuerit scelere lapsa; vt fornicationis nō pducatur ad chaos †; sed hoc de laicis viris, ac mulieribus solummodo statuimus.

In concilio Vuormacien. c. 33. idem habetur.

† Chaos est confusio rerum. chaos Græci dicūt materiā cęli & terræ confusam, secūdum Pap.

¶ *Iuo citat hoc, quemadmodum & sequens, ex Nicolao ad Carolum archiepiscopum, & eius suffraganeos. Idem vero habetur in concilio Vuormaciensi, c. 33. nisi, quod pro illis verbis,* lapsa fornicationis, liceat.

Item. †

In eodem concilio, c. 34.

† *al.* Idem.

Si quis cum duabus.] Hæc est 8. pars quæstionis in qua probat, quod omnes incestuosi, & homicidæ si contrahant, tenet. Io. de Fant.

Incestuosus an possit matrimonium contrahere.

e ¶ Pœnitentiam.] Hæc opinio est quorundā, quòd quilibet incestus (nisi in adolescente) impedit matrimonium.

scopo? per famam vicinorum. extra qui cleri. vel vouen. significauit.

f ¶ Vxorem.] Supra 27. q. 2. qui dormierit. contra. supra prox. quæst. 7. concubuisti. contra. solut. hic ignorans, ibi sciens fuit. vel hic loquitur de illis, quarum neutra fuit vxor

vxor vel sponsa, Hug. sed hæc solu. reprobatur per illud infra. 35. q. 3. si quis cum matre. quia illud de simplici fornicatione intelligitur: quod patet 34. q. 2. §. de simpli citer. Vel hic de dispensatione ecclesiæ, vel lenitate misericordiæ, ibi de rigore.

a ¶ Si

vxore valeat separari, vt deportatio.

d ¶ Hoc aliter.] Non est verum quod aliter: sed hoc dicit, vt inducat seq. ca.

QVos Deus.] CASVS. Dicitur hic, quòd homo sine ratione separare non potest quos Deus coniunxit: vbi vero lex decidit, non separat homo, sed lex. Sequens §. planus est.

¶Puniatur, qui hæc crimina committit, non tamen legitimam dimittat vxorem. C. XVII.

Iuo p. 1. c. 138. & p. 9. c. 36. Pann. l. 7. c. 64.

SI quis cum matre α fornicatus fuerit spirituali: anathematis, vt scitis, percutitur [a] ictibus. Similiter [b] autem & illum percutere promulgamus; qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit scelus. legitimam tamē, si habuit, non dimittat vxorem, Quos β enim [c] Deus coniunxit, iudex sua auctoritate separare non debet.

α¶ Cum matre.] *Sic in Pannormia, & apud Iuonē p. c. 9. 36. sed apud eundem par. 1. c. 138. legitur.* si quis cum commatre *etiā in concilio Vuormaciensi.*

β¶ Quos enim.] *Hæc non sunt in Vuormaciensi, neque apud Iuonem, sed fere eadem in Pannormia.*

Quamquam Isidorus hoc aliter [d] *intelligat, dicens.*

¶Non homo separat, quos pęna condemnat. C. XVIII.

Mat. 19.

QVos Deus coniunxit, homo non separet.] Quæris quomodo: subaudi violenter, sine lege, absque ratione [e], quos Deus coniunxit, homo non separet. Non enim homo separat, [f] quos pœna condemnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat.

Verum hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices sæculi pro suis sceleribus, legum seueritate percellunt, quos vel morte puniunt, vel deportaei iubent.

Item ex concilio Toletano 6. c. 8.

¶ De eodem. C. XIX.

sup. ea. in adolescentia.

10 ANtiqui [g] & sanctissimi est patris sententia [h] Papæ Leonis, vt is, qui in ætatis adolescentia positus, dum mortis formidat casum, peruenerit ad pęnitentię remedium: si coniugatus forte † fuerit incontinens, ne postea adulterij lapsum incurrat, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adipisci temporis maturitate cōtinentiæ statum; quod nos sicut de viris, ita de fęminis ęquo modo censemus. Non quidem hoc generaliter [i], & canonice est præceptum: sed constat a nobis pro humana fragilitate indultum [k]. Ea duntaxat ratione, vt si is, qui pęnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quam ex consensu ad continentiā vnus α eorū [l] fuerit regressus, superstiti [m] non liceat denuo ad vxoris transire [n]

† al. est forte.

b ¶ Absq; ratione.] per hoc c. solue generale illud 31. quæst. 1. quod si dormierit. & q. 5. consuluisti.

f ¶ Non. n. homo separat.] Sed lex. Simīle 23. q. 5. si homicidiū. immo & per maleficium corpus virī efficitur principis, argu. ff. de ca. dimi. per totum.

ANtiqui.] Hæc est 10. pars quæstionis, in qua Gra. redit ad pœnitentes. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic quod si quis coniugatus solēniter egerit pęnitentiam, si cōtinere non potest, ad cōiugiū pristinum reuertatur, donec erit in ętate, in qua poterit melius cōtinere. Idē dicendum est de pœnitente vxore: quod quidem ex indulgētia est statutum: & si pœnitēs superuixerit, non contraheret: alius vero sic.

g ¶ Antiqui.] Si intelligas hoc c. de matrimonio contracto; tunc est hic arg. pro illis qui dicunt, quod solēniter pęnitens intelligatē vouere. Si intelligas hoc c. de matrimonio contrahendo; tunc expone, redeat ad pristinum coniugium i. quod contraxit post pœnitentiam, a quo per suggestionē aliquorū recesserat. Itē habes hic quod quandoq; dispēsatur in matrimonio, non tamen in secundo, sicut dispēsatur in vno ordine, nō tū in scdo, vt 12. dist. nos consuetudinem. Sed vbi sit, dixi sup. cap. in adolescentia.

a SI quis. ¶ Percutitur.] Nisi admonitus pœniteret. 11. q. 3. certum.

b ¶ Similiter.] 30. q. 1. omnis. arg. 50. dist. ponderet.

QVOS ENIM. Hæc est 9. pars q. secundum Ioan. de Fant.

c ¶ Quos enim.] Gratianus non intelligens c. sequens, deceptus est, argum. illius c 34 q. 2. si quis necessitate. & C. de repud. l. 1. subuertit hoc c. & §. sequens, ac si esset alia causa præter fornicationem, propter quam quis ab

h ¶ Sententia.] Idest, constitutio.

i ¶ Generaliter.] Idest, non quod ante hoc esset ius commune, prout dixi in cap. in adolescentia.

K ¶ Indultum.] a Leone Papa.

l ¶ Vnus eorum.] idest, pœnitens scilicet.

m ¶ Superstiti.] idest, pęnitenti.

n ¶ Transire.] Ar. quod sublato impedimento, id debet fieri quod eo impediebatur, ne fieret. 1,

Dispensatur quādoq; in vno matrimonio, & nō in secundo.

1 Argu. ad hoc 16. q. 7. quicūq; vbi dixi de hoc,

a Ab-

a ¶ Absolutionem.] Id est, pœnitentiam, per quam habet absolutionem, id est, quia non peccauerit.
ADDITIO. Nec id fecit propter hoc, ꝙ debeat talem pœnitentiam recipere. Archid.
b ¶ Ita videlicet.] Id est, in adolescentibus.
c ¶ Ordinatio] Not. ꝙ ordinatio ista attēditur circa hoc, vtrū adolescētib. debeat indici pœnitētia solēnis, nō vtrū debeant cōtrahere: quia de iure cōmuni possunt, vt supra eadem, in adolescentia.


His breuiter.] CASVS. Post incidētes quæstiones ꝑponit hic magister tertiā quęstionem, in qua queritur, an sola cordis cōtritione absq; opis satisfactione, & oris confessione dimittatur peccatū? & hāc quæstionem insolito more ꝑtractat, occasione cui' tractatum de pœnitētia prolixum interserit: quem in septem distinctiones diuidēdo disposuit. Allegat autem Gra. ī hac quæstione vel distinctione prima, alternatim pro vtraque parte, & tandem ipsam insolutam dimittit vt arbitrio prouidi lectoris terminetur. In hac igitur distinctione tractatur, an sola c ordis contritione dimittantur peccata. Et potest dic ... Dei gratia interueniente: necessaria tamen est po... confessio, & operis satisfactio, si fieri possit: alioqu... peccat mortaliter ex contemptu qui hoc non facit. In secunda quæritur, an charitas semel habita possit amitti, vel nō. In tertia tractatur, vtrum pœnitentia sit iteranda. In quarta an peccata dimissa redeant. In quinta, quæ sint consideranda circa pœnitentiam imponendam. In sexta tractatur cui facienda sit confessio. In septima an pœnitentia timore mortis accepta, sit vtilis. Primo ergo probat, quòd sola contritione peccata dimittantur. Et ad hoc inducit seq. c.
d ¶ Aliquantulum.] Quia formauit quasdam incidentes quæstiones, & soluit.


Vtrum.] Hæc dist. potest diuidi in ix. partes. Quarum prima subdiuiditur in 7. partes. In prima probat, ꝙ in sola cordis contritione dimittuntur peccata, & hoc secundum Io. de Fant. Et probat per 5. cap. vsque ad c seq. [Si qu s non dicā.] ibi incipit secunda pars huius primæ partis. Tertia primæ partis ibi, [Contra.] Quarta primæ partis ibi. [Aut factæ.] Quinta primæ partis ibi [Cogitatio.] Sexta primæ partis ibi [Ex concilio.] Septima primæ partis ibi, [Hoc idem] Io. de Fā.
e ¶ Vtrum.] Quia mentionem fecerat Gra. de pœnitentia. sup. eo q. 2. admonere. iō hic tractat de ea Vel ita. Cū matrimonium sit principaliter sacramentum laicorū, licet in minoribus ordinibus licitè cōtrahatur: 1 quia tamen laicis solennis pœnitentia debet imponi, vt 50. distinc. confirmandum ideo hic tractatum inserit de ea post tractatū matrimonii, cum & ipse sit sacramentum. Nam in veteri testamento incipit etim ab Adam, vt inf. ea. serpens. Videndum est ergo quid sit ipsa; & vnde dicatur, & quid sit satisfactio: quæ attendantur in ea: quæ sint necessaria: & de modo agendi in isto tractatu: Et quid sit ipsa, habes infra. distin. 3 pœnitentia. Dicitur enim pœnitentia a pœnitendo. infra ead. dist. tres sunt actus, & inf dist. 3. in tantum. Quid sit satisfactio, habes inf. e. dist. 3. satisfactio. Attēdūtur aūt in ea septē. Persona siue dignitas sup 41. d. non cogantur. Causa. vt 23. q. 5. excōicatorum 2 Itēm locus, tempus, qualitas, & q̄titas. inf. e dis 5. cōsideret Item euentus, vt 15. q. 1. illa. In pœnitentia tria sunt necessaria, scilicet cordis contritio, oris cōfessio, & operis satisfactio, inf. dist. 3. perfecta, sed tū cui facultas non suppetit, sufficit cordis contrio, arg. 45. dist. duæ. Modus agendi talis est. In prima dist. tractatur, an sola cordis contritio deleat peccatum; vel confessio post contritionem. Baz. dixit quod sola cordis contritio nō deleat peccatum, vbi copia sacerdotis habeatur. argum. inf. eo. capit. vlt. & in hoc videtur Grat. declinare inducendo capit illud vltimum, licet in præcedenti §. dicat hoc esse lectoris arbitrio relinquendum. Sed quidquid dicat Baz. dic quod nec ordis contritione, nec oris confessione peccata dimittuntur: sed tantum gratia Dei * de conse. distin. 4. nemo tollit sed ipsa cordis contritio signum est peccata esse dimissa: sicut exterior satisfactio est signum cordis contritionis. gratia enim precedit contritionem. argum. inf ead. non potest quis. contritio remissionem. vnde remissio est attribuenda gratiæ, quæ est causa causæ. Alii dicunt peccata per contritionem dimitti quo ad culpam, non quo ad pœnam, vt in gloss sequen. vtrique. Tertii dicunt conditionalem fieri remissionem, & cordis contritionem. In secunda dist. tractat, an charitas semel habita possit amitti. In tertia, an pœnitentia reiterari possit. In quarta, an peccata semel dimissa redeant. In quinta, quis modus debeat obseruari in imponenda ea, & accipienda. In sexta, cui quis debeat confiteri. In septima, an pęnitentia timore mortis accepta sit fructuosa. Ideo autem in septem distinctiones hunc tractatum diuisit: quia septenarius numerus perfectus est. arg. 32. q. 1. nuptias. in fin.

a ¶ Secre-

1 Penitentia circa multa est attendenda.

2 Et extrac. tit. significauit.

Peccata vtrū deleantur sola contritione.

1 Vt 32. dist. erubescāt. & c. seriatim

amplexus. Si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit absolutionem † [a] pęnitentis; nubat, si se continere non potest, & alterius † cōsortio fruatur vxoris. Quod de vtroque sexu quomodo à nobis manifestū est esse decretum, ita videlicet [b], vt in omnibus sacerdotis expectetur ordinatio [c]: vt iuxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentia absolutionis, vel districtionis tribuat legem.

† *al. benedictionē*
† *al. vlterius.*

α ¶ Vnus eorum.] *In antiquis conciliorum editionibus est*, eorum. vnde *in vno Vaticano codice*, alter eorundem *in codice Lucensi regio*, ad continentiam eorum fuerit. *In posterioribus autem Coloniensibus editionibus* alter ad continentiam eat vnde fuerit regressus: *Itaque in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, quæ est in manuscriptis quoque ipsius exemplaribus.*

QVÆSTIO III.


His breuiter decursis, in quibus extra negotii finem aliquantulum [d] euagati sumus, ad propositę causę tertiam quæstionem pertractandam (qua quæritur.

TRACTATVS de Pœnitentia.

Vtrum a [e] sola cordis contritione, DISTINCT. I.

* *Id est, solus Deus peccata dimittit, sed per meritū Christi, & ministeriū sacerdotis, atque in pœnitente requiris contritionē (aut saltem attritionē, quæ deinde virtute clauium fit cōtritio) confessionē, & satisfactionem. Dum autem dimittit peccata, simul etiam infundit gratiam, & iustitiam qua formaliter fit iustus. Conc. Trid. sess. 6. per totam, quare cōtritio, & satisfactio, sicut & confessio nō tantum sunt signa, sed etiam partes huius sacramenti pœniten-*

a ¶ Secreta] Vtique sola cordis contritione deletur pec catum, vt inf.ea.magna. sed pœna debetur, vt 50 dist. si quis præpostera. Et hoc verum est, si confessio non contemnatur, cum adhiberi potest. aliàs primum peccatum imputatur. infra ead. distin. agite. immo contritus non est, si

tio peccati vel propositum confitendi, vel gratia, qua sic homo disponitur vt recognoscat peccatum suum, & velit confiteri si locus & tempus affuerit, & de interiori satisfactione, quæ est interior dolor & amaritudo animæ: de qua habes inf. dist. 3. satisfactio. & inf ca. §. his

& secreta[a] satisfactione, absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere) redeamus. Sunt enim[b] qui dicũt, quemlibet criminis ueniam sine cõfessione facta ecclesiæ, & sacerdotali iudicio posse promereri, iuxta illud Ambrosii super Lucam ad c. 12.

¶ *Gratianus ad explicandam hanc tertiam quæstionem multa attulit: quam per longam tractationẽ, qui eũ sequuti sunt, in septem distinctiones diuiserunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio, in aliquibus vero in margine tantum est,* Distinctio prima, secunda, &c.

α ¶ Vtrum sola.] *Hæc coniungenda sunt cum superioribus, quẽ admodum in peruetustis sunt coniuncta, ab illis enim pendent.*

Sent. 4. dist. 17. Luc. 22.

C. I.

Petrus doluit, & fleuit: quia errauit[c], vt homo. Non inuenio q̃d dixerit[d]: inuenio, quod fleuerit: lachrymas eius lego; satisfactionem[e] non lego[f].

Item β.

β ¶ Item.] *Sequebatur,* Ioannes Chrysostomus, *apud quem hęc ipsa omnino verba non sunt inuenta. Sed apud B. Ambrosium post vltima verba capitis præcedentis sequitur.* Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauent lachrymæ delictum, &c. *Nec multo aliter in sermone 46. de Petri pœnitentia, & Ambrosium citat Magister sententiarum.*

Sent. ibidem.

C. II.

Lachrymæ[g] lauent delictum, quod[h] uoce pudor est confiteri.[i]

Idem Propheta.

Psal. 50.

C. III.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritũ[k], & humiliatum Deus non despicies.[l]

Item.

auctoritatibus. Hic autem agitur de exteriori: quia ipsa necessaria est si adhiberi potest. Sed ad q̃d, cum iam peccatum sit dimissum per cõtritionem præter cõfessionem? Sol. hæc fit ad humilitatem & iustitiam exercẽdam. inf dist 3. productior. & vt satisfaciat ecclesię, quã lęsit 3. & vt ipse & alii reddantur cautiores. * Si tñ subtiliter intueamur, gratiæ Dei, nõ contritioni est attribuẽda remissio peccatorũ, vt dixi in prin. & no. inf. e. c. dixi confitebor. & in prima parte allegat Grat. vsque ad §. Alij contra.

Petrus doluit.] CASVS. Probat in hoc c exẽplo Petri. ꝙ sola cordis cõtritione peccata dimittãtur, cui pctã dimissa fuerunt: & tamen de eius satisfactione non inuenit. c ¶ Quia errauit.] Nam ideo quia homo facile corruit. inf. dist. 3. ille tex. d ¶ Quid dixerit.] Et forte confessus est: vel cui confiteretur, non inuenit, cum omnes a fide recessissent. Vel forte tunc

3 Ar. ext. de sent. exc. cũ desideres, ĩ fine.

* *Adde multo tutius hominem sibi posse psuadere post cõfessionem, se esse contritum, & in ipsa confessione & absolutiõe collatam sibi esse gratiã, quã antea. Nam sæpe virtute clauium ex attrito fi' cõtritus. Vide S. Th. 4. di. 17. q. 2. ar. 1. q. 1. ad ter.*

est, si confiteri contemnit, vt 32. q. 1. c. vlt. de consecr. d. 4. non dubito. *

b ¶ Sunt enim.] Alii autem negant. Dicunt enim ꝙ sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, & opere: ita tribus modis ei satisfaciendum est. inf dist. 3. perfecta. Vnde dicunt tria hæc esse necessaria, cordis cõtritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem. Auctoritates autem, quæ dicunt, peccatum dimitti sola cordis contritione, asserunt ipsi intelligendas esse cum articulus necessitatis excludit oris confessionem, scilicet, cum aliquis contentur, & morte præuenitur, vel aliquo alio iusto impedimento hoc facere impeditur. 1 Alij dicunt, inter quos est P. manducator, conditionalẽ fieri remissionem per cordis contritionem, infra dist. 3. sane cauendum. H. dicit sola cordis contritione peccatum dimitti adulto cuilibet. inf. ea. magna. si vero cõteritur, & proponit ab aliis abstinere, & illud confiteri, & de illo satisfacere secundum iudicium ecclesiæ, etsi nunquam sequatur oris confessio 2. vel operis satisfactio, peccatum tamen iam dimissum non redit, sed peccat mortaliter, si potest iuxta præceptum Ecclesiæ confiteri, & opere satisfacere & nõ satisfacit ar. inf. de cõsec. di. 4 non dubito. Auctoritates quæ dicunt sine cõfessione & operis satisfactione peccatum non dimitti, intelliguntur de * interiori confessione: quæ est recogni-

non erat facta institutio confessionis, quæ modo est. Aliam rationem assignat Gratia. infra ead. §. his auctoritatibus.

e ¶ Satisfactionem.] Exteriorem: alias contra, sup 50. d. vt constitueretur.

f ¶ Non lego.] Et ita intelligitur omissum quod nõ inuenitur expressum. 24. q. 2. legatur, ff. de uer. oblig. quidquid. Arg. contra. de consec d. 4. quãdo a Hierosolymis.

Lachrymæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ lachrymæ. s. interiores lauant delictum: quia pudor est confiteri. vnde & si propter pudorem nolit quis confiteri, solæ lachrymæ delent peccata. [Quod,] Idest, quia. Vel quod pudor est confiteri. Seq. c patet.

g ¶ Lachrymæ] Interiores. i. in quo habent tantam erubescentiam, vt ad lachrymas veniat, occulte etiam non coram sacerdote.

h ¶ Quod.] i. quia, inf. ea. quem pœnitet. quia pars est pęnitentiæ erubescentia, vt ibi vel ad litteram.

i ¶ Confiteri.] In publico, cum sit occultum: vel quia cum pudore & uerecundia confitetur quis. quod semper debet fieri: quia pars est pœnitentiæ erubescentia, vt inf. ea. quem pœnitet.

K Sacrificiũ.] ¶ Cõtritũ.] Nõ est cõtritũ, si cõfiteri cõtemnit 22. q. 1. c. vlt. inf. de consec. d 4. non dubito.

l ¶ Non despicies.] Id est, acceptabis sicut sacri non cen-

tia. Vide omnino. S. Th. 4. d. 17. q. 2. art. 5. & q. 3. art. 1. & 3. p. q. 9. ar. 2. et 3

Priæ tractatus septẽ distinctiones continet.

* *Et adde q ĩ vera cõtritione includitur ppositum cõfitendi.* Contritio sola an tollat peccatum. 1 Ar. ext. de sen. excom. a nobis 2. 2 De qua se tĩ no. inf. d. 5. i summa, ibi omnino videas.

* *Immo intelliguntur propriè de confessione exteriori itẽq; satisfactione, q̃ uis interdũ Deus largiatur gratiã suã ante ista, dũmõ adsit ppositum cõfitendi, & satisfaciendi. Vide S. Th. 4 d. 17 q. 3. ar. 1. q. 1. ad primũ.*

cen-

a ¶ Dicit.] Argu. quem priuari nomine, ratione criminis: iuxta illud: Si te priueris, nec nomen habere mereris arg. 13. q. 2. postquam. 2. q. 7. §. quib. ergo. 2. q. 1. scelus. & C. de ser. à nullo Arg. contra de pę. dist. 4. si ex bono. nam filii Dei dicuntur qui non erant in ecclesia.

obtinet quo ad pœnam legalem, non quo ad petendum diuortium. extra de procu. tuæ. Nunquid ergo in infinitum potest eam accusare. Dicunt quidam, ꝙ non ultra viginti annos. vt C. de fal. querela. Hugo dicit, ꝙ vsque ad millesimum, & quandocumque claruerint crimina, vt

curamus, fili Hastulphe; sed non filius debes dici, [a] qui tã crudeliter infęlix homicidium perpetrasti. Nam occidisti vxorem tuam, partem [b] corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam, sine causa mortis, non tibi resistentem, [c] non insidiantem [d] quoquo modo vitæ tuæ. Non inuenisti eam cum alio uiro nefariam rem facientem: sed concitatus à diabolo, impio furore inflammatus, latronum mõre atrocius eam gladio tuo, crudelior omni bestia, interemisti: & nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo. [e] Qui matri non pepercisti, & filios tuos orphanos fecisti, inducere super eam uis mortis causam post mortem: [f] per vnum homicidam, & reprobum testem incusare uis mortuam. Quoniam nec Euangelium, nec ulla diuina humanaq; lex vnius testimonio ẽt idoneo quempiam condemnat, vel iustificat: [g] † quãto magis per istum flagitiosissimum, & scelestum nec illa uiua debuit cõdemnari, nec à te *a* post eius mortem accusari. Prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda; & tunc, si ita fuisset inuenta, secundum legis tramitem debuit accipere vltionis uindictam. Nam si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post septem annos pœnitentia [h] peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si uoluisses: occidere tamen eam nullatenus debuisti. Non enim vult Deus mortem peccatoris; sed vt conuertatur ad pœnitentiam, & viuat.† Idcirco placeat tibi cõsilium nostrum, & hoc fac, quod melius tibi, leuiusque videri potest. miserere animę tuæ, vt non sis tu tibimet ipsi homicida. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum † sæculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, [i] humiliare sub manu abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus obserua cuncta simplici † animo, quæ tibi fuerint imperata; si forte [k] ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquã crucieris perpetuis flãmis. Hoc leuius, & melius tibi

† Limita hũc tex. per l. si quis decurio. C. de fal. & per l. Theopõpus ff. de dot. p̃lega.

Ezech. 33.

† Tex. est simi. in auth. ut non lux. contra na. in prin. coll. 6. & in l. Imperialis. C. de nup.

† al. malignum.

† al. supplici.

b ¶ Partem.] Simile su. 31. q. 2. de nuptiis. & 27. q. 2. Agathosa. & est ar. quod qui excipit alimenta sibi, videtur excipere vxori 1, cum ambo sint vnũ corpus, & etiam filijs, & seruientibus argu. 50. dist. studeat. & ff. de vsu, & hab. l. 2.

1 De vxore prius habita credit H. hoc esse verum, sed de postea ducta non vr̃ esse verũ, secundum H. & Inn.

c ¶ Resistentem,] supple maxime: quia si etiam resisteret, vel insidiaretur: nõ ideo deberet eam interficere.

d ¶ Non insidiantẽ.] Nõ est hic argumentandum a contrario sensu propter capitulũ. 32. q. 5. quidquid.

e ¶ Prædo.] Non ꝙ eos priuare possit. licet enim uxor propter adulterium interficiatur, dos tamen ad eius filios deuoluitur. in authen. ut li mat. & auiæ. §. si de adulterio. sed quia eos solatio & protectione materna priuare conaris, licet enim regulariter lucrifaciat dotem ob adulterium uxoris, extr. de do. inter uir. & uxo. ca. plerũque, & hoc tamen casu non lucrifacit, cum eam interficit, etiam si pactum fecit: de ea lucranda prius. ff. so. mat. si ab hostib §. 1.

Adultera licet ĩterficiatur, dos tñ ad ei' filios deuoluitur.

f ¶ Post mortem.] cũ crimina extinguantur morte. 23. distin. quorundã. C. si reus, uel accu. l. 1. nisi ratione bonorum, quis agere uelit. C. eo. l. ult. C. si pendẽ. app. mors interue. l. 2. ff. de rei ven. utique.

Vxor adultera perdit dotem.

g ¶ Vel iustificat.] Vnde non tenet. 21. qu. 1. quicumque. Creditur tamen vni tanquam recitatori. Vel tanquam socio, vt 8. q. 3. talia. 86. dist. tanta.

2 Conc. cum hac gl. l. 3. & quod ibi no. C. de accus. gl. magi. in c. cum dilecta. de elect.

h ¶ Pœnitentia.] Arg ꝙ post peractam pœnitentiam & crimen purgatum potest quis accusari de crimine illo, vt 15. q. 5. presbyt & 25. d. c. ult. extra. de schis fraternitatis. 2. nam perferens memorandi criminis labem, &c. d. 61. non negamus, & 1. q. 7. si quis. omnem. nam per pęnitentiam non desinit quis esse nocens, ff de ędi. edict. quis sit fugitiuus. immo etiam post baptisma potest de hoc accusari, vt extra de diuort. gaudemus. in fi. Arg. contra 23. q. 4. si illic. & 32. q. 1. quod autem. in fi. 3. & c. non erit & c. apud. & 50. di. ferrum. & extra de accus. de his. ff. de ædil. edi. quod ita. De hoc dixi 6. q 1. qui crimen. & c. illi qui. Sed nonne præiudicat sibi maritus tacendo per septennium: cum ultra quinquenniũ non audiatur accusatio adulterij vt C. de adulter. adulter? Sed illud vt 81. di quicumque. & dist 8. qui contempta. 26. q. 3. ecce. Et dicit. pœnitentia peracta, sed ante latam tamẽ sententiam. sup. proxi. q. 5. c. Christiana

3 Vbi de hoc & 26. q. 5. q. cunque.

Accusatio adulterii post quinquẽniũ nõ auditur.

i ¶ Monasterium.] Ex hoc loco vr̃, ꝙ quantumcumque pœnitentiam quis teneatur finire, si intret religionẽ ad illam non tenetur: quia religio soluit uinculum iuramenti, ut extra de iureiur. peruenit. Item soluit uotum, vt extra de uo & vo. redem. scripturæ. Item soluit uinculum obedientiæ, 19. q. 2 duæ. Licet ergo à Papa sit alicui iniunctum in pœnitentiam ut eat Romam, vel aliquid huiusmodi faciat, & intret religionem, non dicitur trãsgressor. ille enim dicitur transgredi, qui deserit maius pro minori, ut 20. q. 3 propositum, & 17. qu. 1 qui bona. ar. ad idem. inf. de pœ. dist. 1. § his auctoritatibus. & hoc Hug concedit. Alij dicunt ꝙ tenetur adimplere quod promisit, & quod iniunctum est ei in pœnitentia: nisi abbas dispenset secum, 18. q. 2. cap. nullam.

Religio multa soluit.

K ¶ Si forte.] Non ponitur dubitatiue, immo nota est assertionis, & est penitus si. de pœn. di. 1. quamobrem.

a ¶ Et

quis tam masculum; vnde hæ leges & sequentes sunt argumenta etiam pro contraria parte, & opinione.

NEmo.] CASVS. In hac lege loquitur Imperator Præfecto prætorio, & statuit, vt nullus in foro suo vel alterius iudicis officium aduocationis exerceat, nisi nisi fuerit baptizatus: si autem contra hoc factũ fuerit, vel attentatum, officiales Præfecti prætorio, qui debuerunt hoc prouidere, in centũ libris auri puniantur: ille vero qui contrafecerit, ab officio aduocationis remotus, omnibus bonis suis proscribetur, & in exilium mittetur perpetuum. Rector vero prouinciæ sub cuius administratione hoc fuerit attentatum, medietatem suorum bonorum amittet, & erit in exilio per quinquennium (Togatorum) id est, aduocatorum (Stylum) id est, sententiam. Tres autem sequentes leges planæ sunt, & eas per te videbis.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo caput hoc citant ex pœnitentiali Theodori. In capitularib. adiectis, c. 58. hac leguntur.* Quidã Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata: quidam uero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod utrumq; nõ sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita duntaxat, vt & Deo, à quo est remissio peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: Dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] & secundum Apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, ut saluemur. Confesio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata, ea uero, quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgãtur peccata. Deus namque salutis, & sanitatis auctor, & largitor est plerumque medicorum operatione. *In cõcilio Cabilonensi, 2. c. 32. eadem fere habentur, addita ad initiũ voce,* quia. *& nonnullis alijs in extrema clausula, quæ notabuntur.*

β ¶ Vt Græci.) *Hæc uerba, item que illa,* ut tota fere sancta ecclesia. *& illa,* & hoc perfectorum est, *& illa,* quod est iustorum, *absunt quemadmodum à capitulari, ita etiam à concilio.*

γ ¶ Sed tamen Apostoli.) *In capitulari, & concilio pendet adhuc oratio; & priori illi membro.* vt & Deo, &c *redditur nũc alterum membrum his uerbis,* & sm Apostoli institutionẽ, &c.

δ ¶ Suæ pęnitentiæ medicinam.) *In concilio, atque apud Burchardum, & Iuonem legitur,* suæ potentiæ. *A capitulari autem (prout ex ipsius lectione animaduerti potest) totum istud primũ abest periodi mẽbrũ,*

a ¶ Confessionis] An scilicet sit necessaria vel non.

b ¶ Breuiter.] Imò prolixe. Vel ideo dicit breuiter respectu multarum auctoritatum, quæ de hac materia loquuntur.

c ¶ Vtraque.] Hoc idẽ probabit Gratianus per sequens capitulum.

QVidam Deo.] CASVS. Quidam dicebant sufficere confiteri peccata soli Deo. Alii, vt fere tota ecclesia, dicunt, ꝙ peccata sunt sacerdotibus confitenda, & licet vtrũque sit fructuosum: tamen sequenda est constitutio Iacobi Apostoli, ut confiteamur alterutrum peccata nostra. & licet illa cõfessio, quæ fit soli Deo, sit iustorum, per quam peccata purgantur, per illam tamen, quę fit sacerdoti, docetur qualiter ipsa peccata purgari debeant.

d ¶ Tota fere sancta ecclesia.] Et ideo ei adhærendũ est: quia pluribus comprobatur, arg. 19. dist. in canonicis.

e ¶ Quod vtrumque] Scilicet cõfiteri Deo & sacerdoti.

f ¶ Perfectorũ.] Qui non habent nisi uenialia: vnde non indigent oris cõfessione speciali.

f ¶ Perfectorum] Supra ea. dist. §. his auctoritatibus.

g ¶ Docet.] i. * hoc est signum sacerdoti, ꝙ peccata dimittantur cõfitenti per contritionem, argu. sup. ea. d. §. hoc idẽ, &c. omnis qui non diligit. sicut cordis contritio est signum peccatori, ꝙ gratia Dei dimisit ei peccata: quia nemo, &c. vt de consec. dist. 4. nemo.

h ¶ Administratione.] Idest, sola contritione.

i ¶ Medicorum.] idest, sacerdotum.

Quia

* *Immo docet ordinariũ purgãdi modũ esse per sacerdotis absolutionem. Deus. n. ut continuo subiũgitur sanitatem largitur plerumque medicorũ operatione. Operatione inquit, non ostensione.*


Via vero de.] Hæc dist. diuiditur in sex partes. In prima quarum probat (tamen superficialiter) qđ pænitentia semel habita non iniquinatur, & charitas semel habita non amittitur, & de perfecta intelligitur. nis amitti, quantumcunque sit perfecta, ut inf. ea. §. nō est mirum, quod probat auctoritatibus, & exemplis: in patria autem ubi perfectissime iam habetur, non amittitur. inf. ea. charitas. Hanc quæstionē tractat hic Grat. occasione alterius, quam hic ipse in initio prælibauit, sed in 3. distin. eam prosequitur. an, scilicet pęnitentia reiterari possit. procedit ergo Grat. ī hac distinctio. hoc modo. Primo probat ꝙ pænitentia non possit reiterari, usque ad §. itē sine charitate. uel latenter ingreditur materiam huius distinct. & ꝓbat charitatem semel habitam, amitti non posse, usque ad §. hæc quæ de charitate. ubi incipit auctoritatib. allegatis respōdere, asserēs illas de charitate perfecta esse intelligendas, & inde sumpta occasione gradus in charitate esse ꝓbat usq; ad §. non est mirum. ubi latenter ad uersā partē assumit, & ꝙ charitas amitti possit, exemplis & auctoritatibus ostēdit, usque ad § euidenter. ubi ostendit hoc uerum esse non solum de charitatis opere, sed ēt de ipsa charitate. & hoc vsque in fin. di. prosequitur.

b ¶ Proponentes.] Absolutus nominatiuus est.

c ¶ Pęnitentia.] Quę valeat ad uitam.

d ¶ Iudicis.] Qui pęnitētiam imposuit.

Secunda

DISTINCTIO. II.


Via vero de pn̄ia [a] simul cœpit hēri sermo, aliquantulum altius repetēdum uidetur, diuersorū sn̄ias, certis auctoritatibus munitas, in medium proponentes [b]. Alij dicūt pœnitentiā semel tantum esse utilem. Vnica est enim, nec reiterari potest. Si uero reiteratur; præcedens, pœnitētia [c] non fuit. Et si de sententia iudicis [d] eius [e] merito [f] peccata videntur esse remissa, apud tamen eius præsentiam, cui omnia futura præsentia sunt, nunquam [g] habentur remissa, quia non est seruata illa sententia veri sacerdotis:] Vade, & amplius noli peccare. [h]. [Item.] Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.]

Io. 8. & 5.

Item ex octaua synodo.

¶ Habetur in libro de institutis monachorum interprete Ruffino, c. 22. ex Basilio in regulis breuioribus, nu. 289.

¶ Primam uitii causam non penitus extinguit, qui in illā postea recidit. C. I.

SI quis semel notatus [i] fuerit inuidiæ, uel contētionis vitio [k], & rursus in hoc ipsum inciderit; sciat se primam illam causam, [l] de qua superius diximus, ex qua inuidia, uel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam [m]. Oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari, idest, per humilitatis exercitiū. Exercitia uero humilitatis sunt, si se uilioribus officiis subdat & ministeriis indignioribus tradat. Ita nāque arrogātiæ, & humanæ gloriæ uitium curari [n] poterit, vt consuetudine † humilitatis affectus, ultra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum. Atque in singulis huiusmodi uitiis cura similis adhibeatur.

† *al. habitum humilitatis adeptus.* Sent. 3. dist. 30.

Item sine charitate nulli adul-

Secunda ibi. [Ex p̄missis.] Tertia ibi. [Hæc quæ.] Quarta ibi, [Eligat.] Quinta ibi, [Illud autem.] Sexta ibi, [Charitas ergo] :o de Fan.

CASVS. Hic ponitur 2. dis. in qua tractatur, an charitas semel habita posse amitti, & certū est qđ sic, ut inf. ea. §. non est mirum, nisi forte sit in aliquo cōfirmata per gratiam, ut fuit in Beata Virgine, & sicut potest amitti charitas, ita amissa potest recuperari, cum de nemine sit desperandū, dū est in hoc corpore cōstitutus, ut inf. e. dist. 7. nemo, nec pōt amitti charitas, nisi per mortale peccatum, nec recuperari nisi a Deo gratis, cum omnis uirtus sit opus solius Dei. Et quia hæc quæstio uidetur tangere quæstionem quæ tractatur in 3. dis. an pænitentia sit iteranda uel non, ideo Grat. breuiter tangit quæstionem illam: & inde sumpta materia incipit ibi latenter propositā qōnem de charitate tractare: ut autem ad hæc tractanda competentius Gre. accedat, breui vtitur transitu dicens:] Quia uero, &c.] Intendit enim probare qđ pænitentia iterari non potest, quia si iteratur, prima non fuit utilis, nec pænitentia dici debet, ad quod inducit sequens cap.

Charitas semel habita utrum possit amitti.

a ¶ De pænitentia.] Hic intitulatur secunda distin. in qua illa quæst. tractatur, an charitas semel habita possit emitti, & est certum qđ potest in uia peregrinatio-

e ¶ Eius.] Dei. uel sacerdotis.

f ¶ Merito.) Idest, secundū iustitiam. inf. d. 3. eorum.

g ¶ Numquam.] Allegando dicit.

h ¶ Noli peccare.]: Idest, esse in proposito peccandi. tamen aliter inducit allegando.

SI quis semel] CASVS. Dicitur hic, qđ si quis semel fuit in crimine inuidiæ uel contentionis, si postea in illud inciderit: prima causa ex qua inuidia uel contentio nascitur, in eo remansit, quam oportet per contraria & aduersa curari: per exercitium, scilicet humilitatis. [Notatus.] Idest, reprehensus & redargutus.] Primam causam.] Idest vitium Adæ.

i ¶ Notatus.] Idest, deprehensus.

K ¶ Vitio.] Vel alio quocumque.

l ¶ Primam illam causam] Primam uitii causam in se penitus non extirpat, qui in diem postea cecidit.

m ¶ Reconditam.) non ideo hoc dicit, qđ semper ità sit, sed, quod ita fuerit est præsumptio, inuidia, uel contentio iterata.

n ¶ Curari.) su. 26. q. 7. affectū, extra de depos. grauis. inf de cons distinct. 5. legimus.

ITEM SINE. CASVS. Hic accedit Grati. ad propositam quæstionem. & per multas auctoritates ostendit, qđ charitas amitti non potest: quia si videatur

 amitti,

amitti, non fuit vera charitas. Casus §. patet & tria sequentia c. similiter patent. s. charitas, radicata, ualida, verba sunt Salomonis in Canticis, quæ exponit G. in moralibus, dicens: [Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, &c.] vnde in illo cap. [ualida.] Sic posses breuiter ponere casum Primo ponuntur verba Salomonis. Secundo uerba Greg. exponētis uerba illa [Dilectio.], i. charitas.

a ¶ Adulto] inf de conse. d 4 qūo & c. solet. inf. e. d. c. fugerat, & c nō est. §. Romanos, &c. tolle.

b ¶ Aliquando.] Hic allegādo dicit, ut auctoritatem inducat.

CHaritas. CASVS. H. Sic ponit hunc casum. In hoc c. Prosper multis modis commendat charitatem. Secundo ostendit, ꝙ qui habet charitatē, facile peccatis resistit, & bonis omnib. abūdat, mundana contēnit, difficilia perficit. Subdit etiā quid sit Deum diligere, & quid sit peruertere ordinem diligendi. Tertio ostendit ad quid corpus nostrū sit diligendū. Quarto qualiter intelligatur, diliges proximum tuum. &c. & qui sunt, qui diligūt Deum plus quā se. Et nota ꝙ secūdum H. omnia uerba sūt Prosperi usque ibi, (item Beda) licet nō ita continue in libro suo contineantur, & hæc dictio, [Item] quæ sæpe interponitur, est uerbum Gratiani, & secundum Hu. totum

Charitatem habēs multa potest.

to [a] *peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando* [b] *peccaturus est criminaliter.*

Vnde Aug. ad Iulianum Comitem.

C. II.

1 CHaritas, quæ deseri potest, [c] nunquam vera [d] fuit. — Sent. 3. dist. 31.

¶ In antiquis editionibus epistolarum B. August. erat epist. 111. ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc est in tom. 4. sub titulo de salutaribus documentis ad quendam Comitem c. 7. Apud Hiero. *vero in epistola ad Ruffinum simile quiddam legitur.* Amicitia, inquit, quæ desinere potest, uera nunquam fuit.

Idem super epistolam primam Iounnis, tractatu 8.

C. III.

RAdicata [e] est charitas? securus [f] esto: nihil mali prncedere potest. — Sent. ibidem.

Item Greg. lib. 10. Moralium, c. 22.

C. IV.

VAlida [g] est, ut mors, dilectio. [h]) Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur; quia nimirum mentē, quam semel cæperit [i] a delectatione† mundi funditus oecidit. [k] — Sent. ibidem. *Cant. 8.* † *al. dilectione.*

Item Prosperi in lib. 3. de uita contemplatiua, c. 13. — Et apud B. Aug. in lib. de laud. charitatis.

C. V.

2 CHaritas est, [l] vt mihi uidetur, recta [m] uoluntas, non omnibus terrenis, [n] ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter [o] & vnita, igne quodam sancti spiritus, a quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti [p] omnis extranea, corruptionis † nescia, nulli uitio mutabilitatis [q] obnoxia, suprn omnia, quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum [r] omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, — † *al. corrumpi.*

est unum capitulum, quod credo verum. Lau. etiam sentit cum Hug. Quidam tamen ibi faciunt unum capitulum, (Ergo si charitatem.) Aliud ibi. (Corpus.) Aliud ibi, (Proximos) Aliud ibi, (Proinde) secundum Benenc.

c ¶ Quæ deseri potest] idest quam contingit deseri vel de facili.

d ¶ Vera.) idest, perseuerans finalis. Vel uera ad uitā ducens, idest, ad æternam beatitudinem.

e RAdicata) idest, perfecta.

f ¶ Securus.] Spei perseuerantia, non rei præsentia: quia quilibet etiam imperfectus timere debet ne charitatem amittat 32. q. 5. si Paulus.

g VAlida.) Verba Salomonis in Canticis.

h ¶ Dilectio] idest, charitas perfecta.

i ¶ Cœperit.) idest, contingit, uel conuenit, intellige de facili.

K ¶ Occidit) i. remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno, Dicit lex. Mors omnia soluit, in auth. de nup §. deinceps coll. 4.

CHaritas.) CASVS. In hoc ca primo cōmēdat Prosper charitatem ex eius effectibus, & sunt uerba Prosperi usque ad illud c [Item Beda] 1. Secundo ostendit quod qui charitatem habet, facile peccatis resistit: bonis omnibus abundat, & mundana contemnit, difficilia facile perficit. Subdit etiam quid sit Deum diligere, & quid peruertere ordinē dilectionis. Tertio ostendit, ad quid corpus nostrū sit diligendū. Quarto ostēdit, qualiter sit intelligendum, Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, & qui sunt qui diligunt Deum plus quam se.

1 Sub. licet non ita. cōtinue contineātur in libro suo. Itē quod sæpe interponitur, est verbum Grat. secundū H.

l ¶ Charitas est.) i. ex charitate procedit recta uoluntas 2, & est dictum per causam, ut illud 36. q. 2. tria. ut exponatur charitas est, i. facit, alioquin non est uerum, cum charitas sit habitus mentis, qui uoluntas nō est, uel motus uoluntatis. similiter intelligitur illud Aug (Charitatem uoco motum animi.) Dicitur ergo charitas uoluntas uel motus, quia ut inf. dr, est causa meritorum bonorum, sicut & iniquitas cum sit habitudo mentis iniustæ, dicitur peccatum: quia ex ea est, ut inf. d 3. ille rex.

2 Idest, bonus motus q dr uoluntas, & charitas est cā & facit ut uoluntas sit bona. i. uitæ æternæ meritoria, vnde ita dr causa meritorum bonorū secundum Hu.

m ¶ Recta). i. rectam uitam, & dignam faciens uoluntatem.

n ¶ Terrenis.) secus est de charitate imperfecta, quam habens potest curare temporalia. argum 12. quæst. 1. habebat.

o ¶ Inseparabiliter.) Immo de facili separatur.

p ¶ Inquinamenti.). s. mortalis.

q ¶ Vitio immutabilitatis) i. mutabilitati, in uitium.

r ¶ Affectionum) idest, bonarum uoluntatum.

a ¶ Sum-

a ¶ Summa.] Idest, perfecta.
b ¶ Salus morum].i. Salutiferos faciens mores.
c ¶ Finis.] Idest, consummatio, uel quia præcepta finaliter docet ut habeantur.
d ¶ Vita uirtutum.] Inf. ea. dist. §. item proinde.
e ¶ Pu-

i ¶ Operosa] idest, effectiua bonorum operum.
K ¶ Germana] idest, germanos & concordes faciens. Vel germana.i. coniuncta & inseparabiliter adhærens. Salomon. Dixi sapientiæ, soror mea es; & prudentiam uocaui amicam meam.

Sapiētia est soror mea.

summa[a] actionum bonarum, salus morum[b], finis[c] cęlestium prȩceptorum, mors criminum, uita uirtutum[d], uirtus pugnātium[e], palma uictorum, anima † sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, prȩmium perfectorum: sine qua nullus Deo placuit, cum qua[f] aliquis peccare[g], nec potuit[h], nec poterit: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, uictoriosa in martyribus, operosa[i] in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quidquid est boni operis, uiuit. *Item inf.* ¶ Hæc est charitas vera, germana[k], perfecta, quam excellentiorem[l] viam[m] nominat[n] sanctus Apostolus: & uere ipsa est uia, quæ ducit per se ambulantes ad patriam, quia sicut sine uia peruenit nullus, quò tendit; ita sine charitate, quæ dicta est, uia, non ambulare possunt homines, sed errare. *Item ibidem, c. 15.* ¶ Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; facile peccato resistimus, bonis omnibus † abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia[o] sunt humanæ fragilitati, vel aspera etiam, cum delectatione † perficimus; si tamē Deū charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis uiribus diligamus. Ex ea enim parte, quis peccat, ex qua minus[p] diligit Deum: quē si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, unde peccati desideriis seruiamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi copulari † animo, concipere fruendȩ uisionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium[q], diligere etiā proximum, quem in se[r] censuit diligendum: in ipso amore seruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt[s]; aut corpora sua minus diligenda[t], plus diligunt; aut proximos, non sicut seipsos, aut Deum plus, quam seipsos orte non diligunt. *Item infra.* ¶ Corpus nostrum, quia pars[u] nostri est, ad hoc nobis diligendum est, ut saluti eius, ac fragilitati naturaliter[x] consulamus, & agamus, quatenus spiritui,[y] ordinate subiectum[z], ad ȩternam salutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. *Item infra.* Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras[a], nō propter sperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, uel consanguinitates, sed propter hoc tantum, quod sunt natura nostræ participes, diligamus. *Item infra.* ¶ Non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit: sed proximi nostri credendi sunt omnes homines

† *al. arma.*
Aug.
Ibid. infra.
Ibid. supra.
Ibid. infra.
1. *Cor.* 13.
† *al. operibus.* aliquot Grat. manuscripta.
† *al. dilectione.*
† *occupare animū.* Orig.

l ¶ Excellentiorem,] aliis donis.
m ¶ Viam.] Eundi ad Deum.
n ¶ Nominat.] In 1. epistola ad Corinth. 12. c.
o ¶ Quę difficilia.] Ad salutem animæ pertinentia.
p ¶ Ex qua minus.] Idest, ex qua Dei dilectionē postponit facilius. sicut plures proniores sunt offendere Deum fornicādo, quam furando, ar. 50. d. quia sanctitas tua. in fine.
q ¶ Fastidium.] Repete, concipere.
r ¶ Quem in se.) Scilicet diligēdo, idest ad sui similitudinē, vbi dictum est: diliges proximū tuum sicut teipsum. Vel in se, idest, Deus, s. ad eius similitudinem: vbi dictum est, secūdum autē simile est huic.
s ¶ Diligunt.] Plus iusto.
t ¶ Diligenda.) Quā animam, argu 23. q. 5. si quis coactus.
u ¶ Quia pars.) Alia est pars, quæ homo est interior, ut de cō sec. distin. 4. non ex quo. nō ergo corpus est homo, q̄d Eluidinentes somniant, quia nihil est id, quod sui ipsius sit pars. argumen. ff. de euict. si dictum, §. 2. & peccant qui ponunt corpus genus animalis.
x ¶ Naturaliter.) Infra de consec. distin. 5. non mediocriter. in fine.
y ¶ Spiritui.) Vt ad vsus exercēdæ uirtutis habeatur, ut sup. 44. dist. conuiuia.
z ¶ Subiectum.) Debemus enim adhibere iumento nostro saccum, paleam, & flagellum. saccum, idest opera pœnitētiæ, & alia bona opera, paleam, idest, necessaria ad uitæ sustentationem; flagellum, ut castigemus, si excesserit, ac si ea pateremur.

Fornicātur aliqui citius q̄ furentur.

Corpus non est homo.

Iumento nostro adhibēmus saccū, paleam, & flagellum.

e ¶ Pugnantium) Cum uitiis.
f ¶ Cum qua.) idest, in ea perseuerando.
g ¶ Peccare.) Mortaliter.
h ¶ Potuit.) Ecce uerbum, in quo facit ad propositum Gratiani.

a ¶ Vtilitates nostras.) Tunc enim non ipsos, sed nosmet tantum diligimus: unde Tullius in lib. de uera amicitia,

cit. a. Suis quippe incommodis grauiter angi 1, non est amici, sed seipsum amantis.
ADDITIO. Et Seneca. Non est beneficium quod conuertitur in quæstum Pet.
a ¶ Naturæ.] Supra dist. 86. non satis.
b ¶ Participes.] Ergo Iudei & Sarraceni proximi nostri sunt, & diligendi a nobis vt nos, & verũ est: verũ tamẽ oĩa opera dilectionis impẽdere debemus secũdũ vniuscuiusq; cõditionem. 86. dist. pasce.
c ¶ Et æternã vitã.] Hic aduerte, quid sit proximũ sicut seipsũ diligere, s. salutẽ animæ suę, & ea quæ ad salutẽ animæ ptinẽt, ei optare, quæ tibi optas. nõ obstãte ergo hoc pcepto possumus delinquẽtibus pęnas corporales optare & pcurare, dũmodo hoc fiat secundum quod iura permittunt.
d ¶ Periculis.] Scilicet, animę & corporis, vt eos liberemus.
e ¶ A Deo vita.] Id est, qui est vita animæ suæ, qua ipse viuit, vt s. di. 1. §. hoc idẽ. vers. resuscitatus. 24 q. 1. vbi sana.

1 Idest, affligi.

Sarraceni & Iudęi sũt a nobis diligendi.

Diligere pximũ sicut seipsum qd sit.

naturæ [a] nostræ, sicut dixi, participes [b]. *Item infra.* ¶Proinde, sicut † nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & ęternam vitam [c] consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quando nos in eorum peccatis, ac periculis [d] cogitamus: & sicut nobis subueniri optamus: ita eis pro viribus subuenimus; aut, si facultas defuerit, volũtatem subueniẽdi tenemus. Quapropter hęc [α] est proximi tota dilectio; vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quam se diligunt Deũ, qui pro eius amore suæ ad tempus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus, ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, patriæ suæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filiis suis renunciare parati sunt, &, vt totum dicam, ipsam corporis mortem non solum non refugiũt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis sui vita magis, quam a Deo uita [e] uitæ suæ discedere.

† *al. secundum.*

¶*Caput hoc confectum est verbis Prosperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus charitatis inter opera B. Augustini tomo. 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quædam, & etiam addita nonnulla sunt ex ipso B. Prospero: Sed operæ pretium fuerit integrum locum apud ipsum legere: copiose enim & ornatissime explicatur.*
α ¶Hæc est proximi.] *Ita legitur non modo in originali, sed etiã in vetustioribus Gratiani codicibus, in vulgatis erat.* Quapropter charissime tota dilectione satage, vt bonum, &c.

Item Beda super Ioannem, ad c. 1.

C. VI.

QVærendum [f] est interea, quomodo speciale filium Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit, & manserit spiritus. *& infra* ¶Quid magni est filio Dei, quod in ipso manere spiritus astruatur? Notandum ergo quòd semper in Domino manserit spiritus sanctus: in sanctis autem hominibus, quamdiu mortale corpus gestauerint, partim maneat in ęternum, partim rediturus secedat †. Manet [g] quippe apud eos, vt bonis insi-

Sent. 3. dist. 3. 10. 1.

† *recedat.*

QVærendũ.] CASVS. Ben. sic ponit hũc casum. Quidam reputabant magnum signũ, quod Christus credat Dei filius, qa in baptismo Christi spũssanctus stetit sup Christum: sed nõ est magnum, cum semp in Domino mãsit spiritus sanctus, & spũs sanctus partim cum sanctis est, vt eos custodiat in operib. pietatis: partim quoq. recedit ab eis quantum ad grãm prophetandi, & miracula operandi. Hug. vero sic videtur ponere hunc casum. Legitur de Ioanne, quòd Ioannes Baptista vidit spiritum sanctum quasi columbam discendentem, & manentem super Iesum baptizatum, quod descendit super eum: signum fuit ne vox illa, hic est filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eum, quod autem redit super eum, speciale fuit signum filij Dei, quod scilicet ipse discerneretur ab alijs sanctis. Quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signum cognoscendi filij Dei, quod spiritus mansit super eum, cum maneat & in aliis sanctis? Et respondet quòd alio modo manet in Christo. nam in Christo manet semper quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia: quia ad tempus recedir ab eis quo ad operandum, etsi quo ad iustitiam semper manet in eis. Sequens cap. scilicet charitas, patet. Et sequens cap. etiam patet. in quo exponit August. quid sit vnctio inuisibilis. [Solis,] Idest tribulationis, doloris, siue laboris.
f ¶ Quærendum.] Super Ioannem legitur in Ioanne, quod Ioannes Baptista vadit spiritum sanctum quasi colũbam descendentem, & manentẽ super Iesum baptizatũ quod descendit sup eũ, signũ fuit ne vox illa, hic est filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eũ. Signum fuit Ioanni ipsum cognoscendi, idest, quoddam de ipso quod ante nesciebat, scilicet an potestatem baptismi sibi soli retentus esset, quod autem mansit super eum, speciale fuit signum filij Dei, scilicet quo ille discerneretur ab aliis. quærit ego hic Beda, quomodo fuit signum cognoscendi filij Dei, s. quòd spiritus sanctus mansit super eum, &c. cum maneat & in aliis sanctis? Sed respondetur, quòd alio modo manet in Christo: quia super eum semper est quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia, quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel si quo ad iustitiam remaneat in eis, non tamen semper quo ad operandum, puta ad prophetizandum, vel. faciendum miracula, vt in Helia, & Helisæo.
g ¶ Manet.] Not. hic expositionẽ illius decr. 32. quæst. 2. concubia. quia in opere coniugali adest præsentia spiritus

Colũba descẽdit super Iesum dum baptizaret: & mãsit super ipsum.

ritus sancti quo ad meritum, ut inf. ea. q. 4. si dicat. non quo ad miraculum faciendũ, ut inf. e. quæstione, potest.

a CHaritas nunquam excidit.] Scilicet in hac uita. In futuro enim fides conuertetur in scientiã: spes in rem: charitas aũt augebitur. unde ꝓpheta. viuit Dñs, cuius ignis in Sion, i. in ecclesia militante, & caminus in Hierusalem, idest, in ardentissima charitate. inf. dist. 3. c. sunt plures. §. auctoritas. & c. ignis.

b VNctio.] ¶ Charitas est,] Idest, uocatur.

c ¶ Ardente.] Idest, a tribulatione feruente.

stant actibus; voluntariam paupertatem diligãt, mansuetudinem sequantur, pro æternorum desiderio lugeant, esuriant & sitiant iustitiam, misericordiam, munditiã cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur, sed & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati non uereantur; eleemosynis, orationibus, ieiuniis, cæterisque fructibus spiritus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, (mortuos † suscitandi) dæmones eiiciendi, uel etiam prophetandi habeant † facultatem. Manet semper, (vt † si possint habere uirtutes, &) vt mirabiliter ipsi uiuant. Venit ad tempus, ut etiam aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.

† Absunt ab originali. † Absunt ab originali. † *al. possint habere uirtutem*) orig.

Item Apostolus. 1. Cor. 13.

C. VII.

Sent. 3. dist. 31.

iij CHaritas[a] nunquam excidit.

Item Augustinus super epistolam primam Ioannis, tractatu 3.

C. VIII.

Sent. ibidem.

VNctio[b] inuisibilis spiritus sanctus est: vnctio α inuisibilis charitas est; quæ in quocunque fuerit, tanquã radix illi erit: quæ quamuis ardente[c] sole, arescere nõ potest, nutritur calore solis[d], non arescit.

α ¶ Vnctio inuisibilis charitas est.] H*inc usque ad finẽ eodẽ modo se habent apud* Magist*rũ, atque apud* Gratian*ũ. Sed apud B. Augustinum aliter.* Vnctio inuisibilis, inquit, charitas illa est, quæ in quocunque fuerit, tanquã radix illi erit: quãuis ardente sole arescere nõ potest. Omne, quod radicatum est, nutritur calore solis, non arescit. I*ta non negat charitatem posse arescere, sed quod in charitate radicatum est.*

Item Gregorius super Ezechielem, homilia tertia.

C. IX.

PEnnata[e] animalia, videlicet prædicatores sancti, cum incedunt, minime reuertuntur: quia sic a terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, ut ad ea, quæ reliquerũt, vlterius nullatenus reflectãtur. *& paulo post.* (Nemo mittẽs manum in aratrum, & aspiciẽs retro, aptus est regno Dei.) Manum quippe in aratrum mittere, est quasi per quendam compunctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retro post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis, ad mala reuertitur, q̃ reliquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per prophetam[f] dicitur: (Non reuertebantur, cum incederent[g].) *& paulo post.* Vnde Paulus[h]: (Vnum vero[i], quæ retro[k] sunt, oblitus, in ea[l], quæ sunt anteriora †, extendens me, sequor ad palmam supernæ vocationis.) In anteriora[m] etenim extentus, eorum, quæ retro sunt, oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola quæ sunt æterna, quærebat.

Luc. 9. *Ezech. 5.* *Philip. 3.* † *al. ante.*

Item in eundem, homilia quinta.

d ¶ Solis.] Idest, laboris & tribulationis, iuxta illud: In sole, idest, in labore posuit Dominus tabernaculũ suum. Tribulatio enim secundũ Apostolum patientiam operatur: sed ꝙ tribulatio patientiam nõ tollit, hoc facit charitas.

Sol. ꝓ labore ponitur.

PEnnata animalia.] CASVS. Tãgitur hic illud Ezechielis, ꝙ uidit quattuor animalia pennata, de quibus hic dicitur, non reuertebantur cum incederẽt: sed vnumquodque ante faciem suã gradiebatur. Hanc auctoritatem exponẽs Gregorius dicit quod ꝑ hęc animalia intelligũtur prædicatores, qui cõtẽplantes cęlestia, nunquam reflectũtur ad terrena. Et hanc suã expositionem probat auctoritate Domini & auctoritate Pauli.

e ¶ Pennata.] Tãgit illud Ezechielis, s. ꝙ vidit quattuor animalia pennata, de q bus hic dicitur, non reuertebantur cum incederent: sed vnũquodq; ante faciem suam gradiebatur.

f ¶ Per prophetam] Ezechielem.

g ¶ Incederent.] Et ita sãcti isti dici possunt hẽre ferarũ naturã, &c. sicut aues quæ volant, & ñ re uolant. instit. de rerũ diuisio. pauonũ.

h ¶ Vnde Paulus.] in epistola ad Philippenses.

i ¶ Vnum uero.] quasi dicat, nõ comprehendi. unum autem de me uobis assero, quod ego oblitus ea quæ, &c.

K Quę retro.] Idest, terrena, quę reliqui.

l ¶ In ea.] Scilicet ęterna cęlestia.

m ¶ Anteriora.] Ante nos sunt æterna, post nos sũt tpalia.

NOn reuertabantur.] CASVS. Grego. hic exponit eã dem auctoritatem, de qua dicitur in præcendenti capitu. & suam ex positionem confirmat auctoritate Salomonis.

a ¶ Redeant.[finaliter saltem.

b ¶ Iam minus.] Id est, insufficiens, erit enim tunc Deus omnia in omnibus, idest, sufficientia omnium.

POtest discursus.] CASVS. Tãgitur hic illud Ezechielis φ iuxta quatuor animalia, quæ uidit, erant quattuor rotæ, in quibus erat spiritus uitę, & quocumque ibat spiritus, sequebãtur & rotę, & cũ stabat, stabant rotę. Hoc autem mystice exponit Greg. in homilia sua dicens, quod per rotas uirtutes intelliguntur, quarũ quædam semper sunt in sanctis, & quædam aliquando recedũt, & ponit quædã, q̃ improprie sunt virtutes. Seq. c. scilicet, ficta. patet.

c ¶ Potest discursus] tãgit illud Ezechielis, qui iuxta quattuor animalia, quæ vidit, erant quatuor rotæ, in quibus erat spiritus uitę. & quocũque ibat spiritus, sequebantur rotæ: cum stabat, stabant & rotæ, & ita quandoque stabant, quã doque mouebantur rotæ hoc autem mystice exponit Greg.

d ¶ Castitas.] Quę sola cum fiducia põt Deo animas pręsentare. ĩ auth de lenonib. §. sãcim'. co 2.

e ¶ Misericorditer.] ne ide superbiat homo. 6. q. 1. imitare. & cap sunt plurimi.

f FIcta.] Idest, nõ finalis.

EX PRAEMISSIS. Hæc est secunda pars disti. in qua magister vult probare, φ charitas semel habita, nunquam excidit. sed quo ad gratiã refertur, nõ quo ad naturam, idest, habendo gratiam peccare nõ potest. Ioan de Fant.

CASVS. Cõcludit Grat. ex præmissis, φ charitas semel habita amitti non potest: quia qui charitatem habet: amplius peccare mortaliter non potest, & ad hoc inducit sequens ca. Sed quod dicitur, amplius peccare mortaliter nõ potest; fallum est, nisi coniunctim intelligat, qđ non possit simul charitatẽ habere & peccare. sequẽs cap. scilicet, quia radix, patet.

g ¶ Ex præmissis.] Infert charitatẽ semel habiturã non amitti. & adiicit, quod qui charitatem semel habuit de cętero non peccabit, & ex hoc cõcludit falso, qđ pęnitẽtiam, qui post modum est peccaturus, nõ agit. & ad hoc inducit argumenta vsq; ad §. hæc. quæ de charitate.

h ¶ Non poterit.] Cõiunctim intellige: nõ. n. põt simul charitatẽ habere & peccare su d. 1. oĩs qui non diligit,

i ¶ Vt ad gratiam.] Scilicet uirtutem ipsam, quam dum quis habet, non peccat: nec peccare potest, vt coniunctim intelligatur.

C. X.

NOn reuertabantur, cum incederent† :] quia electi quique sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetrãda non redeant [a]. [Qui enim perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit.] Et, sicut per Salomonem dicitur. [Iustorũ semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsq; ad perfectum diem.] In eorũ namque animis bonum desiderium, atque intellectus lucis intimę iam pars diei est: sed, quia usque ad finem vitæ in uirtute proficiunt; ad perfectum diem tunc ueniunt, quando ad cælestia regna perducti, in ea luce, quam desiderant, iam minus [b] aliquid non habebunt.

† al. ambularent. *Ezech.* 1. *Matt.* 10. *Prou.* 4.

Idem ibidem.

C. XI.

POtest discursus [c], atque mobilitas spiritus sic † intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet: iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe, atque charitate, & in bonis aliis, sine quibus ad cęlestem patriã nõ potest ueniri (sicut est humilitas castitas [d], iustitia, atque misericordia) perfectorum corda non deserit. In prophetiæ uero uirtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquãdo adest, aliquando se subtrahit. *& paulo post.* ¶ In his itaque virtutibus, sine quibus ad uitam minime peruenitur, spiritus sanctus in electorum suorum cordibus permanet; vnde recte stabilis dicitur. α In his uero, per quas sanctitatis uirtus ostenditur, aliquando misericorditer pręsto est, aliquando misericorditer [e] recedit.

Sent. 3 diff. 31. † *requisitione alterius cousideratio nis.*] orig.

α ¶ Vnde recte stabilis dicit.) *Hęc ex paulo superiore B. Gregorij disputatione alijs verbis huc sunt a collectore translata.*

C. XII.

FIcta [f] charitas est, quę deserit in aduersitate. ¶ *Referuntur uerba glossæ ordinariæ, nã Beati Ambrosii sunt hęc,* Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserũt fratres.

2 *Ex premissis* [g] *itaque apparet, quod charitas semel habita, vlterius nõ amittitur. Qui enim charitatem semel habuerit criminaliter vlterius peccare non poterit* [h], *vt ad gratiam* [i], *non ad naturam impossibilitas referatur. Quod autem charitatem habens, criminaliter peccare non possit, testatur Augustinus in libro 50. homiliarum, homilia octaua, dicens.*

Sent. 3. dist. 31.

Quia

a Quia radix omnium malorum.] Quo ad genera singulorum, non quo ad singula generum. i. non est malum alicuius generis, s. quod inde procedere non possit & est simile 35. d. ante omnia 47. d. bonorum.
b ¶ Non possunt.] sup. 32. q. 1. cum renunciantur.

CVM ERGO. CASVS. Infert ex supradictis, quod qui mortaliter peccauit, nunquam habuit charitatem: nec pœnitentiam egit qui mortaliter peccauit Quod auctoritate August. probat vel probare intēdit. Et scias, quod ex falso ipse concludit falsum.

c ¶ Cum ergo.] Ex falso falsum concludit.

CVM

C. XIII.

1. Tim. 6.

Quia radix omnium malorum [a] est cupiditas, & radix omniū bonorum est charitas, & simul ambæ esse non possunt [b]; nisi vna penitus † euulsa fuerit; alia plantari non poterit. Sine causa aliquis conatur ramos incidere si radicem non contendit euellere.

† al. radicitus

Cum ergo [c], qui criminaliter peccat, charitatem nunquam habuisse probatur: euidenter colligitur, pęnitentiam non agere, qui quandoque criminaliter peccat †.

† al. peccauit

Vnde Augustinus.

C. XIIII.

Io. 4.

Charitas est aqua [d], de qua Dominus ait in Euāgelio [Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum [e].]

¶ *Hæc sententia non est inuenta apud B. Augustinum; licet in psalmum 103. ad vers.* Qui tegis aquis. *charitatem velit aquis significari: quemadmodum & Prosper, & glossa ordinaria, & interlinearis ad eundem locum.*

Reprobus ergo, cum in æternis mancipatus [f] incendijs in æternum sitiat: quomodo bibet aquam viuam, aut quomodo potabit aquam salientem in vitam æternam; qui quasi plumbeus [g] demersus in ima, pęnas luit damnationis æternę? Item. Sine [h] charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? quæ si non sunt dimissa; quomodo non omnia prorsus ad pœnam exigenda sunt? Item Dominus: [Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.] Qui ergo non habet vitam æternam, in Christum non credit [i]. In Christum vero credit, qui charitatem habet. In Christum quippe credere est, amando in ipsum tendere. Hæc est [k] fides [l], vt definit Apostolus, quæ per dilectionem operatur, huic [m] duntaxat remissio delictorum promittitur. Quod si charitas à fide Christianorum seiungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur: quomodo qui charitatem non habuerit, fidem Christianorū habuit, id est, in Christum credidit? quomodo ergo veniam d[eli]ctorum accepit? quam si non accepit, quomodo non omnia prorsus opera æternis sunt ferienda supplicijs? Item dominus, [Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Qui ergo non viuit in æternum, non manducauit panem viuū: sed qui nō manducauit eū non credidit. Hoc est enim manducare panē viuum, quod credere [n] in Christum, id est amando tendere in ipsum. Cum ergo reprobus in eum non crediderit, quem non manducauit, & ita fidē Christianorū (qua sola [o] peccata relaxātur) nō habuerit, quomodo, si viuit Dominus, cui omne iudicium dedit pater, iudicium perpetuæ damnationis effugiet omnium non solum actualium, sed etiam originalium?

Ioan. 6.

Au. tract. 29. in Ioannem, & de cognitione veræ vitæ. c. 37.

Gal. 5.

Ioan. 6.

De consec. distin. 2. c. vt quid. & c. credere.

Charitas ē aqua.] CASVS. Probat August. in hoc cap. quod qui charitatē hēt, non sitiet in æternum: sine qua nullus habebit vitam ęternā: nec poterit pęnitere, nec contritionē habere. ad quod probandum inducit tres auctoritates Domini Et nota, quod ab illo loco [Reprobus,] vidētur verba August. vt dicit. Hu.
d ¶ Charitas est aqua.] Quia ad medium aquæ lauat, & delet peccata.
e ¶ In æternum.] Id est, in patria. in via autem beatus est q sitit iustitiam, vt supra eadem. quærendum. — Iustitiam sitiens beatus est.
f ¶ Mancipatus.] Id est, destinatus.
g ¶ Plumbeus.] Pondere peccatorum.
h ¶ Item sine.] Omnia hæc sunt verba August. vt dicūt quidā 1 vsque. ad §. hęc quæ de charitate. Alij dicunt esse §. ab illo loco, Reprobus autem. — 1 Vt Hu. & B. Brix.
i ¶ Non credit.] à destructione cōsequentis infert.
K ¶ Hæc est.] Inf. de consec. d. 2. vt quid.
l ¶ Fides.] Informata charitate.
m ¶ Huic.] Sup. 24. q. 1. c. si Petrus. contra. sed nec hic vel ibi excluduntur alię virtutes.
n ¶ Credere.] Crede Deo, credasq; Deum: plus credo valere, Si credas in eū, quàm quod ei, vel eum.
ADDITIO. Hoc iō qa credere Deo, est credere verū esse qđ dicit Deus, Credere Deū est credere Deum esse. hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deū est amando credere in ipsum. Petr.
o ¶ Qua sola.] Sup. 24. q. 1. si Petrus.

HAEC

HAEC QVAE DE CHARITATE. Hęc est tertia pars dist. in qua probat magister, ꝙ ea quæ dicta sunt de charitate, de perfecta intelliguntur: quia sunt gradus in charitate, sicut in virtutibus est gradus, & perficiens, & incipiens, & perfecta quod intelligitur quantum ad remissionē & intensionē, cum sit simplex & cōtinua. dū enim sumus in via, possum⁹ habere charitatem ad tēpus, & perdere eā: & hoc probat per 27. auctoritates sanctorū patrum, & per multas rōnes sub diuersis §. cōtētas. Io de Fā.

CASVS. Soluit nūc Gratian⁹ præmissas auctoritates, & dicit eas esse intelligēdas de pfecta charitate: id est, q̄ ducit hoīem ad pfectionē vitæ, s. quę est finalis & cū qua homo decedit, illa nūquā amittit. Et inde sūpta occasione ostēdit gradus esse in virtutibus, scilicet spirituales ascēsus de virtute in virtutem, & etiam in eadem virtute. nam quanto quis proficit plus ascendit. Et ad hoc probandum inducit sequētia c.

a ¶ Hęc quę de charitate.] Prēmissas auctoritates soluit, & dicit intelligēdas esse de pfecta charitate & inde sumpta occasione gradus in virtutibus esse ostendit: vsque ad §. econtrario. Et nota ꝙ perfecta dicitur charitas quo ad sufficientiam: & hæc quęlibet & quantalibet sufficit ad vitam æternam habendā. arg inf. dist. proxi talis. Et est perfecta quo ad effectum, vt scilicet faciat hominem paratū nō pro Christo. supra. ea. charitas inf. eod. si quis tantam. Et dicitur perfecta quo ad perseuerantiam finalem, de qua agitur su. ead. vnctio. & cap. charitas.

Charitas pfecta multa facit.

b ¶ Sunt itaque gradus.] Omnis virtus intenditur & remittitur, & ideo gradus merito in ea distinguuntur. sed quia virtus est medium duorum vitiorum, vt dicit Aristoteles, & Horatius: Virtus est medium vitiorum vtrinque redactum; vt in puncto medio, qui est inter duo vitia contraria: videtur ꝙ summa virtus ibi cōstituta sit, q ergo illud medium seruaret, summe virtuosus haberi deberet. sed in omnibus medium seruare vltra hominem est; ideoque summe virtuosus nemo dicendus est. Ex præmissis sequitur, ꝙ virtus in ascendēdo non in infinitum protenditur: cum vltra mediū intentio 1 non progrediatur: sed quia etiā extremorum vitiorum non sunt termini, vt ꝙ mediū eorum nihil sit, puta prodigalitas in infinitū protendi pōt: similiter & sibi cōtraria auaritia, quare videtur, ꝙ inter ista duo nihil sit medium determinatum. præterea ex quo gradus sunt in virtute, videtur ꝙ latitudinem habeant, & ꝙ possint decrescere: sed tamen ꝙ in infinitum possint decrescere, non videtur: nam sic haberetur quod virtus alicuius ita parua esset, ꝙ minor ea inueniri nō possit. Præterea illud sciēdū est, ꝙ licet ita sit de omnibus alijs virtutibus, quod quęlibet inter duo vitia contraria sit constituta, hoc tñ in charitate (quæ forma est aliarum virtutū) non habet locū: quia ei vnū solū vitiū, scilicet odium, opponitur, su. dist. 1. omnis, qui non diligit. Vnde accidit, ꝙ in infinitum possit intendi in via. in patria aūt puto ꝙ maior charitas esse non possit. q̄ sit supremi ordinis Angelorū.

Virtus quęlibet intenditur & remittitur.

Medium seruare difficile est.

1 Al. intensio.

3 *Hæc, quæ de charitate*[a] *dicuntur, de perfecta intelligi possunt; quæ semel habita nunquam amittitur. Exordia vero charitatis enutriuntur vt crescant: & conculcantur, vt deficiant. Nemo enim repente fit summus: sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, à minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. Sūt itaque gradus*[b] *non solum inter virtutem*[c] *& virtutem, sed & in eadem virtute.* Sent. 3. d. 31.

Vnde Gregorius, super Ezechielem homilia 15 scribit dicens.

C. XV.

CVm sanctam ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: qa eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascēdendo proficit †[d], tantum Deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur dicens, [per singulos gradus meos pronunciabo illū;] omnipotentem quippe Dominū per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa virtutum, quæ cæpit, ei semper laudem suæ pietatis[e] reddit: Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: [ambulabūnt de virtute in virtutem.] Nec mirum, si de virtute in virtutē gradus sunt; quando vnaquæque virtus[f] quasi quibusdam gradibus agitur †; & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia: aliud profectus: aliud perfectio. Si enim &

Ps. 47

† al. profecerit.

Iob. 31.

Ps. 63.

† al. augetur

Sent. 3. d. 31.

c ¶ Inter virtutem.] Improprie dicitur gradus esse inter vnam virtutem & aliam: cum in eadem linea intensionis non disponantur. sed sic ideo dicitur, quia vna virtus alia intensior inuenitur.

CVm sanctum.] CASVS. Iste sic consueuit poni Gregorius exponit illud verbum Ezechielis. Et venit vir ad portam, quæ respiciebat ad Orientem, & ascendit gradus eius, & dum exponeret, introducit auctoritatem Dauid. Deus in gradibus eius dignosceтur, cum susciperet eam: in principio ergo capituli ponit expositionē illius versus, Deus in gradibus, &c. Secūdo probat, ꝙ in virtutibus gradus inueniuntur per auctoritatē Iob dicentis: Per singulos gradus, &c. Dauid dicētis, Et ambulabunt de virtute in virtutem, &c. & per illud Apostolorum: Auge nobis fidem, &c. & per similitudinē Euangelij de semente primo producente herbam, & deinde spicam & postea granum. Semen est cogitatio, quæ herbam producit, cum incipit operari: cum autem consummatur, spicam facit: cum autem perseuerat, frumētum mittitur in spicam & eadem similitudo adaptatur in persona Petri. Tertio & vltimo exponit illud verbum Ezechielis. Et venit vir, &c.

d ¶ Proficit.] Intensione virtutum.

e ¶ Pietatis.] Et tanto largiora munera Deus tribuit, quanto per ea religionis suę dignitatem viderit ampliari. arg. 23. q. 4. sicut excellentiam. §. 1 & dic laudem suę pietatis, id est, laudat Deum de sua pietate 2.

2 Id est quia per suā misericordiā facit eam crescere, secundum Hug.

f ¶ Virtus.] Et vitium. infra ead. §. econtrario, & §. non est mirum.

Luc. 17. ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur; sancti Apostoli minime dixissent: [Adauge nobis fidem.] Et quidam [a] venit ad Iesum, qui curari voluit filium suum: sed requisitus, an crederet, respondit: [Credo Domine: adiuua incredulitatē meam.] Pēsate rogo†, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem [b] dicebat? Si vero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratię meritorum suorum gradibus fides crescit; vno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat, simul & credebat & incredulus erat. Hos nimirū gradus Dominus sub messis nomine describit [c] dicens: [Sic est regnum Dei; quēadmodum si iaciat homo semen in terram & dormiat, & exurgat nocte, ac die, & semen germinet, & crescat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica: & cū ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniā adest tempus messis [d].] Semen homo iactat in terram, cum cordi suo bonā intentionem inserit, & postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero exurgit, ac die, quia inter † aduersa [e] & prospera proficit, & semen germinat, & crescit, dum nescit ille: quia, dum adhuc metiri incrementa sua nō valet, semel concepta virtus ad perfectū ducitur: & vltro terra fructificat, quia præueniente se gratia, mens hominis, spontaneè ad profectum boni operis assurgit. Sed hęc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumētum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicā vero herba [f] peruenit: cum se virtus animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam in tantum virtus ꝓficit, vt esse robusti, & perfecti operis possit. Sed cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem: quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, & messem suam desecat: quia cū vnumquemque ad opera perfecta produxerit; eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, vt granum suū ad cęlestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus: Cum vero operari recta incipimus: herba sumus: Cum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus: cumque in eiusdem operationis perfectione solidamur: iam plenum frumentum in spica proferimur. Herba etenim Petrus fuerat: qui passionis tempore amorem Dominum sequēs, hunc confiteri ante ancillæ uocem timebat: Erat.n. iā uiriditas in mente: quia credebat omniū redemptorem: sed ualde adhuc flexibilis, pede conculcabatur [g] timoris. Iam in spicam surrexerat, qn̄ eū, quem moriturum confiteri timuerat, nunciante angelo in Galilæa uiuentem uidebat. Sed ad plenum granum in spica peruenerat, quando ueniente desuper spiritu, & suam mentem in illius amore roborante ita solidatus est, ut uires per sequentium cæ-

Act. 5. sus despiceret, & redemptorem suum libere inter flagella prædicaret. Nullus itaq;, qui ad bonū propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciat: q̄a frumentū Dei ab† herba incipit, ut granū fiat. Vir ergo [h]

Mar. 9. † al. ergo — † al. in — Mar. 4. — † al. in

a ¶ Et quidam.] Vt habetur in Euāgelio Matthæi.

b ¶ Incredulitatem.] .i. modicam credulitatem: qui incipit credere, parum credit, arg. de conse di. 2. quia passus, & ca. primo, & ita hæc p̄positio, in, diminuit hic, non priuat.

Credit parū qui incipit: credere,

c ¶ Describit.] In Euangelio.

d ¶ Messis] Hucusq. fuerunt verba. Euangelistæ.

e ¶ Inter aduersa.] Aliud in aduersis & prosperis, quia in aduersitate crescit, sup. ead. vnctio.

f ¶ Herba.] Si herba fuit, ergo charitatē habuit: sed quando negauit, mortaliter peccauit: ergo charitatem nō habuit: ergo nec herba fuit. sed hoc debet referri ad tēpus ante negationem. & ita distribuite tempora, &c. vt 2. q. 1. peccauerit. Vnde versus.

Petro peccante, tūc non fuit herba, sed ante.

Petrus qn̄ peccauit herba nō fuit.

g ¶ Conculcabatur.] cum Christum negauit.

h ¶ Vir ergo.] De Ezechiele tractatum est, & sūt adhuc verba Gr. ab illo loco, cū sācta. &c. In Ezechiele est ita: & venit vir sctūs ad portā, q̄ respiciebat ad viam orientalē, & ascēdit ꝑ gradus eius. Expone, vir. i. Christ9: stat in porta: quia ꝑ eū quasi per portam ad patrē īgredimur, & sine quo in ciuitatē ītrare nō possumus. Itē qui in porta est, partim intus est, & partim extra: partim vr̄, & partim abscōditur. ita & Chr̄s ꝑ humanitatem est visibilis, ꝑ diuinitatē inuisi-

Cœli portā qui est Chr̄s īgredimur;

inuisibilis Vel vir, i. homo venit ad portam. i Christum, qui dicitur ostium, supra 1 q 1. ordinationes.
r Scilicet sacram scripturam. a ¶ Ad portam.] Idest, ad sacram scripturam vel fidem: per quarum vtramque r intratur ad patriam.
b ¶ Perducit.] Illa membra sua. s. fideles.

l ¶ Ad perfectum.] i. ad perfectionem a Deo datam.
m ¶ Quid dicit.] Tu quicunque habes talē perfectionē.
n ¶ Viuere.] Christus est mihi viuere. i. causa quare velim viuere. Ad hoc. n. viuo, vt ipsum magnificem & ipsum mori est mihi lucrum: quia per mortem eius liberor Christus est mihi viuere, & mori, &c. qd sibi vult.

QVi vult.] CASVS. Dicitur hic q si aliquis habet voluntatē faciēdi præcepta Dei, sed impedimēto aliquo detentus ea non facit: modicam habet charitatem, cū non dū possit omnia sustinere pro Christo. cum aūt poterit facere pcepta Dei, & omnia sustinere pro Christo, tunc habet perfectā charitatē: quod probat auctoritate Domini: & exemplo Petri.

Charitatem hēt qui pro Christo sustinere paratus est. c ¶ Qui vult.] CASVS. Si quis habet voluntatem sustinēdi omnia pro Christo: & tn̄ si immineret ei periculū, in rei veritate non sustineret, reuera iste habet charitatem, licet modicam: quæ postea augetur quando cū effectu paratus est oīa sustinere, qd pbat exemplo Petri.

c ¶ Qui vult] Quodā motu bono. i. affectionis: nō effectionis, & sic nō est contra, sup. d. 1. votum.
d ¶ Mandata.] i. ardua, & difficilia, vt ponere animam pro Christo, vel fratrib. vt hic in fi. c. habet.
e ¶ Non potest.] Scilicet impediente carnalitate.
f ¶ Poterit] s. facere mandata Dei.
g ¶ Charitatem.] i. opus vel signum charitatis maioris.
h ¶ Petrus] 50. dist. fidelior.
i ¶ Dicebat.] Dn̄e animam meam pro te ponam, licet hoc facere non posset.
SI QVIS. CASVS. Dicitur hic, q si qs paratus sit pro fratribus mori, perfecta charitas est ī eo, sed non statim cum nascitur est perfecta. nā primo nascitur: nata nutritur: nutrita roboratur, & perficitur. Sequentia tria c plana sunt: scilicet, [sicut charitas, si sermo].
K ¶ Nascitur.] Sic etiam gradus notantur in conuersione Pauli. nam prostratus fuit vt cęcaretur, &c. 23. q. 4. displicet.

vestitus lineis venit ad portam [a]; quia Dominus, ac redemptor noster membris suis intrantibus perducit β [b] ad se: & ascendit per gradus eius: quia nobis proficientibus: eo nobis amplius exaltatur, quanto altus, & incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium ipse ascendere dicitur; quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur; quantum noster animus à rebus infimis separatur.

α ¶ Cum autem ad profectum boni operis crescimus; ad spicam peruenimus.] *Hæc desiderantur in originali.*

β ¶ Perducit.] *In plerisque vetustis, & apud B. Gregorium legitur,* perducitur: *sed ob glossam non est emendatum.*

Item Augustinus ait in libro de gratia, & libero arbitrio, c. 17.

C. XVI.

QVi vult [c] facere Dei mandata † [d], & non potest [e]; iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc paruam & inualidam. Poterit [f] autem, cum magnam habuerit, & robustam. Quando enim martyres magna illa mandata fecerunt; magna vtique voluntate, id est, magna charitate fecerunt; de qua charitate ipse Dominus ait: [Maiorem hac charitatem [g] nemo &c.] *& paulo post.* ¶ Ipsam charitatem apostolus Petrus [h] nondum habuit, quando timore Dominum ter negauit. Timor enim non est in charitate, sicut ait Ioannes Euangelista in epistola sua; sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et tamen, quamuis parua, & imperfecta, non deerat, quando dicebat [i]: [Domine † animam meam pro te ponam.] *Idem super primam epistolam Ioannis, tractatu quinto.* Si quis tantam habuerit charitatem, ut paratus sit pro fratribus etiam mori; perfecta est in illo charitas: sed nūquid mox, vt nascitur, iam prorsus perfecta est? Vt perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur; cum ad perfectum † [l] venerit, quid dicit [m]? [Mihi viuere [n] Christus est, & mori lucrum. Optabam γ dissolui, & esse cum Christo: multo magis optimum, manere in carne necessarium propter vos.] Propter eos volebat viuere, pro quibus paratus erat mori.

† *al. mandatum.*
Io. 5.
1. Io. 4.
† *al. Domino.*
Io. 13.
Sent. 3. d. 29.
† *al. perfectionem.*
Philip. 1.

γ ¶ Optabam.] *Hinc vsque ad finem sunt addita ex B. Augustino, quoniam faciunt ad sententiæ integritatem.*

Idem in eandem, tractatu nono.

C. XVII.

SIcut seta [o] introducit linum; ita timor introducit cha-

Timor charitatem introducit.

ror à miseria, & transeo ad fęlicitatem vel Christus est mihi viuere. i. vita hic & in futuro. hic per fidem & spē, & in futuro per spem. mori pro Christo est mihi lucrū: quia deponam corpus mortale, & resumam immortale.
o Sicut seta.] Sicut, n. seta introducit filium, nec cum

co

ritatem: crescit charitas, minuitur timor,& econuerso [a].

¶*Verba B. Augustini sunt hæc.* Sicut videmus per setam intro duci linum, quando aliquid suitur, seta primum intrat: sed nisi exeat; non succedit linum: sic timor primo occupat mẽtem: non autem ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem *& paulo superius,* Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. *Ex his confectum est hoc caput.*

Item tractatu quinto in eandem.

C. XVIII.

Transpositis aliquibus verbis. † *al. suffocetur*

FOrte nata est in te charitas, sed nondum perfecta est: noli desperare, nutri eam, ne suffocetur. †

Idem ad Hieronymum, epist. 29.

C. XIX.

Sent. 3. d. 36.

v CHaritas in quibusdam est perfecta, in quibusdam est imperfecta: perfectissima [b] autem in hac vita haberi non potest.

¶*Caput hoc est summa quadam verborum Augustini in loco indicato.*

Idem in libro 50. homiliarum, homilia nona.

C. XX.

Sent. ibidem.

SI sermo meus [c] inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite, ad hanc augendam vos aduocate. *& paulo post.* ¶ Flete α [d], nutrite in vobis: ipsa dum creuerit, & flammam dignissimam fecerit; cupiditatum carnalium ligna consumet.

α ¶ Flete.] *Non est emendatum ob glossam; nam in multis vetustis codicibus est,* flate: *& in originali legitur.* Hanc scintillam boni amoris de qua Dominus dicit: [Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt ardeat?] flate, in vobis nutrite, &c.

Econtrario [e] *etiam gradus in virtute esse probantur: quia & ipsius peccati gradus euidenter apparent. Sicut enim nemo repente fit summus, ita nemo* [f] *repente fit turpissimus,*

Hinc etiam Augustinus ait in lib. 1. de sermone Domini in monte, c. 23.

C. XXI.

Sent. 4. d. 16.

SIcut tribus gradibus ad peccatum [g] peruenitur, suggestione [h], delectatione, consensione; ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tanquam [i] tres mortes: vna quasi in domo, id est, cum in corde consentitur libidini: altera quasi iam prolata extra portam, cum in factum procedit assertio: tertia, cum vi consuetudinis malæ, tanquam mole terrena præmitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria

Matth. 9. Luc. 7.

Timor initialis quis est.

eo remanet, ita timor charitatem: cum ea tamen esse non pōt. arg. 23. q. 6 c. iam vero. §. ex his. & infra dist. 7. nullus. hoc de seruili. Est & alius initialis, qui partim respicit præmium meriti, partim pœnam supplicij: de tali dicitur, ꝙ augetur charitas, & minuitur timor, infra c. prox. vsque dum fiat perfecta charitas, quæ foras mittit timorem omnem, arg. 23. q. 6. schismatici,

a ¶ Et conuerso] Arg ꝙ charitas decrescere possit: non ergo aut proficit, aut deficit. Tu dic, ꝙ charitas crescit & decrescit quantum ad intensionem: aliàs non.

b CHaritas.] Perfectissima.] Id est, qua perfectior non possit haberi. Vnde dicit auctoritas 1. super epistolam ad Ephesios.

1 al. Augustinus.

Nemo tam perfectus quin possit crescere.

c SI sermo meus.] Idest, prædicatio mea.

d ¶ Flete.] Mortalia peccata. argum. infr. distinct. 3. inter hæc hircum.

ECONTRARIO. CASVS. Per multas auctoritates ostẽdit gradus esse in virtute: adhuc idem ostẽdit per suum contrarium, scilicet per peccatum: in peccato enim gradus inueniũtur. Nã sicut nemo repẽte fit bonus, ita etiam nemo repente fit malus.

e ¶ Econtrario.] Id est, per suum contrarium. s. peccatum & vitium, quod virtuti est contrarium. arg. 8. q. 1. sciendum.

f ¶ Ita nemo.] Vnde Iuuenalis.

Nemo repẽte fuit turpissimus: 2 accipient te.

2 Id est plenus vitijs.

Paulatim, qui lõga domi redimicula 3 sumunt.

3 Id est, ornamenta.

SIcut tribus.] CASVS. Dicitur hic quod sicut trib. modis ad peccatum peruenitur, scilicet suggestione diabolica, delectatione, & consensu: ita ipsius peccati tres sunt differẽtię, scilicet in corde, in facto, & in cõsuetudine: nam primo in corde consentit peccato, postea procedit ad peccatum, tertio perseuerat in peccato. Sequens c. scilicet, [sciẽdum.] planum est.

g ¶ Ad Peccatum.] Idest, actum exteriorem.

h ¶ Suggestione. Supra distinct. 6. testamentum. in fine, palea est.

i ¶ Tãquam.] Mens mala, mos intus: malus, actus, mors foris. versus.

Tumba, puella, puer Lazarus ista notant.

Christus tres suscitauit.

Hanc

Hanc verbo, hunc motu: lachrymando suscitat illum Christus & in modico nascitur æger homo.
Ad hoc sup. ead. d. 1. §. ex his. versi. tres quoque. & §. nõ sunt. & cap. quem pœnitet.

a Sciendum quippe.] ¶ Tribus modis.] Aliter assignãtur isti tres modi in lege: quia delinquitur proposito, impetu, casu. ff. de pœn. respiciendum. §. delinquunt.
b ¶ Ignorantia.] Supra 32. q. 7. quemadmodum. 23. q. 1. si qs dederit. 8. d. consuetudo. 32. q. 4. nemo.
c ¶ Infirmitate.] Su. 25. d. c. vnũ. §. criminis, sup. 15. q. 5. § 1.
d ¶ Et grauius.] Hoc intelligas per accumulationem. sic magis peccat quis ex infirmitate, quàm ex ignorãtia; & sic non est cõtra quod dicit auctoritas, Grauius peccat qui peccat in filium, quam q peccat in patrem: at, cõstat eum, qui peccat per infirmitatẽ, peccare per impotẽtiã: & ita peccat in patrẽ, cui attribuit potẽtia qui aũt peccat per ignorantiã peccat in filiũ, cui attribuitur sapiẽtia: sed quod hic dicitur, nõ est referendũ ad peccata, quæ cõmittuntur in patrem, & filium, & spiritũ sanctũ: sed sic debet intelligi: aliquis infirmus est incontinens & licet sciat in fornicatione esse mortale peccatum: tamẽ fornicatur tanquam excusetur propter suæ incontinentiæ infirmitatem: talis plus peccat, qui ex certa scientia, quã qui ex ignorantia, qui scilicet ignorat fornicationẽ mortale peccatum esse. alleuiat .n. ignorantia etiam si non omnino. Item contrarium est huic loco quod dicit Ambrosius. Grauiter peccas qui promittis tibi impunitatem. Grauius quia contemnis. Grauissime quia ignoras. Sed illud dicitur ad terrorem. Vel dic, Grauissime, i. periculosissime. sic deterius i periculosius 45. dist. vera. quia pœnitentia specialis non agitur de peccato quod ignoratur, & ita hoc dicit propter difficultatem pœnitendi: argu. inf. dist. 3. Iudas. ver. magnum.

Peccata in patrem & in filium.

Inter hæc. CASVS. Ben. hunc casum sic ponit Dicitur hic, q duplex est tentatio, humana. s. & diabolica. Humana est, qñ aliquis ex carnis corruptione incitatur ad peccandum. Diabolica, quãdo ex tali suggestione delectationem consequitur, vel consentit. Vnde dicit Apostolus: tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Sequens capitulum, scilicet [super.] Habuisti supra. 1. c. super tribus.

similiter sequens §. [non est mirum.] patet.
e ¶ Inquinat.] Per mortale peccatum.
f ¶ Prædicator.] Paulus in prima epistola ad Corinth.
g ¶ Nolentes.] Vnde & Apostolus, Ago quod nolo. quia primi motus non sunt in potestate nostra, vt sup. ea. dist. 1. c. su-

Mot' primi non sunt in nostra potestate.

genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euãgelium legit, agnoscit.

Item Gregorius libro 25. Moralium, c. 26.

C. XXII.

Sciendum quippe est, quòd peccatum tribus modis [a] committitur. Nam aut ignorantia [b], aut infirmitate [c], aut studio perpetratur: & grauius [d] quidem infirmitate, quàm ignorantia: sed multò grauius studio, quàm infirmitate peccatur.

Idem libro 21. Moralium, c. 3.

C. XXIII.

Inter hæc sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud vero, cum per consensũ delectationis obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pulsatur; sed renittitur. Plerumque autem, cũ peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat [e], cum pulsat; sed cum hanc sibi p delectationẽ subiugat. Hinc etenim prædicator [f] egregius dicit: [Tentatio vos non apprehendat nisi humana.] Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes [g]: quia, vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca est, & non humana [h] tentatio; cum ad hoc; quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus adstringit.

1. Cor. 10.

Item Hieronymus ad c. 1. Amos.

C. XXIIII.

Super tribus sceleribus Damasci, &c. vt supra.

Distin. 1. de pœnitentia, c. super tribus.

Non est mirum, si in virtute gradus esse dicuntur: quandoquidem & peccati gradus ita euidenter monstrantur.

¶ *Hæc itaque [i] charitas, quę in Petro ante negationem herba fuit, & in singulis nascitur, antequam roboretur, ante sui perfectionem amittitur [k], & reparatur. Vnde*

h ¶ Humana.] Nisi de his sine quibus vita ista esse non potest: scilicet venialibus 25. dist. qualis.
Super.] HAEC ITAQVE CASVS. Concludit Gra. hic principale propositum, scilicet quod charitas semel habita potest amitti: cum sæpe amittitur & reparatur. quod dicit verum esse in perfecta: & ad hoc inducit sequentia c. sed verum est, q quantumcunque sit perfecta charitas in aliquo, dum est in hac vita, potest illam amittere: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata virgine.
i ¶ Hæc itaque] Ex illo c. sup. ea. d. cum sanctam infert magister & redit ad propositum principale: & probat adhuc charitatem semel habitam amitti posse, maxime exemplo Adæ, Moysi, & Aaron 1.
K ¶ Amittitur.] Immo & quantumcunq; perfecta sit in hac

1 Quoniam secundum Apostolum omnes nascimur filii iræ. de cons. di 4. firmissime. Pet.

Charitas in Maria erat per gratiam confirmata.

hac vita, amitti potest: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata Virgine, 25. dist. c. vnum orarium, §. nomine autem.

QVICVMQVE. CASVS. Dicitur hic quod postquam per baptismum aliqui ab originali peccato fuerunt liberati, statim proponitur eis Euangelium, & cum audiunt, credunt: & si quandoque exorbitant, correcti ab hominibus, siue ab omnibus, vel per se, redeunt.

e ¶ Fundamentum.] Idest, prædestinatio.

f ¶ Immobile.] Idest, illi, quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit, perseuerant firmi: qui autem perijt, non erat finaliter de fundamento, idest, de prędestinatis, inf. dist. 4. c. ex bono, vers. quid aliud.

Augustinus in libro de correptione, & gratia, c. 7. *Quicūque ab illa originali[a] damnatione, ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium, quòd & procuratur[b] eis audiendum Euāgelium, & cum audiunt, credūt, & in fide, quæ per dilectionem operatur, vsque in finē perseuerant: & si quando exorbitant, correpti emendantur. & quidam eorum, & si ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt[c].*

Item ibidem.

C. XXV.

2. Tim. 2. † al. Sciuit] orig.

FIrmum[d] Dei fundamentum[e] stat immobile[f] α, habēs signaculum hoc: [Scit[h] † Dominus, qui sunt eius. Horū fides, quæ per dilectionem operatur, profecto aut oīno nō deficit; aut, si qui sunt, quorum fides deficit,[i] reparatur, antequam vita ista finiatur: & deleta, quæ intercurrerat, iniquitate, in finem perseuerantia deputatur.

α ¶ [Immobile.] *Abest ab originali: sed non est expuncta ob glossam.*

Idem in eodem libro, c. 9.

C. XXVI.

inf. di 4. si ex bono.

NVllus eorum ex bono in malum mutatus, finit hanc vitam.

Item ibidem.

C. XXVII.

Rom. 8.

TAlibus k Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonū: vsque adeo prorsus omnia, vt etiam, si qui eorum deuiant, & exorbitant: etiam hoc ipsum[l] eis faciat proficere in bonum[m].

Idem Apostolus ad Galatas 5.

C. XXVIII.

Videtur esse ex glossa aliqua, aut Gratiani verba.

CIrcumcisio non est aliquid[n], neque præputium, sed fides; quę per dilectionē operatur.] Et hoc olim in vobis, quia currebatis bene per opera fidei ex dilectione.

g ¶ Signaculum. ¶ Id est, hoc habēs mēti impressum in signū amicis, & inimicis: amicis vt accedāt: inimicis vt territi fugiāt. hoc scilicet sic, &c. etiam dum sunt mali.

h ¶ Scit.] .i. amat & defendit prędestinatos suos, etiā dū mali sūt: & postquā eos cōtinue munit, apparet hostibus & amicis, quod ipsi sunt signacula Dei. Vel signaculū .i. discretionem inter prędestinatos & nō prędestinatos. Hoc scilicet quod sequitur scit, &c. habēt enim prędestinati etiā cum sunt mali quēdam characterē, quo distinguūtur a dānandis, vnde ex tribu Iuda duodecim millia signati.

Prædestinati quodā signo distinguuntur a damnādis.

i ¶ Quorū fides deficit.] Inf. dist. 4. c. peccatum, §. verū, c. si ex bono.

K ¶ Talib.] Deū diligētib. In epistola ad Romanos.

l ¶ Hoc ipsum.] Scilicet deuiare.

m ¶ Proficere in bonum] Occasionaliter, quia fortiores resurgūt, arg. d. 13. nerui. 63 dis. c. quia sancta. §. verū. in fi. & dist. 50. considerādū, & c. fidelior. 6. quęst. 1. imitare. Vel deuiare .i. pœnam, quā subeūt pro deuiatione, facit eis proficere: quia cum pęna affliguntur, se recognoscentes humiliantur, idest, humiliores fiunt, sup. distin. proxi. cap. potest fieri 2. vers. illuditur.

a ¶ Originali] Idest, quam ab origine trahit homo: & cum qua nascitur.

1 Aliās imponeretur necessitas prędestinationi diuinę. quod est falsū, quia cia quęcūque voluit Dñs fecit in cęlo & in terra, vt glo. dicit.

b ¶ Procuratur.] Idest, ad vtilitatem eorum legitur, & exponitur.

c ¶ Redeunt.] Operante gratia.

ADDITIO. 12 q. 4. sicut non est. Hug.

FIrmum.] CASVS. Dicitur hic, quod firmum fundamētū Dei finaliter stat: quod omnino non deficit, sed quando deficit, dum homo est in hac vita, reparatur. Sequens c. s. [talibus.] planum est.

d ¶ Firmum.] Idest, immobile est: licet possibile sit eum qui prædestinatus est, non fuisse prædestinatum: verba sunt Apostoli in epistola secunda ad Timothæum, cap. 2.

CIrcumcisio.] CASVS. Bene sic exponit hunc casum. Non vr hoc facere ad propositum Gra. sed tamen potest adaptari, q. d. Appstolus, si non sit aliquis circuncisus, non impeditur, quo minus posset reparare per pœnitentiam charitatem, quam amisit peccando, si seruet fidem: quæ per dilectionem operatur, Sequēs capitulū, & §. [Romanos.] patent.

2 Nam sicut dicit Gr. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Petr. Charitas per pniā recuperatur.

n ¶ Aliquid.] Quo ad salutem, quia non recipitur aliquis quia circuncisus, nec reijcitur aliquis quia præputiatus: quoniam indifferentes sunt: nec hoc c. facit ad propositum: sed sic potest adaptari, siue quis circuncisus sit, siue non, poterit per pœnitentiam recuperare charitatem, quam amisit peccando. Vel non est aliquid, i. non proficit ad salutem sine operibus.

3 Sed ī Apostolo sup. ista verba dicit gl. Aequatur pputio circūcisio, his .n. q i Chro

a ¶ Non

Item ad Hebræos, c. 6.

C. XXIX.

NOn est tam iniustus [a] Deus, vt obliuiscatur operis nostri, &c.

Operis quo omnia sua fecerant cōmunia [b]; & hoc ex dilectione [c], & hoc ad gloriam [d] Dei. Ecce triplex [e] bonū, quasi diceret, olim [f] multa operati [g] estis, pro quibus [h], si pęniteatis de malis, benefaciet [i] vobis Deus. Romanos quoque, & Galatas dū Apostolus redargueret, merito fidei probat assecutos remissionem peccatorū, & sanctificationem in spiritu sancto, & iustitiam bonæ operationis: quæ omnia aut sine charitate, nunquam vere fuerunt in eis; aut veram charitatē habuerunt: à qua postea lapsi sunt, qui de operibus [k] legis gloriabantur.

Item de quolibet adulto Augustinus ait.

C. XXX.

TOlle charitatē: odiū tenet [l] *Item.* Omnis, qui non diligit, odit. *Item in Euangelio.* [Nemo potest duobus dominis seruire [m], aut enim vnum odio habebit, [1] & alterum diliget: aut vnū sustinebit, alterumque contemnet.] Io. 3. Luc. 16. & Matt. 9.

Adam vero [n] cum in virili ætate à Domino creatus sit, antequā à diabolo tētaretur, dum de latere eius vxor formabatur, dum in ecstasi [o] raptus angelicæ curiæ intererat [p], dum euigilans futura Christi & Ecclesiæ sacramēta vaticinabatur [q], aut charitatem, aut odium habebat [r]. Si autem odium habebat: non fuit diabolus auctor nostri peccati. Item. Si sine charitate [s] à Deo creatus est: eius similitudinem in creatione sui nequaquam accepit. [t] Item, si sine charitate creatus est, iustus, & innocēs à Deo factus non est: creatura nāque rationis capax, & liberi arbitrij, iustitiæ, & innocentiæ sine charitate particeps esse nō potest. Collígitur ergo, quod Adā antequam peccaret, charitatem habuit, sine qua iustus, & innocens esse non potuit. Gen. 2.

Vnde Augustinus in Genesim ad litteram, libro sexto, cap. 24.

a NOn est tam iniustus.] Inf. dist. 5. opponitur, vers. non est iniustus.
b ¶ Fecerant communia.] Ecce opus.
c ¶ Ex dilectione.] Quæ informat actum siue actionem. Ecce alacritas.
d ¶ Ad gloriam.] Ecce recta & pura intentio.
e ¶ Triplex.] Quod cōmendatur in eis, s. opus, & alacritas, & recta intētio.
f ¶ Olim.] Quasi dicat, nō nunc, ita facit ad propositum.
g ¶ Operati.] Idest, faciēdo, pficiendo.
h ¶ Pro quibus.] id est, pro quorū similibus.
i ¶ Benefaciet.] Aeternaliter remunerādo, vel tēporaliter abūdātius quàm si nō pęnitueris. sicut enim prima bona per sequentia mala mortua & irrita facta fuerunt: ita ipsa eadē per pęnitētiā & alia bona sequētia reuiuiscunt, vel quo ad vitā æternā vel quo ad tēporale pręmium, vel ad minus suppliciū subeūdum inf ea. distin 3. ver. nihil. vbi de hoc.
K ¶ Qui de operib. Quia tēpora gratiæ seruare volerāt pręcepta legalia: quod non licet, ext. de cōstit. translato. Item, de quolibet.
CASVS. Ab isto loco vsquo ad c quomodo. videtur esse § Gratiani secundū Ben. qd̄ verū credo, sicut per verba inferius posita apparebit. Quidam tamen faciunt ibi casum, [Omnis. & ibi,] Nemo.] Alij ponūt totum sub illo [§. Romanos.] Probat ergo Gratianus in hoc § per magnam circumlocutionem, ꝙ Adam charitatem habuit, quam amisit. Et ad hoc inducit sequentia capitula.
l TOlle.] ¶ Tenet.] Quia charitas & odium immediata contraria sunt circa suum susceptibile, arg. sup. d. 1. omnis qui non diligit, &c Et est arg. diabolum ante ruinam charitatem habuisse: quia si non haberet charitatem, odium teneret, & expone, odium tenet, idest peccatum Deo fit odibilis.
m ¶ Nemo potest duobus dominis seruire.] Arg. contra ff de oper. liber. l. penul. 1.
n ¶ Adam vero.] Verba sunt Gra. vsque ad illud capitu. quomodo.
o ¶ In ecstasi.] Scilicet prophetiæ.
p ¶ Intererat.] i. facta erat ei reuelatio, & data scientia, quam angeli habent, & illi qui sunt in cęlesti curia.
q ¶ Vaticinabatur.] Dicens, hoc nunc os ex ossibus, &c. vnde Apostolus: Sacramentum magnū hoc est in Christo & ecclesia, extra de big. debitum.
r ¶ Habebat.] Sed non statim in sua creatione.
s ¶ Item si sine charitate.] Video G nitentem asserere, ꝙ Adam habuit ex creatione duplicem virtutem. Celebrior autē est sententia, ꝙ Adam duplicem habuit statum ante peccatum. in creatione sola naturalia accepit, quibus proficere vel mereri non poterat: post creationem addita sunt ei gratuita. Vnde dicit Aug. habuit Adā vnde posset stare, sed non vnde posset proficere & hoc in primo statu. Dicit autem Aug. Et illud habuit primus homo, posse quod vellet: sed nō habuit velle quod posset: quia & si habuisset, non peccasset. Habuit ergo posset, quod vellet bonum, idest, virtutes in secundo statu quando cecidit: vnde dicitur spoliatus gratuitis, & vulneratus etiam in naturalibus. Habuit ergo in primo statu innocentiam sicut puer: sed charitatem non: vnde non erat bonus, & ita habuit quo stare posset, sed non vnde mereretur, cum charitatem non haberet, sine qua nemo proficit, nec mouetur ad merendum: sed in secundo statu habuit charitatem secundum quam hæc dicta intelliguntur. 2.
t ¶ Accepit.] Sed non statim in sua creatione.

voiant viuere, virtutes appetendæ sunt & vitia fugiēda: me diauero quę īter vitia & virtutes sūt, nec fugiēda sūt, nec appetēda vt est circūcisio & pręputium, quæ nihil valent in Christo. Pet.

Bona prima per sequētia mala mortificantur.

Charitas & odium sunt immediata contraria.

1 Vbi loqtur qñ non sunt contrarij: secus si cōtrarij essent, vt hic, Arch.

Adam ante peccatū habuit duplicē statum.

2 Idem per omnia. Ite.

Quo-

QVomodo renouari.] CASVS. Dř ꝙ non pōt homo renouari vel reuocari de vetustate peccati ad nouitatem, in qua fuit primus homo, nisi recipiat iustitiam quam perdidit primus homo, & induat nouum hominem, secundum quod dicit Apostolus, Imaginem.] ima ginem Dei appellat virtutes, quibus homo Deum imitatur. [Stola.] Alludit historiæ de prodigo filio: cui s. pater iussit dari primam stolam. s. vestem charitatis & iustitiæ, quam per peccatum amiserat. quæ historia habeř, vt sup. 37. dist. c. legimus, § hinc etiam. Sequentia tria c. plana sunt, scilicet, [princeps: quādo, primus.] Cōfabulator.] Quia fruebatur colloquio angelorum.

a ¶ Expoliantes.] Hoc habetur in epistola ad Colossenses.

b ¶ Veterem.] i. habitum peccatorum, & vsum, &c. cū actibus suis, idest, vbi nec habitus, nec actus peccatorū aliquando adsit, homo enim vetus nihil aliud est, quā vetus vita, quæ est in peccato, quod contraximus ab Adam.

C. XXXI.

QVomodo renouari dicimur; si non hoc recepimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recepimus; quia iustitiam, ex qua in peccatum lapsus est. *& paulo post, c. 7.* ¶ Expoliantes [a] vos veterem [b] hominem cum actibus suis, induite [c] nouum [d], qui renouatur [e] in agnitionem Dei secundum imaginē eius [f], qui creauit eum [g]. Hanc imaginem in spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatum. *& post pauca.* ¶ Stola [h] illa prima iustitia est; vnde lapsus est Adam.

Coloss. 3.

Luc. 15.

¶ *In hoc & in sequenti capitulo adita sunt nonnulla ex originali, in quo tamen longe copiosius, & clarius hæ sententiæ exponuntur.*

Idem in homilia 11.

In concione ad Catechumenos verbis hincinde collectis.

C. XXXII.

PRinceps vitiorum omnium, dum vidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, tēperantia compositum, charitate circumdatum †, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit, insuper & perimet [i]. Namque cum homini abstulisset pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatem, dominio suo eum obstrinxit. *& paulo post.* ¶ Adam amissa temperantia intemperans effectus est: perdita charitate, [k] malus inuentus est.

† *al. splendidum.*

Item Ambrosius libro 6. epist. 21. ad Sabinum.

C. XXXIII.

QVando Adam solus [l] erat, non est præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo

Idem ad eundem eodem libro, epist. 42.

C. XXXIIII.

PRimus homo erat opus Dei recens, confabulator [m] assiduus, ciuis sanctorum, complantatus *a* virtutibus.

a Complantatus est.] *In vulgatis erat*, angelorum complantatus, *quæ vox abest a multis manuscriptis, & ab originali.*

Idem in Hexameron, lib. c. 7.

C. XXXV.

ILla anima [n] a Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremque pietatis. Illa anima bene picta est, in qua elucet [o] diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta est: in qua est splendor gloriæ & paternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est. Secundum hanc imaginem [p] Adam ante peccatum [depictus † fuit:] sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cęlestis, sumpsit terrestris effigiem.

† absunt ab ori.

c ¶ Induite.] s. habitum virtutis.

d ¶ Nouum.] Hoīem i. rōnabilē mentem.

e ¶ Qui renouatur.] i. magis & magis crescit, & acqrit cognitionem Dei, & illa renouatio fit secundum imaginē eius.

f ¶ Eius.] idest, imaginem eius in rōne, quę est imago Dei: vnde Esaias, Nō credideritis nisi intellexeritis in spiritu.

g ¶ Qui creauit eū.] s. nouum hominem in agnitionem sui, ad hoc vt ipsū Deū agnosceret.

h ¶ Stola.] Alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio. 37 dist. c legimus. §. hinc etiam.

i PRinceps.] Vitiorum.] Peremit.] i. necessitate moriendi adstrinxit.

K ¶ Charitate.] Sup. 16. q. 2. visis. c. cōtra.

l QVādo.] Solus.] Ar pro solitudine. 32 q. 1. nuptiæ. 7. q. 1. illud. contra. sup. 81. d. in omnib. contra ext de statu monac. c. 3. cōtra ex. de off. deleg. prudentiam. contra. Sol. per c. 28. q. 1. sæpe.

m PRimus.] ¶ Cōfabulator.] i. per contemplationē de illo cogitando. 1

1 Vel dico Confabulator. s. angelorū colloqo frequenter vtebatur.

ILla anima.] CASVS. Dř hic ꝙ illa anima depicta est, quæ habet gratiā renitentem splendore pietatis, & quę in se habet effigiē diuinæ opationis, & imaginē paternæ substantiæ. sed hęc oīa p q̄ designātur virtutes, amisit Adā postquā lapsus fuit. Sequenti a tria c. patent. s. [similem. sapiens. vt cognouerunt.] Nudi. [vestibus corporalibus.

n ¶ Illa anima.] Hæc verba sunt Apostoli in epistola ad Hebræos.

o ¶ Elucet.] per imitationem.

p ¶ Imaginem.] Idest, imitationem.

a Sapiens.] Hæc sunt, scilicet virtutes.
b ¶ Quæ nemo.] sup. 32. q. 5. de pudicitia.
c ¶ Nudus.] à virtutibus.

xit filiam Ietro: ex qua suscepit duos filios.
i ¶ De libro.] Scilicet vitæ præsentis, Vel dic vt supra 45. dist. disciplina.

d Sed nec Adam primus.] aliàs, prius est, idest, in primo statu suo.

Vt cognouerũt.] OPPONITVR. CASVS. Sicut Gratianus opponit ad id quod dictum est supra in princ. in illo §. [Item sine charitate] vbi dr̃, quod non hẽt charitatem qui postea peccaturus est criminaliter, quod ostendit esse falsum exẽplo Adæ, Moysi, & Aaron, & Dauid, qui habuerunt charitatem; sicut in litera probat: tamen postea amissa charitate peccauerunt mortaliter. ita ponitur casus iste, licet videatur valde prolixus. Vel potest dici, ꝙ opponitur cõtra hoc, ꝙ charitas semel habita deseri non põt [Si sic permansisset.] s. Adam quod postea dicit. [De cuius spiritu. s. scientia, & gratia, faciendo eos prudentes.] Ad aquas contradictionis: quia ẽt electi desperauerũt de potẽtia Dei quasi contradicentes promittenti. Et ad hoc inducit sequentia c.
e ¶ Opponitur.] Cõtra id scilicet, quòd charitas semel habita deseri nõ potest.
f ¶ Omnis clamat.] .i. nulla negat: nam clamare dicitur ex quo non contradicit, arg. ff de vsufru. ac. l. 1. §. vlt. vel omnis, qui loquitur de hac materia. si. 1. di. omnes leges aliàs 2. quæstio. 1. omnes leges.
g ¶ Filiæ Pharaonis.] scilicet Thermoth, quæ Moysen de fiscella scirpea, in qua mater illũ exposuerat, suscipiens, eum nutriri fecit, & tandem eum adoptauit in filium, vt in apologo inuenitur.
h ¶ Reliquit.] Et fugiens per desertũ in terram Madian, du-

a ¶ Se-

Idem de fuga seculi, c. 4.

C. XXXVI.

Similem Dei esse, est habere iustitiam, habere sapientiã, & in virtute esse perfectum.

Idem libro secundo de Iacob, & uita beata, c. 5.

C. XXXVII.

Sapiens [a] nunquam inanis est; semper in se habens amictum prudentię, qui potest dicere: [Iustitiã induebam, & vestiebam iudicium.] sicut dixit Iob. Namque hæc mentis sunt interna velamina; quæ nemo [b] alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliauit. Denique sic despoliatus Adam nudus [c] inuentus est. *Iob 27.*

Idem in libro de Isaac, & anima, c. 5.

C. XXXVIII.

Sed nec Adam primus α [d] nudus erat; quando eum innocentia vestiebat.

α ¶ Primus.] *In originali est,* primo, *Sed ob glossam non est mutatum. Vox autem,* homo, *quæ in vulgatis sequebatur, abest etiã à multis manuscriptis.*

Idem in libro de paradiso, c. 13.

C. XXXIX.

Vt † cognouerũt, quòd nudi essent.] Et ante quidem nudi erant: sed non sine virtutum integumentis. *† Et] orig. Gen. 3.*

Opponitur [e] *etiam illud, quod omnis clamat* [f] *auctoritas, si sic permansisset, vt erat ante peccatum; esset translatus in gloriam, quam habituri sunt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat: charitatem ergo habebat. ¶ Item opponitur de Moyse, cuius fidem Apostolus in epistola sua ad Hebræos commendans, dignis præconijs eius merita prædicauit dum se negauit esse filium filiæ Pharaonis* [g], *malens affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate temporalis palatij: dum fratri compatiens, Aegyptium sabulo obruit: dum veritus animositatem regis, Aegyptũ reliquit* [h], *dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempsit; atque in virtute signorum populum de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus sunt efferenda, si tunc charitas in eo nõ erat: cum non habeat aliquid viriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat cui Dominus facie ad faciem loquebatur; sicut homo solet loqui cum amico suo? Quomodo charitatem non habebat: qui pro populo supplicans dicebat: [Aut dimitte eis noxam hanc: aut me dele de libro* [i] *tuo?] An non proximum diligebat, qui pro populo se obijciens, illum ab interitu liberauit? An non diligebat Deum, qui pro eo in vituli cultores desæuiens, ipsius vituli caput in puluerem comminuit: atque vt in secessum proijceretur, aqua mistum Israelitis bibendum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiens, vt populum, cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat, de cuius spiritu Dominus accepit, &* *Heb. 11. Exod. 2. B. Greg. homilia 27. Exod. 33. Exod. 32. Num. 16. Exod. 33.*

Moysen filia Pharaonis in filiũ adoptauit.

Num.11. *super septuaginta[a] seniores[b] Israel præposuit? Qui tamẽ ad aquas contradictionis de Dei potentia siue de eius benignitate dubitans, cum cetera certa fide promisisset, producturus aquam de petra, diffidenter excrepuit dicens:*
Num.20. *[Nunquid de petra hac potero vobis educere aquam? Quod nulli leue videatur[c], cum in pœnam delicti eius, sibi, & Aaron à Domino dictum sit: [Quia non exaudistis vocem meam, vt glorificaretis me corã filijs Israel, nõ introducetis populum hunc in terrã, quam dedi eis.]*
Exo.4. *An charitatem non habebat Aaron, quando fratri coadiutor[d] datus est, vt esset os eius[e] ad populum, vt per eum*
Num.23. *signa fierent in Aegypto? Qui tamen in cultura vituli postea consensum[f] populo adhibuit. An charitatem non habebat quãdo ex omni multitudine filiorum Israel solus à Domino electus[g] est, vt pontificatu ante eum fungeretur? Si charitatẽ non habebant, bonus non erat: Si aũt*
Num.16. *bonus non erat, cur præ ceteris à Domino in Pontificẽ electus est? An charitatem non habebat, quando pro populo cũ thuribulo incẽdio se opposuit[h], & irã Dei placauit? Et tamẽ, vt præmissũ est, ad aquas cõtradictionis irã Domini aduersum se postea prouocauit. Nunquid etiã David charitatẽ nõ habuit, super quẽ spiritus Domini à die vn-*
1.Reg.16. *ctionis directus est? An forte dicetur esse directus sup eũ, vt ex tunc gratiam prophetandi[i] haberet, non vt ex eo*
Actionis. *gratiã diuinæ dilectionis acciperet? Quod absurdũ plene*
1.Reg.24. *videtur de eo sentire, de quo Dominus ait. [Inueni hominem secundum cor meum.] Qũo etiam charitatẽ non habebat, qui quærenti animã suã pepercit? qui oram clamydis eius præcidit[k], postea cor suum grauiter percussit*
1. Reg.1. *clamãs: [Quem persequeris rex Israel, canem mortuũ, & culicem vnũ? Quomodo charitatem nõ habebat qui mortem inimici sui tam grauissime tulit? Quomodo cha-*
2.Reg.33. *ritatem non habebat, qui aquam de cisterna Bethlehem suorũ periculo sibi oblatam non bibit[l], sed coram Domino libauit? Quomodo charitatem non habebat, qui irrisus à Michol filia Saul, eo quod ante arcam Domini citharam, & psalterium percutiẽs saltasset, ait: [Ludam,*
Psal.7. *& vilior[m] fiam in oculis meis?] Si charitatem non habe-*
Psal.35. *bat, qua conscientia securus imprecabatur sibi ipsi dicẽs; [Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?] Si charitatem nõ habebat, qua*
Psal.25. *temeritate iuste se iudicari rogabat, dicens; [Iudica me[n]*
2.Reg.11. *Deus secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me: Idem: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum?] Et tamen post tot & innumera alia diuinæ, & supernæ dilectionis indicia, quàm grauiter deliquerit, nullus ignorat, qui Bethsabeæ[o] adulterium, & Vriæ homicidium audiuit: Cuius pœnitentiam si sine charitate Domino obtulit, veram cordis contritionem non habuit. Quomodo er-*
1.Reg.11. *go sacrificium cordis contriti, & spiritus contribulati Domino promitte-*
Psal.50. *re audebat, dicens: Si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus? &c.] Denique cum falsæ pœnitentiæ nulli à Deo promittatur remissio, quomodo a prophe-*
2.Reg.12. *ta[p] audire meruit, (Dimissum est tibi peccatum tuum,) si veram cordis contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet eum tunc charitatem*

a ¶ Septuaginta.] Supra 84.d. porro.
b ¶ Seniores] Faciẽdo eos prudentes, & peritos ad similitudinem Moysi, nõ autem de spiritu eius aliquid subtrahẽdo, vt scirent regere populum, cum Moyses iam solus non sufficeret.
c ¶ Videatur.] Scilicet hoc peccatum. 33. quæst. 4. § cum superna.
d ¶ Coadiutor.] Cũ Moyses esset aliquãtulum impeditæ linguæ.
e ¶ Os eius.] Loquendo pro Moyse.
f ¶ Consensum.] Supra 50. dis. c. si post. § econtra.
g ¶ Electus.] Sup 95. dist. esto.
h ¶ Opposuit.] Succenso Chore cum familia sua. 7. quæst. 1. denique.
i ¶ Prophetandi. Non est sufficiens probatio, quod charitatẽ ideo habuerit. nam & Saul prophetauit, vt supra 1. q. 1. prophetauit.
k ¶ Præcidit.] Sup 2. q. 7. cap. plerumque. § de his.
l ¶ Non bibit] Sup. dist. 41. deliciæ.
m ¶ Et vilior.] Idest, humilior.
n ¶ Iudica me] Secundum iustitiam: ergo sciebat se charitatem habere, & bene potest ex reuelatione: aliter non crederem unde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, &c. infra dist 3. § adhuc. ver. non enim.
o ¶ Bethsabeæ.] Sup. dis. 50. cap. si post §. econtra.
p ¶ A propheta] Scilicet Nathan.

Saul prophetauit.

Charitatẽ se habere an possit aliqs cognoscere.

FV-

FVGERAT SANCTVS. CASVS. Primo ponuntur verba Ambroſij, quæ probant, quod Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Poſtea dicit Gratianus, quod Dauid charitatem habebat, & poſtea peccauit in dinumeratione populi. Poſtea dicit, quod ſecundum illam ſententiã, quæ dicit, ꝙ charitas non poteſt amitti, & quod nunquã habuit charitatẽ qui criminaliter peccat veram remiſſionem peccatorum in baptiſmo nõ fuit conſecutus, qui poſtea criminaliter peccauit: ſiue fuerit adultus ſiue ĩfans, qñ ad baptiſma acceſſit: & licet huic ſententiæ Iouiniani videatur alludere qđ legitur in epiſtola Ioannis: Qui natus, &c. ſententia tamen illa eſt veritati aduerſa, vt oſtendit Hieronymus in ſequenti capitulo. Et no. ꝙ ſecundum Hu. ibi incipiunt verba Gratiani, [cui ſine charitate. [Generatio,] Id eſt, gratia [Quãtũ] Id eſt, quantumcunque. Hiſtoria autem Dauid habetur, ſup. 1. q. 4. eccleſia, § itẽ Dauid.

a ¶ Populi.] Sup. 24. q. 1. non afferamus.
b ¶ Pœna.] Sup. 1. q. 4. eccleſia § i. ẽ, Dauid.
c ¶ Sententiam.] Id eſt, opinionẽ, quæ aſſerit, ꝙ q peccaturus eſt, nunquam habuit charitatẽ, vt in principio huius diſt.
d ¶ Renatus.] Hoc bene ſoluit magiſter in fine.
e ¶ Sed generatio] Id eſt, Deus regenerans.

ducit et ã auctoritatẽ Iacobi, per quam probat, ꝙ boni poſſunt peccare. In tertia parte illud idẽ oſtendit exemplo Dauid, Salomonis, & Ieſu filij Ioſedech, & quorundam aliorũ, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatẽ, quod etiã in Angelis contingit. Secunda

habuiſſe, & ex charitate ſacrificium cordis contriti, & ſpiritus contribulati Domino *obtuliſſe: alioqui temerarie poſtulaſſet: [Auerte faciem tuam à peccatis meis,] & cætera quæ in eodem pſalmo continentur, niſi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocaſſet. De quo etiam ſanctus Ambroſius in libro de Iſaac, cap. 3. ſcribit dicens:] Fugerat ſanctus* Dauid *odia Saul regis, non relinquens terras, ſed declinans contagia regis immitis, & ſuperbi: quia mens eius adhærebat* Deo, *] cui ſine charitate nullus adultus adhærere poteſt. Et tamen, quam grauiter in populi*[a] *dinumeratione poſtea deliquerit, ipſius delicti pœna*[b] *indicauit. Item ſecundum hanc ſententiam*[c]*, qui criminaliter deliquerit, ueram peccatorũ remiſſionem in baptiſmo conſecutus non eſt ſiue in annis infantię, ſiue adultus ad baptiſmum acceſſit: quia* Dei *amorem non habuit ſine quo nemo unquam inuenit gratiam: atque ita ſecundum hæreſim Iouiniani, ſi uere ex aqua, & ſpiritu ſancto quis renatus*[d] *fuerit, ulterius criminaliter peccare non poteſt: uel ſi criminaliter peccat, aqua tantum, non ſpiritu probatur eſſe renatus. Cui ſententiæ illud epiſtolæ Ioannis conſentire uidetur:] Omnis, qui natus eſt ex* Deo *peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius manet in eo: & non poteſt peccare, quia ex* Deo *natus eſt. In hoc enim manifeſti ſunt filij* Dei, *& filij diaboli] Et in fine epiſtolæ: [Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio*[e] *Dei conſeruat eum: & malignus non tangit eum.] Verum hæc auctoritas Apoſtoli, quantum illi ſententiæ faueat, atque illa ſecta erroris quantum ueritati ſit aduerſa, Hieronymus oſtendit ſcribens contra Iouinianum, libro 2. in principio.*

Pſ. 50.

Mutatis verbis, ſed incolumi ſententia.
Sent. 3. diſt. 30.

Sent 3. diſt. 30.
2. *Reg.* 24. & *Paralip.* 21.

1. *Io.* 3.

C. XL.

SI enim[f], inquit, omnis, qui natus eſt ex Deo, nõ peccat, & à diabolo tentari nõ poteſt; quõ præcipit, vt caueãt, ne tententur; dicens: [Filioli cuſtodite vos a ſimulachris:] & in eadem rurſus epiſtola: [Si dixerimus, quia pecca-

Omiſſis aliquot verbis.
1. *Ioan.* 5.
1. *Io.* 1.

SI. n. inquit.] CASVS. Hoc eſt cap. Hier. ſcribẽtis cõtra Iouinianum hæreticum: & protenditur vſque ad §. ſequentem (euidenter.) Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad inconueniens: & oſtendendo ꝙ verba Ioannis intelligenda ſunt per comparationem. Hu. igitur caſum iſtius c. ſic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima oſtendit Hier. ꝙ illa auctoritas Ioannis. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: nõ ita intelligẽda eſt ꝙ poſtquã aliqs recepit gratiã, & habuit charitatem, peccare non poſſit. ſi enim ſic intelligeretur, iam cõtradiceret ſibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis. Si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Eſt ergo ſic ĩtelligẽda illa auctoritas. (Qui nat⁹ eſt ex Deo.] i. qui recipit gratiã Dei nõ peccat, donec pſeuerat in ea. In ſecunda parte procedit circa eadẽ verba Ioannis, & auctoritate Iob & Pauli, & exẽplo Petri ꝓbatur ꝙ qlibet poteſt peccare, & in

da pars ibi. (Et beatus Iob.) Tertiã ĩi i Dauid elect⁹.) i. Ille,) i. Ioãnes. (Aduerſarius) ſ. Iouinianus (Nihil,) ſ. peccati) Peccatum fecit) i. hoſtiam pro peccato, vel ſimilitudinem peccati, quia ſimilis fuit peccatoribus (Soluit. (i. Paulus (Reuera.) verba Hierony (Non eſt volentis) ſ. ipſum currere. (Ad calcem.) Id eſt, finem uel perfectionem,) Nouam imperitiæ functionem,) Id eſt, nouam & pernicioſam adinuentionem. ſimiliter verba ſunt Hieronymi (In lumbis.) quantum ad viros. (Super vmbilicum.) Quantum ad mulieres (Partitionem,) Id eſt. diſputationem, quam cum Iouiniano habebat.

f ¶ Si enim.] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconueniens, tandem oſtenſurus qualiter verba Ioannis ſunt intelligenda per compoſitionem. Hug.

CA-

CASVS. Primo ostendit Hieronymus, quod illa auctoritas Ioannis: omnis qui natus est ex Deo, non peccat, nõ ita intelligenda est, quod postquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non possit: si enim sic intelligeretur, ergo contradiceret sibi Ioannes, qui bapti-

tũ,[a] non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia nõ peccauimus, mendacẽ[b] facimus eum, & verbum eius[c] non est in nobis.] Existimo, quod Ioannes baptizatus[d] ad baptizatos scripserit, & quod omne peccatum a diabolo[e] sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem, post baptisma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit: [Ne tangas me, quoniã mundus sum.] Quid ergo? contraria sibi Apostolus loquitur? minime.[f] In eodem quippe loco, cur hoc dixerit, statim edisserit: [Filioli mei hęc scribo vobis, vt non peccetis:[g] sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: † & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nõ pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.[h] Et in hoc scimus, quod cognouimus[i] eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] Propterea, inquit, scribo uobis filioli mei, omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis,[k] & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis:[l] immo,[m] qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt.[n] Quæ enim communicatio luci, & tenebris; Christo, & Belial? Quomodo dies, & nox misceri nequeunt; sic nec iustitia, & iniquitas; peccatum, & bona opera; Christus, & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam[o] ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit: vnde & Dauid[p] post peccatum: [Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui.] scilicet, quam

Marginalia: 1. Io. 2. — † Adde Alber. de Ro. in l. 1 C. de suffrag. in q. an officium adu. de iure diuino sit' licitũ, & meritorium: vbi ostendit Saluatorem nostrum sæpius visum fuisse officio aduocationis. — 2. Cor. 6. — Psal. 50.

Deus verax, omnis autem homo mendax.

c ¶ Et verbum eius.] Scilicet Christi, qui veritas est, vt infra eod. cap. ver. qui dicit.

d ¶ Baptizatus.] Similiter de aliis Apostolis dicendum quod fuerint Baptizati. arg. de consec. dist. 4 cap. quando. & cap. in eos.

e ¶ A diabolo.] Saltem per imitationẽ, nõ per suggestionẽ, quod ipse scilicet sit auctor omnis peccati mortalis. cu multa, interius eo ignorante committãtur mortalia, vnde Aug. Diabolus nõ est immissor malorum cogitationum, sed incensor. 26. q. 4. c. vlt. Vel dicitur hoc habito respectu ad initium primi peccati, quod eo suggerente factum est. & vnde omne peccatũ propagatũ est, hoc, nisi sic exponeres, cõtra diceret illud psalmi ste: Ab occultis meis &c. Et illud incensa igni, & suffossa, &c. inf. eo. c ver. quanq.

f ¶ Minime.] Quia in diuina pagina contrarietas vera nõ inuenitur. 23. q. 5. qd ergo. 28. q. 1. sic em. sup. e. d. 1. pnciorle.

g ¶ Non peccetis.] Dicendo s. non peccauimus.

ADDITIO. Quasi dicat, ne malã securitatẽ assumatis dicẽdo, vos esse sine peccato: secundum Hu.

h ¶ Totius mundi.] Etiam infidelium: qa ecclesia bene orat pro infidelibus. argum. supr. ead. distinctio. in cap. charitas est. vers. itẽ proximos. non tamen pro iam mortuis. 12. q. 2. nõ existimemus.

Marginalia: Diabolus an sit auctor omnis peccati. — Ecclesia pro infidelibus orat.

baptizatus dicebat, baptizatis: si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Intelligenda est ergo sic illa auctoritas, qui natus est ex Deo, id est, qui recepit gratiam Dei, non peccat, scilicet donec perseuerat in ea. Secundo procedit circa ea verba Ioannis, & auctoritatem Ioannis, & Pauli probãtium quod quilibet peccare potest, inducit etiam auctoritatem Iacobi, & probat etiam quod boni peccare possint. Vltimo ostendit illud idem exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filii Iosedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem: quod etiam in Angelis cõtingit.

a ¶ Peccatum.] Saltem veniale, & alibi, Cum omnia feceritis: dicite, quia inutiles serui sumus. & Greg. væ iusto, si remota misericordia a Deo iudicetur arg. supra. dist. 1. quem pęnitet.

b ¶ Mendacem.] Ipse enim dixit omnem hominem peccatorem, cum dixit per prophetam, Omnis homo mendax, & Paulus in epistola ad Romanos. Est autem

i ¶ Cognouimus.] Id est, dileximus.

k ¶ Non peccetis.] Mortaliter. alias contrarium esset ei quod dixi supra, si dixerimus quia peccatum, &c.

l ¶ Peccaueritis.] Hactenus sunt verba Ioannis: quæ sequuntur, sunt uerba Hieronymi.

m ¶ Immo.] Hic aperit Hieronymus qualiter verba siue dicta Ioannis sunt intelligenda per compositionem, scilicet vt quis dum moratur in sanctitate percepta, & generatione Dei, quod peccet mortaliter, est impossibile.

n ¶ Non possunt.] Coniunctim intellige, scilicet permanentes in charitate 33. q. 1. cum renunciatur, supra dist. 50. considerandum.

o ¶ Ianuam.] Dicit Aug. quod ille duæ sunt portæ, quibus intrat diabolus, s. cupiditas, & timor. per easdem econtrario intrat Deus, isti sunt aperiendæ, illi claudendæ. infra dist. 7. c. 2. & 3.

p ¶ Vnde & Dauid.] istud non cõtinuatur proximo, sed superiori, si susceperimus, &c.

Marginalia: Diabolus intrat in homines per duas por-

a ¶ Mendax.] Saltem opere. 11. q. 3. existimant, 22. q. 5. cauere.
b ¶ Via] In exemplo via non errans.
ADDITIO. Vel dic via, per quam itur. Hug.
c ¶ Veritas.] In promisso ueritas non fallens. 1.
d ¶ Vita. In præmio vita non moriens.
e ¶ Peccatum est.] Magis qua si nesciret, non ideo tamen excusaretur 23. q. 4. ea vindicta.
f ¶ Sic & fides] Sup. 1. q. 1. fertur. &c. sicut urgeri.
g ¶ Nosse.] Sup. 24. q. 1. didicimus.
h ¶ Dæmones.] Cum credere bonũ sit opus. & collige cõtra multorum opinionẽ diabolum bonum operari. Vnde in epistola ad Corinthios ibi; [Alij discretio spirituum.] vbi dicitur quod & diabolus agit bona seductorie, supra 1. dist. potest.
i ¶ Credant.] Fide: sed quia nõ diligũt, fide illa non merentur.

ELIGAT. Hęc est quarta pars distinctionis, in qua ꝓbat per sex auctoritates, ꝙ null⁹ est sine peccato, nec īfans vni⁹ diei, & hoc probat primo ꝑ Iacobũ. Secũdo per Dauid. Tertio per Iob. Quarto per Ioãnem. Quinto per Petrũ. Sexto per Paulum. Io. de Fant.
K ¶ Si autem.] Supple non manet.
ADDITIO. Hæc gl. procedit sine hoc subaudito, non habet locum, si hoc est in textu.
l ¶ Peccatum.] Idest, hostiā pro peccato. nā antiqui peccata dicebāt sacrificia ꝓ peccatis. Vel peccatum, idest, Christum habẽtem similitudinem carnis peccati, idest, mortalẽ, & similem carni peccatrici. Vel peccatum, idest, peccatorũ puniri pœna.

1 Vel dic veritas : ad quā itur H. vel dic via. imitantibus me, ueritas diligentibus me : uita usq; in finẽ ꝑseuerantibus in me, secundum Hug. Diabolus bonum operatur.

qui lingua non offendit.
ADDITIO. Ideo lingua nostra circumcidenda est: quia dicit Salomon in Prouer. In manibus linguæ uita, & mors. vnde est circumcidenda per cultellum discretionis. Arch.

peccando amiserat. [Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax[a] est, & in eo ueritas nõ est.] Christus ueritas appellatur: [Ego sum, inquit, via, [b] & veritas.[c] [& † vita.[d]] Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata nõ facimus; [Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est.[e] Quomodo corpus sine spiritu mortuum est: sic & fides[f] sine operibus mortua est.] Nec grande putemus vnum Deum nosse,[g] cum & dæmones[h] credant,[i] & contremiscant. [Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] 4 ¶ Eligat aduersarius è duobus, quod uult: optionem enim damus; manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem,[k] temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri; non manet in Christo, quia non ingreditur, vt Christus. Ille peccatum[l] non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil; qui cum peccatum nõ fecisset, pro nobis peccatum,[l] eum fecit Deus. Nos autem iuxta epistolam[m] Iacobi multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis, nec infans †,[n] si vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse a peccatis? teneamurque rei in similitudinem præuaricationis Adæ. Vnde & Dauid: [Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.] Et beatus Iob: [Si fuero iustus,[o] os meum impia[p] loquetur: & si sine crimine[q], prauus inueniar: & si purificatus in niue, & lotus mũdis manibus, satis me sorde tinxisti,[r] & execratum est me vestimentum[s] meum.] Verum, ne penitus desperemus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat: [Et si quis peccauerit,[t] aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.] Hoc ad credentes post baptisma loquitur: & aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem, Christum; & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceres non plena fide baptisma consecutos: sed: [aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Iesum Christũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris,] & nõ solum pro Ioãnis, illorumq; peccatis, sed etiam: pro totius mundi.] In toto aũt

Io. ibidem q ¶ Et
† absunt a B. Hieronymo.
Io. ibidem
1. Pet. 2.
Ioan. 14.
2. Cor. 5.
Iac. 5.
Iob 14. ex 70.
† abest ab orig.
Prou. 20.
Rom. 5.
Ps. 50.
Iob 9. ex 70. quibusdam omissis;
Ioan. ibid.

l ¶ Peccatum.] Alias peccatum fecit se Deus, id est, peccati pęnam pertulit. Vnde illud: Peccata nostra ipse portauit.
m ¶ Epistolam.] In tertio capitulo.
n ¶ Nec infans.] infra ead. dist. 3. cap. adhuc instant.
o ¶ Si fuero iustus.] Id est, si dixero me esse iustum. id est, sine peccato.
p ¶ Impia.] Vt enim dicit scriptura perfectus est vir, qui lingua non offendit.

q ¶ Et si sine crimine.] i. si dixero me sine crimine &c.
r ¶ Tinxisti.] Id est, tingi, permisisti, permittendo me hoc dicere, ò tu Deus.
s ¶ Vestimentum.] Id est, corpus: quod ideo dicitur vestimentum: quia vestit animam. 35. dist c. 6.
t ¶ Peccauerit.] Non excludẽdo se, sed se eis connumerat, & hoc est qđ sequitur: sed aduocatum habemus, &c.

Corpus est animæ vestimentum.

a ¶ Om-

a ¶ Omnesque.] Supra dist. 19. si Romanorum.
b ¶ Vt cribraret.] Id est, vt diuersis pœnis affligeret, vt essetis palea, id est, mali, sed cribrati estis sicut triticum id est, purgati sicut in area recedit palea, & remanet triticum, vnde illud, vt, consecutiuum est hic. simi. 1. q. 1. be-

tatem futuram iam spe gustauerunt.
l ¶ Et prolapsi.] Grauiter peccando.
m ¶ Renouari.] Per baptismum, non per pœnitentiam: negat iterationem baptismi, sed non negat pœnitentiam, quia impossibile est natos ad pœnitentiam, qui semel hoc acceperũt, rursus renouari, idest, baptizari: renouari enim est nouum fieri, nouum autẽ facere lauare est. extr. de reg. iu. c. omnis res.
n ¶ Iterum.] Renouari ad recuperandum iustitiam. & eos dico si baptizentur.
o ¶ Ad pœnitentiã] id est, noĩe pœnitentiæ quasi dicat, non potest quis rebaptizari, vt sic veram agat pœnitẽtiam: & si fecerit, rursus crucifiget Christũ quantũ in ipso est: baptism' enim Christi passionẽ significat. infr. de consec. d. 4. proprie. Vel ideo dicit. Rurs' crucifigentes Christum: quia sicut impossibile ẽ, quod rursus crucifigatur, ita impossibile est quod rursus baptizetur in pœnitentia. Vel dic, vt in gl quantum. &c.
p ¶ Sibimetipsis.] Id est, quãtum ad seipsos, quia mors Christi vnũ baptisma cõsecrauit, quod sufficit ad oĩa peccata delẽda, sicut & illa mors sufficit ad oĩa peccata tollẽda, qui uero iterat baptismũ quasi illa mors vna, & vnũ ex ea non sufficiat, iterat baptisma & mortem Christi quantũ in se est, uel iterandam insinuat, vt ex ea iterata fiat remissio peccati: quod ẽ impossibile. Sicut enim impossibile est iterum Christũ crucifigi, ita & secũdo per baptismum aliquẽ mori peccatis.

mundo, & Apostoli sunt, omnesque [a] credentes. Ex quibus liquido comprobatur post baptisma posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum, si peccari non potest. Petrus apostolus, ad quem dictum fuerat: [Qui lotus est, nõ necesse habet, vt iterum lauet.] & [Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam.] ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus: [Simon, Simon, ecce inquit; satanas postulauit vos, vt cribraret [b] sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficeret [c] fides tua,] *& infra.* ¶ Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam sunt dimissa? Quid oramus, ne intremus in tentationem, & vt liberemur a malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud [d] autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet, [e] & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prędicans, ipse reprobus inueniatur. *& infra.* ¶ Ad Hebræos quoque scribens ait: [Impossibile est enim eos, qui semel sũt illuminati, [f] & gustauerunt [g] donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, [h] gustaueruntque nihilominus bonum Dei verbum, [i] virtutesque [k] sæculi futuri, & prolapsi [l] sunt, renouari [m] iterum [n] ad pœnitentiam, [o] rursus crucifigentes sibimetipsis [p] filium Dei, & ostentui habentes.] Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt Dei donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt; quomodo nunc Apostolus dicit: [Et prolapsi sunt.] Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant, [q] qui contendunt, non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerunt; consequenter hunc errorem soluit, & ait [Cõfidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur. [r] Non enim iniustus [s] est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis [t] in nomine ipsius, [u] qui ministrastis [x] sanctis suis, & nunc ministratis.] Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non

Io. 13. *Math. 16.* *Luc. 22.*

Matth. 6.

1. Cor. 9.

Heb. 6.

De Montani sectatoribus, vide eũdem in epist. ad Marcellam.

Baptismus passionem Christi significat.

Mors Christi sufficit ad oĩa peccata delẽda

Ecclesia tota deficere non potest. Petrus non dicitur cecidisse, qui statim surrexit.

1. benedictio. & c. seq. B.
c ¶ Deficeret.] s. finaliter. Vel loquitur ad Petrũ in persona ecclesiæ, quæ tota non potest deficere. Vel non dicitur Petrus cecidisse: quia statim surrexit. argu. extra de verb. sign. nam & ego.
d ¶ Aliud.] Inconueniens est. & hoc probat statim.
e ¶ Pertinet.] Hoc dicebant hæretici.
f ¶ Illuminati.] Per baptismum, & fidem.
g ¶ Et gustauerunt.] Id est, remissionem peccatorum quasi gustum suauem perceperunt in baptismo.
h ¶ Spiritus sancti.] Id est, diuersorum bonorum spiritus sancti, de quibus exponitur 30. q. 1. peruenit.
i ¶ Verbum.] Id est, Euangelicam doctrinam.
K ¶ Virtutesque.] Id est, immortalitatem, & impassibi-

q ¶ Rideant.] Id est, derideant nos.
r ¶ Loquimur.] Dure scilicet terrendo, & increpando, quasi dicat, non diximus hoc putando vos esse tales, scilicet spiritus plenos: sed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
s ¶ Iniustus.] Quasi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati estis, pro quibus si pœnitueritis de malis, benefaciet vobis Deus & hoc est, non est, & c. vt sup. ea. dist. §. hoc itaque c. non est.
t ¶ Ostendistis.] i. ex quo primo bona fecistis opera.
u ¶ Ipsius.] Id est, ad honorem Dei, & recte dixit, operis quia ministrastis, &c. Hug.
x ¶ Ministrastis.] Hic argu. quod de bonis loquitur post peccatum exhibitis.

a ¶ Desperationis.] Quasi dicat nolo vos desperare de venia: sed ita locutus sum, vt metu desperationis (qui plerumque retrahit a peccato) vos facerem cautiores.
b ¶ Iustitiæ] Quia non est iam crudelis Deus, &c. sup. ead. dist. non est.

Metus desperationis plerumque retrahit a peccato.

u ¶ Fontes.] Non lauantes, sed coinquinantes sup. 2. q. 7. secuti sunt.
x ¶ Et nebulæ.] Dæmonum, & dicuntur nebulæ: quasi alios obscurantes 17. dist. vlt.
y ¶ Superbia.] Id est, superba vanitate loquentes.
z ¶ Pel-

susciperet. Ita locutus sum, inquit Apostolus, ut vos a
peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cau
tiores. Cæterum confido de vobis, dilectissimi, meliora,
& vicintora salutis. Neque enim iustitiæ [b] Dei est, vt obli-
uiscatur bonorum operũ, & ministerij, quod propter no-
men eius exhibuistis, & exhibetis [c] in sanctos, & tantum
meminerit peccatorum. *& paulo post.* ¶ Liberi arbitrij
nos cōdidit Deus, nec ad uirtutes, nec ad uitia necessitate
trahimur: alioquin, ubi necessitas [d] est, nec damnatio, nec
corona [e] est. Sicut in bonis operibus perfector est Deus *Rom. 9.*
(non est enim uolentis, neque currentis, sed miserētis, &
adiuuantis Dei, ut peruenire valeamus ad calcem [f]) sic in *1. Cor. 3.*
malis, atq; peccatis semina nostra sunt incētiua, [g] & per-
fectio diaboli. Cum uiderit nos super fundamentũ Chri-
sti ædificare fenum, ligna, stipulam: [h] tunc supponit incen
dium. [i] Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pre-
tiosos; & tentare non audebit. Quamquam, & in hoc nō *Ps. 9.*
sit certa, & secura [k] possessio. Sedet quippe Leo in insidijs, *Eccl. 28.*
& in occultis, [l] vt interficiat innocentem: & uasa figuli
probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulatio
nis. Et in alio loco scribitur: (Fili accedens [m] ad serui- *Eccl. 2.*
tutem Dei præpara te ad tentationem.) Rursus idem [n] *Iac. 1.*
Iacobus loquitur. (Estote factores uerbi, & non audito-
res tantum. Si quis auditor est uerbi: & non factor; iste
similis est uiro, qui considerat uultum [o] natiuitatis suæ in
speculo, considerauit illum, & statim recedens, oblitus est
qualis sit.) Frustra monuit, ut iungerēt opera fidei, si post *Iac. 2.*
baptisma peccare non poterant. (Qui totam legē, inquit *Ioan. 8.*
seruauerit, & peccauerit in uno; factus est oīum reus. [p]) *Rom. 11.*
Quis nostrum absque peccato? [q] conclusit Deus omnia [r] *2. Pe. 2.*
sub delicto, ut omnibus misereatur. Petrus quoque. (No-
uit, inquit, Dominus pios de tentatione [s] eruere.) Et de
falsis doctoribus: (Hi sunt [t] fontes [u] sine aqua, & nebu-
læ [x] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarũ reser *Pet. ibidem*
uatur. Superbia † [y] enim uanitatis loquentes pelliciunt [z] *† al. Superbæ*
in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululũ effugerāt, [a] *orig.*
& ad errorem reuersi sunt.) Nonne tibi uidetur pinxis-
se [b] sermo Apostolicus nouam imperitiæ factionem? [c]
Aperiunt enim quasi fontes scientiæ, qui cum aquam
non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, uelut

c ¶ Exhibetis.] Hic argu. ꝙ loquitur de bonis exhibitis post peccatum.
d ¶ Necessitas] Arg. ꝙ spado non meret continēdo, nec pauper parcè viuendo, cum ex necessitate hoc faciat. 33. q. 5. tunc saluabitur. su. 23. q 4 Nabuchodonosor.

Pauper parce viuendo non meret.

e ¶ Nec corona.] Si Deus ad partem nos tātum cogeret vnā: Tunc nihil afferret gratia, vel meritum 23. q. 6. §. vlt. versus principium.
f ¶ Ad calcem.] Id est, præmium bonorum operum, vel ad vitam æternam. Vel calcem, id est, finē: quia extrema pars hominis est calx.

Calx qualiter sumitur.

g ¶ Incentiua.] Id est, seminaria. ar. 15. q. 1. non est, quia de corde prodeūt malę cogitationes quas diabolus ad consensum, & opus pducit vt su. ea. īter hęc sciēdum, & c sicut.
h ¶ Fœnum, ligna, stipulā] Venialia, scilicet leuia, grauia grauissima, vt 25. distī. c. vnū. §. criminis
i ¶ Incendium.] Delectationis cōsensus & operis.
K ¶ Secura.] Non enim est quis tā perfectus quin cadere possit, & hoc etiam ostendit dicens: Sedet. &c.
l ¶ In occultis.] Id est in ambiguis. vnde non facile intelligitur quid sit appetendũ, vel quid nō.
m ¶ Fili accedens.] extra de renunciatio. nisi.
n ¶ Idem.] Id est, eandem sententiam, non idem nominatiue, scilicet quod post baptismum possit quis peccare; vel quod non possit.
o ¶ Considerat uultum.] Non rem, sed umbram solam uidens.
p ¶ Reus.] Hoc exponitur inf. dist 5 c. consideret.
q ¶ Absque peccato.] Saltem originali.
r ¶ Omnia.] Id est, omnes homines.
s ¶ De tentatione.] Non quod non tentētur, sed ne tentationi succumbant, vel si succumbant, eos liberat, & releuat.
t ¶ Hi sunt. [Falsi doctores,

z ¶ Pellicient.] Id est, alliciunt, & decipiunt. Vnde August. super epistolam secundam Petri. Pellices dicuntur meretrices, a pollutione, vel a pellis formositate: quia incautos alliciunt, & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis. quasi constuprantes luxibus subdendo.

Pellices vnde dicuntur.

a ¶ Effugerant.] Id est, recesserant a peccato per pœnitentiam.
b ¶ Pinxisse] Idest, distinxisse vel denotasse, vel descripsisse.
c ¶ Factionem.] Id est, nouam hæreticam inuentionem.

a ¶ Ad

a] Ad quas] Idest, quasi ad eas.
b ¶ Et turbinibus.] 2.q.7.secuti.
c ¶ Immundus.] Interpositio est, & debet subiungi, deo grandia loquuntur, vt qui, &c.
d ¶ Paululum.] Causam reddit quare dixit loquuntur grandia.
e ¶ Vocant.] Illi, qui istorum doctrinam recipiunt.
f ¶ Scribens Angelo.] idest, prælato,
g ¶ Defecisti] Finaliter, alias cōtra est quod sequitur, quod charitatem, &c,

nubes propheticæ ad quas [a] perueniat veritas Dei, & turbinibus [b] exagitantur dæmonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est (im mundus [c] est autem apud Deum omnis, qui exaltat cor suum,) vt qui paululum [d] refugerant a peccatis, ad suum reuertantur errorem, & suadent in luxuria ciborum, carnisque, delitias. Quis enim non libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus. Sapientes, & prudentes, prauos vocant [e], eos vero, qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Ioānes apostolus, immo in Ioāne Saluator scribens Angelo [f] Ephesi ecclesiæ. (Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patiētiam tuam, &c. & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti [g], sed habeo [h] aduersum te, quod charitatem tuam primam reliq sti. Memor [i] esto, vnde cecideris, & age pęnitentiā, & prima [k] opera fac. Sin autem, veniam tibi [l], & mouebo candelabrum [m] tuum de loco, nisi pænitentiam egeris.] Similiter & cæteras ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiceam, ad pænitentiam prouocat. & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur, & in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt [n] vestimenta sua, & ambulaturi [o] sunt cū eo in albis, quia digni sunt. Cui autem [p] dicit: [Memento, vnde cecideris, &] Ecce missurus est diabolus ex vobis ī carcerem, vt tentemini. [& Scio, vbi [q] habitas, vbi sedes est satanę.] & [In mēte habe, qualiter acceperis, & audieris.] & (Serua, & pænitentiam age, & reliqua? vtique ei dicit, qui credidit, & baptizatus est, & stās quondā corruit per delictum. Paulisper de veteri testamento exempla distuleram, quia solent [r], vbicumque contra eos [s] facit, dicere: (Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem [t].) Cæterum quis ignorat sub alia† dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? quomodo ante Abraham [u] placuit in coniugio, sic nunc virgines placēt in perpetua castitate: Seruiuit ille legi, & tempori suo, seruiamus & nos Euāgelio, & tēpori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secundū cor Domini, qui omnes eius fecerat volūtates, & qui in quodam psalmo dixerat: (Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans, non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.) Postea tētatur a diabolo, & post peccatum pænitens loquitur. (Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.) Magnum peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon ambilis Domini, & cui bis [x] Deus fuerat reuelatus, quia amator [y] mulierum fuit, a Dei amore discessit. Manassem [z] impijssimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber [a] dierum restitutum refert. Et

Esa. 22.
Cor. 15.
Apoc. v.
Apoc. 3.
Matth. 11.
† al. altera
sup. 32. q. 4. quis ignorat.
Rom. 4.
1. Cor. 10.
Ps. 25.
Ps. 30.
2. Reg. 12.
2. Paral. 34.

h ¶ Sed habeo.] Hoc corrigendo dicit.
i ¶ Memor.] Sup d. 50. domino sancto.
k ¶ Et prima.] idest similia primis.
l ¶ Veniam tibi.] id est, ad detrimētum tuum.
m ¶ Candelabrum.] Idest, cathedrā vel sedē, vel dignitatē.
n ¶ Qui non coinq nauerunt.] i. qui non peccauerunt.
o ¶ Et ambulaturi.] Resume, pauci sunt qui &c.
p ¶ Cui autē.] Suspēditur constructio vsque illuc, vtique.
q ¶ Et scio vbi.) Scilicet in peccatis.
r ¶ Quia solent.] Falsi doctores heretici.
s ¶ Contra eos.] Scilicet falsos doctores.
t ¶ vsque ad Ioānē] quasi dicat post Ioānē nō habēt locum, sed mentiūtur: quia illud verū est in cæremonialibus.
u ¶ Abraham.] Ecce alia dispēsatio olim alia nunc: qa licet altera dispēsatio nūc, & altera olim, tamē quātū ad merita hominū bona vel mala & quātū ad posse peccare post charitatem, idem fuit olim quod nunc, & ideo exēpla veteris testa. recte īducere possū.
x ¶ Bis.] Prima vice in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donū sciētiæ, vt habet in li. Regū 1. alia vice nō legit reuelatus ei specialiter, nisi quādo composuit cantica canticorum. 36. d. ca. qui ecclesiasticis §. ecce
y ¶ Quia amator.] Su 32. q 4. Salomō.
z ¶ Manassem] Sup. 1. q. 7. si quis omnē iste fuit filius Ezechiæ
a ¶ Liber dierum.] i. Paralipomenō, in quo agitur de computatione dierū, & annorum regum Israel,

Candelabrū qualiter sumitur.
1 L. 3. c. 3. Salomoni bis fuit Deus reuelatus

a ¶ Ab Aegyptio.] Scilicet Pharaone, cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggressus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. descendit ergo rex Iosias Iudææ in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudæam & misit Pharao ad eum dicens: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te uenio: ad Euphratem propero. misit me Deus ad Medos sine me, ne Deus, q mecum est, interficiat te, non acquieuit Iosias, sed cum rege Adremõ componebat acies suas, vt dimicaret aduersus Pharaonem & forsitan dum transiret à curru in currũ qui sequebatur eũ more regio, occisus est a sagittariis in campis Mageddo.

Pharao regẽ Medorũ oppugnauit.

b ¶ Rege.] Idest, Pharaone.

c ¶ Filius Iosedech. Supra distin. 50. Iesus.

d ¶ Diabolus.] Id est uxor sua.

e ¶ Angelos.] Quo ad naturam eorum nisi essent cõfirmati per gratiam. vnde Plato in Timęo, Dii deorũ, quorum opifex paterq; ego, natura quidẽ dissolubiles, me aũt sic uolẽte indissolubiles.

f ¶ Coram Deo.] Id est. cõparatione Domini.

g ¶ Si cõtra seruos Scilicet Mosẽ & Aaron, de quibus præmisit, H.

h ¶ Quanto.] Supra 8. q. 1 si ergo.

i ¶ De quibus] Idest, de numero quorum 1.

lus utrique sexui per luxuriam dominatur, ad uitios loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam sub specie fæminæ petulantiam Iudæi increpans ait. in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus.

Iosias uir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [a] rege [b] confoditur. Iesus quoque filius Iosedech [c] sacerdos magnus, quanquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit, tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducit, & stat diabolus [d] a dextris eius: & candida illi uestimenta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse, & Aaron scribere, quod ad aquã contradictionis ostenderint Deum, & terram repromissionis nõ intrauerint: cum beatus Iob angelos [e] quoque, & omnem creaturam peccare posse commemoret dicẽs: [Quid enim? Nunquid homo coram Deo [f] mundus est; aut in operibus suis sine macula vir,] si contra seruos [g] suos nõ credit, & aduersum Angelos suos prauum quid repperit; quanto [h] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [i] & nos ex eodem luto sumus. Tentatio est uita hominis [k] super terram. Et cecidit lucifer, qui mittebat [l] ad uniuersas nationes: & ille, qui in paradiso delitiarum inter [m] duodecim nutritus est lapides, vulneratus a morte † Domini [n] ad inferna [o] descendit. Vnde & Saluator in Euangelio: (Videbam, inquit, satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem) Si altissima illa sublimitas [p] cecidit, quis cadere non possit? Si in cælo ruinæ, quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus, uirtus eius in lumbis eius, [q] & potestas eius super vmbilicum [r] ventris. Obumbrãtur [s] in eo arbores [t] magnæ, & dormit iuxta iuncum [u] & calamum, & caricem. Ipse est rex omnium, quæ in aquis sunt [x], vbi scilicet uoluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarum [y]. *& infra.* ¶ Transiuimus ad secundam partitionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisma consecuti sunt, deinde posse peccare, & docuimus, quod excepto Deo [z], omnis creatura sub uitio sit: nõ quod uniuersi pec

s ¶ Obsu, d. 40. Iesus.

Zach. 3.
Psal. 108.
Num. 20.
Iob. 15. & 4.
Iob. 7.
Es. 14.
† *al. monte*
Luc. 10.
Esa. 14.
Ezech. 28.
Iob. 50.

Prope finem secundi libri.

1 Sub. Prauũ quid repetit aduersus habitantes, &c secũdum H.

2 Glo est similis ĩ l. ser uo legato §. 1. ff de leg. 1

Diabolus morte Christi est in inferno religatus.

Luxuriæ sedes ubi est.

K Tentatio est vita hominis.) Idest, dum uiuit homo tentatur.

l ¶ Qui mittebat] Idest, missurus erat minores Angelos si stetissent sicut modo faciunt Angeli boni H.

m Inter duodecim.] Iuxta illud, Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, inf. ead. principium. ibi tamen nõ habetur nisi de nouem lapidibus.

n ¶ A morte Domini.] Idest, per mortem Domini 2. qui diabolo mundi potestatẽ ademit vel (amore Dei,) quem amisit,

o ¶ Ad inferna.] Hic dicitur q morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus usque ad tempus Antichristi, & tunc non soluetur, non a pæna, sed a vinculis, vt exerceat uires suas in malos.

p ¶ Sublimitas.] idest, Lucifer.

q ¶ In lumbis eius.] Quo ad tentationem uirorum, in quibus (vt dicitur) sedes luxuriæ est in lumbis.

r ¶ Vmbilicum.] Quo ad tentationem fæminarum, in quarum vmbilico dicitur esse sedes luxuriæ. Vnde Augu super eundem locum, semen coitus viri in esse lumbis, fæminis in vmbilico perhibetur. quia ergo diabo-

s ¶ Obumbrantur.] Per ipsum.

t ¶ Arbores magnæ.] Idest, qui magnæ uidẽtur, ut sunt hypocritæ.

u ¶ Iuxta iuncum.] idest, hypocritas. qui merito designantur per ista, cum exterius aliquid uideantur, & interius sint vani, ut illa. Per iuncum enim, qui est sine nodo exterius, interius autem substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendentem & fragilem, sed interius vacuum designantur seculares mundanę glorię dediti, & eius splendori, quæ cito transeunt. Per caricem crescentem in locis palustribus] & per manum tangentis vulnerantem, curiositas temporalium designatur, quæ in afluentia nutritur, & crescit & animum pungit.

Hipocritæ sunt iuncis similes.

x ¶ Quæ in aquis sunt.] Idest, in fluxu rerum labentium.

y ¶ Nuptiarum.) Saturandæ causa libidinis contractarum, secus si causa prolis 31. q 4 vir cum propria.

z ¶ Ex præcepto Dei) Idest, secundũ præceptũ, idest auctoritatem diuinæ scripturæ, Alii corrigunt, & dicũt excepto Deo, & bene,

a ¶ Stan-

a ¶ Stantium] idest, stantes timeant, ne, s. simili cadant ruina.
b ¶ Metus sit.] Idest debeat esse.
EVIDENTER. CASVS. Concludit Gratianus ex præal legatis, charitatem semel habitam amitti posse, cũ quis postea criminaliter delinquit. quod non solum de operibus charitatis, sed etiam de ipsa charitate uerum esse ostendit, quod probat exemplo Adæ, Moysi, & Dauid, adijciens hoc posse contingere, non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos. ad quod inducit sequentia capitula.

cauerint, sed quòd peccare possint, & similium ruina, stantium [a] metus sit. [b]

¶ Vt ea, quæ ad initium huius longi capitis spectant, melius intelligantur, necesse est antecedentia apud B. Hieronymum legere; in quibus obiectio ex uerbis sancti Ioannis deducta exprimitur. Omninoque in toto hoc capite sæpe ad originale recurrẽdum est, quamquam ex eo multa sunt emendata, & nonnulla, quæ magis necessaria uidebantur, addita.

Euidenter [c] itaque ex præmissis apparet, nonnullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquẽdo amittunt. Quod si quis contendat non de uirtute, sed de uirtutis opere debere intelligi, deliberet quid respondeat de innocentia Adæ, de iustitia Moysi, Dauid, & cæterorum, qui plena fide ad baptisma accedentes, licet postea prolapsuri sunt, tamen cælestia dona degustant, & spiritus sancti fiunt participes, ut non solum ante humanos, uerum etiam ante Dei *oculos ex aqua, & spiritu sancto inueniantur renati, qui si charitatem Dei non haberent, aqua tantum regenerarentur, non spiritu. Opera enim, seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud* Deum *nec iustitiam, nec innocentiã præstant. Si enim (inquit Apostolus) habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* [d] *¶ Sed quia de prædestinatis ad uitã a nonnullis conceditur, quod charitatem amittant, & amissam recuperent, de reprobis etiam videndum est, an ipsi charitatem habeant, qua amissa, posita damnentur.*

1. Cor. 13.

De his ita scribit Augustinus in libro de correptione, & gratia, c. 9.

Rom. 8.

C. XLI.

APostolus sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere, mox addidit, [e] [his, qui secundum propositum uocati sunt, &c.) *Idem in eodẽ libro, cap. 6.* ¶ An adhuc & iste nolens corripi, poterit dicere, Quid ego feci, qui non accepi? [f] quem constat accepisse, & sua culpa, quod acceperat, amisisse. Possum, inquit, possum omnino, quando me arguis, † quod ex bona vita in malam mea voluntate relapsus sum, dicere adhuc, quid ego feci, qui non accepi? Accepi enim fidem, quæ per dilectionem operatur: sed in illa vsque in finem perseuerantiam non accepi. *In eodem ca. 9.* ¶ In bono illos uolebat proculdubio permanere, erant utique in bono, sed in eo non permanserunt. *In eodẽ c. 13.* ¶ Propter huius utilitatem secreti [g] credendũ est quosdã de filiis perditionis, non accepto dono perseuerandi vsq; in finẽ, in fide, quæ per dilectionẽ operatur,

† al. arguit] orig.

inf di. 4. ex bono, §. cum ergo.

c ¶ Euidenter.] Ex prolixe allegatis cõcludit Grat. charitatem semel habitam amitti posse. quod non solum de operibus charitatis, sed de ipsa charitate verum ostendit esse, adiiciens hoc non solum circa prædestinatos, sed etiã circa præscitos posse contingere. ad quod auctoritatem inducit vsque ad illum locum item illud Euangelii ubi in contrarium auctoritates inducit duas, uidelicet quod reprobi nõ habent charitatem, sed ea, de hypocritis intelligenda esse probat auctoritate Gregor.
d ¶ Prodest.] Ad regnum cœlorum obtinendum, ut dist. 3. § pen. & cap. si quis autem.
APostolus.] CASVS. Probat Augustinus in hoc c. per multas auctoritates, quod multi, qui modo habẽt charitatẽ, futuri sunt mali finaliter [Idem in eodẽ] verbum est Gratiani sæpe insertum, sequ. c. scilicet multi, planum est.
e ¶ Mox addidit] In epistola ad Romanos, vbi dicitur, Scimus autem quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum uocati sunt sancti, supra eadem talibus.
e ¶ Mox addidit] i. postquam dixerat, scimus quoniam diligentibus Deum, &c.
f ¶ Non accepi.] Perseuerantiam in charitate & in bonis operibus.
g ¶ Vtilitatem secreti] i. propter secretã hanc dispositionẽ Dei, quæ utilis est, alias enim est hic vtilitatem.

1 Quare Deus dat perseuerãtiam quibusdam in bono, & quibusdam non hoc n. ignoratur, inf. d. 4. §. uerum, & c. si ex bono fin H. Versus.

a ¶ Si-

a ¶ Similia.] Dicit in eodem idem Augustinus.
b ¶ In Euangelio.] Supple sumit idē Aug. ista exempla.
c Mirandum.] ¶ Item illud Euangelij] Nō qui incipit: quia hæc auctoritas euāgelij, & sequens Gregorii videntur innuere, ꝙ reprobi futuri charitatem nō hēant, eas ponit G. & postea soluit.
d Multi.] His dici pōt: Cœpisti melius quā desinis, vltima primis cedūt dissimiles hic vir. & ille puer.
NON AVTEM. CASVS. Infert Gratianus ex supradicto c. ꝙ qui nō bene incœpit, charitatē habere non potuit. Postea dicit, ꝙ illud ꝙ postea sequit in auctoritate Greg. s. qui seduci, &c. non est intelligēdum generaliter de omnib. reprobis, sed specialiter de hypocritis: qđ ex verbis eiusdē Greg. intelligitur.
ILLVD AVTEM. Hæc est 5. pars di. in qua magister loquitur de hypocritis, q aurum videntur coram populo, sed coram Deo stercus, & hoc probat G. p c. seq. lo. de Fan.
e ¶ Qui seduci.] Hęc est tota præcurrens Gratiani. vult. n. determinare capitulū Gregorii, quod statim sequitur, inf. ea. citius ad hoc.
f ¶ Vt Leuiathan.] q.d. siue per propriā suggestionē, siue p malum hominē, & dānatum, quem diabolus repleuit malitia, siue p suggestionis ministrum.
g ¶ Replet.] Tristitia
h ¶ Aurum.] Pro sapientia ponitur aurum, inf. ea. d. principium, & ita aliter quam hic sumitur. — Aurum pro sapientia ponitur.
i Citius] CASVS. exponit Greg. ī canone isto illa verba Iob sup illo, Sub ipso erūt radii solis, & sternet sibi aurū quasi lutum. Primo ergo dicit, ꝙ p aurū designēt hypocritę: q quasi deaurati sūt, cum in superficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit, ꝙ hmōi hypocrisis detegitur in hac vita, qñque ante finem, quandoque in fine, quādoque nunquam: & cum detegitur, tunc aurum quasi lutum sternitur. Vltimo dicit quā vtilitatem consequantur prędestinati siue huiusmodi hypocritæ faciant bona, siue publice cadant in peccatum: nam per bonā operationem inuitant perseueraturos ad bonū operādum, per casum reddunt bonos cautiores. [Ipsa quoque virtus] Id est opus virtutis, & ita fere per totum.
k ¶ Amittere.] Hæc de hypocritis intelligenda sunt, qui videntur deaurati, & fulgidi, & habere virtutes in superficie, cum nec sunt, nec habent, & qui caret vna, caret omnibus, dis. 5 c. fi. de pœ. d. 5 consideret. — Hippocritæ videntur deaurati.
l ¶ Ipsa quoque uirtus.] Id est, opus virtutis. & ita fere per totum.
m ¶ Innotescit.] Id est, uirtus videtur.

incipere viuere, & aliquamdiu fideliter, & iuste viuere, & postea cadere, &c.

a ¶ Qui non accepi.] Restitutus est hic locus ex originali: nam ante valde erat deprauatus. Ac tamen, quoniam hæ sententiæ, valde mutilatę referūtur operæ pretium fuerit ad fontem adire.

Multa similia[a] de reprobis in Euāgelio[b] etiam: [Qui perseuerauerit usque in finem, &c.] In eodem: [Iterum homo iste incipit, &c.] — Matt. 10. Hæc non sunt inuenta.

Idē Augustinus in eodē libro de correp. & gratia, c. 8.

C. XLII.

Mirandum est, quare Deus quibusdam filijs perditionis det fidem operantem per dilectionem; nec det in ea perseuerantiam. — Summatim collecta sententia.

Item illud Euangelij:[c] [Non qui cæperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem; hic saluus erit.] — Matt. 10.

Item Gregorius lib. 8. Moralium, c. 35. — Potius gl. ord. 2. Paralip. c. 9. in extremo.

C. XLIII.

Multi[d] bene incipiunt, qui in malo uitam finiunt.

Non autem bene incipit, qui nunquā ex charitate operatur. Quod si ex charitate aliquando aliquid agit; & charitatem aliquando in ipso necesse est esse. — Inf. c. prox.

§ Illud autē Gregorij, [qui seduci[e] quandoque non reuersuri possunt, &c.] non de omnib. generaliter reprobis, sed de hypocritis specialiter intelligēdū est. Quod ex verbis eiusdem euidenter datur intelligi. Cū enim quæstionē ꝓposuisset, cur misericors De⁹ ista fieri permittat, vt Leuiathan[f] seu nunc per suggestiones callidas, siue tunc per damnatū illum, quem replet,[g] hominem; vel Solis sibi radios, id est, doctos quosq; sapiētesq; subijciat, vel aurū,[h] hoc est, viros sanctitatis claritate fulgentes quasi lutum sibi, vitijs coinquinando, substernat: mox in eiusdem quæstionis solutione supposuit dicens. — Iob 41. Li. 34. moralium. c. 9. & 10. ad cap. 41. Iob.

C. XLIV.

Citius[i] ad hoc respondemus: quia aurum, quod prauis eius persuasionibus quasi lutum sterni potuerit; aurum ante Dei oculos nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reuersuri possunt; quasi habitā sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere.[k] sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe namque homo multis occulte peccatis inuoluitur; & in vna aliqua virtute magnus videtur: quæ ipsa quoq; virtus[l] inanescēs deficit: quia dum innotescit[m] hominibus, proculdubio — Supra in verbis Gratiani.

a ¶ Appe-

a ¶ Appetitur.] Ab aliis.
b ¶ Virtus ante.] Putatiua.
c ¶ Ante homines.] idest, in conspectu hominum.
d ¶ Placuit.] Supra ea.d.ver.item, § pen.secundum Augustinum.
e ¶ Per aliquid.] idest, quantum ad aliquid, scilicet bona opera.1.

d ¶ Pla-

laudatur, eiusque laus inhiãter appetitur a, vnde fit, vt & ipsa virtus ante [b] Dei oculos virtus non sit, dum abscondit, quo displicet, prodit quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum possunt, quando & mala occulta sunt & bona publica? Plerumque enim, sicut diximus, latet superbia, & castitas innotescitur: atque ideo ostẽsa diu charitas circa vitæ finem perdit; quia cooperta superbia vsque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat: propria distribuit: sed tamen multis iniustitiis seruit; uel fortasse in linguam in detractionib. exercet, & fit plerumque, ut is, qui misercors fuerat, iuxta uitæ suæ terminum rapacitatis, & credulitatis stimulis inadescat. Quod ualde iusto iudicio agitur, ut perdat ante homines [c], unde hominibus placuit [d], qui hoc unde Deo displicuit, cõrigere nunquam curauit. Alius patientiæ studet, sed dum inuidere aliis, & seruare in corde malitiam non cauet, fit quandoque impatiẽs, quia diu latuit dolens. Hi itaque, & per aliquid [e], aurum sunt, & per aliquid, lutum sunt. Atque hoc aurum, quasi lutum, sternitur, quando occultis peccatis exigentibus, etiam uirtus quæ publice claruerat, dissipatur. Sed operæ pretium f credimus, si in his uirtutem superni ordinis [g], subtilius perpendamus. Sæpe enim omnipotens Deus occulta quorundam mala (diu † tolerat, ut aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseueraturi angustum iter arripiunt, sed ad quærendam augustam [h] uiam exemplo [i] suo eos, qui perseueraturi sunt, accendunt. Vnde plerumque contingit, ut ipsum hoc, quod bene uidentur uiuere, non sibi, sed solis potius electis uiuant, dum exemplis suis ad bene viuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sæpe enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii, quia euntes conspiciunt, sequuntur, eundemque locum pariter petunt, sed fit plerumque, vt irruente aliquo implicationis articulo k post se redeant, qui præibant, & hi ad locum perueniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt, qui non perseueraturi, viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoant, vt eis, qui peruenturi sunt, viam, qua gradiantur, ostendant. quorum etiam casus vtilitate non modica electorum prouectibus † seruit, quia illorum lapsum [l] dũ conspiciunt, de suo statu contremiscunt, & ruina, quæ illos damnat, istos humiliat. Discunt enim in superni adiutoris protectione confidere. dum plerosque conspiciunt de suis viribus [præsumentes † cecidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant. Quando vero in lapsum nequitiæ corruunt, electis post se pergentibus quasi cauendæ superbiæ foueam ostendunt.

Quod ve-

Cap 10.
† Abest ab ori.
† *al profectibus.*
† Abest ab ori.

f ¶ Operæ pretiũ.] i. vtile credimus, si aperiamus quomodo de istis disponit ad vtilitatũ aliorum, & hoc est, sæpe n &c.
g ¶ Ordinis.] idest, intellectus tropologici.
h ¶ Angustam] Arcta enim est via quæ ducit ad vitam. Vnde Virgilius.
Facilis descensus auerni 2.
Sed reuocare gradũ, superasque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est: Pauci quos æquus amauit.
Iuppiter. aut ardens euexit ad æthera virtus.
Diis geniti potuere. 12 quæstio.2 omnis ætas.
i ¶ Exẽplo] Hi sũt, qui ad sempiternã vitã proximos mendacio suo opitulante deducant, vt 22. quæst.2 primum. Ex hoc ergo collige ex quo sensu illud accipiatur.
K ¶ Articulo.] i. impedimento.
l ¶ Lapsum.]
Fælis quẽ faciunt aliena pericula cautũ sup 27. quæst.1.c.1. intra de cõsec. distin.1 hi duo, & dicit Seneca.
Ruina præcedentiũ solet esse doctrina sequentium.
Facit ad hoc sup. eo. si enim, fine.
QVOD VERO CASVS. dictum est sup. §. cum ergo in cap. charitas. ꝙ reprobi non comedũt panẽ qui de cælo descendit, neque bibũt aquã uiuã Nunc Gratianus determinat illud, & dicit ꝙ nõ est ita intelligendũ, ꝙ reprobi sint penitus alieni a charitate: sed nõ sunt radicari in charitate. Nã ille dicit comedere & bibere, q. radicẽ habet ĩ charitate. Ille degustat, q. ab ea delinquẽdo recedit: ad qd inducit auctorita-

1 idest, præsunt de genere bonorum Pet.
Via paradisi est arcta.
2 idest, inferni ab a, quod est sine, & ver veris. Archid.

ritatem Apostoli, sicut diabolus dr̃ recessisse a charitate & sic nacta occasione ꝓbat ꝑ multas rõnes, ꝙ diabolus creatus fuit in charitate, sed in ea non ꝑseuerauit, ad qđ inducit auctoritatē Greg. [Negatur.] Ab Augustino. dicitur non habuisse quia non perseuerauit, quia non dr̃ factum nisi duret factum, vt supr. ead. disti. 1. cogitatio. & 50. distin. diuortium. Sed forte nunquam habuit charitatem, vt dicitur in contrario. Vnde magister hoc dicit allegando, & secundum hoc omnia contraria

a ¶ Quod vero.] Soluit Gratianus auctoritatē inductā su. ea dist. §. cũ ergo. cap. charitas. ad hoc ꝙ charitas amitti ñ possit & hac occasione diabolũ in charitate creatũ esse ostēdit, & de Luciferi excellentia multa subiungit.

b ¶ Negantur.] Sup. e. c. quia radix §. cũ ergo. & §. ego sum & c. charitas.

c ¶ Vnde in Euangelio.] Matthęi 27.

d ¶ Donum cęleste.] ideſt, doctrinam Euangelicam.

e ¶ Ad pænitentiā.] Per baptismũ hoc ē expositũ sup eo. si n.

f ¶ In veritate.] Su. 16 q. 2. visis contra.

g ¶ In veritate.] Id in charitate i. & hoc dicit allegando.

h ¶ Differentia.] Quod alii sunt boni & alii sunt mali.

i ¶ Pęnam.] Aeternā quod nũquam facit arg. sup 11. q. 3. illud plane.

K ¶ Quod creando.] Non enim debet punire quod ipse apꝓbauit, vt 23. q 4. Nabuchodonosor. ff. ad leg. Iul. de adulte. si vxor. in fine.

l ¶ Ex traduce.] Quia angeli nõ fuerunt ex traduce. i ex p̄iacēte materia: sicut nec aĩa sup. 32. q. 2. Moyses.

m ¶ Suo vitio.] Sed vnde fuit primus motus angeli ad malũ? Dic ꝙ ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio non fuit malũ, vnde ergo prouenit malũ? Dicas ꝙ ĩ libero arbitrio fuit q̄uā libertas, & ex illa libertate cecidit in malũ. hæc est difficillima quæstio 8.

n ¶ Similis.] Cũ Angelus statĩ fuit post creationem capax rationis, sed homo nõ, donec sit adultus.

o ¶ Moisem] in Genesi circa principiũ.

p ¶ Vacuum.] Supra 16. quæst. 2. visis. cõtra vbi dicit, quod charitatē nequit habere ĩ cęlo, sed forte

1 Scilicet in formata vel in veritate gratuitorum, in qua creatus est sicut oẽs angeli, secundum Hug.

Angeli non fuerunt ex traduce.

Malum vnde ꝓueniat.

2 potest dici ꝙ ex de ordinatione appetitus in diuinā assimilationem vltra terminum suę naturæ a Deo sibi statuto, & ex tali de ordinatiõe secuta fuit auersio a

ro [a] reprobi negantur [b] comedere panẽ, qui de cælo descẽdit, vel libere aquam viuam, non sic accipiendum est, vt a charitate penitus credantur alieni, sed vt in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim bibere, vel manducare; atque aliud degustare. Vnde in Euangelio [c] de Christo legitur: [Et cum gustasset, noluit bibere.] Bibit ergo aquā viuam, & manducat panem, qui de cælo descendit, qui in charitate radicem figit: degustat, qui ea aliquatenus communicat, a qua postea delinquendo recedit. De quibus Apostolus dicit: [Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cæleste [d], & posthæc omnia prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam [e].] Hinc etiam diabolus in veritate [f] stetisse, non in ea creatus esse negatur. Fuit enim in veritate conditus, sed dũ de se superbiendo præsumpsit, alienus ab ea factus est. In veritate [g] autem quomodo esse creatus perhibetur, si sine dilectione sui conditoris creatus esse probatur. Aut quomodo bonus a Deo conditus asseritur, si nihil diuinæ dilectionis in sui conditione acceperit. Quomodo ante superbiæ motum sine vitio extitit, si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par siue excellentior cæteris creatus dicitur, si nonnullis eorum in amore Dei conditis, hic ab eius dilectione uacuus factus est? Vnde autem hæc differentia [h] inter bonos & malos angelos processit. Si ex creante, iniustus videtur Deus, qui ante peccatum infert pænam [i], vel qui hoc punit, quod creando [k] infudit. Si autem non ex creatore, cum non ex traduce [l] restat, ut ex propriæ libertatis arbitrio vitium superbiæ in angelicam naturam processerit. Bona ergo cõdita est, quæ suo uitio [m] a bono in malũ commutata est. Sed quomõ bona esse potuit, si dilectione penitus caruit. Neque enim angelus nobis similis [n] factus est: quos vsq; ad certum tempus etatis infirmitas grauat, ut neque uirtus, neque uitium, ullum locum in nobis obtineat. Accepit ergo dilectionem in sui creatione, sicut & cæteri, de quibus dicitur [Angelicæ uirtutes, quæ in Dei amore persliterunt.] Non ait quæ diligere Deum cæperunt, sed] quæ in eius amore perstiterunt: quæ ex creatione diligere cæperant, vt principium diuinæ dilectionis omnibus credatur esse commune; perseuerantia uero eorum tantũ modo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, ut confirmati ulterius cadere nõ possent, & hoc de se certissime scirẽt. Vnde bene apud Moysem [o] prius cælum, deinde firmamentum factum esse dicitur, quia nimirum angelica natura prius æqualiter subtilis in superioribus est condita; postea in persistẽtibus in amore sui conditoris mirabiliter confirmata.

Hinc etiã Gregorius in moralibus multa de ꝑfectione angelicæ creationis replicans, charitate negat repletũ non ea penitus uacuum [p] asserit, quia si penitus caruisset

Supra ea, charitas est aqua.

Matth. 27.

Hebr. 6.

10. 8.

B. Greg. 27. moral. c. 25. & glo. ordin. in c. 1. Gen ad ea verba [fiat firmamentum.] Ex Greg.

Greg. lib. 32 Mor c. 24. al. 18.

Deo, & [peccatum, & ad hoc [cit gl. sup i[lud psal. De us quis simi lis erit tib[vbi dr̃, qui ꝑ se vult es[se vt Deus, per se vult esse similis Deo Archi.

traria intelliguntur, non de charitate, quam non habuit, sed quam habiturus esset, si stetisset.

PRincip um. CASVS. Hoc c. est Gregorii vsque ad sequentem, §. charitas. Sed interponit sæpe verba Iob vel Ezechielis, vt ea exponat. Intendit ergo Gra. in hoc c. mul-

a ¶ Principium] .i. præcipuum opus inter prima opera Dei, vel primus & dignior inter alios angelos, quorum ministerio paratur. & patet via ad Deum.

b ¶ Viarum] .i. operum, sicut enim in via continetur vestigium itinerantis, sic in qualibet creatura est via. qua quis ducitur ad intelligendnm potentiam Dei.

nunquam ea, quæ de eius excellentia dicuntur, conuenienter de eo intelligi possent.

C. XLV.

Iob. 40. PRincipium [a] enim (*inquit B. Gregorius*) viarũ [b] Dei Beemoth [c] dicitur: quia nimirum, cum cuncta creans ageret, hunc primum [d] condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conspicit propheta, cum dicit. (Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius; platani non fuerunt æquales † frondibus illius, omne lignum † paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius: quoniam speciosum fecit eum] in multis, condẽsisque frondibus.) Qui namque [e] accipi in cedris, & abietibus, & platanis possunt, nisi illa virtutum cœlestium proceræ celsitudinis agmina in æternæ letitiæ uiriditate plantata? Quæ quamuis excelsa sunt cõdita, huic tamen nec prælata sunt, nec æquata, qui speciosus factus in multis, condensisque frondibus esse dicitur; quia prælatum cęteris legionibus tanta illum species pulchriorem reddidit, quanta ei † supposita angelorum multitudo decorauit. Iste arbor in paradiso Dei toto, quasi condensas frondes habuit, [f] quot sub se positas supernorum spirituum legiones attendit, Qui idcirco peccans, sine venia [g] damnatus est: quia magnus sine cõparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum per eundem prophetam dicitur: (Tu signaculum [h] similitudinis Dei, plenus [i] sapientia, & perfectus decore in delitiis paradisi Dei fuisti.) Multa enim de eius magnitudine locuturus primo verbo [k] cuncta cõplexus est. Quid namque boni non habuit, qui † signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodẽ essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinẽ Dei creatus sit, angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculũ Dei similitudinis dicit, vt quo [l] subtilior † est in natura, eo [m] in illo similitudo Dei [n] plenius credatᷣ expressa. Hinc est, ꝙ primatus eius potentiã adhuc insinuãs idem ꝓpheta [o] subiungit: (Oĩs lapis [p] pretiosus [q] operimentũ [r]

Esa. 2. & 14.
Ezech. 31.
¶ al. aqua.
† al. lignum pretiosum.
† al. &.
Ezech. 28.
† al. si
† al. sublimior.
Eod. li. moral. c. sequenti.
Vide homil. 34. in Euangel.

quis ducitur ad intelligendnm potentiam Dei.

c ¶ Beemoth] .i. diabolus. Beemoth interpretatur animal, immũdum, quia diabolus propter superbiam a cælesti beatitudine tanquam im mundum animal alienus factus est 1.

d ¶ Primum 1.] idest præcipuum. non. n. prius creauit hunc q̃ alios. alias in Salomone cõtra, ibi, Qui viuit in æternũ, creauit omnia simul.

e ¶ Qui namq.] Verba Gregorii exponẽtis prædictam auctoritatem Ezechielis.

f ¶ Habuit] Lucifer.

g ¶ Venia.] Cum enim plus potestatis & pulchritudinis ei commissum fuerat, ideo magis diligi præsumebatur, argu. sup 2. q. 5. quanto, & inf. d. 3 ca. quamuis. §. quod autem. & c. septies. ideoque tanto magis obsequi tenebatur, & plus puniri debuit. cum non fuerit obsecutus. arg. C. de conduc. & ꝓc. conductores. in fine, li. 11. & grauiora facit delicta, &c. vt 11. q. 3. præcipue. 40. di. homo Christianus. infra ead. dist. 5. con sideret. sup. ead. d. 1. §. ex his itaque, sup. 23. q. 3. qui peccat.

h ¶ Tu signaculum] Dicitur signaculum propter virtutes expressas, quas recepit a Domino.

i ¶ Plenus] Idest, plenam scientiam habẽs. & perfectionem decoris, & charitatis.

K ¶ Primo verbo.] Hoc scilicet signaculum.

Beemoth qualiter interpretatur.

1 Vel põt dici animal ꝑ effectũ: quia hoĩes quos peccare facit, nõ hoĩes sed animalia dici possunt, Arch.

Deus præsumitur plus diligere illos quibus plus perfectionis tribuit.

ca. multum commendare Luciferum, ostendendo eius perfectionem, dignitatem, & excellẽtiam, quam in charitate & in aliis gratuitis donis, & naturalibus habuit ante lapsum, & hoc facit inducendo auctoritatem ex verbis Iob & Ezechielis. [Inquit.] verbum est Gratiani, & primo exponit verba Iob, ipse enim est principiũ viarum Dei, &c. [Propheta.] scilicet Ezechiel. [Qui namque.] verba sunt Gregor. [Aurum] verba Gregorii. [In munere.] idest, in adiumento Dei.] insinuat, scilicet Iob.

l ¶ Quo] .i. inquantum subtilior est natura, idest diuinæ naturæ capacior ratione & intellectu.

m ¶ Eo.] idest, intantum.

n ¶ Similitudo Dei] .i. gratia & dilectio, quæ erat Deo similis in illum.

o ¶ Propheta] .s. Ezechiel.

p ¶ Omnis lapis] .i. omnis alius angelns.

q ¶ Pretiosus) i. pulcher decore uirtutum fuit.

r ¶ Operimentum.] idest, inferior eo, sicut vestimen-

Non peccare [a], solius Dei est: emendare, sapientis. Sed raro inuenias qui se corrigat. Rara confessio peccati; rara pœnitentia. Repugnat natura [b], & verecundia; quia obnoxia est culpæ omnis caro, & quisque erubescit peccatum confiteri; dum magis præsentia cogitat, quàm futura [c]. Vult Moyses [d] peccati vacuam [e] reperire animam vt exuuias [f] erroris deponat, & culpæ nuda [g] sine sui pudore discedat [h]. Sed irrationabilis impetus [i] præuenit, & flamma celerrimi motus animam depascitur, & exurit eius innocentiam. [k] præponderant enim futuris præsentia, serijs iucunda, & læta tristibus, & præpropera tardioribus. Velox [l] enim iniquitas, quæ ad nocendum occasionem suggerit [m], lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat [n], quàm incipit. quid decorum, quid honestum, iniquitas omnia præcipitat. Pigra [o] vero & verecunda pœnitentia, quæ † pręsentium pudore [p] premittur [q] †, solis enim intēdit [r] futuris, quorum spes sera, & tardus fructus. Interim [s] præcurrit impudentia [t], & spe pręsentium pœnitentia excluditur, & affectus † eius [u] exuritur [x], & aboletur. Quęrit eam [y] lex [z], & non inuenit, exusta est enim feruore, & fumo iniquitatis. Inde irascitur [a], & dicit deuorandam [b] fuisse pœnitentiam [c] in sancta † sanctorum [d], sacerdotes [e], quias segnes increpat. Respondet [f] Aaron [g] prouidum [h] debere esse sacerdotale iudicium [i], nec male † [k] sanę conscientię facile [l] esse credendum id muneris [m], ne fiat nouissimus error [n] peior priore. Vase [o] enim fętido vel oleum [p], vel vinum [q] facile corrumpitur. Quomodo autem poterat, vbi ignis alienus [r] erat, peccatum [s] exuri in conspectu Domini, cui cuncta aperta sunt? quasi dicat, non placet Deo, qui iniustitiam corde inclusam tenet, & se pęnitentiam agere perhibet. Ignis alienus, libido, auaritia, & omnis praua cupiditas. His ignis exurit, non mundat. In quibus enim est [t], si offerant in con

† al. quia
† al. punitur
† al. effectus
† al. sanctis sanctorum.
† al. male sana] Vera lectio.

x Exuritur.] Sicut hircus ab igne.
y Eam.] Scilicet pęnitentiam per hircū significatā, & alludit ad factum Moysi. B.
z Lex.] Id est minister legis, s. Moyses vel quilibet alius p̄latus in eo significatus; vel Christus, vt inf. ea. dist. inter hęc hircum.
a Irascitur.] Alludit illi, quod dixit Moyses, cur non comedistis hostiam, &c.
a Irascitur.] Negligētibus prælatis.
b Deuorandam.] Id est, celebrandam.
c Pęnitentiam.] Id est, hostiam pro peccato, scilicet hircū, per quē pęnitentia designatur.
d In sancta sanctorum.] Id est in ecclesia.
e Sacerdotes.] Idest, Eleazar, & Ithamar filios Aaron.
f Respondet.] Hoc respondisse intelligitur, cū dicitur, mihi accidit, quod &c.
g Aaron.] Prælatus.
h Prouidum.] In iniungenda pęnitētia.
i Iudicium.] 43. distin. c. vlt.
K Nec male.] Volenti confiteri.
l Facile.] Donec feruescat. sup. di. 1. sunt qui. versi dicimus.
m Muneris.] Pęnitētiam. s. tunc enim melius est quiescere quam exercere infra ea. In salicibus.

c Futura.] Omne futurum despicitur, &c. vt dixi 47. dis. omnes.
d Moyses.] Idest Christus. alludit ad id, quod cum Moyses quæreret hircum oblatum, inuenit eum exustum, id est animam peccato suffocatam, vel pœnitentiam annihilatam.
e Vacuam.] A peccato.
f Exuuias.] Id est indumenta.
g Nuda.] Id est, denudata per confessionem, aliàs munda.
h Discedat.] Ab hac vita.
i Impetus.] Vitiorum, designatus per ignem impetuose missum.
K Innocentiam.] Sup dist. 50. ponderet.
l Velox.] Vt pote sine discretione agens.
m Suggerit.] Scilicet ei, qui cum discretione vult agere.
n Iudicat.] Id est, deliberat.
o Pigra.] Quasi dicat piger est homo, & verecundus ad pęnitendum.
p Pudore.] Quia pudor est ea admittere.
q Premitur.] Id est, reprimitur.
r Intendit.] Id est, intendere debet, vel intendit, quasi

n Fiat nouissimus error.] Per contemptum pęnitentiæ iniunctæ.
o Vase.] Vnde Horatius. Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit, &c. & dicit lex, quòd si commodasti mihi vas corruptum scienter, & vinum acuit, teneris commodati: secus si ignoranter. secus in locatore vel venditore: quia ille tenetur siue scienter, siue ignorante locet vel vendat vas corruptum, vt ff de commo. in rebus. §. vlt. ff. locati, sed addes. §. 1. ff. de act. emp. & ven. tenetur. §. si vas. Item no. idem in seruo locato quod in vase. ff. locati, si tibi domum, §. 1. & l. cum in pluribus seruum.
p Oleum.] Pietatis.
q Vel vinum.] Scilicet districtionis.
r Alienus.] Tangit ꝙ Nadab, & Abiud posuerunt ignē alienum.
s Peccatum exuri.] Id est, pro peccato delendo pęnitentiam fieri.
s Peccatum.] id est, hircus.
t In quibus enim est.] Scilicet ignis alienus, qui alienat à Deo,

a Ignis eos.] Id est, vindicta cælitus missa.
b Alienum.) Sup. 1.q 1 sicut Eunuchus.
c Nec in eo.) Quasi diceret comedendus erat hircus ille à sacerdotibus: intra sancta, non enim oblatū est de sanguine eius intra sancta, si. n. holocaustum esset, cremaretur cum pelle & fimo, sicut fiebat de vitula rufa tm̄ semel ī anno: & est sēsus ad pœnitentiam hominib. imponēdā, vult vti ministerio sacerdotum vt peccata populi commedat. ipse .n per se abstulit peccata mūdi in sanguine suo. Vnde Apostolus: Christus pōtifex fu. bo. &c. p̄ propriū sanguinē introiuit ī sancta sanctorum.

Pœnitentia est à sacerdotibus imponenda.

INter hęc] CASVS. In hoc c. primo ostendit Isychius, q̄ iō legisle'or. i. Moyses, qui gerit p̄sonā Christi mortē eorum exprimit qui ignē alienum acceperūt, vt illud peccatū vitetur maius, quod hęresim designat. Secundo ostēdit quid significet illud q̄d Moyses pręcepit Aaron, & filiis eius, vt portiones oblationis comederēt in sancta sanctorum: & significat illū, q̄ q̄ vult agere pęnitētiam, agere debet illam ad præceptū sacerdotū, qui sunt uicarii Christi; & q̄ oblatio corporis Christi non dēt recipi nisi in ecclesia. Tertio ostendit, quod notet verb. illud hystoriæ. Moyses hircum exustū reperit; & significat quod sicut post mortem filiorū Aaron, qui sumpserunt ignem alienum, non remāsit hostia quæ significat spiritum sanctum, sed est consumpta: sic post mortem eorum, qui peccant in spiritum sanctum, & decedunt in finali impœnitentia, non relinquitur hostia pro peccatis eorum: quia nullum ecclesiæ sacramentum eis prodest, cum fine vera pœnitentia decedant.
d Quia omne.) Ita continua, recte pro peccato offertur hircus, per quem pœnitentis designatur: quia omne peccatum. &c.
e Et qui.] Scilicet Nadab, & Abiud, hi significant hæreticos, qui alienum ignem, "scilicet cupiditatis prauæ doctrinæ in ecclesia accendunt, & qui scripturam sacram male interpretantur & praue: & sic in spiritum sanctum peccant, cum aliter eam interpretantur quam spiritus sanctus flagitet. tales pseudo prophetæ dicuntur. 37. di- stinct. vino.
f Prædictum.) Scilicet doctrinæ & hæreseos.
g Peccatum.) i. per prædictum vitium designatum.
h Blasphemiæ.) Quia accipiendo ignem alienum blasphemabant, & faciebant contra doctrinam legis, & ideo consumpti sunt.
i Non sunt.) Sed igne consumpti.
K Mortis) Temporalis.
l Legislator.] Moyses. secundum mysticum intellectum auctoritatis exponit dicens ad Aaron, vt habetur in Leuitico, hoc est quod locutus est Dominus: Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor, quia per eos datum est exemplū cæteris quomodo timeant, vt Au. exponit. infra, de con secr. dist. 2. & dixit. Et dic sanctificabor. i. sanctus apparebo, etiam in his qui sacrificabant mihi vlciscendo delicta eorum, & non parcendo. Glorificabor. i. laudabor & manifestabor iustus.
m In loco.) Hoc verbum mysticat.
n Vicarios. Sacerdotes etiam simplices.
n Vicarios.) Sup. 1.q. 1. sicut Christus. 1
o Ipse enim) Ita continua: Aaron obtulit hircum pro peccato populi, ipse autem, scilicet Christus; &c.
p Sanguine.) Scilicet peccato secundum illud: Libera me de sanguinibus, id, est, peccatis, & alibi, Sanguinem sanguis tangit, id est, peccatum peccato additur, supra ea. q. 2. admonere. versic. sanguis tuus, id est: peccatum tuum super caput tuum.
q Sacrificium.) Corporis Christi.

Leuit. ibidem.

spectu Domini, ignis eos [a] cælestis absumit, sicut Nadab, & Abiud cum his, quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo mundari vult, ignem alienum [b] remoueat, & illi igni se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Hic ignis siccauit hæmorrhoissæ sanguinem profluentem: hic siccauit culpam latronis. Ignis enim consumens est: sanat enim simpliciter, & pure confitentes. Iudas inquit: (Peccaui tradens sanguinem iustum:) sed in pectore habuit ignem alienum: quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit; quia non pura mente pœnituit. Culpā vero eius nō auferunt sacerdotes, qui dolose offert †; nec in eo [c] possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio: Vnde verus sacerdos ait: (Meus cibus est, vt faciā voluntatem patris.) id est, vt peccatores conuersi, & pœnitentes saluentur. Non est enim acceptum Deo sacrificium, nisi verum, & sincerum.

Mar. 5. Luc. 23. Deut. 4. Mar. 27.

† al. se offer. al. offerunt. Io. 4.

¶ *In hoc sequenti capite afferuntur verba ipsa glossa ordinaria quamuis multa sint accepta ex Origene Adamantino, & Isychio.*

Item Isychius libro 2. ad c. 10. Leuitici.

C. XXV.

ij INter hæc, hircū, qui oblatus fuerat, & cætera. (Quia omne [d] peccatum per pœnitentiam deletur, & qui [e] prædictum [f] peccatum [g] alterius doctrinæ, & blasphemiæ [h] commiserunt, saluati non sunt [i]; causam mortis [k] eorum Legislator [l] exponit: (Inter hæc hircum, qui oblatus fuerat, &c.) Quia scilicet non comederunt filij Aaron, quod pro peccato erat in loco [m] sancto, id est, pœnitentiam commissi peccati in ecclesia peragi non fecerunt: quibus hoc præceptum est quos Christus in ecclesia vicarios [n] suos constituit. Ipse enim [o] oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine [p] oblata est, in sanctum, id est, in cœlum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium [q] in loco sancto,

Ibi glossa ordinaria.

Sanctificabor in his &c. qualiter exponitur.

1 Al. sicut Eunuchus.

Sāguis p̄ peccato accipitur.

a Vn-

a Vnde addit.] Moyses.
b Ab intelligibili.] Quia spiritus sanctus intelligibiliter & mystice dicitur ignis consumens.
c Voluntarie.] Id est, in voluntario peccato vsque ad finem durantibus, inf. ea. Iudas.
d Peccantibus in peccato perseuerante vsque in finem, Bar.
f Hostia.] Secunda, scilicet quia semel tātum Christum oportuit pati, nec relinquitur secundus baptismus, relinquitur autem secunda pœnitentia & tertia: & sic deinceps: voluntarie .n. peccantibus, i. in peccato vsque in finem perseuerantibus iam non relinquitur hostia pro peccato, i. nō iterum immolatur Christus, q est hostia pro peccatis, vel sic, id est, non relinquitur locus secūdæ hostiæ, sicut in veteri lege dictū est sępius hostiā pro peccato īmolari, vel voluntarie peccātib9 nō relinquitur hostia pro peccatis, i. nō prodest Christus, qui est hostia pro peccatis iā s. in hoc sæculo præsenti: per qđ constat q nec in futuro.

Peccātibus voluntarie nō relinquitur hostia pro pctō, qualiter exponitur.

scilicet in ecclesia, in propitiationem peccatorum. Vnde addit [a]: (quemadmodum præceptum est mihi,] id est quemadmodum præcepi, & mandaui. Moyses enim gerit personam Christi: Exustum repperit: quia in spiritum sanctum peccauerant: ab intelligibili [b] igne spiritus sancti oblatio pro pœnitentia, ablata est. Voluntarie [c] enim peccantibus [d] non relinquitur [e] hostia [f] pro peccato. Nam, sicut vera pęnitentia veniam promeretur; ita simulata Deū irritat, quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū. Hoc autem sancti patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in spiritum sanctum dixerunt, in † sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerare [g], de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia redemptoris diffidere.

Heb. 10.

cap. 1.
† al. & in

Item Ioannes os aureum humilia 31. in c. 12. epistola ad Hebræos.

C. XXXVI.

IVdas pœnituit, sed male, laqueo namque se suspendit: pœnituit etiam Esau [h], sed male: magis [i] autem iste neque pœnituit [k]. Lachrymæ quippe illę non erāt pœnitentiæ, sed animi [α] violenti, & indignationis ęternæ. Quod ex eius operibus aperitur [l]. & infra. ¶ Non igitur negemus, obsecro, peccata nostra: neque nos impudentia duros efficiat. Sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte supplicia. Audiuit Cain à Deo: vbi est Abel frater tuus? (& dixit, (nescio, nunquid nam custos fratris mei sum ego?) Vides, quomodo ex hoc peccatum [m] reddiderit grauius? Verum non ita pater eius audiens: (Adā vbi es?) dixit: (Audiui vocem tuam Domine & timui, quoniam nudus sum, & abscondi me.) Magnum bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam [n] eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.

Matth. 27.
Gen. 4.
Gen. 4.
Gen 3.

α ¶ Animi violenti.] *Greca est*, ἀλλὰ ἐπηρείας, καὶ θυμοῦ μᾶλλον, καὶ δείκνυσι τὰ ἑξῆς, *id est*, Sed potius contumeliosi impetus & iracundiæ: idque ostendunt, quæ secuta sunt. *Vetustus codex habet*, πικρίας καὶ θυμοῦ *quæ duæ voces cōiunguntur etiam à B. Paulo in epistola ad Ephesios, cap. 4. Sunt autem nonnulla in hoc capite partim ex manuscriptis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali emendata.*

g Perseuerare.] Sup. ea. dist. 1. §. potest.
IVdas pœnituit.] CASVS. Probatur in hoc c. q mala pœnitētia nulli veniam tribuit; quod probatur exemplo Iudę & Esau, et exēplo Cai: bona vero veniā cōcedit; quod probat exēplo Adę & Esau, q forte pęnituit de primogenitura vēdita [iste,] scilicet Iudas [Neq; pænituit recte. Sed hoc H itelligit đ Esau, q nō pęnituit recte de odio cōcepto cōtra frēm.
h Esau.] De peccato forte primogenituræ vēditæ 7. q. 1. quā periculosum.
i Magis.] Correctiuum est.
K Neque pœnituit] Vterque scilicet.
l Aperitur.] Argum. ex sequentibus comprehēdi præcedētia ar. 50. di. si qs diaconus. ar. di 18. peruenit, ar. 14. 23. q. 4. qd crudele, ar. inf 34 q. 1. cum per bellicam.
m Ex hoc peccatū] mendacij: quia post homicidiū secutum est mēdacium: quod magis fuit, ar. supra dist 1. §. alij contra, c. serpens.
n Memoriam.] Supra dist. 1 cap. quis aliquando, §. his auctoritatibus. ver. item illud Ioan. & hoc idem supra dist. 81. valet. contra, soluitur ibi, memoria, scilicet, ad contritionem, non ad delectationem, inf. dist. 5. cap. 1. 1.

i Subau. in quo loqtur preced. cap. valeat quod loquitur de mala memoria peccatoru Arch.

Item Ambrosius in libro secundo de pœnitentia, capite xi.

C. XXXVII.

IN salici.

H. 136.

Nonnullis verbis omissis.

d Peccantibus] *Scilicet* Nabad, & Abiu.
e Non relinquitur.] Cum .n. eos subito ignis cælestis consumpsent, non potuerunt purgari per hostiam, cum & quædam crimina essent, quæ nullis sacrificiis mundabantur, vt 32 q. 1. quod autem, quale forsan & illud erat vel potest illud exponi de quolibet sic peccante. i.

Crimina q̄dam nullis sacrificijs mundabantur.

IN salicibus.] CASVS Hunc casum sic Ben. ponit. Dicit Dauid, Quomodo cantabimus canticum Domini inter-

in terra aliena? quod exponens Ambrosius ait: Terra aliena caro est, quæ imperio mentis non subiacet, sed si ista terra domari non pōt, non debet quis accipere pœnitentiam. Nam si acceperit, & defecerit, ipsa erit inutilis & aufert vsum posterioris: & hoc est quod dicit, insalicibus, &c.] Ego addo hoc, ꝙ licet caro repugnet, mens semper Deo dedita sit, nec fides deseratur: q̄a demones semper incumbūt miseræ animę, dicentes [Exinanite,] &c exponit verba ꝓphetę [In salicibus.] Id est, hæreticis vel valde malis. [In medio eius?] Id est, à medio malorū remoueamus secreta fidei.

a In salicibus.] Idest, a salicib. per quas designantur mali.

b In medio eius.] Qui sunt in profundo vitiorum.

c Suspendimus.] Id est subtraximus, & distulimus.

d ¶Organa.] i. orationes nostras, vel cōfessiones, quæ inutiles sunt, dū sumus ī peccatis, peccatū enim cōparatur salici propter īfructuositatē. 1. q. 1. si fuerit. & organū orationi ꝓpter dulcedinē. 45 dis. cū beatus 46. distin. hoc hēt. Nā qūo cantabimus, id est, opera fructuosa faciemus?

e Cultoris.] Animę.

f Vsurpata.] Idest, nōn vere recepta, s. ꝑ peccati desertionē.

g Aufert vsū.] Quia nō solēt petere tales vt eis iterū iniūgatur satisfactio pro illis licet inutilē egerint pęnitentiam: immo nec debent, arg. inf. ea. c. quærat, §. illud aūt Gre. ī fi. & c. piū.

h Posterioris.] Scilicet sui ipsius: q̄a postea nō agitur secundum cōsuetudinem quarūdā ecclesiarū, inf. ea. §. vlt. & sup. ea. di. c. quamuis, hoc. n. de solemni ibi intelligit Hu. sed de alia intelligi 1. pōt, nā loquitur Ambrosius de illo, qui adhuc delectatur in peccato, nec proponit illud deserere. Iste melius faceret si quiescceret à confessione, & faceret bona, quæ posset, vt Deus illustraret cor eius, vt infra ead. dist. 5. falsas. Si enim superficialem talis agat pœnitentiam, potius grauabitur, quàm iuuabitur, vt supra ead. qui admissa, secundum hunc intellectum procede sic. Melius est abstinere à satisfactione pœnitentiæ tibi iniunctæ à sacerdote, s. tam quam bene pœnitenti, quàm exercere confitendo. si quæras opera pœnitentiæ tibi iniungi à sacerdote, scilicet tamquam bene pœnitenti, videas ne in ipsa pœnitentia simulata facias quod postea indigeas pœnitentiā, vt 17. q. 4. sunt qui opes.

i Incumbant.] Scilicet dœmones.

K Exinanite.] Hoc est dictum in templi destructione à Syrijs: & dic exinanite, id est, euacuate.

1 Idē no. su. 2. q. 2. ancillam. in fi. vbi videas.

[Vsque ad fundamentum in ea.] Id est, vsquequo aliquod ædificium virtutum non remaneat in ea vsque ad fundamentum. & sunt verba dæmonum exhortantium se ad concupiscentias carnis.

bus [a], inquit, in medio eius [b] suspendimus [c] organa [d] nostra.; Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?) Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, & mentis imperio; aliena est terra, quę non domatur exercitio cultoris [e]: & ideo non potest fructus charitatis, pęnitentiam pacis α afferre. Melius est ergo tunc quiescere; cum exercere non queas opera pęnitētiæ, ne in ipsa pęnitentia fiat, quod postea indigeat pęnitētia. Quæ si semel fuerit vsurpata [f], nec iure celebrata: nec prioris fructum obtinet, & aufert vsum [g] posterioris [h]. Sane & cum caro repugnat, mens ad Dominum debet esse intenta; & si opera non sequuntur, fides non deseratur β: & si impugnāt vel carnis illecebræ, vel potestates aduersariæ, maneat mens Deo dedita. Tunc enim maxime vrgemur, γ cum caro cedit, & sunt qui vehementer incūbant [i] miseræ animæ, quærētes omne auferre præsidium. Vnde illud est: (Exinanite [k] exinanite vsque ad fundamentum in ea. [l]) Quam miseratus Dauid ait: (filia Babylonis misera.) misera vtique, quia Babylonis filia est; quæ Dei filia esse desinit; cui tamen medicum inuitat, dicēs: (Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.) hoc est, qui infirmas; & lubricas cogitationes allidat ad Christū, qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia, & disceptatione † comminuat.

Peccatū cōparat salici, & organum orationi.

Ibidem.

† al. discretione

α Pœnitentiam pacis.] *In multis vetustis legitur.* pœnitētiæ, & pacis. *in originali autem impresso*, patientiam pacis.

β Fides non deseratur.] *In aliquot manuscriptis est*, fides non deserat; *in vetustioribus B. Ambrosii operum editionibus*, fides desideret. *in recentiore Parisiensi*, fides deseruiat.

γ Vrgemur.] *In nonnullis vetustis legitur.* vrgetur, cum caro non credit.

Item Hieronymus super Matthæum ad c. 27.

C. XXXVIII.

Nihil iudæ profuit egisse ꝺ pęnitentiam, per quam scelus corrigere nō potuit. Si † quando frater sic peccat in fratrem, vt emendare valeat [m], quod peccauit: potest ei dimitti: sin autem permanēt opera, frustra voce assumitur pœnitentia. Hoc est, quod in psalmo de eodem infœlicissimo iuda dicitur: (& oratio eius fiat in peccatum.) vt

Gloss. ord. & Beda ad eundem locum. Sent. 4. dist. 15. Psal. 108.

† al. sed

Nihil Iudæ.] CASVS. Dicitur, quòd Iudas non recte pęnituit, & ideo veniam non impetrauit. Qui autem sic peccat vt valeat emendare; potest ei venia tribui à Domino, si autem in malis operibus permanet, frustra voce tantum assumitur pœnitentia, (& oratio eius fiat in peccatū. Quod de Iuda dicitur, [& oratio eius, &c.] De eo. s. Iuda, Sequens cap. pater, & per te videbis quod c. sic incipit, Sceleratior.

m Valeat.] Id est, contingat ipsum emendare detestando &

do & abominando, & Deo digne satisfaciēdo: non enim intelligitur hæc emendatio rei ablatæ recompensatio, vel restitutio delicti: sed detestatio delicti, & satisfactio, vel si peccat in fratrem, vt per illum dolorem & per illā pęnitentiam valeat emendare Deo, i. corrigere & dolere. a Sce-

ostensum est, quæ sit vera pœnitentia, & quæ falsa, sed falsæ nulla indigentia datur: vnde patet quod sententia illorum est falsa dicentium, quod qui pluribus criminibus detinetur, potest de vno indulgentiam impetrare sine alio: quod pluribus auctoritatibus probare conatur: & postea auctoritate Naum prophetæ, dicentis. Non iudicabit Deum bis in idipsum.

non solum emendare nequierit proditionis nefas, sed proprii homicidii scelus addiderit.

♂ ¶ Egisse pœnitentiam.) *Sic in glossa, ex qua videtur sumptū caput hoc, sed apud B.* Hieronymum, *& Magistrum,* sera pœnitentia, *apud eundem vero Magistrum paulo post legitur depravate,* emendare non valeat.

Glossa ord. ad c. 27. ad Matth.

Item Leo. Papa in sermone, qui incipit, [inter omnia.] id est tertio de passione Domini.

C. XXXIX.

SCeleratior omnibus ò Iuda, & infęlicior extitisti; quē non pœnitentia reuocauit ad dominū, sed desperatio traxit ad laqueum. Epectasses consummationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lethi suspendium distulisses.[a]

Naum 1. ex LXX.

6 *His auctoritatibus,*[b] *quæ sit vera, quæ falsa ostenditur pęnitētia: & falsæ nulla indulgētia dari probatur, in quo illorum sententia destruitur, qua eum, qui pluribus irretitus fuerit peccatis asseritur vnius delicti pęnitentia, eiusdem veniam consequi à Domino sine alterius criminis pœnitentia. Quod etiam multis auctoritatibus probare conantur. Quarum prima est illa Naum prophetæ, (non iudicabit † Deus bis in idipsum*[c]*.) Sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Qui ergo à sacerdote semel pro peccato punitur, nō iterum pro eodem peccato a Domino iudicabitur.*

† *al. vindicabit.*

Item Gregorius super Ezechielem, homilia decima.

b ¶ His auctoritatibus.] Ab illo §. si āt, ostensum est quæ vera, quæ falsa sit pęnitētia, hic latēter sub infert aliam quęstionem, scilicet, an pluribus irretitus criminibus possit de vno obtinere veniam permanendo in alijs Et primo probat tribus auctoritatib. & vna ratione, vnum peccatū sine alio remitti posse, vsq; ad § sed, & ibi allegat pro parte aduersa quasi quæstionem terminādo per auctoritatē August. Tertio loco determinat ꝑ auctoritates inductas pro parte illa in §. auctoritas. Est ergo determinatio magistri, ꝙ nullus pōt consequi veniā de vno nec quo ad culpā, nec quo ad pœnā, nisi de omnibus satisfaciat: quod sic ostendit. Qui dolet de vno aut ex charitate, aut non: si ex charitate, ergo Deū diligit, ergo qui nouit Deū diligere, diligit & odit quæ sibi contraria sunt, ergo quodlibet mortale odit: quod falsum est. si non ex charitate, ergo ille dolor est informis, cum non sit charitate informatus, ergo nō est opus alicuius virtutis, ergo non est vitæ meritorius: sed indifferens. Forte dices per hanc inductionem non haberi propositum: quia non quærebatur an retentis cæteris posset quis promereri vitam æternam: sed an retentis cæteris possit de vno veniam mereri? Respondet, immo idem omnino est, quia si quis dolendo non ex charitate posset de vno veniam mereri, ergo eadem ratione de omnibus alijs: & ita aliquis est vel esse potest sine merito mortis, & sine merito vitæ æternæ, & ita nec bonus. nec malus: quod non est verum, sic ergo probato, quòd peccatum non dimittitur quo ad culpam, probatum intelligitur ꝙ nec dimittitur quo ad pœnam, nam ratione culpæ & pœna datur, bene tamen concedo, quòd tali pœnitenti pœnitentia non est deneganda. extra de pœnit & remis quod quidam, quæ tamen, donec pęniteat de omnibus, inutilis est quo ad vitam æternam; sed cum pęnitet de omnibus, efficitur vtilis, nec alia satisfactio ei imponitur ab ecclesia pro illo peccato.

Veniā null⁹ peccati non potest quis obtinere nisi de omnibus satisfaciat.

a SCeleratior.] Distulisses, Hic innuitur Iudam morte præuenisse Christum, sed innuit contra Hiero. super Marcum. Cum iniquis deputatus est Dominus, id est, cum iniquis veritas deputata, iniquum reliquit, id est sinistrum; alterum assumpsit, scilicet dextrum, sic faciet in die iudicij: & simili crimine dissimile stipendiū sortiuntur; alter præcedit Petrum in paradiso, alter præcedit 1 Iuda in inferno, & ita videtur ꝙ mors Christi mortem Iudæ ꝑuenerit Respon. ꝙ magis in hoc credendū est Hier. quàm Leoni. vel forte mors Iudæ secuta est mortem latronis: 2 præuenit tamen mortē Christi. Christus enim prius quam latro est mortuus, vnde non fregerunt eius crura, vel etiam si morte non præcessit, præuenit tamen vulnus Christi lancea infixum, ex quo processerunt sacramenta nostræ redemptionis, & ita mors Christi præcessit, De hoc extra de baptism. & eius effe. maiores, 23. dist. qui episcopus.

Iudas an mortuus sit añ Christū.

1 Scilicet tempore.

2 Dicit H. quod eorum sit verius dubitatur, sed satis verisimile videt̄, ꝙ post quā pęnitētia dustus retulit argēteos statim ex impatientia doloris & desperatione salutis se suspendit.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est 9. pars distin. in qua quæritur, si aliquis remanet in aliquo peccato, vtrū dicatur vere pęnitere, si de alijs seruat & pęnitet secundum mandatum sacerdotis? & est dicendum quod non: sed valet ei postquam ab alio peccato recesserit, tamen allegat pro & contra Io de Fant.

CASVS Ostendit Gratianus per auctoritates positas ab illo §. [siue.] quæ sit vera pœnitentia, & quæ falsa. hic latenter aliam quæstionem subintrat, scilicet an pluribus irretiti criminibus possint de vno veniam obtinere sine pœnitentia aliorum, & allegat G pro vtraque parte. Est ergo casus §. talis. Supradictis auctoritatibus

c Bis in idipsum.] q. d. peccatum sufficienter punitum in hac vita non punitur in altera, vel non bis in idipsum, hic, scilicet, per ministrum. quia ecclesia bis pro eodem peccato non punit. vel potius hæc auctoritas intelligitur de his tantum, qui inter ipsa flagella commutantur in bonum, & corriguntur, & ad charitatem redeunt, profecto tales iterum non puniuntur pro peccatis: sed si quid

Deus non iudicat bis in idipsum qualiter intelligatur:

quid inde remansit, delebitur in purgatorio, inf. ead. c. sunt plures, §. auctoritas, versi. intelligitur.

SED QVEM. CASVS. Dictum est supra, non iudicabit Deus bis in idipsum: sed quem sacerdos iudicauit, qui est vicarius Christi, Deus iudicat, qui ergo à sacerdote semel punitur pro peccato, non debet à Deo de hoc amplius iudicari, & ad hoc inducit duo sequentia ca. illa tñ conclusio Gratiani, [qui ergo] falsa est: quia tunc tantum incipit esse vtilis pœnitentia vnius peccati, cum cœperit de aliis penitere.

P Luit Dominus.] CASVS. Primo ponunt verba Amos Prophetę, quę Greg. inducit sup Ezechielem. Secundo verba illa exponit Greg. Secunda pars ibi, [Cũ ille. Ciuitatẽ,] i. animam. Seq. ca. patet. [Fides,] i. conscientia alterius. [Desit.] id est, non occurrit. a Relinquit.] Auctoritatẽ hanc exponit Gra. inf. ea. §. illud. b Corrigit.] Tribus modis qs se corrigit à vitijs, & ea resecat, 1. cum cessat ab actibus eorum, sed non confitetur ea. Secundo, cũ cessat ab actibus eorũ & ea detestatur, ita q confitetur ea, sed nõ ex charitate, nec cũ charitate, cũ ocultet aliquod mortale peccatũ, alias de his duobus modis intelligitur quod dicit Greg. Tertio, cũ quis detestatur peccata & errata oĩa ex charitate & deuotione, & ea cõfitetur, vt pro eis satisfaciat, de hoc sup. ea. dist. perfecta.

Peccata qs resecat tripliciter.

c Octonario.] Nota q à (Beati immaculati,) vsque, (Ad Dominum cum tribularer.) est vnus psalmus, & habet 22 dist. & quælibet dist. cõtinet 8. versus, & ita continet 22 octonarios, nam 8. versus faciunt vnum octonarium, & hoc est quod dicit, in 18 octonario.

Beati immaculati continet. 22. dist.

d P Rima. ¶ Fides desit.] Id est, conscientia peccati alicuius: desit, id est, non occurrit.

e Pœna, &c.] i. per patientiam & humilitatem, quæ habetur in ipsa pœnitentia inter ipsa flagella, & peccata, quæ ad memoriam non occurrunt, dimittuntur. hanc expositionem habes inf. e. §. illud, ver. item illud Ambrosij.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Adhuc probat G. q potest aliquis veniã impetrare de vno peccato sine alio. nam hic, super Naum sentire vr̃, q si infidelis adulterando interficiatur: de adulterio pro quo satisfecit, nõ punietur. Nã si i adulterio manẽs, de homicidio satisfecit, si pœnitet de adulterio, pro vtroque peccato est ei pœnitentia imponenda iterum secundum aliã opinionem: quod est alienum à ratione, & sunt verba Gratiani. item si illa,] quidam dicunt, quòd sunt verba Hieron.

f Non amplius.] Potest ergo aliquis non pœnitens de mortali, debitam pro eo euadere damnationem. Sed quo sensu hoc dixerat Hieronymus, super eundem locũ ostendit dicens: quærat hic aliquis, &c. vt inf. e. dist. quærat, q. d. potius hic ostendit, q qui per temporale supplicium ob flagitium nõ corriguntur, postea æternaliter puniuntur. agens de deprehenso in adulterio decollato.

g Puniretur] si vere confiteretur ar. 25. q. 5. quid ergo.

h Si illa] Verba magistri sunt, quidam dicunt q sunt verba Hieronymi vsque ad illud; quod à ratione, & loquitur non secundum generalem ecclesiæ consuetudinem, sed particularem alicuius loci: sed q sint magistri, patet infra, ea § auctoris, circa finem.

i Si illa satisfactio.] id est, pœna, quę ei inflicta pro peccato fuit.

K Imponit.] Quasi dispensando.

SED QVOD. CASVS. Nunc Gratianus allegat pro alia parte, scilicet quod non conceditur venia pœnitenti tantum de vno peccato. Quod probat præmissis auctoritatibus, scilicet Hesychij, & Adamãtij & aliorum, qui sequuntur: ad quod inducit sequens cap.

l Non præstetur.] sup. 13. q. 5. quid ergo, sup ea. dist. ille pœnitentiam, sup. ea. irrisor, &c. qui admissa, sup. ea dist. pœnitentiam agite, sup ea. dist. cap. pœnitentes.

C. XL.

P Luit Dominus super vnam ciuitatem, & super alterã non pluit: & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit.[a] Cum ille, qui proximum odit ab alijs vitijs se corrigit:[b] vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia sunt, qui cum quædam vitia resecant, in alijs grauiter perdurant.

Sent. 4. dist. 15. Amos. 3.

¶ *Similis summa verborum B. Gregorij est in glossa ordinaria ad c. 4. Amos, non tamen eadem omnino.*

Item Ambrosius in 18. octonario[c] *psalmi.* 118.

Sermone 18. Gloss. ord. ibi. Zadic.

C. XLI.

P Rima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus: secũda per punitionẽ α; vbi etsi fides β desit,[d] pœna[e] satisfacit, & releuat.

α ¶Punitionem.] *Antea legebatur*, compunctionem. *Emendatum est ex glossa ordinaria (cuius caput hoc esse summa quadã,) & magis conuenit cum sententia* B. *Ambrosii, cuius tamen locũ integrum præstat accurate legere.*

β Fides.) *In glossa additur*, idest, conscientia, debiti. *& sic declarat Gratianus. infra, c. quærat.*

Item opponitur de Hieronymo, qui super Naum sentire videtur, quod si fidelis adulterando interficeretur; de adulterio non amplius[f] *a Deo puniretur*[g]. *Item si illa*[h] *satisfactio*[i] *non fuit quam in adulterio viuens pro homicidio obtulit, cum adulterij eum pœnituerit, vtriusque ei pœnitentia imponenda erit: quod à ratione alienum ecclesiastica probatur consuetudine, quæ pro eodem peccato (nisi reiteratum fuerit) nulli bis pœnitentiam imponit*[k].

Sent. 4 dist. 15. inf. ea. c. quærat aliquis, & c. ignis sup. 23. q. 5. quid ergo.

¶ *Sed quòd ei crimen sibi reseruat, de alio venia non præstetur*[l]; *non solum præmissis probatur auctoritatibus Hesychij, Adamãtij, Gregorij, Augustini. Smaragdi, Isidori, verum etiam alia auctoritate eiusdem Augustini in libro de pœnitentia.*

In lib. de vera, & falsa pœnitentia, c. 9.

Ait enim.

SVnt plures.)CASVS. Dicit Aug. quem pœnitet, oĩno pœniteat: quia Christus nullũ curauit, quem oĩno non liberaret, quia liberauit surdum & mutum ẽt a dæmonio, & habentem septem dęmonia de omnib. liberauit, & languidum in corpore & anima liberauit. In fine supponit, ꝙ non vr̃ vere pænitere, qui non prorumpit in lachrymas, cum pro temporali damno promptus sit ad plangendum.

α ¶ Fidelis.) *Sic est emendatum ex aliquot uetustis, B. Hieronymo & magistro. Nã antea legebatur,* Infidelis, *quemadmodum etiam inf. ea. c. quærat, & c. ignis.*

Sent. 4. dist. 15.

C. XLII.

Matth. 12.

SVnt plures, quos pœnitet peccasse, sed non omnino reseruantes sibi quædam in quibus delectantur,[a] nõ animaduertentes dominum simul surdum & mutum, [1] a dæmonio liberasse, per hoc docens nos, nunquam,[b] nisi de omnib.[c] sanari[d]. Si enim vellet ex parte peccata reseruari, habenti septem dæmonia manente vno, proficere potuerat[e] sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul eijcienda[f] doceret. Legionem autem ab alio eijciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quod etiam si peccata sint mille[g], oportere de omnibus pœnitere. Laudatus est enim Dominus, quando eiecto dæmonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanauit, quem omnino[h] non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, & indicans pœnitentiam oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore[i]. Scio enim Deum inimicum omni criminoso.[k] Quomodo ergo, qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Deĩ consequeretur veniam †, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pænitentia inuenire gratiam. Pœnitentia enim uera ad baptismi puritatem[l] confitentem connatur adducere. Recte enim pœnitens, quidquid sordium post purificationem contraxit, oportet vt abluat, saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare[m], sed sciat culpabiliter se durũ, qui deflet damna temporis vel mortem amici & dolorem peccati lachrymis non ostendit. Non itaque est, vt quis excuset se non habere fontem lachrymarum, qui nonnunquam[n] lachrymis ostendit dolorem[o] temporalium. Quem ergo pęnitet omnino pæniteat[p], &c.

Matth. 16. Mar. 5.

Matt. 9.

† al. indulgentiam

10 *Auctori-*

a ¶ Delectantur.] Hæc est falsa pænitentia, vt inf. dist. 5 falsas.

b ¶ Nos nunquam.] ĩ. sa. dist. 6. Dauid, & c. ille rex tantus, sup. dist. 1. §. alii econtra. c non potest quis.

c ¶ Nisi de omnibus.] Sicut nec liberatur pignus licet de parte debiti creditori sit satisfactum, C. de distrac. pig. quãdiu, & dicit lex, ꝙ q aliquid facere tenet̃, faciẽdo pro parte non liberatur, ff. de ver. obl. in executione, §. pœn. & sñia non dẽt pro parte tenere, & pro parte non ff. fa. erc. in hoc iudicio, ff. de eden. l. 1. §. pœ. & ar. ad quęstionem, an a plurib. excommunicatus diuersis de causis possit ab uno absolui sine aliis.

Solutio partis non liberatur pignus.

d ¶ Sanari) & uni 1, non diuersis confiteri, inf. d. 5. c. 1. circa finem argu. ff. de arb. item si unus, §. item si plures, l. quod tamen, & l. Labeo.

1 Sub. & p hoc nos docuit, Arch.

e ¶ Potuerat) s. sanare septem nõ successiue, sed simul.

f ¶ Simul eiicienda) ff de ser. rusti. præd. per fundum.

g ¶ Mille.) Sed nunquid pro unoquoq; mortali peccato septennis pœnitentia est imponenda? ar. supra 33. q. 2. hoc ipsũ, secundum hoc ergo non sufficiet uita hominis ad explẽdam huiusmodi satisfactionem. Respõ. sine dubio cuilibet mortali septennis pœnitentia dẽtur, sed tamen quia arbitrariæ sunt huiusmodi pœnitentiæ, arbitrabit̃, & arctabit eas iudex intra tempus cõgruũ pœnitendi, ar. 36. q. 7. tempora pænitudinis, & sup. ea. d. mensuram.

Pnĩa septennis cuilibet mortali debetur.

h ¶ Omnino] nota. sup. ea. dist c. Naum, § item ꝙ, & c. adhuc contra, sed non tũc, secus erat cum leprosus esset, ideo de hoc non posset sanari, supra dist. 2. §. final. in fine.

i ¶ Corpore) idest, in anima ministerio corporis, nullum. n. peccatum est in corpore tantum, est tamen aliquod uoluntatis tantum.

Peccatũ nullũ est in corpore tantũ.

K ¶ Criminoso) cum autem ei, qui in uno deliquit, sit inimic⁹, patet ꝙ talis sit criminosus 2.

2 Sub. quare non consequ tur veniam ab ipso Pet. nam nemo potest esse filius Dei & Diaboli, supr. ea d. dist. §. hoc idem in fin. verb. itẽ vt Christus ait.

l ¶ Puritatem) vt. s. purificet, sicut baptismus.

m ¶ Declarare) secus dicit lex in iudice. C. ad l. Cor. de fal. vbi. ff. de offic. præsid. obseruandum, supr. 23. q 4. est iniusta.

n ¶ Nonnunquam.) Idest, aliquando.

o ¶ Dolorem.] Vnde Iuuenalis
Ploratur lachrymis amissa pecunia veris, & alibi.
Minore tumultu funera planguntur nonnunquam.

p ¶ Pœniteat.) Supra dist. 4. ca. quis aliquando. §. non sunt, & c. quem pœnitet.

AVCTORITAS. Hæc est 10 pars dist. in qua magister intendit probare per Naum prophetam, & p Apostolum, & per Hiero. & per Aug. ꝙ si aliquis in hac vita fuerit sufficienter punitus, non punitur postea, dum tñ inter-

inter illa flagella conteratur, alioquin incipit hic pœna, & protenditur in infinitum. Io de Fant.

CASVS. Soluit nunc G. auctoritates inductas ad probandum, ꝙ quis agendo pœnitentiam de uno peccato sine alio, veniam consequitur de illo pro quo pœnitentiam egit, & dicit quòd illæ auctoritates intelliguntur de his, qui inter ipsa flagella, & supplicia præsentia pœnitentiã egerunt. & cõmutantur in bonum, super quos nõ consurget duplex tribulatio, qui uero inter flagella duriores efficiuntur, ut Pharao, coniungunt ęterna supplicia cũ pręsentibus. Ad quod inducit seq. c.

a ¶ Auctoritas.] Soluit auctoritates inductas ad probãdum, ꝙ quis agendo pœnitẽtiam de vno peccato, & non de alio consequatur veniam de vno, & non de alio.

b ¶ Breuis.] Supra ead. dist. illud, §. ecce cuius, &c. talis mihi.

c ¶ Commutant.] In bonum, & charitatẽ ad ueram pœnitentiam.

d ¶ In cantico] Moysi. s. Audite cœli quę loquar, &c. cuius cantici est uersus ille ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima.

IGnis succensus.] CASVS. primo ponũtur verba Moysi in Deuter quæ talia sunt: Ignis succensus est ĩ furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. Secundo ponuntur verba Aug. exponentis uerba illa, s. præsens pæna continuabitur cum æterna.

HOC CONTRA ILLOS. CASVS. Dicit nunc Grat. quod supradicta auctoritas est contra illos, q dicunt. Non iudicabit Deus bis in idipsum, ptinere ad oĩa flagella, quia non ꝑtinet nisi ad eos, qui inter ipsa flagella corriguntur. Postea respõdebit illi. §. itẽ obiicitur, de Hiero. Quidam tamen faciunt vnum, §. ab illo §. auctoritas, vsque ad capitu. quærat, cuius casus facilis est, pręterea est pars illius c. quod habuisti sup. 23. q. 5. quid ergo, cuius casum ibi habuisti.

e ¶ Magna uero] .s. quæ temporaliter non puniuntur sufficienter.

f QVærat] supra 23. q. 5. quid ergo.

g ¶ Dominus bis] i. non punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo sufficienter eum semel puniuit.

tas [a] illa Naum prophetæ, (non iudicabit Deus ibi, &c.) non indistincte ostendit omnia, quæ temporaliter puniuntur, non ulterius a Deo punienda. Quamuis enim Sodomitas, Aegyptios, Israelitas in eremo super eundem locũ dicat Hieron temporaliter a Deo punitos; ne in æternum punirentur, non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum est, alioqui cuique sceleroso optandum esset, ut cœlesti fulmine percussus, aut aquis submersus, aut a serpentibus vulneratus pro peccatis suis diuinitus interiret vt æternos cruciatus breuis, [b] & momentanea pœna terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epist. ad Hebræos scribens ait, [propter incredulitatem suam non intrauerunt in terram promissionis.] Vbi probatur, ꝙ sicut merito suæ infidelitatis requiem illam amiserunt; ita propter eandem infidelitatem, ueram requiem æternæ beatitudinis nullo modo intrauerunt. Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt, quum & si breuem, & momentaneam, tamen non respuit Deus, sicut & illud prophetæ, (non iudicabit † Deus bis in idipsum.) de his tantum intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant, [c] super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus a Domino, durior factus est, præsentibus æterna connectunt, ut temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.

g ¶ Do. su. d. 1. de pœ. c. quĕ ergo. Sen. 4 d. 15. su. scelerațior.

Hebr. 3.

Homo in illa uita apparebit filius Dei.

Naum 1.

† al. uindicabit.

Vnde Augustinus in cantico [d] Deuteronomij.

C. XLIII.

IGnis succensus est, &c.) Hoc est, uindicta hic incipiet, ardebit usque ad extremam damnationem.

Filii Dei eri mus secũdũ animam, & corpus.

Sent. in gl. ord. Deuteron. 32. & apud B. Greg. mor. li. 18 c 12 Isidorus de summo bono, li. 3. c. 2. Sent. ibidem.

Hoc contra illos notandum est, qui dicunt: (non iudicabit Deus bis in idipsum) ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis, emendantur, alij & hic, & in æternum puniuntur sicut Antiochus & Herodes. Quod autem super eundem locum de adultero fideli Hiero. sentire uidetur, ex eiusdem uerbis falsum esse probatur. Exẽplo enim illius, qui Israelitas maledixerat, & qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parua peccata breuibus et temporalibus supplicijs purgari, magna uero [e] diuturnis, & æternis supplicijs reseruari.

Ait enim in primum caput Naum.

C. XLIV.

QVærat [f] hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut. n. punietur, & falsum est hoc, quod dr̃, (non uindicabit dñs bis [g] in idipsum in tribulatione,) aut non punietur,

sup 23. q. 5. quid ergo. §. quæra.. Seut. ibidem.

a ¶ Fru-

a Frustrentur.] idest, euitent.
b Mensuras.] idest, scire quibus & quantis flagellis quæ libet peccata sunt punienda.
c Dehinc.] idest, post hanc uitam.
d Lui] idest, puniri.
e Culpa

f Compensata.] Hic aperte innuit Hier grauia peccata, de quibus non agitur pœnitentia iter flagella, & hic puniri graui supplicio, & in futuro punienda æternaliter, leuia vero quæ hic puniuntur sufficienter, pro leui pœna compensationem uitæ æternæ recipere i. quod in bonis fieri non ambigimus & in malis forte ita fit, sed non credo, qa iam remitteretur peccatum quo ad pœnã confitendo de vno, & non de alio: quod negamus. inf. ea. dist. §. his auctoritatibus.

Peccata grauia grauiter sunt punienda.

i Quia tpalis pœna succedit in locum æternæ quasi in recompẽsationem. Pet.

& optandum est adulteris, ut in præsentiarum breui, & cita pœna frustrentur [a] cruciatus æternos. Ad quod respõdebimus, Deum, vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras [b], & non præueniri sententiam iudicis, nec illi in peccatorem exercẽdæ dehinc [c] pœnæ auferri potestatem, & magnum peccatũ magnis, diuturnisque lui [d] † cruciatibus; si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa leuis [e] præsenti supplicio compensata [f] sit.

† *elue.*] orig.
Num. 14.

Illud autem Gregorij: (Pluit Dominus super vnam ciuitatem, &c.] non ad criminis veniam, sed eius referendum est detestationem: vt ideo pars ciuitatis dicatur esse compluta; quia crimen quod dilexerat, detestari incipit; non quod eius veniam consequatur. Criminis autẽ detestatio pluuia vocatur, qa ex fonte diuinæ gratiæ cordi nostro instillatur; vt vel sic quisque ad veram pœnitẽtiam perueniat: aut eo minus a Deo puniatur, quo diuturniore delectatione peccati maius sibi supplicium accumulasset. Si vero ad indulgentiam criminis pluuia referatur; Euangelicæ sententiæ contraire videbitur. Si enim propter fraternum odium, etiam quæ dimissa sunt, replicantur ad pœnam, multo magis, quæ non sunt dimissa ad vindictam reseruari probantur. Item si secundum Augustinum arbiter [g] suæ voluntatis nõ potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ, quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui ostij vetustatẽ non deposuit? Ad detestationem ergo criminis, vt dictum est non ad eius indulgentiam pluuia illi pertinere probatur. Item illud Ambrosij: (Et si fides [h] desit, pœna satisfecit,) non de ea fide intelligitur, de qua dicitur, (fides, sine operibus mortua est:) sed de ea, de qua Apostolus ait, (omne, quod non est ex fide,) Idest, omne quod fit contra conscientiam, (peccatum est.) Deest ergo fides, cum non subest conscientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit, est aliquãdo peccatum in homine, cuius nõ habet conscientiam. Vnde Apostolus ait. (Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.) Cuius ergo peccati deest conscientia, illius pœna, si patienter feratur satisfacit, & releuat grauatum. Quod autem in fine obijcitur [i], (& si satisfactio [k] illa fuit, veniam impetrauit: si autem veniam non impetrauit, satisfactio non fuit: si autem satisfactio non fuit, adhuc sibi pœna imponenda est,) non procedit argumentatio: satisfactio namque est, dum ipsius causa peccati exciditur, & eius suggestionibus aditus non indulgetur, sed eius fructus non percipitur [l], impeditus peccato, quod non deseritur,

sup. c. pluit.
Sent. ibidem.

sup. dist. 1, tres sunt.

sup. ead prima consolatio.
Iac. 2.
Rom. 14.
Psal. 18.
1. Cor. 14.
Sup. prima consolatio.

Culpa leuis est q̃ tpaliter punitur.

ILLVD AVTEM. CASVS. Grat. hic respondet quibusdam obiectionibus inductis pro alia parte, & dicit quod illa auctoritas Grat. pluit, &c. intelligitur dicta de eo, qui incipit detestari crimen, non qđ de eo ueniam consequatur: alioquin sententiæ Euãgelicæ cõtradiceret. Et quod hoc sit verum, probat auctoritate Augusti. Quod autem dicitur in c. 1. consolatio. & si fides, &c. pro conscientia fides sumitur: quod probat auctoritate Apostolica. Quod autem dicitur in illo §. item obiicitur, dicit quod nõ valet argumeneatio ibi facta, sed tunc incipiet ei esse fructuosa pœnitentia de vno peccato, cum cœperit de aliis pœnitere, ad quod inducit seq. ca. quod satis patet cum sequẽti §. quamquã, & ad probandum §. inducit c. seq. [quorum primum.] Scilicet cauendum patet.
g Arbiter.] infra de consec. dist. 4. omnis qui.
h Et si fides.] Supra 1. quęst. 1. fertur, 28. quæst 1. ca. omnes. §. ex his.
i Obiicitur.) Hic patet illa fuisse uerba magistri, s̃ ea. si illa, &c. & s̃ ea. §. item opponitur.
K Satisfactio.) Supr. ea. dist. satisfactio.
l Non percipitur.) Ecce plane vr̃ velle, ꝙ particularis cõfessio facta, scilicet de uno peccato, adueniente charitate incipiat & uiuere, & valere ad uitam æternam. Et quod sic intelligat, per exemplum patet, quod inducit de baptizato, secundum quod dicitur de omnibus bonis, quæ fiunt sine charitate, quod inci-

e Culpa leuis.) Et tamen mortalis, omnis enim culpa dicitur leuis, quæ temporaliter punitur, respectu illius quæ æternaliter, sicut quælibet pœna temporalis dicitur leuis respectu æternæ, inf. ead. dist. 7. c. vlt,

percipietur autem; cum eius pœnitētia fuerit subsecuta: sicut ad lauacrum ficte accedens, regenerationis sacramētum accipit: non tamē in Christo renascitur: renascetur autem virtute sacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde eius recesserit veraci pænitentia.

Sicut etiam Augustinus scribit in libro de pęnitētia. In lib. de vera & falsa pænitentia, c. 14. Sent. 4. dist. 15. inf. dist. 5. consideret,

C. XLV.

PIum est [a] credere, & nostra fides expostulat, vt cum gratia Christi destruxerit mala priora in homine, etiam remuneret bona: & cum destruxerit quod suum nō inuenit; amet & diligat bonum [b], quod etiam in peccante plantauit.

Paulo aliter legitur in originali: sed Magister habet fere vt Gratianus.

Ex hoc sensu illud etiam Hieronymi dictum videtur ad c. 1. Aggæi.

C. XLVI. Sent. ibidem.

SI quādo videris inter multa † mala opera peccatorum facere quempiā nonnulla quæ iusta sunt; non est tam iniustus Deus, vt propter mala multa, paucorum obliuiscatur bonorum. † *multa ibidem.* orig.

1 *Quamquam [c] memoria bonorum ad præsentem remunerationem possit referri: sicut Gregorius in homilia de diuite, & Lazaro scribit.* In homilia 40. habetur sententia.

C. XLVII.

CAuendū [d] nobis est, vt si forte aliqd boni agimus, in pręsenti sęculo remunerationem accipiamus; ne forte dicatur nobis, [receperunt mercedem suam] *Matth. 6.* N. si enim diues iste [e] aliquid boni egisset, vnde in præsenti [f] sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abrahā ei diceret: [Recepisti bona in vita tua.] *Luc. 66.*

Item Ioannes Chrysostomus homilia 67. ad populū Antiochenum.

C. XLVIII.

QVid ergo [g] turbamur? nemo uidens mali-

h Cogitet] Quia sicut pro delictis separatur quis à corpore Christi, id est, Domini in hac vita nisi resipiscat; ita pro eisdē in futuro iudicio separabit in ignē æternum, cū hœdi separabūtur ab agnis, i. peccatores a iustis. 11. q. 3. nolite. H.

Separatio à corpore Xpi est quædam damnatio.

i Vbi.] In quo iudicio.
K Terribilius.] Quā sit separatio à corpore Christi, quæ est quasi quædam damnatio, vt inf. de conse. dist. 2. quotidie.
K Terribilius.] Iudicium, scilicet damnatio.
l digni.] idest, præditi H.
NAM DIVINA historia. Legitur in Genesi, quod cū Iacob venisset in terrā Sichimitarum, Dina filia eius egressa est vt videret mulieres regionis illius: quā filius regis illius terræ adamauit & rapuit & oppressit.
m Dina.] Filia Iacob illud tangitur qđ legitur in Gen. c. 34. scilicet quod cum Iacob veniret in terra Sichimitarum, Dina filia eius egressa est, vt videret mulieres illius regionis, quā vidēs Sichem filius regis illius terræ, adamauit, & rapuit & vi oppressit eam H.

Gen. 34. Dina filia Iacob fuit a Sichē oppressa.

n Experimento.] Vnde Ouidius.

Qui semel est captus, fallaci piscis ab hamo.
Omnibus vnca cibis æra subesse putat Lau.

o Q.] Imperet.] sup. dist. 1. c. quem pœnitet, in fi. H.
Valitas.] Hæc est secunda pars dist. in qua prohibet solemniter pœnitentes esse mercatores. Ioan. de Fant.

Deceptus semel cautius sibi cauet.

1 Idest placitæ: est casus accusatiui, & numeri pluralis: & adiectiuat illi dictioni q sequitur æra id est, hamos. Archidia.

eius largitatis munera. Ad Cain vero non respexit, nec ad eius munera. Mentem enim eius, quam viderat, quoniam non cognouit † [a], eius munera non recepit. In iudicio enim cordis considerandа est eleemosyna tribuentis: nec iam considerandum est, quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Vidua enim duobus, quæ habuit, larga [b] minutis plus omnibus misit. Qui ergo vult sua peccata redimere temporalium oblatione, caueat, vt offerat mentem prius. ¶ Cautus sit, ne verecundia ductus diuidat apud se [c] confessionem [d], vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni celant, quæ alii manifestanda reseruant, † quod est, se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere; ad quam per frusta putat totam peruenire. Caueat præterita, quem vera delectat pœnitentia: non prius ad Domini corpus [e] accedat, quàm confortetur bona [f] conscientia. Sed in hac separatione tremendum Dei iudicium [g] cogitet [h], vbi [i] & maius, & terribilius [k] impœnitentes separabit in ignē. Gemat, quod nondum audet sumere, quem multum desiderat cibum salutarem. Isti sunt digni [l] fructus pœnitentiæ animam captiuam elaqueantes, & in libertate seruantes. Cohibeat se præterea à ludis & à spectaculis sæculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam Dina [m], si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset. Tanto igitur magis sibi caueat, & cohibeat se anima, quæ sæpe vel semel corrupta est & rapta: timeat iam docta experimento, [n] quod ignorauit virgo: eligat quem imitetur, non sequatur, quem animus suus damnat. Se enim iudicat, qui fructus pœnitentiæ non habentem à se non elongat. Laudet enim, & amet, quos digne fructificare non ignorat: quærat fructus dignos; & si non dignos pœnitentiæ. Sunt enim fructus digni virtutum fructus: qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia grauiores expostulat, vt sic pacetur ecclesia, vt pacata dolore, & gemitibus, mortuis impetret [o] veniam.

† *cognouit humilē*] vera lectio. *Matth.* 12.

† *conseruant.* Iori.

Gen. 34.

α ¶ Et quanta virtus.] *In originali est.* Et quanta victus fuerit impugnatione. *sed ob glossam non est mutatum. Multa autem alia & magni ponderis emendata sunt. (vbi per eandem licuit) & ex vetustis Gratiani codicibus.*
β ¶ Vbi & maius.] *In originali legitur.* Vbi magis terribilis sententia peccantes separabit in ignem.

Item Leo Papa epist. 90. al. 92. ad Rusticum episcopum, c. 9.

Poly. l. 4. tit. 31. But. l. 2. c. 128. & l. 19. ca. 95. Iuo p. 6. c. 202. & p. 13 c. 25. & 15. c. 107.

¶ Pœnitentes negotiationis lucra abijciant.
C. II.

Qualitas lucri nego-

CASVS. Hoc cap. cum tribus sequentibus patet, scilicet contrarium, si qui vero, & de his in quibus dicitur quod post pęnitentia solenn ē non debet aliquis reuerti ad negotiationem, vel militiam, vel negotia sęcularia. & intelliguntur hæc c. de pœnitentia solemni, secundum H. innicem decipere. ff. loca item si pretio §. quemadmodum. & ff. de mino. in causæ 2. §. idem.

d Contrarium. Ad militiam,] hoc est verum, cum est ei iniunctum, &c. vel deliquit in ipsa militia. su. dist. 50. si quis post su. ea. q. 2. c. latorem, sup 26. q. 7. de his vero. & c. pęnitētibus, & c. hoc sit, nam cum hoc est ei iniunctum nomine pœnitentiæ, ne ad sæcularia negotia vnquam reuertatur, tūc obseruare tenetur: aliàs excommunicatur, inf. eo. c. de his, Sed si est ei iniunctū: siue priuatam siue solennem egerit pœnitentiam, de cætero redire non potest ad sęcularia negotia, quia persona ecclesiastica est: vt sup distinc. 1. c. aliud, inf. c. de his, nisi sit negotiū, quod sine peccato expediatur. inf ea. negotium.

a ¶ Negotiantē[a] aut excusatæ, aut arguit: quia est & honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pęnitenti vtilius[b] est etiam dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis uendentisque commerciū non interuenire[c] peccatum.

α ¶ Excusat.] *Sic ex originali, & Polycarpo, & Iuone, & Burchardo, nam in Gratiani exemplaribus erat,* accusat.

Idem ibidem, cap. 10.

¶ Post pœnitentiam ad militiam sæcularem redire nō licet. C. III.

Pęnitentia peracta an sit licitum ad sæcularem militiam redire.

Poly. l 6. ti. 20. Burc. l. 19. c. 66. Iuo p. 15. cap. 80.

2. *Tim* 2.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post pęnitentiæ actionem redire ad militiam[d] sęcularem: cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus: Vnde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ uoluerit implicare.

Item ex Nicæno concilio, c.

¶ Decennio pœniteant, qui post pœnitentiam ad sæcularem militiam redeunt. C. IIII.

SI qui[e] uero per Dei gratiam uocati, primo quidem ostēderunt fidem suam deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium uomitum sunt reuersi, ut & pecunias darent,[f] & ambirent redire rursum ad militiam; isti decem[g] annis sint inter pœnitentes post primū triennium,[h] quo[i] fuerint[k] inter audientes. Ab omnibus uero pręcipue illud obseruetur, ut animus eorum, & fructus pœnitentię attendatur[l]. Quicumque enim cum omni timore, & lacrymis perseuerantibus operibus bonis conuersionem suam non uerbis solis, sed opere, & ueritate demonstrant; cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare, licebit episcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui uero indifferenter habuerint lapsum[m], & sufficere sibi, quòd intra ecclesiam introierint arbitrantur; isti omnimodo tempora statuta complebunt.

¶ *Caput hoc est posterior pars capitis vndecimi ex prisca versione: quæ versio est omissa in postrema quattuor tomorū Coloniēsi conciliorū editione: & eius loco quattuor versiones positæ, ex quibus facile corrigi possunt quæ ī hac interdū obscure, & mutilate dicūtur. Quod vero ad sententiā canonis pertinet, legēda sūt, quæ à Zonara, ac Balsamone in ipsius explicatione, et à Ruffino li.* 10. *historiæ Ecclesiasticæ, c.6. & à Cardinali Varmiensi contra Brētiū libro tertio afferuntur. Agitur enim de illis militibus, qui impio Licinio vetantæ, cingulū militiæ ab ijs retineri, qui fidē Christo datam seruare vellent, illū abijcere, quā fidem frangere ma-*

e SI qui.] CASVS. Qui solennem pęnitentiam egerunt post ad militiam sæcularem sunt reuersi, x. annis pœniteant. Sed si de hac pœnitētia tres annos exegerint, communioni ecclesiæ restitui debent, & si pęnitētes vere extiterint: episcopus poterit de pęnitentia imposita relaxare: si autem negligentes, explere debēt prorsus tempora cōstituta, 27. quæst. 1. deuotam.

f Darent.] Ad vsuram, vel ad negotiationem. H. 88. di. fornicari.

g Decem,] 27. q. 1. deuotam.

ADDITIO. 82. dist. presbyter. Arch.

h Triennium.] i. primū tempus triennij.

i Quo,] Triennio, sup. ea. q. 2 latorem, de conse. dist 4. eos, quos.

K Fuerint.] Extra ecclesiam 1 existentes, & audientes officium, supple, intrent ecclesiam, vel post primum annum intrent ad ecclesiam, sed vsque ad triennium sunt inter audientes, non tamen communicantes, vt sup. ead. quæ. 2, latorem. H.

1 De hoc de consecr. dist. 4. eos, Petr.

l Attendatur.] hæc clausula non pertinet ad præcedentia, se d hic potest legi clausula superior post primam. L.

m Lapsum.] Non curando quod lapsi sunt L.

a Negotiantem.] Supra dist. 88 fornicari.

Cōtrahētes se frequenter decipiūt.

b Vtilius.] Quia inhonestus quæstus arguit pœnitentem.

c Interuenire,] Nam contrahentibus naturale est sese

a De his, qui suscepta.] supra dist. 50. c. vlt. H.
b Separari,] Supra 27. q. 1. deuotam.

Falsas pœnitentes,] Hęc est 3 pars dist. in qua probat quod pęnitentia est falsa, quæ non imponitur secundum canones, Io. de Fan.

prelatos, ne laicos decipi falsis pœnitentijs patiantur, Secundo dicit, quod falsa pœnitentia est, cum quis est in pluribus delictis, & vult tantum pœnitere de vno; quod probat auctoritat e Iacobi. Tertio dicit, quod falsa pęnitentia est, cum quis ab officio non recedit, quod sine

CASVS. H. sic ponit hunc casum. primo ostēdit quæ sit falsa pœnitentia: postea ostēdit, ꝙ si qs exercet tale officiū, quod sine peccato exerceri non pōt, vel si aliqs bona alterius detinet iniuste, vel si quis odiū in corde suo gerit, null⁹ talis pōt agere veram pœnitētiam, nisi illud officiū relinquat, & si hoc nō pōt facere, pœnitentiam agere non potest. Item quidquid boni pōt, faciat: vt Deus cor eius ad veram pænitentiam illustret, sequens c. scilicet, negotium, patet.

c Auctoritatem,] Id est, non consideratis circunstantiis, uel si ibi certa pæna statuitur, si minori īponitur falsa ē, nisi ex cā tēperet 1. q. 7. c. 2. L.

d Non possit.] Difficultas notatur, non impossibilitas, su. e. qualitas, Lau.

e Restituat,] 14. q. 6. si res.

f Pro defendenda,] su. 23. q. 5. excōmunicatorū. H. su. e. q. 2. latorem.

g Ne tamen desperet.] Licet prædicta non faciat, Lau.

h Negotiū.] Non fuit, &c.] Alii non habent, non, & tūc recte concordat cū duobus præcedētibus c. qa peccatū est, si exerceat prędictas negotiationes, sed si habetur, non, bonū est: qa non est peccatū si excolat agros & vineas, aut cognoscat vxorē cā prolis: immo sicut sine pcto prius hoc faciebat: ita nunc facere dēt, & pōt. Hu.

Fratres, Hęc est 4. pars dist. in qua ostendit magister, qualiter intelligatur illud Iacobi Aposto li Qui peccat ī vno, factus est omnium reus, Io. de Fant.

CASVS, Monet Inn,

luerant ac tamen postea cupiditate terrena victi, illum recuperare conati fuerant, quod argumento erat ipsos à fide desciscere. In codice vero canonum hæc est inscriptio huius capitis. De his, qui abrenunciauerunt, & iterum ad sæculum sunt regressi.

Item ex concilio Aurelianensi. c. 13.

¶ A Communione suspendatur, qui post pœnitentia ad secularia redeunt. C. V.

De his, qui suscepta [a] pęnitentia religionem suæ professionis obliti, ad sæcularia relabuntur; placuit eos & à communione suspendi, & ab omnium catholicorum conuiuijs separari [b]. Quod si post interdictum, cum eis quisquam præsumpserit manducare; & ipse communione priuetur.

Itē Gregorius vij. in synodo Romano celebrata anno 1078. cap. 6.

¶ Quæ sit falsa pœnitentia. C. VI.

3 Falsas pęnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem [c] sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoq; quicūque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit [d], si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet; vel q odium in corde gerit, recognoscat se verā pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire: nisi negotium derelinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, bona, quæ iniuste abstulit, restituat [e], arma[α] deponat, vlteriusque non ferat, nisi consilio religiosorum episcoporū pro defendenda [f] iustitia: Ne† tamē desperet [g], interim quidquid boni facere poterit; hortamur, vt faciat: vt omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.

Sent. 4. dist. 16. Poly. l. 6. tit. 20.

†al. nec

a ¶ Arma.] *Totum hoc membrum, quod pertinet ad arma, in originali, & Polycarpo est ante verba illa,* negotium derelinquat. *Sed ob glossam ordo non est restitutus.*

Item Gregorius in homilia vigesimaquarta Euāg.

¶ Post conuersionem ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest. C. VII.

Negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit; hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit [h], & infra. ¶ Sunt eni pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.

Et in conc. vrbani secundi apud Melphiam, cap. 15. Et in conc. Greg. vij. anno 1080. Sent. 4. dist. 15.

Item Innocentius Papa secundus in concilio Romano cap. 22.

De eodem. C. VIII.

4 Fra-

sine peccato exteriori non potest: vel si odium gerit in corde. Vel si non satisfecit offenso. Vel non indulget offendenti. Vel arma portat contra iustitiam.
a Fratres.] Sup. ead dist. 3. cap. primo. §. item opponitur. ver. item si illa. Hu.
b Reus

e Cui autem.] Hic intitulatur, 6. distin. vbi q̃ritur cui sit confessio facienda, & quali. & quidem facienda est sacerdoti, si fieri põt, & suo: si t̃n fuerit intra ecclesiam, qui sciat soluere, & ligare: aliàs. n. ex iusta causa cuicunque est facienda, & ẽt laico si vrgeat necessitas. inf. e. c. 1. & c. placuit. sup di. 1. quẽ pęnitet. Similiter cui & quali: q a discreto & à crimine mũdato. ĩf. e. e. 1. f Cum dicitur.] supra ead. dist. 1. quẽ pœnitet.

Confessio cui facienda est.

tres [a] nostros episcopos, & presbyteros admonemus, ne falsis pœnitentiis laicorum animas decipi, & in infernũ pertrahi patiantur. Falsam autem pœnitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de vno solo pœnitentia agitur; aut cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio. Vnde scriptum est: (Qui totam legem obseruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. [b]) scilicet, quantum ad vitam æternam: sicut enim si peccatis esset omnibus inuolutus; ita si in vno tantum maneat, æternæ vitæ ianuam non intrabit [c]. Falsa etiam fit pęnitentia, cum pœnitens ab officio vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato [d] agi nulla ratione præualet: aut si odiũ in corde gestetur, aut si non offenso cuilibet satisfiat, aut si non indulgeat offendenti offensus, aut si arma quis contra iustitiam gerat.

Iaco. 8.

DISTINCTIO VI.

In libro de vera, & falsa pœnitentia in inter opera B, Aug.



Vi autem [e] debeat fieri confessio, vel qualem illum oporteat esse, qui aliorum crimina iudicat: ex eodem libro de pęnitentia c. 10. docetur: cum dicitur [f].

C. I.

QVi vult [g] cõfiteri peccata, vt inueniat gratiam; quærat [h] sacerdotem scientem ligare & soluere: ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo. qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, vt si deest sacerdos, cõfiteatur proximo. Sepe enim [i] cõtingit, quòd pœnitens non potest confiteri coram sacerdote: quem desideranti nec locus nec tempus offert: & si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habet; fit tamen dignus venia ex desiderio [k] sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor respicere,

Sen. 4. dist. 17. sup. dist. 1. quem pœnitet, §. quare qui.

Luc. 17.

QVi vult confiteri. CASVS Hoc c licet sit prolixũ, facile t̃n & vtile est. Diuiditur t̃n hoc c. in tres partes. In prima parte dr̃, ꝙ pęnitẽs, qui vult agere pñiam, & sua peccata cõfiteri: quærat discretũ sacerdotẽ scientẽ soluere, & ligare: & si sacerdos haberi nõ põt, cõfiteat̃ proximo, quia ex sola cõtritione & desiderio sacerdotis impetrat veniã, q socio cõfitet̃. In sc̃da parte dr̃, ꝙ qui ex cõfessione vult veniã cõsequi, dẽt in vnitate ecclesiæ eẽ, & sacerdotib. nõ diuisis ab ecclesia cõfiteri: alioq̃ n inutiliter cõfiteretur, sicut apparet ĩ Iuda. In tertia pte dr̃, ꝙ sacerdos qui digne vult soluere vel ligare, dẽt in se iudicare q̃d dicit in alio puniendũ, & hr̃e scientiã discernẽdi inter leprã, & leprã, & diligẽter de peccato inuestigare, & de oĩ eius varietate: quibus sic cognitis, sit ipse peccatori beneuolus prout viderit expedire. In fine dr̃, ꝙ superior

b Reus.] Supra ea. distin. consideret. 86. dist. pasce, &c. qui clementiam H argum. contra testes & instrumenta supra distin. 86. cap. 3. Arg. contra, C. de transact. si ex falsis.
c Non intrabit.] Non tamen tantum punietur, Hug.
d Peccato.] Supra 25. dist. qualis. H.



Vi autem debeat.] Hæc distin. diuiditur in tres partes. In quarum prima quæritur, cui debet quis confiteri, & est dicendum quod meliori sacerdoti quem habere possit. Secunda ibi, Caueat. Tertia ibi, [Quod autem,] Ioan. de Fant.
CASVS. Hic intitulatur 6. dist. in qua quæritur, cui sit confessio facienda. Et dicendum est, ꝙ debet fieri proprio sacerdoti. si autem minus discretus sit: cum eius consilio & licentia ad discretum accedat: si autem ipse nollet dare licentiam, faciat hoc superioris auctoritate. 8 q. 3. Artaldus, sacerdos tamen debet ab ecclesia tolerari. In necessitate t̃n potest etiam laico fieri, vt inf ea. c. 1.

non debet semper pœnitentem suæ dignitati restituere, nec à sua dignitate semper eijcere. [Hi qui.] Scilicet Pharisæi. Secunda pars incipit ibi: [Laboret itaque] Tertia ibi, [Sacerdos itaque,] Quæ postea sequuntur vsque ad distinctionem, plana sunt.
g Qui vult.] A loco isto vsque ad verbum, laboret itaque, &c. habetur supra dist. 1. quem pęnitet, & ibi expositum est Lau.
h Quærat.] Hoc potest intelligi, q̃n ecclesia plures sacerdotes habet, tunc. n. ad meliorem sacerdotem debet accedere. Vel hoc q̃n prius confessus est sacerdoti, postea vadit ad alium, si suus ignoret secundum qualitatẽ delicti ei pñiam imponere, arg. inf. c. placuit, quia quãto pluribus confitetur, tanto citius veniam consequitur. sup. dist. 1. quem pęnitet. licet G. aliter intelligat, infra ea c. sacerdos, §. & quod autem, Lau.
i Sepe enim.] Infra de consec. dist. 4. sanctum. sup. 26. q. 6. aliquis fuerit H.
K Ex desiderio.] Infra 33. q 5. quod Deo.

Sacerdos melior pro confessione est eligendus.

a ¶ Si non tam cito.] Quantum ad pœnam purgatorij L.
b Operatione.] Scilicet, vt sit de sua vniiate, & in eadem complectitur.
b Operatione.] Scilicet, & aliis bonis operibus sup. e. dist. 1. §. alii. c. multiplex. 26. q. 7. c. 1. ar. 13. q. 2. animæ. H.
c Non eripietur.] Si contempsit ecclesiæ suffragia. L.
d Vnitas.] Quia extra ecclesiam nemo saluabitur, vt 24. q. 1. quicumque. L.
e Ab vnitate.] Etiã in necessitate. 32. di. c. preter. §. verũ. L.
f Iudas.] supra ea. dist. 1. §. alii ecõtra. c. iis potestatis. Hu.
g Isset.] Idest, ire debuisset. H.
h Diuisos.] Ab vnitate ecclesiæ, scilicet ad Pharisæos, qui diuisi interpretãtur. H.
i Ante quem.] 3. q. 7. iudicet, & c. qui sine.
K Iudicandus.] Peccant ergo dum in crimine sunt sacerdotes iniũgendo pęnitentiã: & verum est, vt sup. 3. q. 7. c sacerdos, §. in Euangelio. Quid ergo si in necessitate suus parochianus petat ab eo pœnitentiam? Rñ. conteratur, & statim iniungere poterit. 33. in summa H.
l Damnosum.] Idest, damnabile.
m ¶ Sine peccato.] mortali. H.
n Semper remittebãtur.] 2. q. 2. gloria infra de conse. di 3. aquam. H. Ar. quod veniale sine mortali remittatur, quod nõ credo. hic ergo venialia dicuntur quædã quæ reuera mortalia fuerunt: sed tunc venialia dicebãtur: qa legis cęremoniis remittebantur, quantum ad pęnam legis euitandam, quo ad Deum autem nõ remittebantur.
o Criminale.] Hic criminale dr̃ quod cæremonijs legis nõ remittebãt, vt adulteriũ. ar. 32. q. 1. quod autem L.
p Timuerunt.] Sacerdotes Iudęorum,
q Quod illis.] Scilicet ꝙ non debet alios iudicare. L.
r Quod tunc quisque.] Scilicet crimen iudicandum iudicare. L.
s Qui in hoc.] Quod iudicandus iudicat. L.

1 Adhuc tũc potuisset veniam impetrare vt sup. ead. di. c his potestatis. Pęnitentiã iniũgens dẽt esse sine peccato.

Veniale sine mortali non remittitur.

2 Venialia ergo dicebãtur in lege, q̃ sine morte vel mutilatione dimittebãtur: mortalia q̃ mortẽ vel mutilationẽ exigebant. Ar.

dũ ex necessitate prohibetur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærũt sani & læti: sed dum quærunt; ante quam perueniant ad eos, moriuntur. Sed Dei misericordia est ubique, qui & iustis† nouit parcere, & si non tam cito[a] sicut si soluerẽtur à sacerdote. Qui igitur omnino confitetur, sacerdoti meliori, quam potest, confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis, vt grata sit oblatio muneris. & infra c. 12. ¶ Laboret itaq; pœnitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ vnitatem tendere, nisi enim unitas ecclesię succurrat; nisi quod deest peccatori, sua operatione †[b] compleat; de manibus inimici non eripietur[c] anima mortui. Credendum est enim (& pietas fidei expostulat credere) ꝙ omnes eleemosynæ totius ecclesiæ, & orationes, & opera iustitiæ, & misericordiæ succurrãt recognoscenti mortem suam ad conuersionem suã. Ideoque nemo digne pœnitere potest, quem nõ sustineat vnitas[d] ecclesiæ: ideoque non petat sacerdotes per aliquã culpam ab unitate[e] ecclesiæ diuisos. Iudas[f] enim pęnitẽs iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilii, sed augmentum desperationis, Dixerunt enim: (Quid ad nos; tu uideris:) si peccasti, tibi sit: nõ tibi succurrimus, nõ peccata tua charitatiue suscipimus, non comportanda promittimus: nõ qualiter deponas onus, docemus. Quid enim nobis, & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? isset †[g] ad fratres, isset ad illos, qui orauerant pro socru Petri febricitante, qui Cananæam improbam misericordiæ obtulerant. Interrogasset Petrum pro se lacrymas effundentem: non fugisset Mariam, & Martham, quæ uitam Lazaro impetrauerant, nõ turbam plorãtem, quę unicũ filiũ acquisierat uiduæ. Iuit ad diuisos[h], & diuisus periit. & infra c. 20. ¶ Sacerdos itaque, cui omnis offertur † peccator ante quem[i] statuitur omnis languor in nullo eorum sit iudicandus[k], quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim aliũ, qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se, & purget in se, quod alios uidet sibi offerre. Caueat ergo, ut à se abiecerit quidquid in alio damnosum[l] reperit: animaduertat, quod dicitur: (Qui sine peccato[m] est, primus in eam lapidem mittat.) Ideo enim liberauit peccatricem: quia non erat, qui iuste proiiceret lapidẽ. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur, omnes crimine fuisse reos. Nam uenialia semper remittebantur[n] per cæremonias. Si quod igitur in eis peccatum erat, criminale[o] erat. Deteriores itaque in hoc sunt sacerdotes, se prius nõ ædificãtes, illis, qui Dominum obseruabant insidiis. In hoc itaq; patentissimũ est crimen sacerdotũ; & ultra modũ detestabile qui non prius se iudicant, & alios alligant. Deberent enim in se timere crimen, quod in aliis timuerũt,[p] & detestabile senserũt. Illi quidem adeo cęci erãt, ꝙ summam sapientiã sperabant capere suis insidiis. Quod illis[q] patuit, quod tũc quisq;[r] uitauit, uitet sacerdos, qui in hoc[s]

Sciat

† istis] videtur legendum.

† opitulatione.] orig.

Matth. 27.

† scisset.] orig. antiquum.
Luc. 4.
Matth. 5.
Io. 11.
Luc. 7.
† profertur.] orig.

Ioan. 8.

a ¶ Sciat.] Arg. ꝙ iudex ignarus iuris non debet esse, non nisi habeat peritiam & exprimenta causarum per consuetudinem in auth. de iud. in princ. colla. 6. arg. extra de consue. ex litteris. Lau.

b Cognoscere.] 38. dist. nulli sacerdotum, &c. omnes. H.

c In-

d Erigere.] Sup. ea. dist. 5. consideret. H.

e Consolando.] Scilicet pro ipso orando, prout sequitur.

f Doleat.] Id est dolorem pro ipsius peccato ostendat.

g Perdat.] Per negligentiam, 81. dist. dictum L.

Iudex sit iuris ignarus.

errore peior illis Iudæis extiterit. Caueat spiritualis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet. n. vt sciat [a] cognoscere [b] quidquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare discernat. Diligẽs igitur inquisitor & subtilis inuestigator [c] sapiẽter, & quasi astute interroget à peccatore, quod forsitan ignoret, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varieates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera, quæ supra diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis adsit beneuolus, paratus erigere [d], & secum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in uarietate: adiuuet confitentem orando, elemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo: semper eum iuuet leniendo, consolando [e], spem promittendo, &, cum opus fuerit, etiam increpando. Doleat † [f] loquendo: instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij: doceat perseuerantiam: caueat ne corruat: ne iuste perdat [g] potestatem iudiciariam. Licet enim pœnitentia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox [h] restituit in potestatem primam. Et si enim Petrus post lapsum restitutus fuerit & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse, ut hoc omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quasi imperat: inuenitur alia, quæ minime concedit, sed vetat: quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si locus, & tempus, & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot sunt, qui labuntur, vt pristinam dignitatem ex auctoritate defendant, & quasi ausum peccandi sibi faciant, rescindenda [i] est spes ista. Si uero locus, est ubi ista non currant; restitui [k] possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus, atque discretus non cogitur sacerdotes suos semper abiicere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit à Romano Pontifice.

† *Doceat.*) vera lectio.

Vide Isidorum in præfatione de summo bono.

† *al. auctore.*

Caueat sacerdos, ne peccata pœnitentium alijs manifestet. Quod si fecerit, deponatur.

Vnde Gregorius.

Pœnitens vt interrogandus specialiter.

† Quod de singulis circumstãtiis sit quærendum à peccatore: ar. 3. q. 5. iudicãtem, 23. q. 8. occidit.

Sent. 4. dist. 21.

¶ Deponatur sacerdos, qui peccata pęnitentis publicare præsumit. C. II.

Poly. l. 6. ti. 20. Anse. l. xi. c. 25.

SAcerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur, peccata, alicui recitet [l] non propinquis, non extraneis, neque quod absit, pro aliquo scãdalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando [m] pergat.

h Mox.) id est, statim. ar. 50. dis. absit. vel mox, i. indifferẽter. quædã. n. nõ restituuntur, vt dixi. 50. dist. miror.

i Rescindẽda,) 50. di. vt cõstitueretur, cõtra. Sed hoc est qñ peccatum suũ defendere volũt ex auctoritate, vt sup. 82. dist. plurimos. Vel hoc cũ non est scandalum multitudinẽ puniri. L.

K Restitui.) Nisi in enormibus, vt 50. di. miror.

l SAcerdos, &c.) Recitet.) Pone quòd sacerdoti cõfitetur aliqs aliquod crimen, & excõmunicat episcopus omnes huius criminis cõscios, nisi veritatẽ reuelauerint. est in qõne, an ṗsbyter ei reuelare teneatur. videtur hic, ꝙ nõ, & argu extra de off ord. si sacerdos, & extra de adul. significasti. Præterea hoc ꝓbare non põt presbyter, igitur dicere nõ dẽt. 6. q. 2. placuit. su 2. q. 1. si peccauerit, & q. 7. plerumque. Præterea nonne secretũ fuit? ergo celare debuit, 22. q. 5. de forma. Item iste nõ dẽt dici sciẽs, 15. q. 5. ṗsbyter. In cõtrarium facit, ꝙ hæc pœna maior est ĩ ecclesia, ergo magis vitari debet & formidari, 11. q. 3. nihil. Itẽ in excõicatione non est tãtum animæ detrimentum, sed & corporis, 11. q. 3. nihil. Sol. Dicunt quidam ꝙ ĩ secreto episcopo dicere põt, vtpote q prodesse possit, non obeẽ, 22. q. 5. hoc videt. Alii cõtra, * Vel dic ibi sciuit vt hõ. hic vt Deus. & ṗterea iste nõ conscius nesciẽs dici debet.

m Peregrinando.] Vt ita agat publicam pænitentiam & etiam solennem, si non habetur spes de eius restitutione, vt 50. distin. illud. §. hanc autem pęnitentiam, sup 6. quæst. 2. placuit. contra, sed illa pęna non excludit hanc. Vel aliter ibi dixit,

* *Et isti uere dicũt. Nũquam. n. reueland. c n f ssio. nisi de consensu cõfitentis.*

c Inuestigator.) Arg ꝙ specialiter à pęnitente quęrendum est, an hoc vel illud commiserit 1 ar. 43. dist. sit rector, versi. quia increpãdo. ff. de quæst. l. 1. §. quoniam. extra de pæn & re. & omnis.

dixit episcopus eum peccatum commisisse in genere, nō descendendo ad species: sed hic specificat. Vel ibi facta fuit confessio episcopo, vt socio vel homini, non vt Deo.

P supra 6. q. 2. c. 1. & 2. L.
Lacuit.] Cui prius.] 16. q. 1. §. ecce. in hoc:

tenendum sit, sed quia in talibus verbis terrere vult nos, vt in sanitate agamus pœnitentiam, præcisè autem est respondendum ad hanc quæstionem per auctoritatem Euangelij: quia in quacumque hora peccator ingemuerit, &c. sup dist. in. 1. c. fac. lius. § hoc idem, Procedit ergo hoc

a ¶ Prius.] Nota qd prius debet cōfiteri suo sacerdoti, licet, alteri postmodum confiteatur. L.

b Commisit.] id est cuius parochianus ē: ab alio enim nō potest ligari vel solui, extra de pen. & remiss. quod autem. — Sacerdos pprius pp imperitiam pōt deseri, & alius adiri.

c ¶ Pro ignorantia.] ergo pro ignorantia eius, auctoritate huius canonis poterit ire ad aliū, t sine licētia hoīs, s. illius presbyteri imperiti. suffi cit hoc à iure cōcedi. ar. ff. de cōd īlt. q sub. § vlt. Sed nūqd credit ille extraneus sacerdos simpliciter bo eius pęnitētis, q dicit suum sacerdotem imperitū? Sic, qa nō est verisimile q cum mēdacio veniat ad pnīam. c. sancimus, 1. q 7 Sed nūquid est vtilis talis confessio, quā quis accipit à non suo iudice contra hāc cōstitutionem? nā ordinatus à non suo epō recepit veritatē ordinis, 7. q. 1. episcopus. Sed dico eā inutilem. Væ ergo scholaribus, qui vadūt ad inclusos pro pnīa, & non vbi audiunt diuina per annum, quia & ibi decimas personales debent dare. extra de deci. nouum genus. Lauren.

d Confessus,] Vel quia nō vult pęnitētiam dare, vel pro alia iusta causa. Lau.

1 Ista fuit sententia L. quā sequitur La. put no. extra de pę. & remi. oīs.

Scholares q bus confiteri debent.

Pęnitentia mortis articulo iniuncta, vtrum sit vtilis.

3 *Quod autem dicitur, vt pœnitēs eligat sacerdotē, sciētem ligare, & soluere, videtur esse contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, vt nemo videlicet parochianum alterius iudicare præsumat. Sed aliud est fauore, vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod sacris canonibus prohibetur: aliud cæcum vitare, quod hac auctoritate quisque facere monetur, ne, si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadant.* — sup. in principio capitis, qui vult Sent. ibidem.


Vnde Vrbanus Papa. II.

¶ Cuilibet sacerdoti commissum, nisi pro eius ignorantia, alter sacerdos ad pęnitentiam non suscipiat. C. III.

PLacuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pęnitentiam suscipere sine eius consensu, cui prius [a] se commisit [b], nisi pro ignorantia [c] illius, cui pęnitens prius confessus [d] est. Qui vero cōtra hæc statuta facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit. — supra, 9. q. 2. placuit Sent. ibidem.

collo tuo: bi nepospa uulus pendeat: si in li mine pater tuus iaceat senes: si vbe ra quibus te lactauit mater tibi ośtē dat; ficcis oculis ad crucem euola, pcalcatū pge patrē, pcalcatā pge mīrē, & gladium tenet hostis: & tu cogitabis de lachrymis matris.

DISTINCTIO VII.



T*Empus vero pęnitentiæ est vsque ad vltimum articulum vitæ. Vnde Leo Papa, epis. 90. al 92. ad Rusticum, c. 5.*

¶ De eodem. C. I.

NEmo desperandus est [e], dum in hoc corpore cōstitutus† est: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore [f] perficitur. — Sent. 4. distin. 20. sup. 32. q. 2. ancillā, §. nemo. — † al. constituitur.

2 *Quamquam de differentibus pœnitentiam Augustinus scribat in libro 50. homil. hom. 41.*

C. II.

SI quis positus ī vltima necessitate ægritudinis suæ, uoluerit accipere pęnitentiam, & accipit, [g] & mox recōciliatur [h], & hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus qđ petit; sed non pręsumimus, quòd bene hinc exit: si securus hinc exierit, ego nescio: pęnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico, — Sent. ibidem. Poly. l. 8. lib. 1. Ans. l. 11. c. 137. Burc. l. 18. 12. Iuo p. 15. c. 22.

TEmpus.] In hac distin tractatur de pœnitentia finali, scilicet, quæ in fine vitæ quæritur & accipitur, scilicet, an valeat ad æternam vitam consequendam, vel non, & quid si fiat non ex charitate, sed tantum metu diuini iudicij: Et diuiditur ī duas partes. in prima quarum dicitur, quod dictum est. Pe. Secunda ibi, [quamquam.] Pet.

TEMPVS VERO. CASVS. Hic intitulatur 7. dist. qua quæritur vsq; ad quod tempus peccator sit recipiēdus ad pnīam, hoc est an vtilis sit pnīa, quæ iniungitur in mortis articulo. & videtur Aug. in hoc dubitare, nec vult (vt vī) in hoc præcise respondere, arg. inf ea. si qui positus. Et forte ideo dubitauit: quia considerauit quod de facto contingit: quia vix aliquis potest digne pœnitere in mortis articulo constitutus, dum mundum considerat, dum respicit filios & vxorem 2. infra e. §. vlt. Vel dubitare se ostendit, non quia dubitet, quid in hoc casu

2 Dicit Hie rony. Si ex

hoc modo G. primo probat vno c. q pęnitenti nunquam est pęnitentia deneganda: postea adducit in contrarium duo cap. vsque ad §. hoc autem, quæ contraria capitula per alias auctoritates Aug. soluit.

e NEmo desperandus est.] Id est de nemine desperandum est. Ar.

f Maturiore.] 32. q. 2 ancilla. cuius hæc pars est. L.

QVAMQVAM. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, q si quis vere vult pęnitere, hoc sanus faciat. Pet.

SI quis positus.] CASVS. Quæsita fuit ab Aug. an dāda sit pnīa in mortis articulo cōstitutis, & an sit eis vtilis. Et respondet dicens, q nulli est pęnitētia denegāda, sed non præsumitur, q eis sit vtilis, neque eis securitatem promittit: vnde hortatur quem libet, vt in sanitate pęnitentiam agat, si digne vult veniam obtinere.

g Accipit.] Notificatam, non autem impositam, quia in tali articulo non imponitur, vt 26. q 6 presbyteri, &c. agnouimus, & q. 7. c. 1. Lau.

h Reconciliatur.] Quia forte erat excommunicatus, vel

damnabitur? Sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? Vis, quod incertum est, euadere? age pœnitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quod securus es: quia pęnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt [a], non tu illa [b].

1.q.3.Saluator.

Hæc & duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine, multisque verbis mutatis. Atq; ideo Burcardus & Iuo non ex Augustino, sed ex dictis Augustini citant. Quare nihil mutatum; sed præstat omnino homiliam ipsam legere. Eadem in bibliotheca sanctorum patrum, tomo 7. tribuuntur B. Cæsario Arelatensi episcopo.

C. III.

QVi egerit veraciter pœnitentiam, & solutus fuerit à ligamento, quo erat adstrictus †, & à Christi corpore separatus, & bene post pęnitentiam vixerit, sicut ante pœnitentiam viuere debuit; post reconciliationem quãdocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem [c] vadit, regno Dei non priuabitur, à populo † diaboli separabitur.

† *al. abstrictus.*

† *al. consortio.*

Idem ibidem.

C. IIII.

SI quis *α* [d] autem, &c. *& infra.* ¶ Baptizatus ad horam securus hinc exit: fidelis bene viuẽs securus hinc exit: agens pœnitentiam, & reconciliatus, cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum, dico, & securitatem do: vnde non sum securus, pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. *& post pauca.* ¶ Sed unde scis *β* (iniquis) ne forte Deus dimittat mihi? verum dicis: unde? nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse [e], non tibi darem. [f] Item si scirem tibi prodesse, non te admonerẽ, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

Sent. ibidem.

α Si quis autem.] *Apud B. Augustinum sequuntur verba, quæ relata sunt paulo ante, in capite,* si quis positus. *usq. ad ver.* bene hinc exit.

β Sed vnde scis.] *Hæc apud B. August. sequuntur post vltima verba eiusdem capitis,* si quis positus.

Hoc autem quare Augustinus dixerit, Cyprianus ostendit, libro 4 epist. 2. ad Antonianum dicens.

uel absolutus per officium sacerdotis à pęnitentia, quę ei imponi debeat. Lau.
a Dimiserunt.] id est videntur dimisisse te.
b Non tu illa.] More humano loquitur. semper enim præsumitur contra istum; quod non vere pęniteat: nisi euidens signum appareat. argu. 57 dist. si quis in ęgritudine. Hug.

QVi egerit pœnitentiam.] CASVS. Dr hic, quòd si quis egerit veraciter pœnitentiam, & bene post pœnitentiam vixerit, post reconciliationem securus hinc exit, sicut post baptismum: qui autẽ pęnitentiã agit, utrum securus hinc exeat, dicit Au. se dubitare. H. autẽ unum c. facit ab illo ca. [si quis positus.] vsque ad § hoc autem.] qui § per se patet.
c Ad requiem.] Scilicet recta uia, ita ꝙ nec purgatorium sentiat pro illis peccatis pro quibus pęnituit * Lau.

* *Idest, integre etiam satisfecit.*

d SI quis.] Hoc habes su di. 3. §. vltimo. in c. si quis autem. H.
e Tibi nihil prodesse.] C. de proba. ad probationem.
f Non tibi darem.] sup. 95 dist. illud. argum Hug.

IDcirco.] CASVS. Dr hic, ꝙ qui verã pœnitentiam non agunt, & ex toto corde, prohibendi sunt à spe communionis & pacis: quia tales compellit ad pœnitẽtiam necessitatis articulus. & nõ delictũ. Nul-

C. V.

IDcirco frater charissime, pęnitentiam non agentes, nec dolorem delictorũ suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis, & pacis; si in infirmitate, atque in periculo cęperint deprecari: quia rogare illos non delict. pęnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.

In lib. de uera & falsa pęnitentia.

Item Augustinus in libro de pęnitentia, c. 17.

C. VI.

NVllus expectet.] CASVS. Dicit Au. quòd nullus debet expectare vt agat pœnitentiam in morte. Nec debet ex eo sumere auctoritatem, quod pœnitentiã lattonis Christus in eius fine suscepit: quia ille nõ solũ pęnituit, sed etiam baptismũ recepit: vnde non est mirum, si statim volauit ad patriam sicut est de quolibet qui in suo fine baptizat: secus est de eo qui pœnitet sine baptismo. Supponit etiã, quod quilibet in morte sua non tantum debet timere pęnam, sed etiam sperare gloriam.

QVOD QVONIAM VIX. CASVS. Dicit H. quod hęc sunt verba Aug. vsque ibi, [Dixit conuersum.] Vel põt dici, quod omnia sunt verba Aug. vsque ad finem, & loquitur Aug. de se in tertia persona, vt dicit H. & casus facilis est, & eum per te videbis: quia multa repetit, quæ superius dixit.

NVllus expectet, quando iam non possit peccare. Arbitrii. n. quærat libertatem, vt dolere † possit commissa, non necessitatem. Qui prius itaq; à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea non libere, sed quasi ex necessitate condemnet. Licet. n. latro veniam meruisset in fine de omni suo crimine, non tamen dedit baptizatis peccãdi, & perseuerandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est, qui tũc primum in cruce Christum confessus est. Pœnitentia enim si in extremo hiatu vitæ aduenerit, sanat & liberat in ablutione baptismi, ita quòd nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizãtur: sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ sunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui cum potuerunt, nunquam conuerti uoluerunt, confitentes, cum iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt quod volunt. Oportet enim, vt pœnitentia fructificet ad hoc, ut mortuo uitam impetret. Scriptum est enim sine charitate neminem saluum esse. Non itaque in solo timore uiuit homo. Quem ergo sero pęnitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed & iustum diligere: nõ timeatur pro pęna, sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni eius prædicta uarietate.

sent. ibidem.
† al. dolere.
Luc. 23.
1. Cor. 13.

¶ Quod quoniam [a] uix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare. Credo quidem illi, qui dixit: [Quacumq; hora peccator ingemuerit, & cõuersus fuerit, vita uiuet.] Dixit conuersum, non tantum uersum, uita uiuere. Versum quidem puto, qui dolet de crimine: conuersum, qui dolet de omni † eius, quam exposuimus, uarietate. Vertitur a peccato, qui iam uult dimittere peccatum: conuertitur qui iam totus, & omnino uertitur, qui iam non tantum pœnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ conuersio, si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam uix, uel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pęnitente sero. Quẽ enim morbus urget, & pęna terret, ad ueram uix ueniret satisfactionẽ; maxime, cũ filii, quo illicite dilexerit, sint pręsentes, uxor, & mundus ad se uocent. Multos enim solet serotina pęnitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potẽs est, semper etiam potest in morte iuuare quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifera pęnitentia, inspirare eam potest, quandocunque uult sua misericordia, & remunerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentię remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat. Si quis est igitur, qui ueram tunc quęrat pœnitentiam; expectet Dei clementiam; maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam sic conuersus euadat, uita uiuat, & non moriatur; non tamen promittimus, quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud sęculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis, etsi ęternus non sit, miro tamen modo est grauis. Excellit enim omnem pœnam, quam unquã passus est aliquis in hac uita. Nunquã in carne tanta inuenta est pęna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt † supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, ut post mortẽ nõ oporteat talẽ pęnã tolerare. Quędã. n. peccata sunt mortalia, & in pęnitentia fiunt uitalia †, non tñ statim sanata. Sępe enim quidam ęgri morerentur, nisi medicarentur: non tamen statim sanantur: languet uicturus, qui prius erat moriturus. Qui autem impęnitens moritur, oĩno moritur, & ęternaliter cru-

su. si quis autem.
Ezech. 33.
† animi.) orig.
† al. sæpe sustinuerunt.
† venalia) orig.


Vod autem.] Hęc q. diuiditur in quatuor partes. [In quarum prima probat magister superficialiter, ꝙ tempore festiuo vel ieiunii nullus debet vxorē suam cognoscere, quod est consilium. Secunda ibi, [Cum propria.] quia quocunque tempore exactus, semper tenetur debitum reddere, 27.q.2.si tu.& inf.prox.q.c.1.& ponit aliā satis affinem, an liceat tempore orationis vacare coniugali operi in exigendo, & super hoc notat diuersas opiniones, nam quidam 1 inhærentes isti c. dicunt, ꝙ tempore orationis non debet quis cognoscere uxorem suam. Alii vero intelligunt ea de consilio, tu mediam viā teneas [maior.n.mediis gratia reb.inest,] Dic ergo ꝙ quādoque est præceptum non cognoscere eam, quandoque consilium. Præceptum est, quod in his dieb. non cognoscat eam cā saturandæ libidinis, nā cum alias peccat venialiter, maxime tamen causa incontinētię, ſm nos, si eā cognoscat in his diebus peccat mortaliter. Consilium vero est, vbi vult cognoscere eam cā sobolis, vel vitandæ fornicationis, hæc omnia intelligas in exigente, nā ut præmisi, semper exactus tenetur reddere debitum, licet exigens hoc tēpore peccet, arg inf. eo.q.5.noluit. dicunt tñ quidam, ꝙ si ei constaret, ꝙ uxor peteret debitum causa libidinis explendę, nō ei reddet.

Operi coniugali an liceat tempore orationis vacare.

1 Vt B.& Isido.

Ter- ‡ al. moritur, uel finitur. † al. peccandi. torquetur) orig.

ciabitur. Qui enim impœnitens finitur, † si semper uiueret, semper peccaret. At Dei est miserentis, quod operatur finem peccantis, † ob hoc etiam sine fine torquebitur, † quia nunquam ditabitur uirtute, semper plenus iniquitate, semper sine charitate, torquebitur sine fine.

a ¶Quoniam uix licet.) *Sic est emendatum ex editione Plantiniana. Nam antea legebatur,* Quod quamuis licet de eos salute Augustinus, &c. *Neque accusare, sed interpretari uoluit Augustinum hic auctor, sine dubio ipsius sectator. Multa uero alia in hic capite partim ex uetustis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali sunt emendata.*

In uigilia Paschæ de esu agni.

QVAESTIO IV.


Vod autem [a] orationis tempore coniugali operi uacare non liceat, Beatus Hieronymus in quodam sermone scribit, quod scribit, ita dicens.

¶Tempore quo vxori debitum redditur, a carnibus agni abstinere oportet. C. I.

Sent.4.d.32. Iuo par.8.c.87.

SCiatis fratres charissimi, quoniam quicūque uxori debitum reddit, uacare nō potest orationi, nec de carnib. agni comedere debet. *Item paulo post.* ¶Si panes propositionis non poterant ab iis, qui uxores suas tetigerant, comedi, quanto magis panis ille, qui de cœlo descendit, [b] non potest [c] ab his, qui coniugalib. paulo ante hæsere complexibus, [d] uiolari, atque contingi? non quo nuptias condemnemus (hoc enim dicimus,) sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus. [e]

¶*Prior pars huius capitis usque ad uer.* Item, *de industria uidetur in summam collecta, reliqua autem ex originali est emendata & aucta.*

Item Augustinus sermone 2. de tempore, [idest, de 2. Dominica Aduentus.]

Maritus exactus semper tenetur reddere debitū.

SCiatis.] CASVS. Ostenditur in hoc ca. quod continētia præcedente dēt quis accedere ad Eucharistiam, & hoc probat Hier. argumentando de pane propositionis ad panem, qui de cœlo descendit. non ꝙ nuptias condemnaret, sed quia eo tēpore quo manducaturi sumus agnum, est a carnalib operibus abstinendum. Sequentia cap. plana sunt vsque ibi (qui in castigatione) & intelliguntur secundum præmissam distinctionem, uel de consilio, vel cum exigitur debitum causa libidinis saturandæ.

Tertia ibi] Hinc etiam [Quarta ibi,] Hęc tutē] Ioan.de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur an tempore orationis quis valeat reddere debitum vxori, vt tempore quadragesimali, & ieiuniis statutis, & uigiliis Apostolorum, & similibus, & dicit H. ꝙ exactus semper tenetur reddere, alioquin mortaliter peccat, ut sup. 27.q.2.si tu abstines, sed vtrum possit exigere, de hoc diuersæ sunt opiniones. Nam quidam inhærentes istis, dicunt quod tēpore orationis non debet quis reddere debitum uxori. Alii intelligunt ea de consilio. Tu aūt dicas quod causa incontinentiæ, uel filiorum potest eam cognoscere, & exigere debitum, nec præcipitur ei ut abstineat, sed sub forma prohibitionis dissuadetur ei. sed ex causa saturandæ libidinis non debet exigere, quia tunc mortaliter peccat secundum H. secundum alios uenialiter. Et hoc intelligas in exigente.

a ¶ Quod autem.] Omisit magister quæstionem positam in themate tanquam nihil dubitationis habentem,

b ¶ Descendit) Qualiter descendit, habes de cons.d.2 sicut est uetus.

c ¶ Non potest.) Propter reuerentiam sacramenti. Vel intellige cum causa saturādæ libidinis committeretur ei, vel consilium est alias, cum ex necessitate tenetur reddere, ut inf. prox. c.1. quare punietur 2, cum tantum pro mortali abstinendum sit a corpore Christi inf. de cons. dist. 3. quotidie, &c. si non sunt.

d ¶ Complexibus.] Et causa libidinis explendæ secundum quosdam.

e ¶ Debeamus.] Quantum in nobis est, alter tamen peccat exigendo, sed reliquus non peccat reddendo, nam & si peccat, qui præcipit, non tamen peccat, qui obedit, 23. q.1. quid culparur, versus finem.

2 Ar 24 q 4. Nabu hodo nosor C de adul. l. Gracchus.

Quo-

¶ A coniugali concubitu in sanctorum solennitatibus est abstinendum. C. II.

Sent. 4. dist. 32.

QVotiescumq; aut dies natalis Domini, aut reliquæ festiuitates [a] adueniunt; sicut frequenter admonui, ante plures dies, non solum ab infidelium† [b] concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinete.

† *infelici*) vera lectio.

Item Ambrosius in sermone de aduentu Domini.

¶ Diebus ieiuniorum à proprijs vxoribus abstinere oportet. C. III.

FRatres [c] non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime contineatis. Nullus α omnino vxori suæ ieiunorum diebus coniungatur.

α¶ Nullus.] *In hoc sermone, qui habetur in manu scriptis in bibliotheca Vaticana, hinc vsq; ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima hæc leguntur.* Nullus omnino vxori suæ iungatur ante octauam Paschę. *In plerisque vetustis codicibus Gratiani hoc loco absunt ista uerba,* ieiuniorum diebus. *de quibus tamen B. Ambrosius loquebatur: & ideo sunt etiam in rubrica.*

Idem super epistolam primam ad Corinthios, in c. 7.

C. IIII.

Sentent ibidem. Iuo par. 8. c. 84. Pann. 6. c. 21.

SI causa procreandorum filiorum ducitur vxor: non multum tempus concessum [d] videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi, & dies processionis†[e], & ipsa ratio conceptus [f], & partus iuxta legem [g] cessari temporibus his debere demonstrant.

† *al purgationis.*

sup. dist. 5.

Idem Augustinus in libro quæstionum ueteris, & noui testamenti, quæst. 127.

Vxoris vsus certis diebus cessare iubetur. C. V.

Sent. ibidem, Iuo par. 8. c. 89.

viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere, marium, fœminarumque coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent: viri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate; tanto postea factum est damnabilius religione[a] prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines, quib. esset vtilis, atq. honestissima † [b] concordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in vna multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos, ac sic ad socialem uitã diligentius colligãdã † plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe, & socer duarũ sunt necessitudinum[c] nomina. Dum ergo hẽt[α] quis alium patrem, alium socerũ, numerosius se charitas porrigit. Vtrumque aũt vnus Adam esse cogebatur, & filijs & filiabus suis, qũ fratres, sororesque cõnubio iungebãtur. Sic & Eua vxor eius vtrique sexui filiorũ fuit & socrus, & mater; quæ † si duæ fęminæ fuissent, mater altera, & socrus altera: copiosius se socialis dilectio colligaret. *et inf.* ¶ Sed hoc, vnde fieret, tunc non erat: qñ nisi fratres & sorores ex duob. illis primis nulli hoĩes erãt. Fieri ergo debuit, qñ potuit, vt existente copia, inde ducerentur vxores, quæ non erant iam sorores: & non solum istud ut fieret, nulla necessitas esset, verum etiam, si fieret, nefas [d] esset. *& infra.* ¶ Quod humano genere crescente, & multiplicata etiam inter impios Deorum multorum, falsorũque cultore sic obseruari cernimus, vt etiam si peruersis legibus [e] permittantur fraterna[f] coniugia; melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam, & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporib. omnino licuerit; sic auersetur, quasi licere nunquam potuerit. *& infra.* ¶ Copulatio ergo maris & fęminæ, quantum attinet ad genus mortalium quoddam seminarium [ϛ] est charitatis, cęlestis vero ciuitas[g] opus habet, vt noxam generationis euadat. [h]

† *honesta*] orig.

† *al. colligendam*.

† *al. quod*

α ¶ Dũ ergo habet.] *In codicibus B. Augustini impressis, & apud Iuonem, & Pannormiã legitur.* Vt ergo alium quisque habeat patrẽ. *Sed visa est melior lectio Gratiani.* ϛ ¶ Seminarium.] *Iuo & Pannormia habẽt cętera vt Gratianus: tantum loco,* charitatis *habent,* ciuitatis. *Integer vero locus B. Augustini hic est:* Copulatio ergo maris & fęminæ, quantũ attinet ad genus mortaliũ, quoddã seminariũ est ciuitatis. Sed terrena ciuitas gñatione tantũmodo, cęlestis ãt ẽt regñratione opus hẽt, vt gñationis noxã euadat *verũ ob glosã ver.* ciuitas. *nihil est mutatũ. Alia vero multa ex ipso potissimũ originali sũt emẽdata.* *Hac itaq; cõsuetudine q̃ ab ipso exordio humanę ppagationis originem habuit, quam nulla lex contra iubendo euacuauerat, excusantur Abram, Isaac & Iacob, & ceteri, qui de propria cognatione ducebant vxores. Quamuis etiam alia causa rectissimæ rationis, qua id fa-*

Genes. 11.

b ¶ Honestissima.] hic est ar. qđ affinitas non surgat ex coitu fornicario. nam illa concordia nõ est honestissima. nam infideles sunt ipsę fornicariæ. 33 q. 4. quotiescumque. Item est ex hoc cap. arg. ꝙ si hodie vnus solus homo esset cũ sorore sua, posset eam cognoscere licite, & sobolem suscitare. nam tũc o, ad a, reuolaret. 25. di. ab exordio. & esset etiam religionis hoc facere 32. q. 4. dixit Sara. Itẽ est ar. ex hoc c. ꝙ diuersitas temporis diuersitatem factorũ inducit. 23. q. 4. si ecclesia.

c ¶ Necessitudinum.] id est, dilectionum.

d ¶ Nefas esset] Id est, execrabile haberetur post prohibitionem L.

e ¶ Legibus.] Secundum leges enim hoc pmittitur. C. de nu. l. celebrandis. & inf. e q. 3 quædam lex. r

f ¶ Fraterna.] Idest, inter duorum fratrũ filios.

g ¶ Ciuitas.] Quia nõ est opus ea quantum ad ciuitatem cęlestẽ, sed triumphantem: vbi neque nubẽt, neque nubẽtur. 31. q. 1. Deus.

h ¶ Euadat] Id est, liberetur ab originali peccato, cuius causa cõtrahitur ab ipsa generatione.

HAC ITAQVE CONSVETVDINE. CASVS. Prosequitur magister solutionem suam, & ostẽdit in hoc §. quod copula consanguinitatis olim præcepta fuit propter idololatriam fugiendam: & quæ fuit olim permissa causa mysterii, nũc est prohibita. Præmittit tamen quandam specialem causam, quare ante legẽ fuit

Frater ex sorore in casu posset prolẽ suscitare.

r Caueas tibi o canonista simplex ab eo, quod hic legitur, & not. cum textus dicat, fraterna coniugia, vt plenius videre potetis in Arch.

fuit legitima talis copula: quia adhuc non erat lex, quæ hoc prohiberet, & sic excusat patriarchas, qui duxerunt in vxores consanguineas & hoc triplici ratione, s. quia nondum erat prohibitum, & vt idololatria vitaretur, & vt in populo Dei ecclesia institueretur. sed non indigerent excusatione: quia licitum erat de iure naturali. Prima excusatio est in principio. Scda ibi. [Quamuis.] Tertia ibi, [Est autem alia.]

factæ in 1. §. & duplicem subijcit responsionem. [sed & omnia,] Hæc est prima [quamquam,] Hæc est secunda & verior q sic respondeat, [quamquam.] & aliter possit responderi scilicet, quia sicut, &c.

i ¶ Illud autem.] Hic respondet [2] tacitæ obiectioni factæ

[2 Et duplicem subijcit responsionem.]

ctum sit, possit intelligi. Cæteris idololatria fœdatis, sola familia [a] *Heber in cultu vnius Dei remansit. Vnde Abraham a Caldæis* [b] *cum fratre suo Aram in ignem, quem adorare noluit, proiectus est, vt numen suæ diuinitatis exurendo sentiret, quem venerando colere contempsit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur, & ita Deum offenderent, sicut quondam ante diluuium filij Dei* [c] *commisti filiabus hominum, ipsum ad iracundiam prouocauerant: rectissime cautum est ut Patriarchæ viri sanctissimi non nisi de propria cognatione, i. de familia fidelium sibi vxores acciperent. Hinc etiam cum filij Israel intraturi terram promissionis a Domino audirent, ne filias Chananæorum sibi in vxores acciperent, nec suas eis nuptui traderent: statim subiunxit Dominus: (ne faciant vos recedere a Deo vestro, & fornicari cum Dijs alienis.) Hinc etiam Esdras, Idumæas atque aliarum nationum mulieres, per quas filij Israel ibant ad Deos alienos, ab eis separari iussit. Est etiam alia causa quare consanguineorum coniunctiones in populo Dei primum permissæ, vel potius impetratæ fuerunt. Deus n. sic ab initio salutem humani generis dispensauit, ut primitiuam ecclesiam in illo populo institueret, qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus. Vnde de plebe iudaica primum Apostolos elegit, quos quasi fundamentum ecclesiæ instituit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum conuersi, in seipsis originem ecclesiæ perstiterunt. Deinde in cæcitate suæ perfidiæ iudaica plebe relicta, ad gentes, quæ tam fide, quam cognatione carnis a Christo* [d] *erant alienæ, prædicatio Euangelica translata est: & quasi consanguineæ copulam Christus aspernatus, de aliena cognatione sibi uxorem elegit, adimplens illud, quod per prophetam promiserat: (In peccatis* [e] *uestris dimisi matrem uestram,* [f] *quasi adulteram & repudiatam.* [g]*) Et item per alium prophetam;* [h] *(uocabo non plebem meam, plebem meã.) In huius ergo rei sacramentum consanguineorum coniunctiones primum in Dei populo permissæ sunt: nunc autem prohibitæ. Et quia non in vna familia tantum sed in omni multitudine gentium populus fidelium inuenitur; non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuique uxorẽ ducere conceditur. ¶ Illud autem,* [i] *quod præcepta legis seruanda dicuntur, quæ nec Euangelicis, nec Apostolicis institutis euacuata probantur, uerum quidem est; sed cum omnia figuralia Apostolus probet ad tempus esse data atque ideo ueniente ueritate affirmet illa non ultra esse seruanda, hoc autem, ut supra monstratum est, causa sacramenti a Deo institutum esse probetur; & hoc cum cæteris figuralibus euacuatum certissime constat; quamquam,*

Genes. 6.
Deuter. 7.
1. Esdra 10.
Esaia. 50.
Osea 4.
Osea 2.
Roma. 9.
Gal. 5.

Hebræi Vnde dicũtur.

a ¶ Familia Heber.] A quo descendit Abraham. Vnde & Hebræi dicti sunt, sm Iosephum sm Augustinũ dñr Hebrei quasi Abrahæi ab Abraham.

Chaldæi ignẽ pro Deo colebant.

b ¶ A Caldæis.] Hi ignem pro Deo colebant: quia sicut dicitur Deus esse vbique, ita ignis in omni loco eũ in lapidibus inuenitur, iõ Deum dicebant ignem: vnde dixit: ego sum, qui eduxi vos de Hur Chaldæorum. vnde Abraham compulsus est cum fratre suo adorare ignẽ; & quia noluit, in ignem proiectus est, vt numen suæ diuinitatis sentiret sed quia nõ dubitauit, quod Deus nõ erat ignis, ideo de igne exiuit illæsus, Aram qui dubitauit, ar., quod sit combustus.

Filij Dei & filij hominum qui dicuntur.
[1] Qui successit loco Abel.

c ¶ Filij Dei.] Filij Dei dicti sunt qui descendunt de familia Seth: [1] quia non colebant idola amore vxorum suarum: & ideo concessum fuit eis vt acciperent vxorem de tribu sua: filij Cain, quia colebant idola, dicti sunt filij hominis.

d ¶ A Christo.] Non tamen ex toto: quia omnes ex eodem parente descendimus.

e ¶ In peccatis.] Vestris, o Iudæi.

f ¶ Matrem vestrã.] i dest, synagogam.

Sacramẽtũ fuit inter Chrm & synagogam.

g ¶ Et repudiatam.] est arg. hic, qđ sicut p auctoritatem Domini separatum fuit sacramentũ q đ fuit inter Christum & synagogã: ita hodie auctoritate Dñi posset mri monium separari.

h ¶ Prophetam.] Scilicet Oseæ 4. c. vnde expone, idest per aliam prophetiam eiusdem Oseæ.

ILLVD AVTEM. CASVS. Hic respondet obiectioni factæ in 1. §. nam videtur esse præceptum, quod accederet ad personas non prohibitas: sicut ad fratris vxorem. 8. q. 1. olim.

a ¶ Con-

a ¶ Consulendo.] Sicut de consilio nubendi, & de non dimittenda infideli. 28 q. 1. sic enim.

Quia ergo.] CASVS Hic doctores sine arte docentes multa scripserunt de consanguinitate & affinitate, de quibus commodius dicetur, infra ead. quæst. 5. & sufficit si hic soluantur secunda quæstio & tertia quæ ideo simul tractantur, quia quædam cap. promiscue loquebantur de his, vt infra ead. quæst. nullum. & cap. æqualiter, tertiæ quæstionis, quam Grat præmittit hic. & secundæ est hæc solutio, quod non debet quis cõtrahere cum consanguinea sua in linea transuersali vsque in vij. gradum. in recta autem linea supra vsque in infinitum, secundum Benedic. & H. vt infra eadem quæstione nulli. & separatur contractum, vt inf. ead. q. qui propinquã, ita dico nisi a Papa fuerit dispensatum, vt inf. ead. q. §. sed idem. & cap. quædam. §. quod scripsi & q. 5. ad sedem. Secundæ quæstionis solutio apparet ex eo quod dicitur inf. ead. q. nullũ æqualiter.

sicut Apostolus quædam consulendo [a] *addidit, quæ Euangelicis præceptis non inueniebantur definita, nec tamen ideo tanquam temeraria, vel supeflua ab alijs Apostolis sunt repudiata; sic & ecclesia post Apost. instituta quædã consilia* † *perfectionis addidit, vt patet de continentia ministrorum, de confectione mysteriorum, de celebratione officiorum, quæ nullatenus respuenda sunt sed diligenti veneratione suscipienda (consanguineorum ergo coniunctiones, quãuis Euangelicis, & Apost. præceptis non inueniantur prohibitæ, sunt tamen fugiendæ, quia ecclesiasticis institutionibus inueniuntur terminatæ.* †

† al. consilio.

† al. interminata.

QVAESTIO II. & III.

Quia ergo à consanguineorum [b] *coniunctionibus, sicut probatum est, abstinere oportet; videndum est vsque ad quem gradum a consanguineis proprijs abstinere oporteat, vel si ex cognatione propriæ vxoris aliquam duci in vxorem liceat.*

De his ita scribit Gregorius Papa in cõcilio Meldensi.

a Concilio Meldensi.] *Burchardus, Iuo, auctor Pannormiæ citant tantum ex concilio Meldensi. Magister, Gregorius, Polycarpus ita habẽt, Gregorius in decretis. Ac fieri facile potuit vt Gregorij decretũ in aliquo Meldensi conc. referretur, vnde orta sit ista Gratiani citatio.*

¶ Vsque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat vxorem. Cap. I.

Cõcor. Nicol. in cõcil. Roman. Sent. 4. dist. 41. Poly. l. 6. tit. 4. Burc. l. 7. c. 16. Iuo p. 9. c. 51. Pann. l. 7. c. 81.

† Adde affinitatem pro propinquitate hic accipi. si est in l. sancimus. C. ne pæ.

De affinitate † consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsq; ad septimam generationem obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita, vsq; ad septimum [c] gradum protẽdit hæredum successionem. Non enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

Item Calixtus Papa epi. secunda ad episcopos Galliæ.

¶ Infamia notentur, qui consanguineas ducunt vxores. Cap. II.

Poly. ibidem. Burc. l. 7. c. 1. Iuo. p. 9. c. 22.

Simile in concilio Innocentij ij.

Coniunctiones consanguineorũ fieri prohibete, quando has & diuinæ, & sæculi prohibent leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, nõ solum eijciunt, sed & maledictos appellant. Leges vero sæculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigiis inhærentes, infamiæ eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi: nec eos viros, nec accusationes eorum, quos † leges sæculi reijciunt, suscipere debemus. *& infra.* ¶ Eos autem consanguineos dicimus, quos diuinę, & Imperatorum, † ac Romanorum atq; Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæredita-

† al. quas.

† al. Imperatorum Romanorum.

b ¶ Quia ergo à consan.] Quæ dicuntur in hac quæstione, fere per totũ sunt correcta per constitutionem nouam, quæ incipit, non debet, extra de consan. & affinit. nec est opus ea legi. B.

De affinitate.] CASVS. Statutũ est vt cõsanguinitas vsque ad vij. gradum obseruetur, quia per leges hæreditas cognationis vsque ad hũc gradũ defertur.

c ¶ Ad septimum.] immo vsque ad decimum gradum defertur hæreditas, vt infra ead. q. 5. ad sedem, sed potes dicere, ꝙ minor numerus non excludit maiorẽ, non enim qui minora concessit, ꝓhibuit maiora. 27. q. 2. sunt qui dicunt, & 95. dist. illud, 50. dist. si quis diaconus. ff. de arbit. diem. §. si plures. arg cõtra. 31. q. 1. quomodo. ff. de vulg. & pup. subst. ex facto. §. item quæro. 1 Vel dic ꝙ loquitur hic de cognatis, qui de iure prætorio succedunt vsq; ad vij. gradum. vt instit de success. cogn. §. vltimo.

Numerus minor non excludit maiorem.

1 Ibi dicitur ꝙ qui decedit intra annum x. non dicitur decedere intra xiiij. Arch.

Coniunctiones.] CASVS. Cõtraxerant

rant quidam cũ consanguineis suis matrimonium: quęrebatur vtrum isti essent ad accusationem recipiendi, & vtrũ eorum filii essent legitimi? Et respõdet ꝙ nõ, quia huiusmodi matrimonia in lege & canone sunt ꝓhibita, & canon taliũ filios non appellat legitimos, & lex tales vocat infames.

DE propinquis.] CASVS. Titius & Titia consanguinei erãt, eis mortuis vxor Titii & marit⁹ Titiæ voluerunt contrahere; quæritur vtrum possint? Et respondetur, si in quinto gradu erant, possunt, sed si in quarto, non contrahant: si tamẽ cõtraxerint, non separentur; in tertio vero gradu non contrahant aliquo modo: consanguineas vero vxoris sicut proprias debet quis vitare.

SI quis cum.] CASVS. Hoc c. habetur sup proxi. quæstio. 2. circa finem causæ.

NVllum in vtroque] CASVS. Prohibetur hic, ne quis contrahat matrimonium cum sua vel vxoris suæ consanguinea vsque ad septimum gradum.

a ¶ Nullũ in vtroq.] loquitur c. istud in primo genere affinitatis.

b ¶ Vnitatem.] Ergo tantũ per carnis cõmistionem contrahitur affinitas. inf. ea. sane. quod H. dicit. 1 sed tamen prohibetur contrahere cũ aliqua consanguinea illius, propter publicæ honestatis iustitiam, vt 27 q 2. si quis vxorem. Sed contra 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. & c. si testes. §. item lege, sed ibi gener appellatur spõsus, non quod reuera sit, sed quo ad quoddam beneficium.

Affinitas tãtum per carnis commistionẽ contrahitur.

1 Arg. cõtra. sup ea. q. 1. cap. vbi de hoc in glos. hic est argu. ibi plene dixi, & ibi videas pro dicto hoc facit dictũ Apost. dicentis, Qui adhæret meretrici vnum corpus cum ea efficitur Arch.

te suscipiunt, nec repellere possunt.

Item Fabianus Papa.

¶ Affines in quinta generatione copulari possint: in quarta si fuerint inuenti, non separentur. Cap. III.

DE propinquis, qui ad affinitatem per virum, & vxorem veniunt, defuncta vxore, vel viro, in quinta generatione coniungantur: in quarta, si inuenti fuerint, non separentur. In tertia vero propinquitate non licet vxorẽ alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir coniũgatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & vxoris suæ consanguineis post mortem suæ uxoris. — Sent. 4. dist. 45. Sup. e. c. æqualiter. Poly. l. 6. tit. 4. ex iulio.

Idem.

Cap. IIII.

QVi propriam sanguinis vxorem ducunt, & separãtur, non licebit eis, quamdiu utrique uiuunt, alias vxores sibi in coniugio sociare [nisi ignorantia excusentur.] — Fortasse ista Gratiani

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶ Non prohibetur ducere uxorem, qui ignoranter incestum committit. Cap. V.

SI quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre; ille nunquam accipiat vxorem; illæ vero, si uoluerint, accipiant maritos. Si autẽ hoc scierint ipsæ fæminæ, absque maritis perpetuo maneant. — sup. 34. q. 1. & 2. si quis cum matre.

¶ *De capite hoc dictum est supra 34. q. 1. & 2.*

Item ex eodem. — Burch. l. 7. c. 14. Iuo p. 9. c. 71.

Cap. VI.

SI homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens eandem duxerit uxorem; frater eo quod fratri crimen celauerit, septem annos, a pęniteat, & post pęnitentiam nubat. Mulier autem usq; ad mortem pęniteat, & sine spe coniugij maneat.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio apud Vermerias. 5. sententia vero habetur in Triburiensi. c. 44.*

a ¶ Septem annos.] *Hæ duæ voces absunt a Burchardo, & Iuone. Apud Burchardum tamen in libro 19. c. 5. vbi sacerdos de hoc peccato interrogat pœnitentem, & consilium dat, hæc leguntur,* si fecisti, eo quod fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimas ferias pęniteas. *In Triburiensi autem,* prædura arceatur pœnitentia, & condigna castigatione.

De his vero qui ignoranter coniunguntur, cæterę auctoritates intelligendæ sunt.

Vnde Iulius Papa.

¶ Ex propinquitate sui sanguinis, uel uxoris usque in septimum gradum nullus ducat uxorem.

Cap. VII.

NVllum in utroque a sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, uel uxoris usque ad septimum generis gradum uxorem ducere, uel incesti macula copulari. † Præterea quoque illud adiecimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suæ cõiugem ducere propter carnis unitatem. b — Sent. 4. dist. 41. Burc. l. 17. c. 13. Iuo p. 9 c 49. Pann. l 7. c. 79. † al. commaculari. sup. 27. q. 2. qui desponsatam.

De

Caput hoc vsque ad vers. Præterea *Burchardus, Iuo, & Pannormia: nã magister vt Gratianus, citant ex concilio Aurelianensi, c. 10. Ac sane in 3. Aurelianensi impresso, c. 10. multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua uero huius capitis pars in Pannormia. (nam cæteri collectores non habent) ex eodem concilio refertur, sed a Gra. sup. 27. q. 2. c qui desponsatam, tribuitur Gregorio.*

Et in Arel. 3. cap. 2. in Epaunensi cap. 30. in Turonico 2. c. 22. in c [adiectis], cap. 200.

Item ex concilio Agathensi, c. 61.

¶ Incestuosi nullo sunt digni nomine coniugij.

C. VIII.

Burc. l. 7. c. 4. Iuo p. 9. c. 25. & 40.

DE incestis[a] coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus,[b] nisi cum adulterium [c] separatione sanauerint. Incestuosos † vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum [d] est. ¶ Hos enim α censemus esse: si quis relictam fratris (quæ pene prius soror extiterat) carnali coniunctione polluerit: si quis frater germanam vxorem acceperit: si quis nouercam duxerit: si quis consobrinæ [e] suæ se sociauerit: si quis relictæ, uel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ, aut priuignę suæ;[f] aut qui ex propria cõsanguinitate aliquam, aut quã consanguineus habuit concubitu [g] polluerit, aut duxerit vxorem. Quos omnes [h] & olim, & † nunc sub hac cõstitutione incestos esse nõdubitamus, & inter catechumenos [i] vsque ad legitimam satisfactionem manere, & orare[k] pręcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea, quæ sunt hactenus constituta, † [l] non dissoluamus. Sane quibus cõiunctio illicita interdicitur, habebunt β [m] ineundi melioris coniugii libertatem.

† al. incestos

† al. aq. sub hac.

† al. instituta.

α ¶ Hos enim.] *Ita est in Agathensi. In Arelatensi autem 3. c. 2. (vbi idem repetitur) & apud Iuonem hæc coniunguntur cum superioribus, & legitur,* hos esse. *In Epaunensi c. 31. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longe diuersus est. In secundo autem Turonico, cap. 22. vbi refertur caput illud concilij Epaunensis (ita scribitur:* Incestos vero, nec ullo coniugij nomine prędicandos, preter illos, quos dinumerare funestum est, hos esse censemus. *In capitularibus adiectis, cap 200. sunt nonnullæ partes capitis ex epistolis Gregorij Papæ B. Bonifacio archiepiscopo Moguntino missis.*

β ¶ Habebunt.] *Sic in Agathensi, & apud Iuonem. In Epaunensi legitur,* non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur* Epaunense, habebunt. *Sic etiam infra q. 8. c. hac salubriter. Ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur:* Sed quibus illicita cõiunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

DE incestis coniunctionibus.] CASVS. Quærebatur de his, qui per incestum contraxerunt: vtrũ sine separatione possent veniam impetrare? Et respondetur, quod nõ: & enumerantur personæ cum quib. quę contrahunt, incestuosi sunt, & cum cathecumenis vsque ad satisfactionem orare debent, non cum Christianis.

a ¶ De incestis.] sup. 3. q. 5 consanguineorũ inf. q. 8. c. ul.

b ¶ Reseruamus.] Scilicet, vt remaneat insimul,

c ¶ Cum adulterium.] Id est, fornicationem. 1 32. q. 4. nemo.

d ¶ Funestum.] i. turpe, & indecens, su. 34 dist. presbyteri.

e ¶ Consobrinæ.] Consobrini dicuntur quasi consorori-ni, hi sunt proprie duarum sororum filii 2 sobrini vocantur consobrinorum filij.

f ¶ Aut priuignę suę.] patrui: & secundum hoc exaudi de priuigna ex secundis nuptijs. Vel dic, suæ, id est, proprię.

g ¶ Concubitu.] Arg. quod affinitas contrahitur per coitum fornicariũ sicut per legitimum. vt inf. ea. nec.

h ¶ Quos omnes.] multi alii sunt, qui nõ numerantur hic.

i ¶ Et inter catechumenos.] De hac materia dicũt quidã speciale esse in incestuosis, qui non debent admitti vsq; ad Missam catechumenorũ tantum: nam dicunt eos suspensos ipso iure quantum ad hoc, sicut simoniacus quilibet suspẽsus ẽ quo ad diuina officia, 1. q. 1. qui studet, & c. quibusdam, de cons. dis. 1. episcopus nullum, abrogatum est, nam dicunt, quod Iudæus, sarracenus, hæreticus non præcisus bene possunt stare vsque ad Missam cathechumenorum, ar de cõse. dis 4. Iudæi, nec contradicit 11. q. 3. cum excommunicato & 1. q. 1 nõ liceat. nã omnia illa intelliguntur de pręcisis, id est, nominatim excõmunicatis, vel de illis, qui sequuntur hæresim iam damnatam.

K ¶ Et orare] Supra dist. 25. c 1 contra. inf. de consec. dist. 4. eos quos; contra, sed ibi grauius fuit delictum, & ideo 3. &c.

l ¶ Constituta.] Dispensando, & est arg. pro opi. Hu. quod scilicet, dispensatio est eius vt nota. 33. q. 2. in adolescentia, & c. interfectores.

l ¶ Cõstituta.] Id est, antiquos canones.

m ¶ Habebunt.] Ante incestũ de iure communi, vel post si adolescentes sunt, vel etiam senes incontinentes ex dispensatione, 33. quæst. 2. in adolescentia.

1 Glo. est simi. in l. inter liberos, §. Iulianus. alias est l. Iulianus, ff ad legem Iu. Consobrini qui sunt.

2 Sic etiam dicit Isid. in li 9 Etymo. cap. agnati.

Incestuosi quantum ad aliqua sunt ipso iure suspensi.

3 Subau. est grauius iudicatum. 34. q. 1. non asseramus.

a DE his] ¶ Vsque ad missam.] Id est, vsque ad sursum corda, vel vsque ad consecrationem corporis Christi, nam tunc cathecumeni de ecclesia expellebantur: 1 vel vsque ad Euangelium.

b ¶ Nec cibum.] Hoc fit in detestationem criminis, sicut alias aliqs toleratur ab ecclesia, non tamen ei communicatur in cibo, vt de vxore clerici, vt 33. q. 2. placuit.

N Ec eam.] CASVS. Prohibetur hic aliquis eã ducere in vxorem quam eius consanguineus habuerat, vel cũ qua fornicatus fuerat: qa cum talibus non est matrimoniũ, sed incestus.

c ¶ Naturæ.] Respicit illud verbum, maculauerunt.

E Xtraordinaria.] CASVS. Quidã polluerat mulierem extra membrum ad hoc deputatũ, & nõ cõtraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat constare per iuramẽtum, quæsitũ est, vtrum eius consanguineus illam ducere posset: et respõdetur quod potest.

d ¶ Extraordinaria.] Id est citra, vel circa naturalia 2 & nõ intra: ita quod non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

e ¶ Vel.] Id est, etiam.

f ¶ Sępius] Quia qua ratione non impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua: secus autem esset forte si in nõ naturali mẽbro tũc impediret ꝓpter enormitatẽ criminis, 32. q. 7 adulterii, & 32. q. 2. c. hoc ipsum, §. hoc autẽ.

g ¶ Maritalem.] Affectum, nam si maritalis affectus intercessisset, impediret, ar. extra de spons. iuuenis, nõ ꝓpter factũ, sed propter consensum, 27. q. 2. si quis uxorem

h ¶ sacramẽtis.] Polluẽtis & pollutæ nõ enim testificatur pro se, sed ꝓ eo qui eam ducere vult. Et mirum est ꝙ contra tam violentam præsumptionem probatio admittitur. Et ideo est contra, 32. q. 1. dixit. sed hoc fit in defectum probationum, C. de hær. l. pę. & obtinet forte hoc cum uirgo erat, & uolebat probare per aspectum corporis, 27 q. 1. nec aliqua, & quod iurat est ex superabundanti & ad cautelam, arg. 34. q. 2. in lectum. Item auditur hic criminosus testis, & turpitudinem suam allegans, immo non est testis, sed interrogatur de facto suo, 4. q. 3. c. si testes. §. item serui.

i ¶ impedire] Talis pollutio non dẽt impedire eũ, quin possit ducere consanguineã illius: qa nec fecit sanguinis mistionẽ: nec carnis vnitatem. Sed quid si aliquis reserasset illas seras, & nõdũ ꝓcessit ad cõsummationẽ operis: nunquid talis commistio carnis impedit matrimonium cũ cõsanguineis illius? Dic ꝙ nõ, quia nec est ibi sanguinis cõmistio, nec carnis unitas, sup ea. nullum, &c.

E T hoc.] CASVS. Statuitur hic, ne derelictis consan-

1 Huic c. videtur cõtra inf. de cons. dist. 1. episcopus nullũ. Sed dic ut ibi no. sup. c. prox.

2 Id est, circa membrũ ad hoc a natura concessum. Hug.

Probatio admittitur cõtra violentam præsumptionem.

¶ Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicentur. C. IX.

DE his qui incest † pollutione se maculant, placuit, vt quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsque ad missam [a] tantum cathecumenorũ in ecclesia admittantur, cũ quibus etiã nec cibũ [b] sumere vlli † Christianorũ, sicut Apostolus iussit, licebit. †

Burc. l. 7. c. 3. Iuo p. 8. c. 29. † al. incestu. † al. vllum † al. oportet.

Item Greg. Papa ad Fœlicem Messanæ ciuitatis episcopum, libro 12. epi. 31.

¶ Nullus ducat in vxorem a consanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam. C. X.

NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profecto licet Christianorum, aut licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. Incestuosos vero, nullo coniugij nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Iuo p. 9. c. 26. sup. c. de incestis.

† Ex isto text. intero ... affinitas per illicitã copulam contrahitur. no. in l. non facile, §. sciendum, & §. affines. ff. de gra. cogna.

Naturæ[c] videlicet ordine, si vero extraordinarie, non sic.

Ait enim Vrbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano[α] episcopo.

α ¶ Gratianopolitano.] *Antea legebatur.* Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo. *Emendatum est ex Polycarpo, & huius Hugonis mentio est apud Segebertum anno 184. & apud Trittemium in Guidone S. Chartusiæ abbate.*

¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

EXtraordinaria[d] pollutio non nisi[β] in naturalibus admissa, vel [e] sæpius[f] reiterata † citra maritalem[g] affectum[γ] si præbitis sacramentis[h] ita esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est litteris, non videtur matrimonium impedire, [i] quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis.

Poly. l. 6. tit. 10. † al. repetita.

β Non nisi.] *In Polycarpo est,* nisi in naturalibus admissa.

γ ¶ Affectum.] *In eodem legitur effectum.*

Item Iulius Papa.

¶ Nullus ducat in coniugem relictã cõsanguineorũ vxoris suæ[δ] vsque in tertiam generationem. C. XII.

Affinitas nõ nascitur sine carnis cõmistione.

δ ¶ Vxoris suę.] *Sic emendatum est ex vetustis. Nam in vulgatis erat,* suorum.

ET hoc quoque statutũ est, vt relictã patris vxoris suę

relictam fratris uxoris suæ, relictam filii uxoris suæ nemo sibi in matrimonium sumat, relictam consanguineorum vxoris suæ, vsque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat, in quartam autem, & in quintam, si inuenti fuerint, non separentur.

Idem.

¶A consanguineis propriis, uel uxoris pariter cuique est abstinendum. C. XIII.

Sup.ead. de propinquis. Sent.4.d.51. Poly.l.6.tit.4. Burch.l.7.c.7. Iuo p.9.c.48.

AEqualiter uir coniungatur consanguineis propriis, & consanguineis uxoris suæ.

Item Isidorus ex concilio Maciensi.

¶*In Pannormia citatur, ut hic. Hugo autem*, ex concilio Maticensi, *Burchardus*, Matiscensi, Iuo Manticeno, *nulla Isidori mentione facta. In Polycarpo coniuncte ponitur cum* [c] *coniunctiones. sup. eadem, quod quidem est* Calixti. *Extat autem in concilio Cabilonensi 2.c.29. & in Vuormaciensi est secunda pars canonis 78.*

sanguineorum uxoris vsque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto vel quinto gradu ducta non separetur. Cap. æqualiter. patet.

SAne consanguinitas] CASVS. Sicut mulier det consanguineos proprii viri vitare, ita & uir consanguineas uxoris suæ, cum enim vna caro sint, utraque parentela est illis communis.

PRogeniem suā.] CASVS. Cōsanguineam suam vsque ad septimū gradum debet quis vitare, & quādiu cognoscunt se esse affines. In

¶In parentela propria, & coniugis eadem consanguinitas est obseruanda. Cap. XIV.

Hugo de S. Vict. de sacra.l.2.p.11. Sent.ibid. Burc.l.7.c.8. Iuo p.9.c.44. Pann.l.7.c.69.

SAne consanguinitas, quæ in proprio uiro obseruanda est, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne una, communis illis utraque † parentela censenda est, sicut scriptum est, (erunt duo in carne una.)

† *al. utrinque.*

Gen.2.

Item Aug.lib.22.contra Faustum, c.61.

¶Nurus non est aliter deputanda, quam filia. Cap. XV.

In regesto B. Greg.l. 12. ep.31, ad Fælicem.

SI vir & uxor non iam duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quam filia.

Item *Gregorius Papa episcopis Galliæ.*

¶*Burchardus & citat & refert ut* Gratianus. Hugo, *auctor* Polycarpi, *& Magister citant absolute* Gregorium. *Anselmus, & Iuo ex epistola B.* Gregorij *ad* Fœlicem. *In Pannormia est coniuncta utraque inscriptio, hoc modo*, Ex epistola Gregorij episcopis Galliæ missa, epist.31.lib.12. *Extat uero caput hoc in c.lib.6.c.80. & in adiectis est prior pars cap.200. quod in indice tribuitur Greg. Papæ epistolis B. Bonifacio archiepiscopo Moguntiæ missis. Ac sane in ultima* Greg. II. *epist. tomis conciliorum inserta legitur prior pars vsque ad ver.* Generationem.

¶Vsque ad septimam generationem progeniem suam vnumquemque seruare oportet. Cap. XVI.

Hugo ibidem. Sent.4. di.40. Poly.l.6.tit.4. Ans.l.10.c.40. Burc.l.7.c.11. Iuo p.9.c.79.

PRogeniem suam vnumquemque α vsque ad septimam decernimus obseruare generationem, & quamdiu se agnoscāt affinitate propinquos, ad cōiugalem copulam accedere denegamus; Quod si fecerint, separentur.

α ¶ Vnumquemque.) *Apud* B. Gregorium, *Anselmum, & Iuonē hoc loco sunt hæc interiecta*, de his qui fideliter edocti sunt, & iā firma radice plātati stāt incōuulsi.

β ¶ Quod si fecerint, separentur.) *Hæc non habentur, nisi apud* Burchardū. *Apud* B. Gregorium, *Anselmum, & Iuonem sequuntur coniuncte cum superioribus verba capitis, nec eam supra ead.*

Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ ecclesiæ suffraganeis.

¶De eodem. Cap. XVII.

Habetur in synodo episcoporum 113. in basilica Constantiniana, c. 11. & 12. Sent. ibidem.

DE consanguinitate sua uxorem nullus ducat vsque post generationem septimam, uel quousque parentela cognosci poterit. Laicus uero vxorem simul & concubinam habens non communicet ecclesiæ.

Item ex concilio Vuormaciensi, c.32.

IN copul. tione.] CASVS. Consanguinitatis gradus hic nō definit, sed quousque agnoscuntur, obseruari iubentur.
NVlli ex propinquitate.] CASVS. Cum cōsanguinea nō debet quis cōtrahere vsque ad septimū gradum: nec fine benedictione sacerdotis.
QVædā lex.] CASVS. Petebat August. vt permitteretur Anglicis contrahere matrimoniū secundum ius humanum. Et respondet Greg. q lex humana permittit cōmisceri filios fratrū & sororum, sed non solet ex talibus proles bona prouenire: & ideo Christiani non debent in quarto vel quinto gradu propinquis coniungi.
QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Fœlix Gregoriū Anglicis scripsisse, vt liceret eis in quarto gradu contrahere, & quæsiuit vtrum hoc esset ius generale? Et respondet Greg. se illis hoc spec. aliter cōcessisse quādiu iuxta Apostolum essent in fide noui: qui de neophytis ait: Lac dedi vobis potum, non escam.
Porro

¶ Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur: sibi inuicem non copulentur. Cap. XVIII.

IN copulatione fidelium, generationis numerum nō definimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione vxorem accipere, vsque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur. Burc. l. 7. c. 2. Iuo. p. 9. c. 39. Pann. l. 7. c. 76.

Item ex concilio Lugdunensi.

¶ Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum nullus ducat vxorem. Cap. XIX. Cap. l. 6. c. 128.

NVlli ex propinquitate sui sanguinis, vsq; ad septimū gradum vxores ducant: neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupturi erunt; à sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant. Sent. ibidem. Burc. l. 7. c. 13. Iuo p. 9. c. 48. Pann. l. 7. c. 78.

¶ *Cæteri etiam collectores citant ex Lugdunensi. In nonnullis Gratiani codicibus est*, ex Lugdensi. B. *Bonifacius in epistila ad Zachariam Papam mentionem facit synodi Lugdunensis habita à discipulis B. Gregorij in qua de incestis actum fuerat. Simile habetur in cap l. 6. cap. 128. In concilio etiam Rhemensi Trosteiano cap. 8. inter alia multa leguntur hæc* Et alibi canonibus præceptum, vt nemo usque ad affinitatis lineam & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissis auctoritatibus quisque prohibetur a coniunctione cōsanguineorum vsque ad septimam generationē.
Sed obijcitur illud Gregorij ad Augustinum Anglorum episcopum, c. 6. Ioan. Diaconus in vita B. Gregorii. l. 2. c. 37. & 38. Beda l. 1. hist. c. 27.

¶ Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. Cap. XX.

QVædam lex terrena in Romana repu. permittit, vt siue fratris & sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succedere, & sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt in quarta, *a* vel quinta generatione fideliū licenter sibi coniungantur. Sed idem humillimus pater Gregorius post multum temporis a Felice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino cripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cætera talem responsionem reddidit. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo, de sanguinis coniunctione, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono, quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter, & non generaliter cæteris me certissime scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, idest vsque ad septimam generationē iungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissime eos prius illicita docere, † & verbis ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait: (Lac dedi vobis potum, non escam,] ista illis modo, non posteris, vt præfixum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur: sed aliquantulum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur.

Hugo de S. Vit. l. 1. p. 1. c. 16. Sent. 4. dist. 40. Iuo p. 9. c. 6. 55. & 56 Burc. l. 7. c. 19. & 20. Pann. l. 7. c. 56. & 71. Ansl. l. 10. c. 31. Poly. l. 6. tit. 4.

lib. 12. epist. 32.

† *al. docere vitari.*

1. Cor. 3.

¶*Verba huius capitis usque ad uers.* Sed idem.*sunt apud Beatum Gregorium. Verum simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum in uita Beati Gregorij lib.2.c.38.al 37.* Hugo, Burchardus, Iuo, *& Pannormia citant,* ex epistola Ioannis Constantinopolitani episcopi ad Fœlicem episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem* Beati Gregorij *verba in duabus epistolis Alexandri* II. *una, quæ refertur ab Iuone par.9.c.6 & in Pannormia l.7.c.55 & 56. altera, quæ refertur inf. quæst.5.c. ad sedem. Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B. Gregorio & Ioanne Diacono.*

a¶In quarta.] *Apud* B. Gregorium *nec multo secus apud* Ioannem Diaconum *esse*, necesse est, ut iã tertia uel quarta generatio fidelium licenter sibi iũgi debeat. Nam secũda, quam diximus, a se omnino debet abstinere *& hoc modo recitatur in epistola* Alexandri, *inf. q.5.c. ad sedem §. hanc computationem. In altera tamen eiusdem Alexandri epistola, quæ proxima superiore notatione est indicata, legitur,* iam quarta, uel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit.*

[*Item obijcitur illud Cabilonensis concilij.*

¶ In quinta, uel sexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

Hug. ibidẽ. Sẽt. ibi. Bur. l17. c18. Iuo p.9.c.54. Pann. l.7.c.70.

CОntradicimus, ut in quarta, uel in quinta, sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictũ factum fuerit inuentum, separetur.

¶ *Ex Cabilonensi citant cæteri etiam collectores, &* Hugo. *Extat lib.5. capitular. cap.99. Exceptis autem verbis illis,* vel quinta, sextaque. *reliqua fere eadẽ leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap.54. & altero Moguntino sub Rabano, cap.30. & in Vuormaciensi in priore parte canonis 78.* Nam *posterior pars est c. sane consanguinitas, supra allatum.*

Sẽt. ibidem.

Hac auctoritate, dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu, illæ uero, quæ usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant; atque ita fit, ut eædem personæ secundum hãc diuersitatẽ inueniuntur in sexto, uel septimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, uidetur esse contrarium illi decreto Iulii Papæ. Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suæ coniugium ducere propter carnis unitatem,] Similiter etiã inuenitur contrarium illi capiti Gregorii: [Nec eam, quam ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, uel personis inter se affinitate coniunctis, ut sunt uxores duorum fratrum, si contigerit unam earum alicui matrimonio copulari, post mortem eius uir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde qui nouercam alicuius in uxorem duxerit, post mortem eius uxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait: [Relictam consanguineorum uxoris suæ (non ait consanguineam uxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ) usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem [Paschalis uero Papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non vltra secundum gradum inuenitur prohibita.

fu. ea. de propinquis. — sup. c. nullũ. §. præterea. — sup. ead. nec eam. — sup. ead.]& hoc.

Porro duorum.] CASVS. Duobus cõsobrinis mortuis, quæsitum est, utrum eorum uxores uni viro nubere possent vna post alterã? & respõdetur, quod non, tum propter canonis prohibitionẽ, tum propter publicã honestatem. Mo-

Ait enim.

¶ Duorum consobrinorum coniuges uni eidemque nubere non possunt. C. XXII.

Pol. l.6. ti 4. Ans. l.10.c.34.

POrro duorum cõsobrinum coniuges quãuis diuersis temporibus, uiro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honestatis iustitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut a uiri consanguineis abstinendum est.

Illud autem Gregorii, & Iulii Papæ intelligitur de consanguinitate uiri, uel uxoris; ut post mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque a propria consanguinitate, uel cognatione suæ uxoris abstinere debeat.

MOdo.] Hic ponit quarta quæstio.

COnsanguinitas.] CASVS. Interrogatus Isidorus, quare dicit consanguinitatē in septimo gradu terminari, respōdet, cōsanguinitas in personas spargitur, donec finiatur, & vsque ad septimum gradum obseruatur, quia tot ętatibus distinguitur mundus, quot hominis status.

DE gradibus] CASVS. Hic intitulatē quinta q̄stio, hic etiam legendæ sunt arbores, & glossæ earum.

SEries.] CASVS. Sex gradus cōputat hic Isidorus, constituens filium, & filiam trūcum, & procedit vsque ad trinepotis filiū, quem dicit esse sextum gradum.

AD sedem] CASVS. Quidam gradus consanguinitatis secundum leges numerabant, & dicebant consanguinitatem terminari in sexto gradu legali: & matrimonium contrahi licitè post illū gradum. Hunc errorem congregato concilio reprobauit Papa ostendens primo diuersitatē & diuersitatis rationes inter legalem & canonicā computationem. Secūdo probat consanguinitatem protēdi ultra textū gradum legalem: & hoc per legem, per Gregorij auctoritatem, per arboris rationē, cuius rami vltra protendūtur vsq; in septimū gradum canonicū, vltra quem cognatio eius non protenditur, nec graduum nomina inueniuntur. Tertio ostendit eos, qui tantum sex gradus canonicos cōstituunt, in consanguinitate & in lenier.a nō differre a canonica septem graduum com-

QVAESTIO IIII.

MOdo quaeritur, quare usque ad sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 6.

Ex Aug. l. 15. de ciui. Dei c. 16.

¶ Quare vsque ad sextum gradum consanguinitas obseruetur. C. I.

COnsanguinitas, dum se paulatim propaginum ordinib. dirimens, vsque ad vltimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii uinculo repetit, & quodammodo reuocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generationis † gradum consanguinitas constituta est, ut sicut ex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

† al. generis.

Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 16. Vnde primo uidetur sumptum.

QVAESTIO V.

lib. 9. Etymolo, cap 5. sensus, non uerba ipsa.

DE gradibus uero consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus sic loquitur.

¶ Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis. Cap. I.

SEries consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus: illis seorsum seiunctis, ex radice illius trūci egrediūtur isti ramusculi, nepos, neptis, primus: pronepos, proneptis, secundus: abnepos, abneptis, tertius: atnepos, atneptis, quartus: trinepos, trineptis, quintus: trinepotis & trineptis filius, & filia, sextus.

Sent. 4. dist. 40. Burc l. 7. c. c. 10. Iuo p. 9. c. 46 Pann. l. 7. c. 85.

¶ *Burchardus, & Iuo, & auctor Pannormiæ, qui citant partim Isidorum, partim ex dictis Isidori, ex hoc & capite,* consanguinitas. *sup. quæst. 4 vnum caput faciunt, & habent*, Series consanguinitatis, septem gradibus.

Item Alexander Papa II. omnibus episcopis, & clericis, nec non iudicibus per Italiam constitutis.

¶ *Sic est emendatum ex* Hugone, *Anselmo, & Polycarpo, qui hanc eandem epistolam recitant. Ab Iuone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistolæ eiusdem Alexandri eodem cum hoc argumento, scripta clericis* Neapolitanis *siue vt in Pannormia, Metropolitanis. Et apud* Gratianum *erat coniuncta vtraque inscriptio, hoc modo,* Neapolitanis, clericis & omnibus episcopis, atque iudicibus per Italiam constitutis. *Ex ijsdem vero Hugone, Anselmo, & Polycarpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

¶ Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis. Cap. II.

AD sedem Apostolicam perlata est quæstio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quā quidā legum & canonum imperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones, & ecclesiasticū morē numerare nituntur, nouo & inaudito errore affirmantes,

Hugo ibidem. Poly. ibidē. Ans. l. 11. c. 92. Iuo p. 9. c. 6. Pan. l. 7. c. 55.

quod germani fratres, vel sorores inter se sint in secunda generatione, filij eorum, vel filiæ in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Talique modo progeniem computantes, & in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps viros, ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem confirmandum in argumentum assumunt sæculares leges, quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos vsque perductam peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente, hanc quæstioné discutere curauimus in synodo habita in Lateranensi cõsistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis & clericis, atq; iudicibus aduersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte inuenimus ob aliam atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum mentio facta est; nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur, vsque ad quotam generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi præscribitur, ut hæreditas propinquis modo legitimo cõferatur: hic uero, ut rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi usque ad sextam: in canonibus autem usque ad septimam distinguuntur generationem. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam; idcirco curauit sæcularis Imperator in singulis personis præfigere gradus. Quia uero nuptiæ sine duabus non ualent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Vtramque tamen computationem si attente, ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum conuenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit. Canones uero ultra septimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator: [Hactenus ostendisse sufficiat: quemadmodum gradus cognationis numerentur.

Inst. l. 3 tit. 5. & 6.

Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona semper gradum adiicit.] Ecce in his breuibus uerbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantum usque ad sextum, uerum etiam ultra numerari debere; quippe cum ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse decernat. Vbi enim ulteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus, sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmauerit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, si possunt, intendant: quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, ubi secundum leges inter agnatos, uel cognatos defertur successio; consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelæ uinculo tenerentur. Succedunt autem inter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd, si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (ut isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu: aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quòd si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu; falsidici erunt isti, qui ultra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, ut ueridicæ leges, & ueraces sint canones, dicamus hoc, quod ueritas habet, scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones septimo gradu. Vtraque enim computatio, sicut superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum sæculares leges dicuntur in secundo gradu;† iuxta canones numerãtur in primo. Filii fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo: nepotes uero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum

Isidorus l. etymo. 9. c. 5. eod. tit. 6.

† Concor. Alex. de Im. in l. si auiæ frater. in fi. C. de suc. edic.

tiendum est; vt qui secundum canones dicuntur in sexto, vel septimo; secundum leges accipiantur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione coniungi fideles debeant; ipsas sæculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: [Quædam terrena lex in Romana republ. permittit, vt siue fratris & sororis, siue duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia, vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda, quam prædiximus, omnimodo debent abstinere.] Ecce hic aperte monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et, si fratrum filij, & filiæ numerantur in secunda; fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima. Quòd si fratres computantur in prima, filij eorum in secunda; dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsque ad septimam. Sed sunt quidam qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, vt in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse: quod prudentissimus doctor sua sententia diffiniuit. Isti itaque, qui se hoc velamento defendere nituntur, aduertant in eiusdem patris sententiis, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandauerat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset: apertissime firmauit, non aliis hoc, quàm illi genti mandasse: ne bonum, quod cœperant metuendo austeriora, desererent, sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & vniuersali Ecclesiæ, censuit semper esse tenendum: vt nullam de propria consanguinitate, uel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex verbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorij, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes qui in prædictæ arboris pictura numerantur ex vna parentela consistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: ueluti non sine damno cuiusque personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum perceptio canonum, quæ iubet a propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelę discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonice, & vsualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Nec vero in hac consanguinitatis computatione, aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere; aliam, quam quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam. † Sunt enim quidam, qui non a fratribus, sed à filiis eorum, id est, patruelibus, uel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cæteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim, qui numerandi initium sumunt a filiis fratrum, non progrediuntur vltra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ætates exiliunt, & humanæ vitæ itidem sex; ita & in consanguinitate sex tantummodo autumnat computandas esse generationes; quibus finitis, nouæ coniunctionis dicunt posse fieri initium, vt quasi fugientem possit reuocare consanguinitatem. ¶ Hæc itaque computatio, quæ incipit a fratrum filiis, & numerat vsque ad sextam generationem, tantundem valet, quantum ea, quæ incipit a fratribus, & computat vsque † ad septimam. Nec vlla in sensu existit diuersitas; quamuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio, si initium numerandi sumat a fratribus, septima inuenitur: si a filiis fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos auctoritate monemus fratres, & filii, ut omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodum sancti patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ, & vniuersalis ecclesiæ per longa

Marginalia: su. ead. q. 4. & 3. c. quædam lex. — su. ead. q. 2. & 3. c. in computatione. — † al. disputandam. — su. ead. q. 2. c. consanguinitas. — † al. computat septimam.

longa tempora olim computasse monstratur. Nam, si quis peruersa, & obstinata mente a recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit, & aliter, quam nos, in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, † primum pro sua temeritate cœlesti pœna plectetur. postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulãdum. Data Romæ, &c.

† al. attentauerit.

Item Gregorius Papa.

¶ Quare consanguinitas vxoris ad uirum pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computanda. C. III.

Sen 4. d. 41. Pol. ibid.

PORro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi, & illi mea, suaque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in uno & primo gradu erimus; filius † vero eius in secundo gradu erit a me, neptis vero tertio, idque † vtrinque in cæteris agendum est successionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt, a quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

† al. filia † al. eoq. modo vtrinq;

¶ *In Polycarpo caput hoc item ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sane Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zachariæ.*

Item Zacharia Papa.

¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. Cap. IIII.

Sẽ 4. dist. 40. Pol. ibid.

PArentelæ gradus taliter computamus. si quidem ego & frater meus vna generatio sumus, primumque gradum efficimus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec a se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cęteræ successiones numerandæ sunt. Porro de affinitate quam dicitis parentelam. &c.
vt superiore capite Gregorij.

Item Alexander Papa secundus.

¶ Aequiuocatio est, cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVod autem frater, sororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam vlla causa cognationis. Vxor enim fratris fratrissa † potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores uocantur ianitrices, a quasi eandem ianuam tenentes, vel per eandem ianuam intrantes. viri soror glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

† al. fratria

¶ *In Polycarpo etiam refertur proxime post ca. ad sedẽ vt ad eundem Alexandrũ pertinere videatur. A uerbo autem, uxor, usque ad finem habentur apud Isidorum lib. 9. c. fin.*

Ex Isid. l. 9. Etym. c fin. Sent 4 dist. 41. Pol. ibid.

a ¶ Ianitrices.) *Ita etiam legebatur in lege non facile. ff de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus. lib. 2. disp. ca. 23. Quamobrem nihil mirãdum, si Isidorus, aut alius quispiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa est, εἰνατέρες.*

computatione. in fine prohibet sub anathemate, ne in quæstionibus de matrimonio quis cõputet gradus alio modo q̃ hic dicitur in hoc. c.

POrro.] CASVS. Assignatur hic ratio quare affinitas obseruetur, quia uir & uxor sunt una caro, & ideo uxoris meę cõsanguinei in eodẽ gradu sunt affines mihi & meorũ consangeineorũ vxoret sunt mihi affines, & affines vxoris meę sunt vitandi in omni gradu, vt mei consanguinei: qui aliud dicit, tanqnam Antichristus est vitantus.

PRimo gradu.] CASVS. In hoc cap. prosequitur Isidorus legalem graduum computationem vsque ad septimum gradum, ostendens in quo gradu sunt personæ.

Item Isidorus.

¶ Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium. C. VI.

† Isi. l. 9. c. 5. In sentẽtiis Iulii Pauli, lib. 4 ti. 11. de gradibus.

PRimo gradu, superiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ iunguntur.

¶ Secundo gradu continentur, superiori linea auus, auia, inferiori nepos, neptis, trãsuersa frater, soror, quæ personę duplicãtur. Auus enim & auia tam ex patre, q̃ ex matre accipiũtur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. (Istæ personę secundo gradu ideo duplices appellãtur: quia duo aui sunt, paternus, & maternus.) Item duo genera nepotum sunt, siue ex filio siue ex filia procreati. Frater & soror ex trãsuerso veniunt, (Idest aut frater a patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut auunculus nominatur,) qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

Hugo de Sã. V ct pa. x. li. 2. cap. 14. c+ Burc. l. 7. ca 28 Iuo p. 9. c. 64 Pan. l 7 c. 89.

Tertio gradu ueniunt supra proauus, proauia,

Anianus interptes Pauli.

auia:infra pronepos,proneptis.Ex obliquo fratris,sororisque filius,filia,patruus,amita,idest, patris frater & soror,auunculus,matertera,id est,frater matris & soror.

¶ Quarto gradu ueniunt supra abauus, abauia,& infra abnepos,abneptis.Ex obliquo fratris & sororis nepos, neptis,frater patruelis, soror patruelis,idest patrui filius,filia,cõsobrinus,consobrina: idest, auunculi & materteræ filius,filia:amitinus,amitina,idest,amitæ filius, filia,itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur, quibus accrescit patruus magnus, amita magna,idest,aui paterni frater & soror,auunculus magnus, matertera magna, idest, auiæ tam paternæ, quam maternæ frater & soror.

¶ Quinto gradu ueniunt,supra quidem atauus,atauia:infra atnepos,atneptis.Ex obliquo fratris & sororis pronepos,proneptis, fratris patruelis,sororis patruelis, amitini, amitinæ, consobrini,consobrinæ filius, filia,propior cõsobrinus,† propior consobrina, † idest patrui magni,amitæ magnæ,auunculi magni, materteræ filius,filia,his accrescunt propatrus,proamita.

† al. sobrinus.

†al sobrina

¶Hi sunt proaui paterni,frater & soror,proauunculus,promatertera.

¶Hi sunt proauiæ paternę,maternæque frater & soror,proauique materni.(Hæc species nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.]

Anianus interpres.

¶Sexto gradu ueniunt, supra tritauus,tritauia:infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & sororis abnepos abneptis,fratris patruelis,sororis patruelis,amitini, amitinæ, consobrini,consobrinæ nepos,neptis,patrui magni, amitæ magnæ,auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, idest propioris sobrini filius,filia,qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt,propatrui:proamitæ,proauunculi,promaterteræ filius,filia,abpatruus, abamitæ(Hi sunt abaui paterni frater & soror) abauunculus,abmatertera.

¶Hi sunt abauiæ paternæ,maternæque frater,& soror,abauique materni.

¶(Hæc quoq; explanari amplius nõ potest, quam ut auctor ipse disseruit.]

¶Septimo gradu,q sunt cognati recta linea supra,infraque propriis nominibus non appellantur,sed ex transuersa linea continentur fratris,sororisque atnepos, atneptis, consobrini filii,filiæque.

Anianus.

¶Successionis idcirco gradus septẽ constituti sunt,qui vlterius per rerũ naturam nec nomina inueniri,† nec uita succedentibus prorogari potest:(In his septem gradibus omnia ꝓpinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.


Anianus

† idem Alex. in l. filius uocari.col.3 ff. de in ius voc. & plene p Imo in le si vero §.de ui ro.ff sol.ma. & glo.in §. pen.insti.de gra.

¶*Caput hoc recitatum etiam ab* Hugone,*& collectoribus extat in libro sententiarum* Pauli,*additis non vno in loco verbis* Aniani *interpretis.* Pleraque *tamen habentur etiam apud* Isidorum *lib.9.c.5. &* ¶ Idest,aut frater.) *Hæc vsque ad verb.* Qui & ipsi.*nõ sunt loco indicato,sed tantũ apud collectores.*

De gradibus consanguinitatis, vel affinitatis,quot sint,quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Isidori,atque Gregorij,& Alexandri sufficienter monstratum est.

Non gignunt destros qui stant in parte sinistra;
Læua dat uxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arborea licet ad septimum deberet gradū protendi, cum vsque ad eum secundum decreta sit prohibitio cōiugalis, su q. 3. c. de affinitate. & extra de clan de despon. c. cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, ut dicto c. cum inhibitio. & de consan. & affini. c. non debet, ideo vsque ad quartam duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam usque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenien, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con, quod est simul, vel vnitum, & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens, & est triplex, s. graduum descendentium, ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum schalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA regula magistralis pro linea recta] Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus a Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermediis, quinque sunt personæ, deme vnam, quattuor sunt gradus, & sic de aliis.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali,) quilibet distat a stipite quarto gradu, ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exēplum pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, s. a P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA. In linea recta ascendentium, & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea ęquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio n. Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreę declarationem.



CIRCA Lecturam Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturę ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum visus fuit aperire, sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam, nota, & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compillaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo, an sit authētica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. Probatio enim ad oculum alias vinc. t. inst. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quędam melius percipiuntur, quam elocutione, extra de dona. Apostolicæ. ver. si. Hinc est, quod agrorum mensio subiicitur oculis. 16. q. 3. inter de præscrip. quia iudicante C. si reg. l. 1. Ventris inspectio: an mulier sit prægnās ff. de ven. in sp. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de proba. proposuisti. an arcta, de frig. & ma. fraternitat s, vel aliter impedita, eo. tit. ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff. de ser. l. 2. Et litteræ papales an sint ueræ vel falsæ. de crim. fal. licet. | Oculis mul ta subiiciuntur.

¶ Ad secundum dic, quod arbor authentica est, quod patet ex canonibus Isidori, & Alexandri, 35. q. 5. c. 1. 2. & vltim.

¶ Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine utile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse ualidum satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emend. iu. co. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti, vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem deciderе.

DEinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur, quid linea, quid gradus. Secundo quęritur, quomodo arbor formetur, & quare sic formetur, & quare sic punctetur, & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quædam quęstiones.

¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas quasi sanguinis unitas, a con & sanguine, q. a de communi sanguine descendit. Et quo ad probationem coniugii non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de prob. per tuas. | Consanguinitatis diffinitio.

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentiū gradus continens, & numeros distinguēs. Et est triplex linea, s. graduum descendentium, ascēdentium, & collateralium, vt inf. patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus. | Lineę diffinitio & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distātia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum, ff. de gradi. l. iuriscon. §. gradus. | Gradus descriptio.

¶ Formatur autem sic arbor. Primo fiunt de cellulas ascendentium, secundo descendentium, demum collateralium | Arboris consanguinitatis formatio.

lium. Ascende super cellulam vacuam, quæ remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere, cum aliç cellulç [exceptis his, quç per genitiuum nominantur] sumant nomen ab ipsa. Quo enim possemus illam cellulam nominare, quum dicimus filium patris, & fratrem fratris, patrem filii, & sic de singulis: & eam alii uocant Ioachim, alii Protheum, alii truncum. nos autem a nomine bidelli nostri uocemus eam Petrucium. Et scire debes, quod competenter illæ cællulæ mediæ ascendentium, & descendentium diuiderentur directe per medium, vt a latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, & a latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi a latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam uacuam est cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & unum infr. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo pũcta supra, & duo infra. Supra illam est cellula proauus, proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illa est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra, & quattuor infra Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam. & habet unum punctum supra, & unum infra Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo inf. Sub illa pronepotem & pronepotem, & tria puncta supra, & tria inf Sub illa abnepotem, & abneptem & quattuor puncta supra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes quod punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam uacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum, puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, ut detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile, & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimoniis, quæ licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentiũ concordat utrumque ius, quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adiicit.

Ius canonicum est excellentius ciuili.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos scdm vtrũque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendẽtiũ quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus a Petrucio, vtroque computato et intermediis, quinque sunt personæ, deme unam, quattuor sunt gradus. Idem dico de ipso v. ad abnepotem. quia eo modo erit reperi re quinque personas, et sic quattuor sunt gradus Si uelis scire quot distet abauus P. ab ab nepote P., inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem quod iste P. non habet totam suam computationẽ in arbore. Scias.n quod quilibet habet duos parentes, quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicãtur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Regulæ lineæ rectæ.

¶ Quæro an iter ascendentes & descendentes prohibitio copulç coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goff in sum. de consangui. & affinit. §. item quantum, quod non, per decre. non debet. eod. tit quæ generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 6 progeniem, & duobus capitulis sequent. in quibus dicitur, quod olim non solum vsque ad secundum gradum, sed etiam in quãtum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterum ascendentem, perdurat prohibitio ad idem insti. de nup. §. 1. ff. de ritu nup. l. nuptiæ & hoc verum puto.

Coniugalis prohibitio ĩ recta linea est ꝑpetua.

Regula collateralium.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrẽ & sororem, & causa breuitatis prosequendi solum partem mediam arboris ad modum vexilli, qua intellecta reliqua intelligitur: quod per se patet, dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis, & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones, in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraque punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amita: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, & habet filios patruum magnum. amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat a proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propiori sobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac ab auum stipitem cum tribus filiis. scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vii. pronepos viii. & sic debet esse utraque punctatio.

¶ Nunc videndum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineç vnam trado regulam secundum canones.

Regula canonica pro collateralib. in linea æquali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a cõi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent, hoc secundum canones Exemplum pone, quando facis abauum stipitem inter v. & pronepotem propatrui: nam q̃a illi sunt in linea æquali, qu libet distat ã stipite quarto gradu, ergo inter se quarto.

¶ Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis distat a cõi stipite: toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, quod prædicti P. & pronepos propatrui distant octo. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duç personæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris] frater est cum P. in primo gradum secundum canones, in secundo secundum leges, sed computatio eorum ob aliud fit, quam nostra. 35. q. 5. c. 2. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in æquali linea collateraliũ siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum. uide in linea paris numeri secunda, vel iiii. disparis numeri. vel iii. In prima ii. gradus, in secunda 4. in tertia 6. in quarta 8 quod non est secũdum canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum, quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

Regula ciuilis pro cõllateralibus in linea ęquali

¶ Nunc restat uidere de collateralib. in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secũdum canones Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite: toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui sunt

Regula canonica ĩ linea inæquali.

sunt in linea inæquali. computemus ergo a remotiori s. a P. sed P. distat a stipitu quarto gradu: ergo a filio, propatrui iiij. & idem in descendentibus vsque ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, ꝙ persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius, eius nepos, & proponepos omnes distant iiii. gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis i linea inæquali.


¶ Collateralium in linea inęquali quot sunt personæ [stipite dempto] tot sunt gradus. vnde P. a stipite distat iiij. a propatruo v. a filio vj. a nepote vij. a pronepote viij. & sic qualibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat n a summo, s. ab auo: ab imo, s a nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: a mediis citeriori: per quod satis patet, ꝙ cum nullo potest cōtrahere Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas: prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli. Sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.

¶ Scire debes, ꝙ communiter dicunt doctores, ꝙ ab auus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, ꝙ si non essent bigami, non possent filii eorum coniūgi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, ꝙ personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non ut eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam, ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia si unus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. Vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Hostien. ꝙ non. & hoc no. extra eod quod dilectio. & c. tua, in summa huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impu. & aliis sub. l. vlt. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis. bene facit prædicta decre, tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex gloss. quam ponit sup. eod. tit. cap. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo; & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ sup. eod. cap. vlt. dum dicit ibi: descendentium ab eodem. sed certum est, quod propatruus descendit a stipite. Præterea aut dicis, ꝙ est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium, aut collateralium, de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium: sed certum est, quod isti distant quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andreæ.

Quæstio notabilis.

Multa die',uariusque labos huiusce parauit
Artis notitiam,quæ modo clara patet.



AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS secūdum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem unitas, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff de gradibus cognationis lege. non facile. §. affines.

¶ Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35 q 10 fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam uiri, & mulieris inter consanguineos mulieris & uirum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si uis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, uide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in pri genere. Dictum est in regula, uiri & mulieris, & non viri & uxoris quia secūdum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn consan. uxoris suæ, c. discretionem. & c. pœn Inter consanguineos mulieris & uirum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos uiri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duos fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum uirum, & consanguineos uiri & ipsam mulierem. de consanguinitate & affinitate. quod super his.

REGVLA: Quotiescumque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non est uel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio, ut inter me & coniugem nepotis mei, non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.



AD ARBOREM affinitatis, & eius materiam transeamus. Et primo uidendum est quid sit affinitas, & vnde dicatur, & quo modo ipsius genera insurgant, & gradus computentur. deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio.

Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela, hoc secundum canones; sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptiis, & requiritur secundum leges, quod legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad unum finem unitas, eo quod duæ cognationes diuersæ p nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut in ead. l. §. affines.

Sed q per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ, c. discretionē, & eo. tit. c. pen. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferēdas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere, ff. de gradi. l. iurisconsultus, in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4. q. 3. §. itē in criminali. versi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est uidere secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis, vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediāte contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi no.

Affinitas, coitum nefarium cōtrahitur,

Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine, & publica honestas interdū sine affin. vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentū est publicę honestatis, & affinit. si cognosco non spōsam, hic affinitas sola est, si spōsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est uxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, q possis contrahere cum illa, non obstante quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentū publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, q possis cum tali contrahere non obstāte impedimento publicæ honestatis pro eo, q desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & non obstāte, q est tibi affinis in quarto, pro eo q dictam desponsatā carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem; illa est mihi secūdo gradu affinitatis, & primo genere, si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu, si ille aliā mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solū primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de

Affinitatis genus per quam regulam cognoscitur.

de consan. & affi. c. nō debet. hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi consanguinea con iungat sibi aliā personam carnali copula, persona iūcta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnalis copula se alteri cōmisceat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere. sed eodem gradu. Est igitur uidere de gradibus. Certum est, quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierē, si uis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, uide quoto est tibi consanguineus tuus scd'm regulas, quas tradidi in ꝓxima arbore. & quoto est tibi ille cōsāguineus toto mulier est tibi affinis ꝑ & ī primo genere.

Affinitatis gradus computatur sicut gradus consanguinitatis.

¶Nunc formemus arborē, & in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & ī prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo, quare nō exprimāt attinētiā, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic, hoc fuisse, vt detur intelligi, quod affinitas oritur ex cōsanguinitate, & quod ab vtroque sexu uirili & fæmineo affinitas cōtrahatur. Ad secundū dic, attinentiam non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatē referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulas cōtinens. In prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, ī quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secūda uxor filii fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor ꝓnepotis fatris. A latere sinistro sunt aliæ quattuor cellulæ, quarū prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis. quarta sororis ꝓneptis. Ad dorsum harū sunt aliæ quatuor, prima vir sororis olim relictus, scd'a uir filiæ sororis, tertia uir neptis sororis, quarta uir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, una a latere dextro continens, relictus relictæ fratris, a sinistris, relicta relicti sororis, quæ secundū oēs ponuntur ad decorem, & ad demōstrandum gñа affinitatis, quę hodie prohibitio nem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribit primū genus affinitatis. Itē alia linea reflexa, quæ oritur ī cellula sororis, & terminatur in cellula uxoris, in qua idem scribitur.

Arboris affinitatis formatio.

¶Circa hoc quæro, quare in cellula, uxor fratris scribitur, olim relicta, quod nō ponitur in aliis cellulis īferiorib. eiusdē lineæ. Et dic hoc factū fuisse ꝑꝑ cellulā q̄ ponit ad dorsū illius q.d. frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio uiro, illa denū mortua iste relictus a relicta fratris vult cōtrahere com sorore, nunquid potest. Olim nō poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu, hodie uero potest. Idem sit repetitū quo ad cellulam uiri sororis. *Quæstio.*

¶Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, q̄ ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralē. Per carnalem copulam uiri & mulieris inter cōsanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos uiri & mulierem cōtrahitur affinitas primi generis, & eiusdē gradus, cuius est cōsanguinitas. Quare dicatur ī regula, per carnalem copulā uiri & mulieris, & non uiri & uxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & uirū, & consanguineos viri & mulierē, iō dixi, quia inter uirum & mulierē non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis cā. Itē inter consanguineos uiri & cōsanguineos mulieris nulla est affinitas, unde duo fratres contrahunt cū duabus sororibus, pater & filius cū matre & filia. Sed est affinitas inter cōsāguineos mulieris & ipsum uirum, & consanguineos uiri & ipsam mulierē. extra de cōs. & affi. ꝗ super his. Primi generis, quare dixerim, ēt ex superiorib. patuit, & eiusdem gradus cuius est cōsanguinitas. vide hoc in arbore, nā frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic uxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in scd'o gradu consanguinitatis, maritus eius ī scd'o gradu affinitatis, & ecōuerso, & sic in reliq̄s. Vnde uir ꝓneptis sororis attinet fratri & oīb. descēdētib. q̄ sunt ī arbore quarto gradu affinitatis. & hoc iō, q̄a toto gradu cōsanguinitatis attinet ꝑdictis ipsa ꝓneptis. Qui sūt ī arbore, iō dixi, q̄a si ꝓnepos frīs hr̄et filiū, ille excederet lineā æqualitatis, & sic attinet q̄to gradu, s'm regulas traditas ī ꝓxima arbore. *Regula magistralis gradus affinitatis & genus manifesta.*

¶Post hoc notadū est, illud ꝑcise nō seq̄tur. ego & tu sumus affines, ego & tu sumus affines, ergo filius, quē ꝓcreo, est tibi affinis. Nā īterdū filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum ti *Affinitas ꝑ nosabilia declaratur.*

bi affinis, & ipse consanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdũ nec mutat genus, nec gradum Exemplũ, si ego & tu sumus affines per appositioné mei, quia .s. contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis; sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi cósanguineus, nec affinis. Si uero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo, tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed uxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis, tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, quod illud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuã in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere quia affinitas non contrahitur inter consanguineos uiri, & consanguineos mulieris, sed inter uirũ & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de consang. & affin. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto. & est simile secúdum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio inter ascendentes & descendétes est perpetua.

¶Núc quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extédatur tantum vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Goffre. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quod vsque ad quartum gradũ tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus a consanguineis vxoris, vt a propriis extra de consangui. & affi. c. 1. 35. q. 3. de propinquis &c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendétes, & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem. inst. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines ascendentes, & descendentes habentur loco parentum, & liberorum, ff. de gradi l. non facile, §. & retro. in fin. Eodem modo posset formari quæstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proximo, in fi. An autem liceat diuersis temporibus habere in uxores duas cognatas, s. vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc uide not. extra de consangui. & affinit. cap. non debet.

Consanguinei, & affines quo iure prohibétur coniungi.

¶Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum, vel affiniũ coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quod olim propter necessitatem frater necessario habuit cótrahere cum sorore, & consanguinei cum cósanguineis, vnde tunc in collateralibus nó erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filiis, & nepotib. Ad æ. hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim personæ, quas vide not. ext. de rest. spolia. litteras. & de diuor. ca. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori, quæ prohibitio postea usque ad quartum gradum est restricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & ext. de testi. c. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundu gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur 35. q. 1. §. r. c. 1. fuit enim propter charitatem ampliandá. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet, in qua uniuersi fideles, & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Rõ prohibitionis matrimonioũ inter aliquas personas de iure positiuo.


Vnc quæritur] Hæc quæstio diuiditur in septem partes, in prima quarum probatur per tria c. quod consanguinei debent cōputare parentelā ad coniungendū uel separandum matrimonium,& si defuerat parentela vicini antiquiores. Secunda ibi. [Ecce] Tertia, ibi, [Hoc iuramentum.] Quarta ibi, [Ad hoc] Quinta ibi, [Qui vero.] Sexta ibi, [Occasione.] Septima ibi,] Recepturus.] Ioan de Fant.


† al. attenuerit.

CASVS. Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis utilis est,& locum habet in causis de facto.

a ¶ Nunc quæritur.] Hæc qō sexta expeditur inf. ead c. 1.& 2.& extra qui mat. accu. pos. videtur,& extra de sen ten.& re. iudi. tenor. nam consanguinei præferūntur extraneis ea rōne, quia melius possunt scire suam consanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum,& aliis argumentis, hoc tñ quod dicitur de consanguineis in testimoniis admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur: nam si super alio ageretur, non sunt admittendi nisi cum eo temperamento quod dixi 3. quæst. 5 in princi. & hoc probatur extra de testi. super eo. Item licet soli consanguinei accusare possint matrimonium, tamen quilibet potest denunciare, ut extra de cogna. spi. tua. & licet per denunciationem non agatur nisi ad pęnitentiā, vt extra de ac. super his, tñ quia in hoc casu nō pñt pęnitere nisi separentur, dex ab officio suo eos separabit 1. ar. 24 q. 3. ecce.

Consangui-nei pręferūt extraneis qñ super matrimonio est quæstio.

QVESTIO. I.



1 ps

Vnc quæritur, a quibus accusantibus uel testificantibus consanguineorum coniūctio dirimenda sit.

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶ Consanguinei[a] tantum, vel, si progenies defecerit, antiq. & veraces propinquitatem in synodo computent. Cap. I.

Sent. 4. dist. 41. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10 c. 60. Burc. l. 7. c. 21. Iuo p 9. c. 57. Pann. l. 7 c. 84.

COnsanguineos extraneorū[b] nullus[c] accuset,[d] vel cōsanguinitatem in synodo computet,[e] sed propinqui,[f] ad quorum notitiā[g] pertinet, idest pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progrenies tota defecerit,[h] ab antiquioribus,& ueracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit,[i] episcopus canonice perquirat, & si inuēta fuerit propinquitas separentur.

[*Celestini Papæ decretum ecclesiæ Florentinæ missum.*]

PALEA Cap. II.

Extra qui matrim. accu. pos. c. uidetur.

VIdetur nobis, quod secunda, quam contra ꝓhibitionem ecclesiæ duxit, non sit uxor, etiam si primā non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum, & ordinem ecclesiæ factum est, tanquam inordinatum, ratū nō haberi tam diuinæ, quam humanæ legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit, prohibitione retinente, vxor non est, cogendus est eam recipere, quam iurauit, & desponsauit, & ex ea prolem genuit, vt iuramenti religio nō vilipendatur, & fides a diuicem promissa seruetur & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alii exinde occasionem peierādi,† & alias decipiendi assumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati utriusque sexus in testificationem suorum ad matrimonium coniungendum, uel dirimendum admittantur, tam antiqua cōsuetudine, quam legibus ap-

† al peccandi

COnsanguineos.] CASVS. Dicitur hic, quod matrimonium potius accusare debent consanguinei, quam extranei, sed vbi consanguinei desunt, extranei audiendi sunt, & si cōsanguinitas ꝓbetur, matrimonium separetur.

1 Ad hoc facit quod no sup. 2. q. 1. peccauerit. frater. in 1. glo. in fi. Archid.

b ¶ Extraneorum.] arg. ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in causa consanguinitatis, & quod propinqui cęteris personis pręferantur, si contradixerint quod est uerum, ut extra q. ma. accu. pos. videtur.

c ¶ Nullus.] Nisi deficiente parentela. ut hic in fine.

d ¶ Accuset.] Improprie secundum H. argu. C. de inoffi. testa. parentibus, ubi ponitur accusare pro agere. Et nota quod causa matrimonalis nō est criminalis, nec ciuilis, etiā ubi de crimine agitur in foro ecclesiastico, sed mista. ext. de proc. tuę.

Matrimonialis cā est mi[x]ta.

e ¶ Vel consanguinitatem in synodo cōputet, &c.] Hoc referas ad testem. Et est arg. ꝙ non pōt idem accusator esse, & testis in causa criminali, quod verum est, licet quidam consentiāt dicentes hoc speciale esse in matrimonio vt idem sit accusator & testis, sicut est speciale ꝙ non iuretur in eo de calumnia, cū sit quæstio spiritualis extra de iuramēto calum litteras. & ꝙ cōsanguinei admittuntur, & quod non omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius extra, ut lit. non contest ad hoc Deus, & quod valet testimonium de auditu infra ea. de parentela, & ꝙ post publicationem attestationum testes possunt induci extra de testi. series. & c licet.

Accusator, & testis idē esse non pōt in causa criminali.

f ¶ Propinqui.] Hic præferuntur propinqui, & in accusatione adulter. i. C. de adult l. quamuis, & in interdicto de libero homine exhibendo. ff de libe. homi. exhi l. 3 §. pen. & in accusatione de effusis & eiect. s. ff de effu. & eiect. si uero, § cum autem.

Propinqui præferuntur aliis in certis casibus.

g ¶ Notitiam] Argu quod non sit idoneus testis in hac causa, qui non habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerint.

2 Sed quādo dr̄ nota qō? dicit Vin. ex quo matrimonii cōtentio est, extra de off. de le. consultationibus Argu. 22. qu 5. hoc vr̄. Arch.

h ¶ Defecerit.] Quia non sunt uel nesciunt, uel sunt infantes.

i ¶ Nota sit.] Ante mo am quæstionem extra de cōsanguinita. & affin. ex litteris 2.

VIdetur.] Hoc c. fuit olim extra de matr. contract cō tra interdict. eccl. c. 2. sed hic est Palea.

probatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiã ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secũdum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, (pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris) in criminalibus causis, & contractibus uerum est, in matrimonio uero coniungendo, & disiungendo, ex ipsius coniugii prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur.†

¶Hæc Palea deest in plerisque uetustis exemplaribus. Habetur extra qui matrimonium accus. poss. c. 1. ex Clem. III. alias Calestino Flor. episcopo, alias ecclesia Florentina, ind. que & ex aliquot manuscriptis est emendata, uerbis aliquot & additis, & sublatis.

Item Urbanus Papa Richardo† Genuensi episcopo.

¶Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. Cap. III.

NOtificamus tibi, vt postquã tres, aut duo ex propinquioribus iam defunctæ [a] uxoris, eius, qui accusatur, vel viuæ hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquiorib. Genuensibus, quib. hæc propinquitas nota est, qui bonę famę, [b] & veracis testimonii sint, remoto amore, timore, pretio, & omnino malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmauerint, sine omni mora coniugia dissoluantur. Quod si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatẽ testantur, & iuramento probare vel noluerint, uel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur, sed competẽs eis [c] pœnitentia propter infamiam, uel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Urbani Papæ habito in Apulia.

¶Suę confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat. Cap. IV.

SI duo, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsimet forte confessi [e] fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, vtrum se (sicut est fama [f]) consanguineos recognoscãt: si negauerint sibiipsis relinquendi sunt: ita tamen, ut si aliud conscien

NOtificamus.] CASVS Quidam mortua uxore sua duxit aliam, quæ dicebat primæ consanguinea fuisse, dicitur hic quod si duo, uel tres de consanguineis uiri, vel mortuæ uxoris, vel alii testes idonei dixerint iurati consanguinitatem, separentur. si uero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc nõ fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

a ¶ Defunctę] Mortua enim erat uxor eius, cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, uel affinem

b ¶ Bonæ famæ] arg. quod debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, ut extra de testib. in litteris, & extra eod. tit. licet. Sed quid si criminosus seruus, uel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines similis conditionis? Vr, q sic. 2. q. 7. si hæreticus C. de inoffi. testa. in arenam Dico quod nõ, sicut nec dico alias criminosos testes cõtra criminosum admittẽdos, nec. n. hẽt ibi locũ replicatio, ext. de exce. a nobis.

c ¶ Eis.] i. accusatoribus. Testes n. non puniuntur antequã dixerint testimoniũ. argu. C de testi nullum. est tamen argu. hic pro H quod idẽ possit esse accusator & testis in huiusmodi causa. [1]

d ¶ Contraxerint.] Sed forte non bono zelo diffamauerunt matrimoniũ, ut C. de adulte. quamuis, in fine.

SI duo.] CASVS. Quidam cõtraxerunt, & erat fama contra eos esse consanguineos, dr, q si hoc cõstiterit testiũ approbatione, vel eorum confessione, separẽtur, si neutrũ erit, ab episcopo adiurentur, & si negauerint, sibi sunt relinquendi, sc ẽtes, quod si aliud habẽt in conscientia, in mortali peccato sunt vsque ad separationem.

e ¶ Confessi.] Si tamen eos consanguineos fama publica nunciet, quę habetur pro uno teste, idem est si unus confitetur Baz.

f ¶ Sicut est fama.] Nam sine fama nõ sufficeret eorum confessio, ut extra de eo, qui cog. consan. uxo. suæ, super eo licet H. dicat sufficere si uterque iuret septima manu 33. q. 1. requisisti, sed cõtra eum est extra de eo, qui cog. consang. uxo. suę, super eo. vbi dicitur, quod rumor, &c. Sed dici põt, q aliud est ubi se consanguineos dicũt ut vt hic, aliud vbi turpitudinem allegant, vt ibi, quia nec tunc familiares testes admittuntur, ut extra de testi. in litteris. vel facias vim in eo quod dicit, rumor, &c. quia aliud est, quam fama. 2. Item si adest præsumptio uiolenta cum fama, sufficit, vt ext. de testi. præterea.

a ¶ Ali.

Matrimonium serui, an possit ad testimonia seruorũ dissolui.

1 Nõ est falsum sm id, quod no 4. q. 4. c. 1. in gl. ibi, sed not. su. ea. in sũ. idem quod dicitur hic. Arch.

Consanguinitas nõ probatur p coniuges, nisi fama concurrat.

ff de testib. l. testis idoneus.

† al. admittũtur.

† al. Cyriaco.

Sent. 4 d. 41. Iuo p. 9 c. 33. Pann. l. 7. c. 31.

In codice peruetusto ex Eugenio ij.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 33.

2 Rumor est quando aliqui parui ciuitatis unum dicit. fama est cũ tota ciuitas dicit siue clamat, secundum Host.

a ¶ A liminibus segregatos, &c.] Sed dic segregatos quo ad sacramenta, sicut quilibet in mortali peccato existens, 1.q.1.sacerdotes.
b ¶ Atque infames] Infamia canonica, quæ deletur per penitentiam, 6.q.1.infames.
c ¶ Do-

per illud se non obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nuncient episcopo, quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nunciauerint episcopo, si voluerit quod separentur, oportet quod iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes in cap. de parentela in quo plus est, quia debent addere de credulitate, sed testes synodales non iurant nisi de auditu. Nec contradicit extra de test. quoties, ubi dicit qd de scientia debent iurare, nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. ab isto. ponitur sacramentum eorum, qui separantur propter cōsanguinitatem.

Testes synodales quid iurant.

tia habeant, se a liminibus [a] ecclesiæ, a corpore, & sanguine Domini, a fidelium communione nouerint segregatos atque infames [b] effectos, donec [c] ab incesti facinore desinat. Si se episcoporum iudicio segregauerint, si iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [d]

2 *Ecce quibus accusantibus, [e] vel testificātibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimēde. Cuiusmodi vero iuramentum ab accusatore, [f] sit exigēdum, ex Romano ordine [a] habetur. Est autem huiusmodi.*

a ¶ Ordine.) *Cæteri collectores citant non ex ordine sed, ex cōcilio Romano sub Gregorio 3. Ex quibus collectoribus, & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitibus.*

¶ Iuramentum accusatoris. C. V.

Poly.l.6.tit.6. Ans.l.10.c.74. Burc.l.7.c.25. Iuo p.6.c.61. Pann.l.7.c.66.

j DE parentela illa, quam dicūt esse inter illū N. & illā eius coniugem N. quidquid inde scis, & audisti [g] a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquioribus, quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per † præmium, aut per † cōsanguinitatem celabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere [h] iusserit, quandocumque [i] te ex hoc interrogauerit, Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ.

† al. propter † al. ibid.

¶ Iuramentum testium. C. VI.

Burc.l.7.c.26. Iuo p.9.c.29. Pan.l.7.c.87. † al. istud

ILlud † sacramentum, [k] quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obseruabis, inquātum sapis, aut audisti. Sic te Deus adiuuet.

3 *Hoc iuramentum non est separationis, [l] sed synodale, institutum ab Euthyciano Papa.*

Ait enim.

f ¶ Ab accusatore.] Hoc falsum est secundum quosdā, immo a [illegible] tibus.

DE parentela) CASVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent testimonium ferre.

g ¶ Audisti.] Ante motam quæstionē extra de consan. & affin. ex litteris. ideo autē hic admittit testimoniū de auditu, 1. quia difficile est q aliqs sciat quosque consanguinitas protēditur, ff de gra. cog. nō facile. circa princ. licet hoc sit correctum per illud extr. de testi licet, & nota, q secundum q G. inducit hocc. habes qd accusator debet iurare de ueritate dicenda, licet non de calūnia, & est argumē. ad idem extra de despon impu atte

1 Adde alios casus in q. b. admittitur, not. do. in l. si arbiter. ff. de prob.

c ¶ Donec.] Arg q infamia per penitentiam aboletur.
d ¶ Non prohibeantur.] Ratione iuuenilis ætatis, vel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt, arg. 33.q.2. interfectores & c in adolescentia, & 34.q 1.§ 1.

Sacramentū quadruplex est circa causas matrimoniales.

ECCE. Hæc est 3. pars huius quæstionis.
e ¶ Ecce quibus accusantibus] G. prout colligi potest ex rubricis istis, quattuor pōnit genera sacramentorum. Primo ponit sacramentum accusatoris in primo cap. de parentela. Secundo ponit sacramentum synodalium testium in capit. episcopus. Tertium in cap. de parentela illa. Quarto sacramentum eorum qui separantur, in capit. ab isto. Dicunt tamen quidam G deceptum fuisse per consuetudinem Italiæ, quæ est ut accusator debeat iurare iuxta tenorem illius c de parentela. nam quidam dicunt, quod accusator iurare non debet, quia nec etiam de calumnia in huiusmodi causa iuratur. extra de iur. calumn. litteras unde utrumque capitulum de parentela, intelligitur de sacramento testium. sed de parentela primum loquitur de sacramento testium, quod dicitur esse separationis, quia per illud separantur, quorum matrimonium accusatur. In illo autem ca. episcopus, fit mentio de iuramento testium synodalium, quod non dicitur separationis, prout dicit præcedens c. quia per tale iuramentum nulli separantur, quia

stationes, admittitur autem testimonium de auditu tantum ubi agitur de consanguinitate alias per auditum non probaretur matrimonium, immo putaretur clandestinum.
g ¶ Et Audisti] Argu. testimonium de auditu esse recipiendum, vt 5. quæstio. 9 §. de his, 14 q. 2. super. & capit. quāquam, 34. q. 1. non satis. hodie non, ut extra de testi. licet.
h ¶ Inquirere,] Simile extra de test. si quis testium. & hic est intellectus.
i ¶ Quandocumque] Dum tamen ante testium publicationem, extra de testi fraternitatis & capit. series. Vel dic quod iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest inquirere a testibus, extra de consangui. & affi c. 1.
K ILlud sacramentum,] Secundum intellectum G. hoc iuramentum est testis, præmissum accusatoris, sed melius est, vt primo exprimatur forma, sub qua iurant sequentes H.
HOC IVRAMENTVM Hæc est tertia pars qōnis.
l ¶ Non est separationis) idest, non fit separatio ad istud inter eos quorum matrimonium accusatur, nisi iterum præstetur sacramentum sequentis cap. quod aperte colligitur extra de testi. cogen. præterea

EPiscopus. CASVS. Dicitur hic quod episcopus de qua libet parochia septem uiros ueraces & honestos debet uocare vt iurent quidquid in parochia nouerint contingere pertinens ad correctionem episcopi, quod de hoc interrogati dicunt ueritatem episcopo, vel eius legato.

in vno prædictorum graduū, se pro consanguineis habuerunt, vt extra de testi. licet 3. Seu certe testes, qui dabent probare consanguinitatē, debent incipere a principio, & sic descendere vsque ad personas illas de quibus quæritur. si incipiunt a duobus fratribus, & bene probant illos

¶ Synodale iuramentum. C VII.

poly. l. 6. tit. 11. Ans. l. 5. c. 152. Burch. l. 1. c. 91. 92. 93.

EPiscopus in synodo residens post cōgruam allocutionem [a] septem ex plebe ipsius parochię, uel eo amplius prout uiderit expedire, maturiores, honestiores, atque ueraciores uiros in medium debet euocare, & allatis sanctorum pignoribus [b] unumquemque illorum tali sacramento constringat. Amodo [c] in antea quidquid nosti, aut audisti, aut postmodum [d] inquisiturus es, quod contra Dei uoluntatē, & rectam Christianitatem in ista parochia factū sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum ut ad tuam cognitionē quocunque modo perueniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem [e] causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, ꝙ tu nec propter amorē, nec propter timorem, nec ꝓ pretium, † nec propter parētelam vllatenus celes episcopum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorū reliquiæ. Illud [a] sacramētum, ꝙ iste iurauit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

† *al. præmium*

a ¶ Illud.] Burchardus legit, istud, & ante hac uerba præponit hanc rubricam, Iuramentum cęterorum.

4 *Ab hoc iuramento illud [f] sumptum est, principio paululum deriuato. Porro de iuramento separationis [g] Innocentius Papa II. scribit Otthoni Lucensi episcopo dicens.*

¶ Iuramentum illorum, qui consanguinitatem probant. C. VIII.

ii DE parentela illa, unde nos consulere voluisti, pro qua ēt est ad nostram audientiā, appellatū, aliorū fratrū scripta suscepimus, qui utique causam ipsam diuerso [h] modo narrabant. Et primo quidē tam in gradibus, q̄ in nominibus personarū discordasse, postmodū [i] vero in altero eorum cōputatores eiusdem parentelæ dicunt cōuenisse. Cęterū in huiusmodi casibus summopere cōsideranda est qualitas personarum, quę aliqd cōtra quoslibet astruere uelint, quæ etiam iusiurandū præstare debent, ꝙ neq. gratia, neque p̄tio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur, sed potius, quia cre

a ¶ Allocutionem] id est prædicationē. 10. q. 1. placuit.

b ¶ Pignoribus.] Id est, reliquiis, quibus obligatur sicut per pignora.

Accusator & iudex pōt idem esse.

c ¶ Amodo.] Arg. qđ sine accusatore cōtra aliquem inducere testes potest eps, & pronunciare, & ꝙ idem possit esse iudex & accusator simile 9 q. 2. si tantū. ii. q. 3. præcipue, & supra ea. q. c. 1. & 2 q. 5 presbyter, ii. supra 4. q. 4. ca. 1. & 2 contra 1.

1 Huic contrario stādū est, & quod præmittitur falsum est, nā eps nō ē accusator & iudex ī hoc casus, sed vnus iuratorū accusat, & alius ītroducit testes alios Arch.

d ¶ Postmodū. Argu. quod in causa cōsanguinitatis testimoniū pōt ferre quis de his quæ recenter didicit arg contra sup. ea. in c. tribus. & arg. extra de cōsangui & affinit. ex litteris. sed hic postmodum nō intelligitur post motam quæstionem, qđ ibi prohibetur, sed postmodum, idest, de cætero. & sic per æquiuocationem sol ue. ad hoc proxi. q. quod autem.

e ¶ Synodalem.] Immo qualibet causa est synodalis indirecte, ut extra de iudi. nouit.

f ¶ Illud.] Scilicet, de parentela.

AB HOC. Hæc est quarta pars quæstionis. 10. de Fant.

g ¶ Separationis.] Id est, ad quod fit separatio.

DE parentela illa CASVS In quadā matrimoniali causa fuit appellatum ad Papam. Papa causam delegauit Othoni episcopo, & quibusdam aliis, testes in gradibus & in personarum nominibus primo discordauerunt, postea in altero consenserunt. iudices delegati ipsum super hoc consuluerunt. dicit papa, quod hic considerandæ sunt testium personæ, & qualiter debeant iurare, & esse sine varietate.

Testes cōtra matrimoniū deponentes quid tenentur facere.

h ¶ Diuerso.] Ergo nulli erat credendum, vt 4. q. 3 item qui falso. Vel loquitur hic de diuersitate testium, qui discordant, tenentur. n. testes ex vtroque latere probare cōsanguinitatem, ut extra de consan. & affin. ex litteris & singulos gradus clare distinguere, & propriis nominibus nominare personas omnes, uel sufficienti circumlocutione, & debent uidisse quod personæ constitutæ

illos fuisse fratres, sed de patre eorum nihil probant, nec inde aliquid sciunt, & alios descendentes, probant gradus; nunquid hoc sufficit? Dico quod sit, quia de stipite non inuenimus cautum, sed tantum de lateribus; ut extra de testi. series. & ipsos fratres canon quandoque ponit pro stipite supra ead. q. 5. c. 1.

i ¶ Postmodum] ponamus ergo quod Petrus & Berta, qui sunt frater & soror, contrahunt matrimoniū, & duo testes bene probant Petrum esse filium Ioannis, sed de Berta nihil sciunt. Item alii duo probant Bertam esse filiam Ioannis, sed de Petro nihil sciunt, separabitur ne tale matrimonium? Dicunt oēs ꝙ non; 2 quia nec isti duo pro-

a Ista fuit sētentia Laurentii, pro quo facit expresse extra de test. ca. li cet. & quod not. in glo. dic. & hanc sniam tenet Bert. & Gof. in prædi. ca. cet. Arch.

probant consanguinitatem, nec illi duo, nam aliud probant isti, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, cæci sunt: quia si probaui aliquem esse filium alterius, illum esse patrem istius probaui, sed in casu isto probatum est iudici, ꝙ Ioannes est pater Petri: similiter est ei probatum ꝙ Ioannes est pater Bertæ. ergo constat iudici, ꝙ idem est pater vtriusque: ergo consanguinitas est probata, & forte primi melius dicunt.

dant [a] ita verum esse, & ita se à suis antecessoribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua uarietas, vel contrarietas [b] inueniri.

¶ *Qui vero separantur ab inuicem, huiusmodi iuramentum præstabunt.*† (*† al. præstabant.*)

¶Iuramentum separationis. Cap. IX.

(Polyc l.6.tit.4. Ansl.l.10.c.75. Burc.l.7.c.27. Iuo p.9.c.63. Pann.7.c.88.)

AB isto die in antea, quòd tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ α N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti; nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnam mensam manducabis, & bibes, aut sub vno [c] tecto manebis; nisi forte in ecclesia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, & ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia [d] data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso. Sic te Deus adiuuet, [e] & istæ sanctorum reliquiæ.

α ¶Consanguineæ.] *Quæ sequuntur vsque ad ver.* perpetrasti. *addita sunt ex Burchardo & Iuone, itemque alia nonnulla.*

6 *Occasione vero consanguinitatis vxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit.*

Vnde Alexander Papa II. Gulielmo de Monstrolio.† (*† al. Monasteriolo.*)

¶Nisi coram ecclesia consanguinitate probata vxorem dimittere non licet. Cap. X.

(Iuo p.9.c.32. Pann.l.7.c.82.)

MVltorum relatione cognouimus, te propriam velle abiicere [f] vxorem, & adhærere alteri, prętendentē consanguinitatis occasionem. Vnde Apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, vt hanc, quam nunc habes, uxorem, nullatenus præsumas dimittere, vel aliam ducere, donec episcoporum religiosorum concilium [g] causam istam examinauerit.

7 *Recepturus uero eam, quam iniuste dimisit, hoc modo iurabit.*

¶Reconciliationis iuramentum. Cap. XI.

(Polyc. ibidem. Burc.l.9.c.81. Iuo p.8.c.217. Pann.l.7.c.41.)

AB isto die in antea istam coniugem tuam N. quam iniuste dimiseras, [h] ita tenebis, sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione, & debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea viuente aliam accipies: Sic te Deus adiuuet, &c.

Quòd autem vnius [i] *testimonio coniugia apud quosdā dirimuntur, nulla rōne ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit: [Omne verbum* [k] *stabit* [l] *in ore duorum, vel trium testium.] Item cum in Ilerdensi concilio, c. 10. dicatur: [Omnis cōtrouersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit,* (*Deuter. 17.*)

a ¶ Quia credant.] sufficit, quod iurēt de credulitate: nec est contra, extra de testi. quoties, illud enim intelligo per hoc, & ita præstant isti duo sacramenta. Ioan. de Fant.

b ¶Vel contrarietas.] Hic respondet quæstioni factæ. Ioan.

QVI VERO. Hæc est 5. pars huius quæstionis.

c AB isto die.] Sub uno.] idest, loco suspecto: nam qui male agit, & c 18. q. 2 perniciosam.

d ¶ Licentia.] Cū sit senex. Si enim esset iuuenis, de iure communi posset contrahere, secundum quosdam, vt not 33 q. 2. in adolescentia.

e ¶ Deus adiuuet.] Sed clericus cum separatur a concubina sua, nō debet iurare, ut extra de cohabi. cler. & mu. clericos.

OCCASIONE. Hæc est sexta pars q̄stionis.

MVltorum.] CASVS. Iste consanguinitatis occasione volebat vxorem suam dimittere: prohibet Papa ne dimittat, nisi prius causa fuerit in concilio probata.

f ¶ Abijcere.] Propria authoritate: q̄d non licet. 33. q 2. ca. 1. & 2.

g ¶Concilium.] Hoc olim Vel exaudi distributiue De hoc no. 33. q. 2. c 1.

RECEPTVRVS. Hæc est septima pars quæstionis.

h AB isto.] ¶ Dimiseras.] Auctoritate propria: vel per ecclesiam si fuit decepta.

i ¶ Quod autem vnius.] Hæc quæstio incidenter proponitur.

K ¶ Omne verbum] sup. 2. q 4 § 1 & cap. placuit.

l ¶ stabit.] Nisi in casu de conse. distin. 4 placuit. & 86. dist. tanta & 8. q. 3. talia.



Vod autem] CASVS. Hic intitulatur 7. quæstio, quæ modicam habet dubitationem. a ¶ Quod autem] si parentes nesciunt impedimentum, non est dubium quin filii sint legitimi, vt extra qui fi. sint leg cum inter. uincia, & reformatio pacis, vt extra de despon impub. accessit In parte decisa & hæc est indirecta dispensatio. In hoc n. casu tantum videtur dispensare, q; post spatiũ longum admittunt accusatorem, nisi accusatus ipsum sponte admittat, vt extra qui matri. accu. pos per tuas. De

Filii ex matrimonio illicito nati possunt esse legitimi.

Dispensatio circa matrimonia inducitur apperta.

Si autẽ vnus sciuit. & alter nesciuit, dicunt quidã, q; quantum ad scientẽ non sint legitimi, sed q̃tum ad ignorantem sunt. arg 32. q 2. solet quæri & C. solu. mat. si ignorãs. Sed licet H & L ita dixerint tamen reprobatur eorũ distinctio, ext. c. ex tenore: quia inconueniens esset, q; aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus, sicut nemo põt esse partim liber, & partim seruus, ff de li. cau. duob sed si ambo parentes sciunt impedimentũ, tales filii non sunt legitimi, licet ecclesia habuit illud pro matrimonio, ut ext. de clandesti desp. cum inhibitio.

secundum diuinam legem sub duobus, uel tribus testibus terminetur, Domino dicente: [non unus stet contra alium.† α sed in ore duorum, uel trium testium stet omne verbum.] Itẽ cum alibi dicatur, [nullius personæ β quantumlibet exercitatæ testimonio aliquid credatur.] euidẽtissime apparet, unius assertione coniugia non esse diri-menda.

Deut. 19. Matt. 18. † al. aliquem. Burc l. 7. c. 17. Iuo p 9. c. 52. Pann. l. 7. c. 12.

α ¶ Contra alium.] *In Deuteronomio hac adduntur* quidquid illud peccati & facinoris fuerit. *in Euangelio autem sunt tantummodo sequentia* ut in ore duorum, &c.

β ¶ Nullius personæ.] *In codice Theodosiano, li* 11. *ti* 14. *leguntur hac uerba*, & nunc manifeste sancimus, ne unius omnino testis respõsio audiatur, etiam si præclaro curiæ honore præfulgeat *quorum similia recitantur ab Iuone par.* 16 *ca.* 204 *Et Grat. sup.* 6. *q.* 2. *in princ. hanc eandem fere sententiam attulit.*

QVAESTIO VII.



Vod autem [a] *quæritur, si illi, qui de incestuosis nascuntur filij reputentur. Aug. in lib. quæstionum super Leuiticum ca. seu q. 76. determinat, ita dicens.*

¶ Non appellantur filii, qui de incestuosis nascuntur. Cap. I.

QVid est. [b] (Quicunque dormierit cum cognata sua, sine filiis [c] morietur,) cum filii ex huiusmodi coniunctionibus, & ante nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, ut quicũque ex eis nati fuerunt, non deputentur filii, idest, nullo parentibus iure succedant?

Leuit. 20.

γ ¶ Quicunque dormierit cum cognata sua.] *Hac uerba non sunt hic apud B. Augustinum, sed initio ipsius quæst.* 76.

Quid est.] CASVS. Cũ de incestu sol ãt filii nasci, quæritur quare dictum sit in ueteri lege, qui dormierit, &c Et respondetur, quod legitimi non sunt, nec parentib. succedunt.

b ¶ Quid est] Dubitando dicit, & tamẽ soluit, & interrogãdo respondet, sic 22. q. 2. quod ait.

c ¶ Sine filiis.] s. legitimis. Dicuntur n. non esse filii, qui non sunt boni 12 q. 2 non liceat arg. 32. q. 4. dicat & 4 dist. multi ergo verbo generali legitimi continentur ext. de iu iur. Quintauallis ff. de op. li. si libertus.

QVAESTIO VIII.



E his [d] *uero, qui ignoranter cõiuncti sunt, in quo gradu consanguinitatis, uel affinitatis ex dispensatione ecclesiæ relinquantur, Gregorius in Regesto definit, dicens.*

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.*

¶ Non separentur qui infra septimam generationem ignoranter copulantur. Cap. I.

DE gradibus vero cognationum, qui infra septimã generationem in matrimonio sunt inuenti, si nescien

Polyc. l. 6. tit. 4.

Filius nõ est, qui bonus non est.

DE his uero q.] Hic depingitur Octaua quæstio, qua quæritur, quo gradu possit dispensari cum consanguineis, vel affinibus. Et quidem in tertio Papa solus, sed i primo & secundo non potest, vt dicitur: quia in Leuitico prohibitus fuit uterque in eo consanguinitate & affinitate, sed hoc fallum est, ut extra de diuor. gaudemus, vt notaui 30. quæst. 3. Picta enim, & sunt tria quæ inducunt hanc dispositionem, proles, & tempus, inf. e. cap. 1. ff. de ritu nup. qui in pro-

DE gradibus.] CASVS. Quærebat quidam episcopus de consanguineis & affinibus primi generis in matrimonio copulatis, quid esset faciendum? Respondetur, qui in quinto gradu, uel ultra per ignorantiam prędem coniuncti sunt, & filios genuerunt, tolerentur, donec

donec Grego. & ille simul loquantur. coniuncti vero infra annum in quinto gradu vel sexto, separentur & ne de cætero tale quid fiat, prohibeatur; si qui contrafecerint, cum graui pœna separentur.

a ¶ Multa.] Arg. ratione diuturnitatis posse fieri quod alias

tes fecerint, & iam multa [a] curricula annorum sint reuoluta, ita vt filios [b] habeant, in sexto qui inuenti sunt, aut fortasse [c] in quinto, huiusmodi non separentur, donec nos Dño permittente, ore ad os [d] loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, [e] non secundum imperium. Qui vero de his duobus gradibus nouas cõtraxisse nuptias videtur, idest, infra anni coronam [f] modis omnibus separentur. De cętero vero generalia per omnem prouinciam statuta percurrentia taliter firmentur, vt nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare: & qui fecerint, sine retractionis misericordia acrioribus puniti vltionibus separentur. Hi vero, qui propinquas sanguinis vxoris suæ in matrimonio sibi soc auerũt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui in eodem gradu inuenti sunt, separētur; aut suspendatur eorum causa, vsque dum nos insimul Domino auxiliante conueniamus. *Idem.*

¶ De his, α qui post mortuas vxores, secundas contrahere nuptias voluerint, iuste, & honeste, & rationabiliter prospeximus ab earum consanguineis vsque ad quartum [g] gradum genealogiæ abstinere. Hoc nos secundum indulgentiam sanctæ matris ecclesiæ mitius prælibauimus. [h] Cæterum iuxta sæcularium β legum censuram dignis coercionibus, grauibusq; disciplinæ inuentionibus† hæc omnia mala, & illicita modis omnibus resecanda sunt, vt in futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

† *al. inuestionibus.*

α ¶ De his qui.] *In Polycarpo hæc verba sunt ex eodem Gregorio; sed habentur coniuncta cum c. de affinitate supra q. 2 & 3. & proxime antecedunt huic capitulo, de gradibus.*

β ¶ Iuxta sæcularium.] *De pœna incestorum est in nouella 12. Iustiniani. & in cap l. 7. cap. 432. & 435. & in adiectis capit. 124. & 127.*

Idem Fœlici Messanæ ciuitatis episcopo.

¶ In quarto, & quinto gradu qui cõiuncti inuenti fuerint, separentur. Cap. I I.

In conc Tol. 2. c. 5.
Poly. ibidem.
Ans. l. x. cap. 39.
Burc. l. 7. c. 6.
Iuo. p. 9. c. 42.

HÆc salubriter præcauenda sancimus, ne quis fideliũ propinquam sanguinis sui, vsquequo affinitatis, [i] lineamenta generis successionē cognoscũtur, matrimonio [k] sibi desideret copulare: sed, sicut α a maioribus nostris definitum est, ita modis omnibus obseruetur: quoniam vsque ad septenarium numerum parentelæ nulli vnquam

alias fieri non debet sup. dist. 4. denique. & 95. dist. ecce. 1. q 1. cito sup. 24 q. 1. schisma contra.

b ¶ Filios] No filiorum susceptionem & annorum longa curricula dispensationem inducere, ne matrimonium separetur: hodie autem longitudo temporis non excusat, vt extra de consang & affin. non debet. Ioan.

c ¶ Aut fortasse] ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu non dispensandum, nisi ex magna causa. Dicunt autem quidam, ꝙ dominus Papa in hoc c. dat generalē formam omnibus prælatis, quod vbi inueniunt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedunt, non separent eos, nec de causa cognoscant: alias sic.

d ¶ Ore ad os.] Et ita permittit in suspenso:

d ¶ Ore ad os.] Sed si quis recenter contraxerat, vel cõtraheret cum aliqua, ꝙ tunc separentur. Et hoc est quod dixit, infra anni coronam.

e ¶ Indulgentiam] Sed si obijcio tibi, aut Papa dispensauit, aut nō? Si dispēsauit, ergo ratũ fuit matrimonium Quare ergo dicit, non separētur, donec nobis loquantur? Si non dispensauit, quomodo ergo permisit eos esse in incestu? itē quare secundũ hoc subiungit. Hoc aũt dico secundum indulgentian? Sol. Papa non statim dispēsauit in matrimonio: sed dispensauit in hoc, ꝙ debet differri cognitio causæ, vel etiam prolatio sentētię, & ideo medio tempore alter alteri non debuit negare debitũ; cũ adhuc non cõstaret de consanguinitate. vt extra vt li. pen. laudabilē. vel dic, ꝙ dispensauit sub conditione, si constaret de præmissis Vel expone, non separētur, quantum ad cohabitationē, sed per hoc non dat eis licentiã commiscendi.

C? pendente super matrimonio nõ est denegandũ debitum.

f ¶ Anni coronam] Idest, anni circulum vel reuolutionē Nota noua matrimonia dici q̃ non sunt annua. similiter mancipium dicitur nouũ quod nondum seruiuit per annum, ff de pub. & vect. interdũ. §. quoties. similiter vinũ. ff. de vino, tritico, & oleo legato. l. vetus. I

Mancipium dicitur nouũ quod per annum non seruauit.

DE HIS QVI MORTVA. CASVS. Mortua vxore debet vir ab eius cõsanguineis vsque ad quartum gradum abstinere, & hoc fit ex dispēsatione: quia de rigore iuris esset puniendus.

I Et habes hic argu. ꝙ non dicuntur noualia, quæ annum excedunt; similiter nec nouum feudum. Arch.

g ¶ Ad quartum.] Si intelligas hoc de secundo genere affinitatis, tunc nulla est ibi dispensatio: nec illud quod sequitur, hoc nos, spectat ad illud genus affinitatis, sed ad primum.

h ¶ Prælibauimus.] Idest, olim concessimus quibusdam.

HÆc salubriter.] CASVS Præcipitur hic, ne quis suã ducat consanguineam quandiu consanguinitas vsque ad septimum gradum cognoscitur: & qui quarto gradu vel quinto coniuncti sunt, separentur, quia in veteri lege prohibetur quis ad proximam sui sanguinis accedere.

i ¶ Affinitatis.] Consanguinitatis signa vel vestigia.

k ¶ Matrimonio.] Id est, vsque ad septimum gradum, Ince-

Incestuosi.] CASVS. Qui incestas nuptias contrahunt: quamdiu in crimine sint, excommunicati debent esse: & si alter moriatur in illa coniunctione, superstes non debet contrahere.
a ¶ Incestuosi.] Primam partem huius cap. intellige de exclusione sacramentorum: secundum autem de anathemate. & tunc dicit. Non sumant cibum spiritualem. De hoc dictum est supra eadem quęstione tertia, de incestis, duodecima quæstione scda, indigne.
b ¶ Manent.] Post admonitionem.
c ¶ Aut cathecumenos] 11 q.3. ad mensam contra. Sol. expositio illa, quæ sequitur idest, cum Christianis, & c. non refertur ad totum id quod pręmissum est, sed ad aliã partem, inter Christianos non habētur. Vel non de omnibus gentibus hoc intelligendum est, sed de gētib. cathecumenis.
d ¶ Sed soli.] Christiani.
e ¶ Maneat.] Quid iuris in hoc casu, notaui 33. quæstio. 1. §. de pœnitentibus.
Vnde

copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre, & matre consanguinitatis parentela descendunt. Qui autem, & quæ in quarto, vel in quinto gradu coniuncti inuenti fuerint, separentur: quoniam scriptum est; [Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius.] & iterum: [Anima, quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui.] Sane quibus β coniunctio interdicitur, illicita habebunt ineundi coniugij melioris libertatem. *Leuit. 8.*

Nisi in eodem γ crimine vsque ad mortem alterius eorum contumaciter perseuerauerint.

Vnde in Aurelianensi concilio.

¶ *Integrum caput,* Hæc salubriter. *vt est apud Gratianum, etiã ab Anselmo citatur ex Gregorio. In Polycarpo autem sequitur post c. Fyctacium, supra 30. q. 3. attributum Zachariæ. In concilio Toletano 2. c. 5 quod referunt Burchardus, & Iuo, habentur cætera. huius capitis verba, præter ea quæ indicabuntur.*

α ¶ Sed sicut] *Hæc vsque ad ver.* Separentur, *absunt a concilio, Burchardo, & Iuone.*

β ¶ Sane quibus.] *Hæc in concilio impresso non habentur: quamuis apud Burchardum & Iuonem ponantur coniuncte cum superioribus. Leguntur autem in Agathensi & Epaunensi, Turonico 2. & in capitularibus adiectis, sed aliqua cum varietate, vt est notatum. supra ead. q. 2. & 3. de incestis.*

γ ¶ Nisi in eodem.] *Hæc nusquam sunt inuenta, & visa sunt Gratiani. Quod indicat ille loquendi modus,* Vnde in Aurelianensi concilio.

¶ Non ducant vxores, qui vsque ad mortem alterius in incestu perseuerauerint. Cap. III.

INcestuosi,[a] dum in ipso detestando, atque nefando scelere manent,[b] non inter fideles Christianos, sed inter gentiles, aut cathecumenos[c] habeantur, idest, cum Christianis non sumant cibum, nec potum: sed soli[d] faciant hoc; non osculentur, nec salutentur ab eis. Et si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, & a tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint: inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per se veritas ait: [Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Et si alter eorum δ morte præuentus fuerit, alter, quamdiu viuit, grauiter pœniteat, & sine spe coniugii maneat.[e]

Cap l. 7. c. 433. & in adiectis, cap. 125. Ans l. 11. cap. 9. Burch. l. 7. c. 5. Iuo, p 9. cap 41.

Matth. 18.

¶ *Hoc Burchardus etiam & Anselmus citant ex Aurelianensi: & aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianensi 3. c. 10 sicut etiam in Agathēsi, c. 61. ex quo videtur citare Iuo. Sed longe magis cum hoc capite concordat c. 4 concilij Ilerdensis relatum supra ea. q 2. & 3. De ijs, qui incesti. Eadem autem plane verba leguntur l. 7. cap c. 433. & in adiectis, c. 125. exceptis tamen ijs, quæ indicabuntur.*

δ ¶ Et si alter eorum.] *Hæc non sunt in capitularibus indicatis: sed horum loco habentur ista.* Nam cum fidelibus non debent orare, neque in ecclesiam intrare: sed ad ianuã ecclesię excubare, & ab intrantibus in ea, & exeuntibus ex ea, vultu in terrã prostrato, veniã postulare, ut pro se orare non dedignentur, flagitare, & lacrimis profusis, vultu cõtrito, atque humiliato spiritu semper omnibus apparere vsque ad satisfactionẽ ecclesiæ, & proprii episcopi canonica reconciliationẽ manere, & ad pristinum incestum nunquam redire, nec secularia negotia exercere, nec placitis, aut accusationibus, & testimoniis interesse: sed crebris sacerdotũ precibus: manusque Pontificis proprii impositionibus, & elee



Nde quæritur.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probat, quod sententia retractari non potest, & hoc probat per duos canones. Secunda ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fantu.

tentia non transit in rem iudicatam, vt dixi. Sed licet magister specialiter proposuerit quæstionem de matrimonio, tamen generaliter prosequitur, an quælibet sententia possit retractari. Notandum ergo, quod variis modis retractatur sententia. Quandoque retractatur si est lata per surreptionē, vt inf. ea. veniam. & extra de off. vica. tua. & extra de sē. & re iudica. cum olim. Itē si est lata per falsos testes. vel p falsa instrumēta, vt extra de prob. licet & C de fal. quęrela Itē, si est lata p falsas allegationes. ff. de iud. prætor. Itē si interuenit falsus pcurator, vt extra đ procura. in nostra. ff. de iud licet. Itē si est lata à iudice nō suo, vt extra de iud. at si clerici. & C. si a non comp. iudi. per totū. Itē per in integrum restitutionem 2 vt extra de in int. rest. requisiuit. Item per appellationē & supplicationem, vt C. de prec. ipe. offe. auth. q̄ supplicatio, Itē retractatur si est lata ab excōmunicato, vt extra de sē. & re iudic. ad probandum Itē retractatur per iplorationē tristis auxilij, vt si cōtra seruū fuerit lata sn̄ia, ille appellare nō potest, sed permittitur ei implorare triste auxiliū, vt ff de appe. seru. Itē si fuerit lata cōtra ius scriptū, vt 2. q. 6. §. est aūt quando. Itē propter corruptionē iudicis vt 2. q. 6. §. venales. Sūt aūt tres modi retractādi sententias. Qn̄que retractaē sententia, id est, nulla ostenditur

¶Vn- mosynarum largitionibus, atque cęterorum bonorum hominum† exhibitionibus expurgari, sanarique oportet.

† fortasse, operū.

Hac auctoritate, qui in quarto, vel in quinto gradu cō sanguinitatis coniuncti inuenti fuerint, ab ecclesia separari iubentur.

QVAESTIO IX.



1 ps *Nde quæritur,* [a] *si ecclesia fraude testiū, aut ignorantia eorum decepta aliquos separauerit, qui post separationem alia coniugia contraxerint, si postea deprehensa fuerit calliditas, vel falsa opinio testium, an priora coniugia sint redintegranda. Quod fieri non posse, argumentis, & auctoritate probatur. Sententia namque nisi per appellationem intra terminum lege constitutum releuata fuerit, irreuocabile robur obtinebit. Hinc etiam beatus Gregorius scribit dicens.*

¶ Quæ rationabiliter decisa sunt, mutari non expedit. Cap. I.

25. q. 2. ecclesiasticę. Ans. l. 4. c. 9.

OMnibus modis [b] ecclesiasticæ disciplinæ, uel moderationi cōueniens est, ut quæ rationabiliter ordinata fuerint, uel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

¶*In vulgatis Gratiani codicibus tribuebatur Beato Augustino. Restitutum est B. Gregorio ex aliquot vetustis exemplaribus, & Anselmo. Ac supra 25. q 2. c. ecclesiastica. hoc idem citatur ex Gregorio: apud quem legitur ijsdem pene verbis, lib. 7. indict. 2. epist. 60.*

Item Stephanus Papa quintus, Paulo episcopo Placentino.

¶ Quę utiliter decisa sunt, à successoribus roborentur, à temerarijs pręsumpta resecentur. Cap. II.

LOci nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris utiliter decisa fuerint, roborare, & quæ à temerariis præsumpta fuerint,

2 Hanc sententiam quidam tenent pro veriori maxime si contractū sit sm matrimoniū; sicut . n. auctoritate iudicis solutum est. ita & auctoritate eiusdem debet reformari. ar. extra de regu. iu. oīs res. & ff. de re iu. nihil. Ar. Sententia tripli ci mō retractatur. Sententia à qua non est appellatū, non est retractanda.

3 Subau. nisi ex certa sciētia princeps daret rescripte dicendo non obstante tali sn̄ia. ar. C de tes. auth. hoc inter liberos. Arch.

a ¶ Vnde quæritur.] Hic quæritur si sn̄ia, quæ lata est pro matrimonio, vel contra illud, postea possit retractari. Et dicendū q̄ sic, quia talis sn̄ia nullo cursu tpis trāsit in rem iudicatam, ut extra de sen. & re iudica consanguinei. & c lator Quidam volebant distinguere & dicere, quod si secūda matrimonia sunt contracta, non pōt retractari sententia: sed si non sunt contracta, possit retractari, per illud quod est extra de testibus, sicut, 33. q. 1. si per sortiarias sed id quod in illa decreta sicut. dicitur, referendum est ad facilitatem, 1 id est non ita de facili retractatur sententia, quando secunda matrimonia contracta sunt. Et illud quod dico in matrimonio, dico in omnibus ubi periculum animę uertitur, ut in baptismo, & ordine. illud tamen posset dubitari, vtrum sententia matrimonii ipso iure retractetur, an per in integrum restitutionem. Et videtur quod per in integrum restitutionem, vt extra de in integr. restitut. ex litteris. Econtra videtur, quod ipso iure, quia ibi sen-

Sententia p matrimonio vel cōtra ipsum lata retractari pōt.

1 Vel intelligevtno. inf. §. his ita, in gl.

esse, scilicet cum est lata à iudice non suo. 2. q. 1. in primis, vel cum per falsum procuratorem lata est. Quandoque retractatur iudicis officio, quandoque iure actionis. Si retractatur iudicis officio, scilicet per beneficium restitutionis in integrum: tunc tantum vsque ad quadriennium potest agi C. de temp. in integr. restitu. l. vlt. si autem iure actionis, scilicet actionis in factum: tunc vsque ad triginta annos audietur. C. de præscr. xxx. ann. sicut.

b OMnibus modis] Rationabiliter.] Etiam imperiali rescripto 3. C. de transac. causas. immo à limine iudiciorum expellent qui volunt retractare sententias, à quibus non est appellatum, vt C sententiam rescin. non poss. l. vlt. C. vt lite penden. l. fi. nisi propter publicam vtilitatem, vt ff. de decre. ab or fa quod semel. vt nisi restituendo. vt ff. de mino. in causæ. §. vltimo.

LOci nostri.] CASVS. Papa bene diffinita debet confirmare & delicta corrigere. Peccat enim qui bene

statuta

statuta violat: & quæ delicta non punit, peccandi viam aperit.

a ¶ Omittimus.] Si.23.q. 3.est iniusta.in fine.

b ¶ Errorem.] Nota, quod partibus & aduocatis licet corrigere errorem suum quandocumque ante sententiam: vt extra de cē. olim, circa mediū. C. de iur & fac.ig. error. testibus īcōtinētū licet corrigere: vt extra de tes. cog. præterea. 1 Item dominus pōt incontinenti errorē procuratoris corrigere. vt extra de off. iud de leg cū olim.in fi. nisi si errauerit in petēdis iudicibus suspectis. vt ext. de caus. poss. & prop. cum oli. de hoc 32 q.1. sup. & c. apud misericordē. Itē Iudex potest errorē suum corrigere ī interlocutoria snīa, vt ff ď re iud. qđ iussit, sed diffinitiuam snīam nullus potest corrigere, siue sit ordinarius. 2 siue delegatus, siue ī ciuilibus, siue in criminalib' causis: vt extra de off dele in litteris. C quomodo & qñ iudex, ii vt ꝓponis. ff de pœ. diui fratres. nisi sit lata cōtra ordinē iuris, tūc pōt retractari ab ordinario iūi. vt C. de accus. l. 3. & 4. & ēt à delegato: vt extra de accu. qualiter & qñ. Sed licet corrigere non posset sententiā, tñ potest eā moderari, vt ff ď of. præsi. illicitas. §. vi. Similiter si decept' tulit snīam, potest denegare executionē iudicati, vt ff de iud. si ptor. in fine. Itē verba snīæ pōt mutare, dum tamē sensus idem remaneat: vt ff. de re iudicata, actorū. Itē supplere pōt eadē die de fructibus. 3 ff. de re iu. Paulus. Itē interpretari, pōt sententiā suā si est præsens vel procurator Cæsaris, vt ff. de appel. l. ab executore.

1 Addean & qñ licet iudici recipere testē volētē corrigere dictū suum. no. Bar. in l. si postulauerit. §. 1. ff. de adul. & in repet. ff. de qōni.

2 De hoc ēt no. extra de reg iur. cum Bertholdus in gl. sed qualiter.

Sententia potest moderari.

3 Ad idem de expensis Archid.

Res indicata veritati nō p̄iudicat. 1

QVOD AVTEM. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat quod sententia retractatur, & hoc probat per quinque capitula. Ioan. de Fan.

Qvod quis.] CASVS. Qui non vult puniri, corrigat sua & prædecessoris sui delicta: & qui non corrigere-

in promptu nihilominus vlcisci. Reum quippe ante conspectum diuini iudicis se nouerit esse, qui nititur vtiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippe vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita præsumantur, aut non concessa impune teneantur. Proinde si negligenter ea, quæ male vsurpantur, omittimus; [a] excessus viam proculdubio alijs aperimus. 1. Cor. 10. dist. 93. diaconi.

¶ Sententia huius capitis, & multa etiam verba sumpta sunt ex B. Gregorio lib. 7. indict. 1. epist. 13. & 28.

Quia ergo sententia hæc rationabiliter data est, nec per appellationem intra certum terminum releuata; apparet, quod nequaquam priora coniugia sunt redintegrāda. His ita respondetur. Aliud est, sententiam rescindere, & rationabiliter decisa turbare, atque aliud, quæ per subreptionem obueniunt, deprehensa corrigere. suum namque errorem [b] cuique corrigere licet, atque ideo, quæ à quolibet illicite committuntur, siue a prædecessoribus admissa inueniuntur; in melius reuocari oportet. Porro illicite vxor à viro suo separata est, & illo viuente alij copulata: cū Dominus solius fornicationis causa à viro suo vxorem separari iubeat. Sicut ergo si aliqua, cuius vir putaretur defunctus, alicui copularetur, & qualibet occasione interueniente, ab eius consortio discederet; quamuis iudicio ecclesiæ cogatur redire ad eum, quem reliquerat; tamen si post triennium [c] virum, qui mortuus putabatur, redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur; sic cum deprehenduntur non fuisse consanguinei, qui causa consanguinitatis ab inuicem separati sunt, prioris consortij fœdera sunt reparanda. [d] vide supra cum per bellicam 34. q. 1. & 2.

2 *Quod autem, quæ illicite admittuntur, vel admissa inueniuntur, corrigenda sint. vel quod sententia etiam Ro. sedis in melius commutari valeat, auctoritate Hilarij Papæ, & Nicolai monstratur.*

Ait namque Hilarius episcopus Vrbis Romanæ synodo præsidens, capitulo iiij.

¶ Corrigendum est, quod illicite admittitur, aut à prædecessoribus admissum inuenitur. Cap. III.

β ¶ Virginis, &.] *Absunt hæ duæ uoces a plerisq; manuscriptis & Polycarpo. In ipso dialogo legitur.* B. Stephani, & sanctæ Marthæ martyrum. *Sed in lib. 3. reg. epist. 19. ecclesia hæc uocatur ecclesia Sancta Agatha. apud Iuonem vero diaconum l. 2. c. 31. est* Santi Sebastiani, & sanctæ *A*gnetis †martyrum. † at. Agatha

Item. γ

γ ¶ Item.] *Antea sequebatur,* Agapitus Papa *quæ uoces temere ex capite ipso irrepserant in titulum, & absunt ab aliquot manuscriptis. Extat autem caput hoc in antiquo codice Regis Gre-*

Aga-

a ¶ Agapitus] ¶ Præco iustitiæ] præconis enim officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, ut sup. 43. d. si rector

Sacerdos præconis officiũ suscipit.

b ¶ Fabulis] Fabulis dicit, quia præter formam ecclesiæ.
c ¶ Deleuit] .i. purgauit.

i ¶ Scimus tantum esse] .i. obtinere uicem consecrationis .i. reconciliationis.
K ¶ Et ideo si qua.] Modo melius aperit quæstiones.
l ¶ Innouata] Hoc intelligit H cum non simul, sed successiue parietes destructi sunt, & successiue reparati 2. tũc enim ecclesia intelligitur eadem. arg. ff. de legat. 1. l. quod in rerum natura. ff. de iudi. proponebatur. secus uero si simul parietes funditus corruent, quia tũc consecranda est, ſm, eum licet altare motum non sit, quia alia est consecratio ecclesiæ, alia altaris. hic ergo arguitur, quod eadẽ sit ecclesia post reparationem, cum non reconsecratur, sed contradicit lex ff de uerb obl inter stipulantem, §. sacrã. quę distinguit inter domum & nauẽ, & vr velle, ꝙ eadem sit nauis post refectionẽ sed non eadẽ domus. sed potest dici, quod aliud sit in ecclesia, quam in domo priuata, quia ecclesia naui comparatur. 24 q. 1. non turbatur, 40. d. ante omnia. sed si subtiliter uolumus procedere, non est eadem ecclesia, sed utilitas exigit, ut eadem censeatur, ne uidelicet sacramẽtum consecrationis iteretur. arg ff de ser. urb. præd. l. seruitutes, §. si sublatum.
m ¶ Totius] .i. perinde est ueneranda ac si tota consecrationis solennitas esset adhibita
n ¶ Si uero) q. d. prædicto casu non debent recõsecrari, sed

2 Sicut successiue & particulatim destruebantur ſm Hug. qui quærit hic, quid si ecclesię consecratæ in longitudine, uel latitudine, uel altitudine adiicitur? Resp non cõsecrabitur: quia sacrum trahit ad se non sacrum. ext de consecr. eccles uel alta ca. 3. sed aqua exorcizata aspergatur. ſm H.

De- gorij primi in extremo in scripto quodam, de moribus, uita, & morte Agapiti primi papæ, *in bibliotecha Vaticana.*

Cap. XXII.

Agapitus papa uas catholicum, Euangelii tuba, præco iustitiæ, a sacra altaris, sedisque uelamina sacrilegis Anthimi infecta fabulis, b suis catholicis precibus deleuit. † c

† al. eluit.

Item Vigilius Papa ad Eutherium, epist. I. c. 4.

¶ De eodem. Cap. XXIV.

Poly. l. 2. tit. 6.
Ans. l. 5. c. 81
Burch. l. 3. c. 62.
Iuo p. 3. ca. 25.
[al benedicta.

† ara] orig. & collec.

De fabrica d uero cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, e & si in eo loco consecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria f non fuerint, g nihil iudicamus officere, h si per eam minime aqua exorcizata† iactetur; quia consecrationem cuiuslibet ecclesiæ, in qua spiritus sancti arrha † non ponitur; celebritatem scimus i tãtum esse missarum, & ideo, si qua k sanctorum basilica a fundamentis etiam fuerit innouata l sine altaris motione, α sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit missarum solennitas celebrata, totius m consecrationis † sanctificatio implebitur. Si uero n sanctuaria, quæ hẽbat, ablata sunt, o rursus eorum repositione, & missarũ solennitate reuerentiam sanctificationis p accipiet.

† al. totius sanctificatio cõsecrationis implebitur.] orig. Iuo Burc. Pann.

¶ Tribuebatur Iuliano, sed ex uetustis exemplaribus restitutum est Vigilio, apud quem extat, & ex ipso citant Burchardus etiam, & Iuo.

α ¶ Sine altaris motione.] *Absunt hæc ab originali, Burchardo, & Iuone. Sed exponuntur in glossa. Alia uero nulla sunt emendata.*

Capitu. l. 6. c. 199. *Item ex decretis Hormisdæ Papæ, cap. 20.*

¶ Absque episcopi permissu in ecclesia consecrata non erigatur altare. Cap. XXV.

poly. l. 4 tit. 31.
Burc. l. 3. c. 17.
Iuo p. 3 ca. 20.

Nullus presbyter q in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo r loci sanctificatũ α est,

De fabrica] CASVS Hu. sic ponit hunc casum Duæ quęstiones siue consultationes factę fuerunt Vigilio papæ. Prima est, an ecclesia quondam consecrata debeat denuo consecrari, si eius fabrica diruta fuerit, & reparata. Secunda est, an ecclesia cõsecrata, si de altari reliquię ablatæ sunt, iterum debeat consecrari. Primæ qõni respondet dicens, ꝙ non debet ecclesia iterum consecrari, sed cantari debet ibi missa, & erit loco consecrationis. Secundæ respondet dicens, ꝙ reliquiæ debent ibi reponi, & ecclesia, i. altare unde fuerunt ablatæ, denuo consecrari. Ponit ergo in principio quæstiones, & postea subiicit solutiones, & dicit H. [in eo loco) .i. altari.

1 Subau. uel altaria destructa. de utroque. n. potest intelligi. Ecclesia successiuè reparata non est reconsecranda.

d ¶ De fabrica] .s. quęsitum est.
e ¶ Instauranda] .i. reconsecrãda. de reconsecranda enim quærebatur.
f ¶ Sanctuaria] .i. reliquiæ sanctorum, uel altaria.
g ¶ Non fuerint] Dimissa, quia inde erant ablatæ reliquię 1.
h ¶ Officere) Quia ex quo semel consecrata fuit, semper manet.

in isto sic, s. cum mouetur altare.
o ¶ Ablata sunt) Moto altari.
p ¶ Sanctificationis) .i. aspersionis aquæ tantum, & missæ celebratione, cum altare non fuerit motum. sed reliquiæ sunt ablatæ.

Nullus presbyter) Hæc est 8. pars d. in qua ponit quid iuris sit de hymnis, Vel oratoriis, quib motis reponebantur, & probat per 11. ca. quod nullus debet per se ponere altare. nec celebrare in oratoriis sine licentia episcopi lo de Fan

CASVS Dicitur hic, quod in ecclesia consecrata non dẽt fieri altare, nisi quod episcopus loci consecrauerit, uel consecrari permiserit, nec de ecclesia non consecrata debet quis dicere consecratam, quod qui fecerit, si clericus est, degradetur: si laicus, anathematizetur.
q ¶ Nullus presbyter) vbi altaria sint erigenda, & qualia esse debeant, & quas ecclesias liceat consecrare, & in quibus liceat missas celebrare, quibus ex causis loca sanctorum liceat mutare, xi. c ostendit.
1 ¶ Ab episcopo) sup. d. 58 quamuis.

a ¶ Fingat.) Vt dedicatum dicat esse quod non est, vel reliquias dicat esse, quæ non sunt.
b ¶ Degradetur] Ar. eos esse deponendos ab ordinibus, qui fingunt, vel dicunt, se habere ordines cum non habent, ext. de cle. non ord. mi. c. 1. su. 50. d. ex pœnitentibus su. d. 52. sollicitudo, & sic punitur, qui se gerit pro milite, qui non est miles. ff. ad l. Corn. de fal. eos §. qui se pro milite gessit.

Qui gerit se pro milite q. non est, punitur.

Placuit.] CASVS. Quidam propter somnia & inanes causas construebant altaria in agris & in villis siue reliquiis sanctorum, quare præcipitur hic, ut ab episcopis destruãtur. vel si forte propter scandalum populi ab episcopis non possint destrui, populus admoneatur ut illa loca debeat euitare [Habitationis alicuius,] mar tyris Seq. c. patet.
c ¶ Passim] Non in ecclesiis, sed passim per agros.
d ¶ Reliquiæ] arg. sine reliquiis ecclesiã non esse consecrãdã, ut sup. ea. d. de fabrica. & tamen sufficit corpus domini.
e ¶ Tumultus) Argu. aliquid esse postponendum propter tumultum & scandalũ, ut 50. d. ut constitueretur, &c. de his uero sic ff. de sica. l. pen.
f ¶ Probabiliter] .i. solenniter.
g ¶ Habitationis] quia homo sanctificat locum, 40. d. multi.
h ¶ Origine) Ar. originem rei, & principium spectandum, 1 ut sup. 16. q. 3. si sacerdotes. sup. 1. q. 1. principatus.

1 De hoc plene not. ext. de elect. dudũ. 1. Arch.

i Ecclesiã in qua] ¶ Consecrare.] Ante erectionẽ cadaueris ipsius pagani.
K ¶ Celebrare] Huius constitutionis ratio est, quia infideles viui ab ecclesia repellũtur, ut 21. d. cleros, & & dist. 25. perlectis. ergo mortui: quia quibus uiuentib. ecclesia non communicat, & mortuis communicare nõ potest, vt 24. q. 2. c. 1. Sed quid dices de muliere prægnante mortua? quidam 2 dicunt, quod sepelietur in ecclesia: quia fœtus est pars uentris 5. di. 4 si quid. ff de uen. inspi l. 1. §. consueuit tamen aperiri, & fœtus extrahi, & extra cœmeterium sepeliri. ad hoc facit. c. ext. de sepul. sacris.

Mulier prægnans mortua ubi est sepelienda.
2 Vt B. Hispa. & H qui no. hic q͞ talis fœmina si moriatur partu ... licite po... in eccle... & licite ... tetur ei mi... sa, & licite sepelitur in cœmeterio.

q͞ non debet consecrari, nisi prius extractis corporibus, & rasis tignis & parietibus fuerit riparata. vbi uero infideles non sunt sepulti, si ecclesia consecrata est, ibi potest missa celebrari.
l ¶ Ecclesiam in qua.] Non consecrata.

m ¶ San-

vel permissum, ut sit discretio inter sacrum, & non sacrũ; nec dedicationem fingat,[a] nisi sit. Quod si fecerit, si clericus est, degradetur:[b] si uero laicus, anathematizetur.

α ¶ Sanctificatum] *Iuo habet*, ab episcopo loci, uel eius misso sanctificatum est, ut sit discretio, &c. *Polycarpus, & Burchardus*, ab episcopo loci, uel eius permissu sanctificatum est, ut sit, &c. & in Carta. 5. c. 14.

Item ex concilio Africano, cap. 50.

¶ Euertantur altaria, quæ sine sanctorum reliquiis eriguntur. Cap. XXVI.

Anf. l. 5. c. 14. Burc. l. 3. ca. 54. Iuo p. 3 c 57. Pann. l. 2. c. 18.

PLacuit, ut altaria, quę passim[c] per agros, & per uillas, †tanquam memoriæ martyrum construuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ[d] martyrũ conditæ probantur, ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, si fieri põt, euertantur. Si autem hoc propter † tumultus[e] populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut, qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuicti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter[f] acceptetur, nisi ubi corpus, aut reliquiæ certæ sunt, aut origo alicuius habitationis,[g] uel possessionis, uel passionis fidelissima origine[h] traditur. Nã quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorunlibet hominum ubicumque constituuntur altaria, omnino reprobentur.

† al. nimeas] al. uias. † al. per.

Item ex concilio Aurelianensi, cap. 3.

¶ Non est consecranda ecclesia, in qua paganus sepultus inuenitur. Cap. XXVII.

Burch. l. 3. c. 11. Iuo p. 3. c. 15. Pann. l. 2. c. 22.

i ECclesiã, in qua paganus sepultus est, non liceat consecrare,[l] neque missas in ea celebrare,[k] sed iactari foras, & mundari oportet.

Item ex concilio Agrippinensi. 6. capitu. l. 5. c. 48.

¶ De ecclesia, in qua cadauera fidelium, uel infidelium sepeliuntur. Cap. XXVIII.

Burch. l. 3. c. 28. Iuo p. 3. c. 43. pann. l. 2. c. 25.

ij ECclesiam, in qua[l] mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare[m] non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde euulsis[n] corporibus, & rasis[o] parietibus, vel tignis† eius loci, reædificetur,[p] sed si hæc consecrata ante fuerit, missas in ea celebrari licet, si tamen fideles[q] fuerint, qui in ea sepulti sunt.

† *al. uel lotis lignis.*

Item ex concilio Martini Papæ (Bracharensis capitulo LXVIII, & LXVIV. synodorum Grecarum.

m ¶ Sanctificare] Ante eiectionem
n ¶ Euulsis.) Auctoritate episcopi uel principis tantum, ff de reli. ossa & inf. ea. corpora.
o ¶ Et rasis] idest, dealbatis: nam mutata forma interimitur substantia rei, ff. ad exhi. Iulianus. §. sed & si quis.
p ¶ Reædificetur) .i. ipsa rasura debet dealbari.
q ¶ Si tñ fideles.] Vbi autẽ discerni non possunt fideles ab infidelibus, neutri sunt exhumandi. extra de sepul. sacris.

ECclesiam in qua.] CASVS. In ecclesia non consecrata infidelium corpora erant sepulta, Dicitur hic

Non

NOn oportet.] CASVS. Prohibetur hic, ne missæ super monumenta mortuorum celebrentur, nec ibi apponantur Christi sacramenta, scilicet corporis & sanguinis sui: nec liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, vel mortuis sacrificare: Reprehendit prauam consuetudinem clericorum, & laicorum: solebāt enim singulis annis certa die offerre eleemosynas super tumulos suorum mortuorum: & clerici illuc euntes secum portabant sacramenta corporis & sanguinis Christi: & super tumulos eas distribuebant. Et hæc consuetudo facta fuit à gētibus, qui singulis annis mense Februarij die certo epulas offerebant super tumulos suorum mortuorum, quorum animas credebant circa tumulos conuersari: & inde refici, sed dæmones eas de nocte consumebant., & propter hanc consuetudinem ecclesia instituit, vt de eo die quo talia fiebāt, celebretur festū Dei in cathedratione Petri. Hic est casus. H.

¶ Super monumenta in campo non distribuantur mysteria. Cap. XXIX.

† al. mysteria.

NOn oportet clericos ignaros, [a] & præsumptores super monumenta in campum ministeria † [b] portare, aut distribuere sacramenta; sed aut in ecclesia, aut in basilica, vbi martyrum reliquiæ sunt depositæ, ibi pro defunctis oblationes offerri. ¶ Nec liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare mortuis.

Cap. 69. Burc. l. 10. c. 38. Iuo p. 11. c. 3.

Item ex concilio Triburiensi.

In conc. Moguntino 2. c. 9.

¶ Quomodo in ecclesia combusta missa possit calebrari. Cap. XXX.

Burc. l. 3. c. 56. Iuo p. 3. c. 59. Pann. l. 2. c. 31. † al. Slauis. † al. à Bulgaris.

COncedimus etiam, vt sicubi quod (peccatis nostris exigentibus per plurimum est factum) a Normanis, & Sclauis, † ab Vngaris, † & à malis Christianis, seu alio qualicumque modo ecclesiæ fuerint incensæ, & combustæ; in capellis [c] cum tabula consecrata missas interim celebrari permittimus, [d] donec ecclesiæ ipsæ restaurari queāt. In itinere vero positis, si ecclesia defuerit, sub dio, [e] seu in tentorijs, si tabula altaris, consecrata, cæteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, missarum solennia celebrari concedimus: aliter omnino interdicimus.

¶ *De hoc capite notatum est supra ad c. Missarum solennia.*

Item ex concilio Epaunensi, c. 26. & 27.

¶ *Iuo citat, vt vulgata Gratiani exemplaria,* ex concilio Hypponensi, *Sed ex Burchardo, & vetustis Gratiani codicibus restitutum est,* Epaunensi *a x cuius 26. & 27. capitibus confectum est.*

¶ Crismate non vngantur altaria, nisi fuerint lapidea. Cap. XXXI.

Burch. l. 3. c. 25. Iuo p. 3. c. 30. Pann. l. 2. c. 32.

ALtaria, [f] si non fuerint lapidea, chrismatis vnctione non consecrentur. [g] Ad celebranda autem diuina officia ordinem, quem metropolitani [h] tenent, comprouinciales obseruare debebunt.

Item ex concilio Agathensi. c. 14.

¶ Chrismatis vnctione, & sacerdotali benedictione sacrentur altaria. Cap. XXXII.

Poly. l. 3. tit. 4.

ALtaria placuit non solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

Item ex concilio Aurelianensi, c. 3.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Aurelianensi. Ipsa quidem sententia habetur in cap. l. 5. c. 230. & lib. 6. c. 101. & nouella 58. Apud Iulianum antecessorem, in extremo.*

a ¶ Ignaros.] idest, imperitos.

b ¶ Ministeria.] idest, missam celebrare super sepulchrum.

COncedimus.] CASVS. permittitur in concilio Triburiē. vt si ecclesiæ consecratæ fuerint combustæ, in capellis nō cōsecratis officia celebrentur, donec consecratæ ecclesiæ ualeant restaurari. In itinere vero positis sub aere, vel in tentoriis cum tabula cōsecrata liceat celebrare. Sequentia 4. ca. patent: & ea per te vide bis [Sacerdotali,] idest, episcopali. [oratorium.] idest, locus specialiter destinatus ad orandum.

c ¶ In capellis.] idest, oratoriis non consecratis, in talibus non licet celebrare sine permissu episcopi, vt infra ead. unicuique & supra cap. missarum.

d ¶ Celebrari permittimus.] ad quid est opus permissione, quia dicitur in capellis? quoniam forte capellæ non erant olim ecclesiæ, cum antiquitus dicerentur capellæ tuguria caprarum pellibus tecta 1 Vel hoc referas ad solennitates maximas.

Capellæ olim nō erāt ecclesiæ.

1 Vel dic ꝙ capella, pro ecclesia dicta est, quasi capiens laos, i. populum vel laudem, vel quasi cāpanam quia paucos capiat secūdū Pap.

e ¶ Sub dio] idest, sub aere.

f ALtaria.] Si non fuerint lapidea. Legitur in Exod. quod Dominus præcipit fieri altare de lignis cethim, quæ sunt imputribilia, & Salomon fecit altare aureum: sed illa facta sunt in figura. 12. quæst. 2. gloria. & dicitur de altari Lateranen. quod ligneum sit 2.

2 Hoc verū est, nā est de cupresso.

3 Genesis 14. cap. & hæc Antipho. s. Erexit Iacob, &c. cantatur in cōsecratione altaris, Archi.

g [Non consecrentur.] Quia Christus petra dicitur. inf. dist. 2 reuera. 21. dist. in nomine Domini. Item quia erexit Iacob lapidem in titulum 3.

h ¶ Metropolitani.] super 12. dist. de his.

a VNicuique.] Oratorium.] Non sacrum, sacrum autem sua auctoritate facere non licet, nisi auctoritate episcopi. su:ea. dist. nemo 18. q. 2. quidam,

b ¶ Non licet.] Nisi pro summa necessitate 1 tamen cũ consensu episcopi. ut inf. ea. si quis etiam, &c.

1 Supra cap. iuxta, &c. si cui.

1 ¶ Principis.] idest. Papę 2. 18. q. 3. diffinimus, hoc uerum est, cum corpus traditum est iam perpetuæ sepulturæ. C de reli. l. vlt. nisi necessitas immineat, tunc enim sufficit auctoritas præsidis prouinciæ. C. eo l. 1. si autem non est traditum perpetuæ sepulturæ, bene potest transferri sine auctoritate alicuius ad alium locum C. eo. tit. si necdum.

c CLericos qui ministrant.] i. ministeria & officia in horis diurnis, uel nocturnis exercent.

SI quis etiam.] CASVS. Statuitur hic vt si qui remoti sunt nimis ab ecclesia parochiali, propter laborem suum & familiæ suæ audiant missam in minoribus festiuitatibus in oratoriis suis, sed in præcipuis festiuitatibus missam audiant in suis parochialibus ecclesiis. Clerici vero qui contra hoc fecerint, nisi Episcopo permittente, excommunicentur. Seq. 4. capitu. plana sunt.

[Principis] idest, regis. uel Imperatoris. localiter intelligitur hoc, cum hoc non potest fieri sine scandalo. Vel principis. idest, Romani Pontificis.

d ¶ Si quis etiam.] extra su. 52. q. 5. futuram. su. 19. q. 1. quicũque, & q. 2. si quis.

e ¶ Oratorium.] hoc exaudi de oratorio priuato, secus in oratoriis aliis, quę populus facit, ut extra de eccle. ædifi. ad audiẽtiam, nam ibi in festiuitatibus celebrare licitum est.

f ¶ Propter fatigationem] Ar. propter difficultatem loci, vel itineris aliquid temperari quod alias obtinet generaliter, extra de ec. ædi. ad audiẽtiam. sup. dist. 64. c. 1. su. di. 63. cũ lõge su. dist. 93. iuxta sanctorũ. su. 13. q. 2. vbicunq. & 7. q. x. c. trib.

TRibus.] Hæc est 9. pars di. in qua loqtur magister de translatione reliquarum, & ecclesiarum. Ioan. de Fant.

Sedes transferẽ pp malitiam plebis.

g ¶ Difficultas,] Vt pro aeris intẽperie, ut 74 di. quorũdam, malorum. nã propter malitiam populi transfertur sedes. 25. q. 2. ita nos. propter malitiam populi episcopus renunciat dignitati extra de renunc. nisi versic. propter malitiam plebis. Quarta causa est quare transfertur. ecclesia, s causa meliorationis, vt 16 q. 7. antepe.

h COrpore.] ¶ Sine consilio. ff. de reli. ossa. in princ.

2 Si vero dicat principis i. regis vel imperatoris localiter intelligitur, s. ubi non posset hoc esse sine scandalo, si fieret, sine consilio principis & specialiter de ecclesiis quarum est patronus, sed in, ...

¶ In priuatis oratoriis licet orare, sed non missam celebrare. Cap. XXXIII.

VNicuique fidelium in domo sua oratorium a licet habere, & ibi orare missas autem ibi celebrare non licet.[b] Burc. l. 3. c. 86. Iuo p. 3. c. 76. Paun. l. 2. c. 39.

Item ex sexta synodo c. 31.

¶ In priuatis oratoriis absque consensu episcopi nullus ministrare præsumat. Cap. XXXIIII.

CLericos, qui ministrant, c vel baptizant in oratoriis, quæ intra domos sunt, cum consensu episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis vero non obseruauerit, deponatur.

Item concilio Agathensi, c. 21.

¶ Qui extra parochias habent oratoria, his diebus ad parochias redire cogantur. Cap. XXXV.

SI quis etiam [d] extra parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque conuentus, oratorium [e] in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi missas audiat, † pro pter fatigationem [f] familiæ, iusta ordinationẽ permittimus. Pascha vero, Natali domini, Epiphania Domini, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali Sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur non nisi in ciuitatibus, aut in parochiis audiant. † Clerici vero, si qui in festiuitatibus, quas supra diximus (nisi iubente, aut permittente episcopo) missas celebrare † voluerint, communione priuentur.

Iuo p. 4. c. 9.

† al. teneant.

† al. teneant.

† al. facere, aut o nere.

Item Augustinus.

¶ Quibus ex causis loca sanctorum mutanda sint. Cap. XXXVI.

9 TRibus ex causis loca sanctorũ transmutanda sunt. Prima, cum necessitas persecutorum loca eorum grauauerit. Secunda, cum difficultas [g] locorum fuerit. Tertia cum malorum societate grauantur.

Ans. l. 5. c. 16. Burc l. 3. c. 90. Iuo p 3. c. 80. Pann. l. 2. c. 38.

Item ex concilio Maguntinensi primo, c. 51.

¶ Quando alicui corpora sanctorum de loco ad locum transferre non licet. Cap. XXXVII.

COrpora sanctorum de loco ad locum nullus trãsferre presumat sine consilio [h] principis, [i] vel episcoporum, sanctæque synodi licentia.

Burc. l. 3. c. 232. Iuo p 3. c. 273. Pann. l. 2. c. 36.

Item Hyginus Papa.

¶ In vsus laicorum non conuerti licet ligna ecclesię dedicatæ. Cap. XXXVIII.

10 LIgna k ecclesiæ dedicatæ a non debent ad

Poly. l. 3 tit. 16. Ans. l. 5. c. 17. Burc. l. 3. c. 39. Iuo p 3. c. 44. Pann. l 4 c. 16.

LIgna] Hæc est 10 pars distin. in qua probat magister per 6. c. quod ligna uetusta ecclesiæ, & alia uestimenta, & ornamenta non debent redire ad humanos usus. Ioan. de Fant.

K ¶ Ligna.] De lignis ecclesiæ destructæ & omnib. utensili-

filibus ecclesiæ reuerenter utendis, istis sex capitulis sequentibus ostenditur.
a ¶ Ad aliud.] Extra de re. permu. mancipia. ff. de rei ven. quæ religiosis.
b ¶ Ad profectum] Non tamen indifferenter, sed vel in ca- ris, 1. sindones & corporale, quę quia sunt quadrangulæ. ideo dicuntur pallæ a quodam muliebri pallio quadrangulato, quod palla dicitur ita dicit H p.
e ¶ Velum.] Pannus est, qui pendet super altare, uel cortina ante.

† al. monasteriū. † al. opera.

aliud [a] opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam, uel igni sunt comburenda, uel ad profectum [b] in monasterio † fratrib. in laicorum [c] uero usum † non debent admitti.

a ¶ Dedicatæ.] *Antea legebatur & hic, & in rubrica,* dedicata. [c] *mendatum est hoc, sicut & alia nonnulla ex uetustis exemplaribus, Burchardo & Iuone, qui etiam caput hoc citant ex decretis Higini.*

Item Clemens Papa Iacobo Hierosolymitano episcopo, epistola secunda.

¶ Vestimenta sacra, & uasa præ uetustate cōsumpta incendantur, & cineres in loca occulta proiiciantur.

Cap. XXXIX.

† al. cancella. † al. sanctuario. poly. l. 3. c. 16. Burc. l. 3. c. 2. 6. Iuo p. 2. ca. 66. & p. 3. c. 266.

ALtaris palla, [d] cathedra, † candelabrum, & uelum, [e] si fuerint uetustate cōsumpta, incendio dentur, quia non licet ea, quæ in sacrario † fuerint, male tractari, sed incendio uniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur, ubi nullus transitum † habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

† transitus habeatur.

Idem ibidem.

¶ Mortui non obuoluantur uestimentis altaris.

Cap. XL.

NEmo per ignorantiam clericus mortuum [f] credat obuoluēdum, aut diaconus scapulas operire uelit, palla, quæ fuit in altari, aut certe, quæ (diacono † data est in mensam domini [g] Qui hęc fecerit, uel leuiter, quasi nihil, & negligenter [h] habuerit diuina mysteria, diaconus triennio, † sexque mensibus a dominico erit alienus altari, graui percussus anathemate. [i] Quod si clericum presbyter non commouerit, decem annis, & sex † mensibus excommunicatus [k] sit, propter quod de dominicis sacramētis subiecta sibi non amouerit † ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ. Pallas uero, & uela [l] sanctuarii, si sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lauent, non eiicientes foras a sacrario, & uelamina Dominicæ mensæ abluant, ne forte puluis Dominici corporis male decidat. β Sindonē uero non foris [m] abluant, & erit hæc operanti peccatū. Idcirco intra sacrarium ministris præcipimus hæc sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis uelis apponatur lauandis, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinent. Pallæ altaris solæ in ea lauentur, & in alia, uela [n] ianuarum. De uelis aūt ianuarum

† abest ab ori.

† al. quinque.

† al. cōmonuerit. Burc. l. 3. c. 216. Iuo p. 3. c. 266.

NEmo.] CASVS. Beneu sic ponit hunc casum Præcipitur hic, ne mortuus in palla altaris sepeliatur. si quis hoc fecerit, vel fieri permisserit, diaconus tribus annis & sex mensib. presbyter x. annis, & sex mensibus suspendatur. Et additur qualiter, & a quib & vbi cortinæ, & linteamina debeant lauari. [Pallas] .i. corporalia [Mensæ] .i. altaris.
f ¶ Mortuum] Laicū. nam clerici mortui bene induuntur vestibus sacris. xiii. q. 2. nullus.
g ¶ In mensam dñi] .i. ad mensam domini componendam, quod ad ipsum diaconum spectat. arg. 25. d. perlectis & d. 93. diaconi. vel forte est illa, vbi sacerdos post cōsecrationem manus tergit, uel forte palla cui inuoluit calicem, & abstergit.
h ¶ Negligenter] arg. negligentiam, ut factum puniendam. 25. q. 1. nulli fas.
i ¶ Anathemate] .i. suspensione, 2 nō enim debet anathematizari pro tali causa.
K ¶ Excommunicatus] .i. a communione remotus, & ita habes hic pœnam non admonentis prę̈lati. nam alibi dr: Vel si non sparserimus, &c. 43. d. dispensatio. stē per hoc cap. uidetur reprobari intellectus quorundam, quē habes in illo ca. 1. q. 1. quidquid inuisibilis. nam ibi propter negligentiam non excōmunicabitur presbyter, nisi per quattuor menses.
l ¶ Et uela] .i. ornamenta altaris, vel uela, i. cortinæ. Huic hodie derogatum est consuetudine generali.

2 Subau. & separatione a corpore, & sanguine Christi, a ministerio altaris, & forte ab omni officio ecclesiastico supra 1. q. 1 reperiuntur. Hu.

1 Idest, colendis. de hoc legi. & not. 14. q. 1. §. ad hoc. uer. con stitutis, &c. illa quid

capitulo, uel in dormitorio, uel in aliis religiosis locis, non in coquina, uel in uineis pastinandi s 1.
c ¶ In laicorum] arg quæ semel consecrata sunt non debere redire in usus laicorum, sup. 19. q. 3. quæ semel. 17. q. vlt. questi sunt. arg. contra sup. d. 54. ex antiquis. &c. si seruus. &c. frequen.
d ALtaris palla.] pallæ dicuntur uestimenta altaris, 1.
m ¶ Non foris] .i. ab aliis segregatam. & est secunda uestis sacerdotalis. 3
n ¶ Vela] .i. cortinæ, quæ in ecclesiis extenduntur festiuis diebus, & in quadragesima causa consignationis vel significationis. Io.

3 Aliidnt, quod est ornamentum calicis

IN sancta.] CASVS. Hoc c. cum duobus sequentibus pa tet historiam tamen notabis in sequēti c. ubi dicitur, leg tur, &c.

a ¶ Non ab aliis] sup. d. 23. sacratas. & c. non liceat.

b ¶ Quia perit] .i. pœna patitur, & punitur corporaliter, & temporaliter, non autem spiritualiter, vel æternaliter 1. & vno peccante, &c. su pra dist. 45 sed illud. De hac materia not. 1. q. 4. in prin. & simi liter not. sub illo §. item pro peccato. Achor plebs Israelitic.

1 De hoc satis no. sup 2. q. 4. in summa.

c Vestimenta] Balthasar) Historia. Legitur in Daniele q Balthasar rex Babyloniæ fecit grāde conuiuiū optimatib. suis, cum ergo iam esset temulentus, pręcepit, ut afferrentur uasa argētea, quæ Nabuchodonosor asportauerat de templo, q fuit in Hierusalem, ubi biberēt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ, & factum est ita Bibebant autem uinū, & laudabant Deos suos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus scribentis contra candelabrū in superficie parietis. quod rex cōspiciens turbatus est ualde, & mittens conuocauit oēs sapientes Babylonis, & nullus poterat scripturā legere, uel interpretationem eius regi indicare. Tandem vocatus Daniel dixit scripturam significare interitum regis, pro eo quod cōtaminauerat uasa domus domini, & aperuit quod scriptum erat, Mane thetel phares (Mane) .i. numerauit Deus regnumtuū (Thetel) .i. appositum est in statera & inuentum est minus hēns (Phares) .i. diuisum est regnū tuum, & datum Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Balthasar, & Darius Medus in regnū successit.

Balthasar uasis domini abusus est.

d AD nuptiarum) ¶ Polluuntur) Arg. quod ex ueste alicuius dominæ, uel alterius, non debet fieri casula, uel aliquis ornatus ecclesiæ 2.

Casula non fiat de ueste domicellę. 2 Dic quod ar.

VAsa in quibus.) Hæc est 11. pars d. in qua dicitur in quibus calicibus, & corporalibus celebrare debemus. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Tribulien. utrum in ligneis uasis deberet confici corpus Christi. & dictū fuit in concilio, quod Bonifacius papa de hoc interrogatus respondit quod non. Cum enim ita factum fuerit in primitiua ecclesia, Zepherinus constituit, ut fieret consecratio in uitreis. Vrbanus postea uasa sacra argentea fecit, & concilium statuit ut nullus conficiat in ligneis uasis de cætero, ne honor ecclesię suo tempore minuatur.

e ¶ Calices) Supple debent esse aurei uel argentei.

istud non mitur a contrario sensu, quia ustis de qua loquitur ista glossa, non dū concessa fuerat ecclesię, quare co ingnatio nō subsistit in hoc casu, sed hoc argu. sumitur potius ab itellectu uerborum, Arch.

cura sit ostiariis ex admonitione maiorum, ne quis negligens, aut ignarus, ad uelum ianuæ domus domini manus incognite † tergat. sed statim coercitus discat omnis homo; quia uelum atrii domus domini sanctum est.

† al. incondite.

α Decidat.) *in originali est*, decidat a sindone foris abluta, *sed gl. obstitit, ne mutaretur. Multa autem alia non minimis ponderis sunt ex ipso originali emendata.*

Item Sixtus Papa epist. cap. 2.

Sacra uasa non nisi a sacratis contrectentur hominibus. Cap. XLI.

IN sancta hac Apostolica sede statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, [a] quam a sacratis, dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum α enim ualde est, ut sacra domini uasa, quæcumq; sint, humanis vsibus seruiant, aut ab aliis, quam a domino famulantibus, eique dicatis tractentur uiris, ne pro talibus præsumptionibus iratus dominus plagas imponat populo suo, & hi etiam, qui non peccauerint, mala patiantur, aut pereāt: quia perit [b] iustus sæpissime pro impio.

poly. l. 3. tit. 9. Burc. l. 3. c. 314. Iuo p. 3. c. 264. & p. 2. c. 70.

α Indignum. *Addita sunt hac usque ad ver.* uiris. *itēque alia nonnulla ex originali, Burchardo, & Iuone.*

Item Stephanus episcopus familiari amico Hilario, epist. 1. cap. 3.

Non nisi a sacratis hominibus uestimenta sacrata ferueniur. † Cap. XLII.

† al. ferantur.

VEstimenta ecclesiastica, quibus domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta, quib. aliis in usibus non debēt frui, quàm in ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi a sacratis hominibus, ne ultio, quæ Balthasar [c] regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

poly. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. ca. 29. Iuo p. 2. c. 74. Dan. 5.

Summatim relatum est.

Item ex concilio Aurelianensi.

Diuina ministeria nuptiarum non præstentur ornatibus. Cap. XLIII.

AD nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur, ne dum improborum contactu, pompaque sæcularis luxurię polluuntur, [d] ad officia sacri mysterii † uideantur indigna.

† al. Aruernensi.

Item ex concilio Triburiensi, cap. 18.

In ligneis uasculis Dominici corporis, & sanguinis sacramenta non sunt celebranda. Cap. XLIV.

poly. l. 3. tit. 24. Burc. l. 3. c 108. Iuo p. 2. c. 143. pann. l. 1. c. 163.

11 VAsa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices [e] sunt, & patenæ, de quib. Bonifacius martyr, & episcopus interrogatus, si liceret i uasculis ligneis

Burc. l. 3. c. 223. Iuo p. 3. c. 282.

a ¶ Vtun-

a ¶ Vtuntur.] Sed nunquid conficiebant? vtique. nunc au tem quid? & quidem fieri non debet, sed si fiat vt in ua se ligno uel uitreo quis conficiat corpus Christi, nihilominus est verum corpus, quia in uerbo consecrantis per ficitur consecratio, nō in uase, ut inf. d. 2. utrū. uer. si ita.

b ¶ Zepheri-

VT calix.] CASVS. Statuitur in hoc c. ut calix cū patena fiat de auro uel argento, uel saltē de stāno. De ære autem uel aurichalco nullo modo fiant, quia solent æruginem colligere, & uomitum prouocare.

Nullus etiam in ligneo vel in vitreo vase præsumat missam cantare.

sacramenta conficere, respondit, quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc e cōtrario lignei sacerdotes aureis utuntur [a] calicibus. Zepherinus xvi. [b] Romanus Episcopus patenis uitreis missas celebrari constituit. Tum deinde Vrbanus Papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultib. magis & magis per incrementa temporum decus succreuit [c] ecclesiarum. Nostris enim diebus, qui serui patrisfamilias sumus, ne decus matris Ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur, & amplificetur, statuimus, ut deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumat, ne unde placari [d] dēt, inde irascat Deus.

Item ex concilio Rhemensi, c. 6.

Ans. l. c. 91. & l. 9. capit. 5. Burch. l. 3. c. 96. Iuo. p. 2. c. 131. Pan. l. 1. c. 261.

¶ Ex qua materia calix cum patena fieri debeat. Cap. XLV.

VT calix Domini cum patena, si nō ex auro, [e] omnino ex argento fiat. *& infra.* Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum calicem habeat. De ære, aut orichalco non fiat calix, quia ob uini virtutem æruginem parit, quę uomitum prouocat. Nullus autem in ligneo, [f] aut uitreo [g] calice præsumat missam cantare.

Siluester In epilogo conc. Rom. idem in Pontificali. Poly. li. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 2. Burc. l. 3. ca. 99. Iuo p. 2. c. 134. Pann. l. 1. c. 261. Mar. 15. Luc. 23.

†al. consultu.

Item ex epistola Eusebij Papæ, & Siluestri.

¶ Non in serico panno, sed puro lineo sacrificium consecretur altaris. C. XLVI.

COnsulto † omnium statuimus, ut sacrificiū altaris nō in serico [h] panno, aut tincto quisquā celebrare præsumat, sed in puro [i] linteo ab episcopo cōsecrato, terreno [k] scilicet lino [l] procreato, atque contexto, sicut corpus dñi nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.

Item ex sexta synodo, c. 32.

¶ A quibus fuerit tradita missarum celebratio. C. XLVII.

Gal. 1.

12 IAcobus [m] frater Domini secundum carnem, cui primum credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsariēsis episcopus, cuius claritas per totum orbē circumfulsit, in scripturis addiderunt α nobis missæ celebrationem. [n]

α ¶ In scripturis addiderunt.) *Græce est*, ἐλλ ράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες οὕτω τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασιν, i. qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium, hoc modo in diuina liturgia sacrū poculum ex aqua

e ¶ Si non ex auro] cōtra sup. 12. q. 2. aurum, sed illud quando pauperes morerētur fame, quo casu vendi possent. C. de sacr. san. eccle. sancimus.

f ¶ In ligneo.] Quia lignū porosum est.

g ¶ Vitreo] Quia uitrū fragile est. & immineret periculū effusionis.

Calix an possit esse ligneus aut uitreus.

COnsulto.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ut corporalia nō dēant fieri serica neque tincta, sed linea dēnt esse, sicut fuit sindō, in qua corpus Christi in sepulchro fuerat inuolutū [Consulto] idest, consilio omnium astantium, qui super hoc sunt consulti.

h ¶ in serico] Corporali.

i ¶ Sed in puro.] ut innocens & sine macula intelligatur.

K ¶ Terreno.] Quia veram carnem mortalem & passibilem de corpore Virginis assumpsit. 23. dist. q. episcopus.

Corporalia debeant esse linea certa ratione.

l ¶ Lino] Quod tunsionibus multis ad candorē deducitur, sic & Christus pręssuris multis puenit ad gloriam, ita & boni propter pressuras ad gloriam Domini ueniunt. 1. q. 3. Saluator.

IAcobus frater Domini] Hæc est 12. pars di. in qua ponit a quibus Missa. fuit cōposita. lo. de Fan. CASVS istius capit. per se patet, & tractatur in his 7. ca. de celebratione Missæ, ostendēs quod a ieiunis, & qua hora, & quot in die sunt celebrandæ.

m ¶ Iacobus.) ideo dicitur frater, q a ual de assimilabatur ei, vel quia fuit filius sororis matris Domini.

Iacobus dicebatur frater Domini.

1 Scilicet q̄ rū ad secretā quam Iacob. instituit, & Basilius quę dā addidit, q lōge post eum fuit. s. tēpore iuliani apostatæ B. Ilid.

n ¶ Celebrationem.) idest, ordinē celebrandæ missæ 1 verba enim quibus corpus Christi conficitur, ab ipso Domino sunt tradita, ut inf. di. proxima, qu a corpus & sanguis, sed etiam post alii alia addiderunt ad decorē & lo-

b ¶ Zepherinus xvi.) Decimus octauus computatis Lino & Cleto.

c ¶ Succreuit) Arg. prælatum non posse præbendas diminuere. quod est verū sine cā, extr. de excess. prel. sicut.

d ¶ Placari.) C. unde ui, meminerint.

& uino conficiendum ed:derunt. *Sed nihil mutatum est, tum ob glossam, tum quoniam . ollector de industria videtur summatim retulisse.* Abest *autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

Item Telesphorus Papa VII. a Petro in epistola ad omnes, c. 2.

Beda in Martyr. m. 5. Sept. Concor. concil. Aureliam. 3. c. 14.

¶Qua hora sunt missarum solennia celebranda. Cap. XLVIII.

13 NOcte [a] sancta natiuitatis Domini Saluatoris missas celebrent presbyteri, & hymnum angelicum in illo solenniter decantēt, quoniam & eadem nocte [b] ab Angelo pastoribus nunciatus est; *& infra.* Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cęlestis laudātium Deum & dicentium, Gloria in excelsis † Deo, [c] & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis uero tēporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia & eadem hora Dominus crucifixus [d] est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur.

Poly. l. 3 tit. 25. Ans. l. 7. c. 174. Burc. l. 3. c. 63. Iuo p. 2. c. 71 & p. 3. c 65. Pann. l 2. c. 40. † *al. altissimis.* Mar. 15. Act. 2.

Item ex concilio Africano, c 8.

Conc. c. 29. concilii Carth. tertii.

¶Non nisi a ieiunis hominibus sacramenta celebrentur altaris. Cap. XLIX.

14 SAcramenta altaris non nisi a ieiunis [e] hominibus celebrentur, excepto [f] vno die anniuersario, quo cęna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur.

Ans. l. 9. c. 3.

Item ex concilio Cabilonensi.

¶*Sic etiam citat Iuo, & Panormia. Burchardus autem ex decretis Syluerii Papæ, Polycarpus ex Eusebio.* Habetur *in capitulis Theodulphi Aurelianensis episcopi, c. 39.*

¶Ante missarum solennia circa horam nonam decantata, in Quadragesima comedere non licet. Cap. L.

15 SOlent plures, qui se ieiunare putant in quadragesima, mox ut signū audierint ad horam nonam, comedere.† Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante [g] manducauerint, quam vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas, & auditis missarum so

Poly. ibidem. Burc. l. 13. c. 12. Iuo p. 4. c. 45. Pann. l. 2. c. 124. † *al. manducare*

& solennitatem, vt 11. dist. ecclesiasticarum.

NOcte sancta.] Hæc est 13 pars distinct. in qua ponit quare tres missæ in natali Domini cantentur. Ioā. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. qđ in natiuita te Domini missa debet celebrari de nocte, quia nocte illa annūciauit eū Angelus pastoribus in alio autem tempore ante horam tertiam nō debet missa celebrari, quia tali hora est Dominus crucifixus, & tali hora sup Apostolos descendit spiritus sanctus.

a ¶Nocte] De celebritate missę. 7. c ad iūgit, ostendens, quo modo a ieiuniis eā tandæ & audiendæ sunt, & quot in die, & qua hora sunt celebrandæ.

b ¶Nocte.] Tres missæ in die natalis Domini celebrentur. Vna ante diem, 1 q̄ significat tempus ante legem, quādo eramus in tenebris. Secunda dum diescit, & significat tempus in lege, quando non dum plena agnitio Dei habebat. Est tertia in die, & significat tps gratiæ, qñ iā plena cognitio habebatur. Vnde uersus.

Nocte prior sub luce sequens, luce suprema.

Sub Noe, sub Dauid, sub Cruce, sacra nota.

1 Scilicet circa medium noctis, quo tpe Christus natus est, secundum H.

ADDITIO. Dicas, ꝙ communiter loquendo debet missa dici in die, & non in nocte, quia hoc sacramentum ad tempus gratiæ pertinet, qđ per diem significatur, secundum illud ad Ro. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit secundum Tho.

c ¶ Gloria in excelsis Deo.] Hæc uerba dicta sunt ab Angelo, alia addidit Hilarius, ut infr. ead. dist. de Hymnis.

d ¶ Crucifixus.] Linguis, non manibus, supra de pœ. dist. 1 periculose.

SAcramenta altaris non.] Hæc est 14. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc cap quod missæ debent tantum a ieiunis celebrari, nisi in cœna Domini. Vnde si oportet presbyterum pransum commendationem mortuorū facere, sine celebratione missę debet hoc facere.

e ¶ A ieiunis.] ieiuni ergo debent cōficere, ut hic, & baptizare, & chrismare in fronte, ut dist. 5. vt ieiuni & sacramētum calumniæ præstare, 22. q. 5. honestum, & testimonium dicere, ext. de test. placuit, & ordines conferre

Ieiuno stomacho conficiendū est.

& accipere. 75. dist. quod a patribus. Sed quando dicetur quis ieiunus? pone, qđ comedo hodie, nec dormio p diem & per noctem: nunquid incipiente alio die sum ieiunus? Dicunt quidam 2 ꝙ sic. argu extra de tempo. or. litteras. alias somnus diceretur soluere ieiunium, quod

ieiunus, 1 dicatur.

2 Scilicet H. & Ro.

quod non credo, sed dico ieiunium esse celebrata digestione, inf. dist. 2. tribus.

f ¶ Excepto.] sup. 7. q. 1. nihil. contra infr. dist proxim. liquido contra. inf. dist. 5. ut episcopi contra. sed derogatum est huic cap. per illa c. & per contrariam consuetudinem. arg supr. dist. 4 § leges 3

3 Pōt dici, quod istud ver. excepto ponitur ibi fiue, & est sensus excepto. i. accepto & cōputato inter alios dies quasi nullo die excepto, & est simile 23. q. 5. ñ est nostrū 13. q. 1. Ebron. sm H. & sic non corrigitur. Solutio an possit fieri ante tēpus.

SOlent.] Hæc est 15. pars secundum ioannem de Fant.

CASVS. Quidam erant se ieiunare putantes, qui in quadragesima statim audita Nona antequam diuinum officium audirent, comedebant, qui non sunt credendi ieiunare, nam prius debent officium audire, & si uenire non possunt, expectata hora uespertina & completa oratione sua comedant.

g ¶ Si ante.] Sed nonne licitum est debitori ante tēpus

sol

soluere pecuniam? plus enim soluit qui ante tempus soluit, vt insti. de act. §. plus autem. Resp. verum est quando dies adiectus est fauore debitoris 1 alias si fauore creditoris, ante tempus soluendo non liberatur, vt ff. de an. leg. cum qui. Ioan.

1 Ad hoc ff. de ver. ob. eũ qui §. quoties. & le. ei cui hoc ff. de e iu. si intra Archid.

IN IEIVNIIS. Hæc est 16. pars, dist. in qua probat quando Missæ sunt cantandæ Io. de Fant.

CASVS. Iste § cum eo, qui sequitur patet ibi etiam est §. in prima quoque. ibi addidit etiam Gratianus, quod in mane licitè cantatur missa publica.

IN solennibus, & uespertinis officijs, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si uero aliquis necessitate constrictus fuerit, ut ad missam uenire non ualeat: æstimata uespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat.

† absoluere debet.] orig.

a ¶ Vnde Leo.] sup. dist. 75. quod a patribus.
b ¶ Itẽ Gelasius] sup. di 75. ordinationes.
c ¶ Itẽ Pelagi.] su di. 76. dilectionis tuæ.

16 *In ieiunijs etiam quattuor temporum circa vespertinas horas, in sabbato vero sancto circa noctis initium missarum solennia sunt celebranda. Vnde* Leo[a] *episcopus:*] *Quod a patribus nostris.*] *Item Gelasius;*[b] [*Ordinationes presbyterorum.*] *Item* Pelagius:[c] [*Dilectionis tuæ rescripta.*] *Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei missarum solennia non incongrue celebrantur.*

sup. dist. 75. sup. dist. 76.

Vnde Leo Papa Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. al. 81. cap. 2.

¶ Etiam in prima parte diei missas celebrare licet. C. II.

Burc. l. 3. ca. 21 & Iuo p. 2. capit. 77. & p. 3. cap. 268.

NEcesse est autem, ut quædam populi pars sua deuotione priuetur: si unius tantum missæ, more seruato, sacrificium offerre non possint; nisi[d] qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus; ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remanenti filio nostro Possidonio presbytero hãc ad fraternitatem tuam epistolam[e] dedimus perferendam: qui in nostris processionibus, atque actionibus† frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus Apostolicæ sedis α auctoritas teneret, agnouit.

† al. ordinationibus.

NEcesse.] CASVS. Sæpe contingebat, quod multi homines missa priuabãtur, si tm̃ vna missa & hora tertia celebretur. & ideo quæsiuit Dioscorus Alexãdrinus episcopus a Leone, vtrum presbyter possit ei missam in mane celebrare: & respondet quod sic.
d ¶ Nisi] Hoc, nisi, respicit illud verbum priuetur.
d ¶ Nisi qui prima.] inf di. 2. trib. gradib. su. eo. nocte. cõtra. in fi. sed illud abrogatũ est inf. di. 2. tribus. Vel illud de solẽni missa, hoc de priuata.
e ¶ Epistolam] In qua hoc cap. continetur.

α ¶ Apostolicæ sedis.] *In epistola ipsa legitur,* quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus. *Sed omnes Gratiani codices, & Iuo concordant.*

Item Augustinus.†

¶ Missæ peculiares non sunt in publico cantandæ. Cap. LII.

† al. Gregorius. Habetur in capitulis Theodulphi, c. vlt. Foly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. c. 54. Iuo p. 2. c. 119.
† al per

ET hoc attendendum est, vt missæ peculiares,[f] quæ per dies solennes a sacerdotibus fiunt, non ita in publico[g] fiant, ut propter† eas populus à publicis missarũ solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur. *& infra.* Sed sacerdotes,[h] qui in circuitu urbis, aut in eadem urbe sunt, & populus in unum ad missarum publicã celebrationem conueniant, exceptis β Deo sacratis fœminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri.

ET hoc.] CASVS. Quidam presbyter missam priuatam solebat cum tanta solennitate celebrare, quod populus solenni missę interesse nolebat: & ideo statuit hic, ꝙ hoc fieri non debeat: sed oẽs debẽt ad missã publicã venire psbyteri & laici.
f ¶ Peculiares.] Peculiares dicuntur priuatæ; 2 ergo oĩs missa, quæ priuata non est, publica dicenda est, ex quo publice & manifeste fit.
g ¶ In publico.] Idest solenniter.
h ¶ Sed sacerdotes.] No sacerdotes, q per vrbem sunt, ad solennẽ missam debere cõuenire in maiori ecclesia. Vel potius is est sensus c. scilicet an in ciuitate & per totum episcopatum hora tertia & sacerdotes & populi conueniãt ad publicas missas, quas sacerdotes eorum faciunt.

2 Scilicet votiuę, q d. nõ publicæ, f q̃ celebrãtur sine vocatione populi: nec pulsatione signorũ, sicut est missa pro peccatis, vel sanctæ Mariæ: vel Apostolorũ, vel huiusmodi, secundãriu.

β ¶ Exceptis.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex Theodulpho, Burchardo & Iuone; apud quos possunt etiam legi alia, quæ post versi.* abstrahatur, *a Gratiano sunt omissa.*

Item Alexander secundus.

¶ Quot missas in die sacerdoti celebrari licet. Cap. LIII.

Vide Valfridum Strabonem, c. 21. Iuo p 2. c. 81.

17 SVfficit sacerdoti unam missam in die una celebrare

SVfficit.] Hæc est 17. pars dist. secundum Io. de Fan.

C A-

CASVS. Quærebatur, quot missas in die possit presbyter celebrare. Et respondetur, quod vnam: quia Christus semel tantum pro bonis passus est. Vel duas ex necessitate: sed non pro pecunia, vel adulatione, id est, gratia fauoris humani, vel laudis acquirendæ.

a ¶ Quia Christus.] ergo non nisi semel debet celebrari, sed quia quotidie peccamus, ideo quotidie pro nobis Eucharistia immolatur mystice. inf. dist. 2. vtrum.

b ¶ Et alteram.] Ergo etiam in necessitate nõ tres, ex quo dixit, alteram. arg. 31. q. 1. quomodo. extra de cele. mi. cõsuluisti. ergo adhuc remanet ieiunus post primam, cũ possit iterum cantare aliam. ar. 7. q. 1. nihil. Quid ergo dices de vino vnde presbyter abluit digitos? non debet sumere illud, si aliam vult cãtare. extra de celeb. missa. ex parte vbi euacuatur opinio, quæ dicit quod quidquid sãguini Christi commiscetur, sanguis est. extra de consec. eccl. quod in dubijs. Sed ibi vtrumque olim eiusdem substãciæ, & vsiæ: non sic de vino misto sanguini. extra de celebratio. missarum, cum Marthæ. versic. quæsiuisti.

Peccamus quotidie.

quia Christus [a] semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est vnam missam facere; & valde fœlix est, qui vnam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alteram [b] de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus† sæcularium vna die præsumunt plures facere missas; non æstimo euadere damnationem.

†al. oblationibus.

Item ex concilio Toletano, 4. cap. 12.

¶Ex Saluatoris, & Apostolorũ docemur exemplo hymnos cantare. Cap. LIIII.

18 DE hymnis canendis, [c] & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur Matthæo euangelista attestante: [Et hymno [d] dicto, exierunt in montem olìueti.] Et Paulus apostolus ad Ephesios scribit dicens: Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & Martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, quod de scripturis sanctorum canonum, vel Apostolica traditione non existunt: respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico, priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: [Gloria, & honor patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorum, Amen.] Nam & ille hymnus, [e] quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt; [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] & reliqua, quę ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris nõ inueniuntur? Componuntur [f] missæ, siue preces, vel orationes, seu commendationes, seu manus impositiones: ex quibus, si nulla decãtetur in ecclesia, vacãt officia oĩa ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheũ Apostolus dicens: [Obsecro igitur primũ fieri obsecrationes, [g] orationes, postulationes, [h] gratiarum actiones [i] pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt.] Sicut

Poly. l. 3. tit. 19.

Matth. 24.

Ephesi. 5.

Luc. 2.

1. Tim. 2.

DE hymnis.] Hæc est 18 pars ĩ qua probat, quod hymni sunt authẽtici, & debent celebrari. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam reprehendebant hymnos ab Hilario & Ambrosio cõpositos: quia nõ erant in corpore canonum, nec erant de traditione Apostolorum. Sed contra illos probatur hic, quod illi & alii sunt in ecclesia canendi. Primo exemplo Domini, & auctoritate Apostoli. Secundo quia in fine omnium psalmorum cantatur hymnus ab hominibus compositus, scilicet, Gloria patri, &c. & illi hymno, qui est ab angelis decantatus nato Saluatore, quædam apposita sunt ab hominibus. Tertio quia Paulus præcepit, vt in ecclesia fiant orationes & alia.

c ¶ De hymnis canendis.] De hymnis dicendis in missa vel extra, tribus cap. ostendit.

CASVS. In 1. parte probat auctoritate Domini, & dicto Apostoli Pauli hymnos esse canendos. Secundo reprehenduntur quidam, qui quosdam hymnos nolebant recipere, quia non processerunt de scripturis sacrorum canonum, vel Apostolica traditione: Hymnus est laus Dei cum cantico.

d ¶ Hymno.] Id est, benedictione data post cibum: quæ hymnus hic appellatur: quẽ oẽs clerici facere debent, vt sup. dist. 44. c. vlt. § edent pauperes, & saturabuntur, &c.

ADDITIO. pone hymnũ, qui dicitur post missam. Arch.

e ¶ Ille hymnus.] Supple respuatur.

ADDITIO. Id est, debet respui secundum eos. H. alij dicunt quod istæ dictiones de hymnis, ponuntur pro accusatiuo; uel carent verbo. Arch.

f ¶ Componuntur.] a sanctis.

g ¶ Obsecrationes.] Id est, orationes, quæ fiunt ante, & iuxta consecrationem. Vel quæ fiunt adiurando:, vt per natiuitatem tuam, libera nos Domine;

h ¶ Postulationes.] Id est, preces: vt ibi, vt pacem & concordiam nobis dones, te rogamus audi nos.

i ¶ Gratiarum actiones,] vt cũ dicimus, Bñdicamus Dño.

i Et ibi, requiem æternam dones eis dñe: & secundum L. qui ita dicit inf. distinct. vtrum.

a ¶Sicut ergo orõnes.] Quæ fiunt in ipsa consecratione. Hi duo solummodo.] CASVS. Quæsitum fuit a Leone, quare isti duo hymni, s. Gloria in excelsis, & Alleluia: non cantantur in Septuagesima? Et respondet quia tunc primi hominis lapsus legitur in ecclesia, per cuius peccatum humanum genus est expulsum a conuẽtu angelicæ iubilationis. His autem ix. hebdomadibus tacentur ad significandum, ꝙ ix. ordines angelorum propter casum decimi ordinis sunt præpediti a laude Dei, & a fęlicitate turbati: ad cuius decimi reformationem Deus formauit hominẽ, sed homo statim cecidit, sed postea Christo resurgente humanum genus fuit reparatũ: & tunc angelicus chorus est valde lætatus.

b ¶Quorum.] Nomẽ decimi ordinis non habemus. 1

c ¶Decimus.] Nõ ꝙ decimus cecidit: sed tot qui sufficiebãt ad decimum ordinem perficiendum.

d ¶A fęlicitate.] Significauit statum hominũ perturbandũ, cũ possit & debeat timere casum suum, videns ruinam maiorũ & firmiorum. de pę. di. 2. c. principiũ.

e ¶Et parem.] De pę. dist. 2. c. principiũ in g t. ver. omnis lapis.

f ¶Sui generis.] Quia hoïes loco ipsorum restituuntur: de quibus tot assumẽdi sũt quot remãserũt iuxta illud in fi. Deuter. in cãtico Moysi. Statuit terminos populorum iuxta numerũ angelorum Dei. Sed hic videtur haberi ꝙ tot ascendant ad gloriã, quot ciciderunt, & non plures. 2

g ¶Si ex lapsu.] Per inobedientiã, vt sup. dist. 34. quorundam.

h ¶Perturbatus.] More humano loquitur. arg. 24 q. 1. odi.

i ¶Resurrexit.] Prolapsus de limo inferni.

Porro gloria.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ epi in cęna Domini cum chrisma cõficiunt debent dicere, Gloria i excelsis Deo & ea die inter missarum solemnia debẽt vti pallio sibi ab Apostolicę sede cõcesso.

K ¶Ab episcopis.] Quia chrisma conficiunt: non autem a presbyteris.

l ¶Apostolico.] Idest a solo Apostolico cõcesso.

m ¶Eadẽ die.] Inter missarũ solẽnia, vt supra dist. 100. palliũ. Nullus

Tot ascẽdẽt ad gloriam, quot ceciderunt.

2 Dicit Isid. in lib. officiorum, bonorum Angelorum[?] numerus q post ruinam Angelorum malorum diminutus est ex numero electorum hominum supplebit, q[?] numerus soli Deo cognitus est, vt libro 20 c. Angelorum nomen.

ergo orationes, [a] ita & hymnos in laudem Dei cõpositos nullus nostrum vlterius improbet, sed pari modo in Gallicia, Hispaniaque celebrent excommunicatione plectendi, qui hymnum reijcere fuerint ausi.

Leo nonus. † (*† al. octauus,*)

¶ In nouo testamento, qui hymni ab Angelis decantati inueniuntur. Cap. LV.

HI duo solummodo hymni ab Angelis in nouo testamento inueniuntur decantati, Alleluia, atque, Gloria in excelsis Deo. Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis veteris a conuentu angelicæ iubilationis expulsi in huius miserę vitę Babylonem, super flumina eius sedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua decet hymnus. Quòd nouem hebdomadibus alleluia intermittimus: non incongrue per nouem hebdomadas, nouem ordines angelorum accipimus: quorum [b] decimus [c] ordo per superbiam corruens, angelicũ numerum minuit, & a fęlicitate [d] perturbauit. Qui condolentes suæ diminutionis, & parem [e] ruinam sibi timentes, a perfecta laude creatoris fuere perpediti. Quorum reparationi, & consolationi consulens omnipotẽs Deus creator primum hominem de limo terræ formauit, qui sui generis [f] multiplicatione damna cęlestis patriæ resarciret, atque angelorũ gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus non† modicum lætatus est. Nec mirum, si ex lapsu [g] ipsius hominis fuit perturbatus. [h] Vnde nouem ordinum concentus in laudẽ Dei creatoris permansit imperfectus: donec in Christo resurgente resurrexit [i] lapsus ille protoplastus. Ibi augmento sui collegii, & spe meliori angelicus exercitus gauisus in nouum alleluia consurrexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem & nos pro modulo nostro imitantes, a Septuagesima, quando lapsus protoplasti in ecclesia recitatur, Alleluia nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet vsque in Pascha, vbi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddidit.

(Apoc. 19. Luc. 2. Psal. 136. Psal. 64. Esa. 14. Apoc. 12. Gen. 2. † al. admodum latatus:)

Item Nicolaus Papa Rodulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶ In cęna Domini, Gloria in excelsis, decantetur. Cap. LVI.

POrro, Gloria in excelsis Deo, ab episcopis [k] in cœna Domini inter missarum solemnia more nostro, dicenda est. Pallio vero Apostolico α [l] eadem die [m] vti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

α ¶Apostolico.] *Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus; Iuo tamen habet.*

Item Zacharias β Papa in synodo Romana, c. 13. & 14.

β ¶Zacharias.] *Antea legebatur,* Macarius. *Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus, & cæteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in concilio manuscripto Zacharia.*

¶ Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum missarum solemnia clericus non ingrediatur.

Cap. LVII.

19 NVllus episcopus,[a] presbyter, aut diaconus ad solemnia missarum celebranda præsumat [b] cum baculo[c] introire, aut velato capite[d] altario Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia: & qui temere præsumpserit, communione priuetur. Cum vero ingressus fuerit episcopus, aut presbyter, ad missarum solemnia celebranda, nisi passio [e] aliqua interuenerit, nullo modo audea datat oratione recedere,[f] vt ab alio episcopo, vel presbytero missarum solemnia suppleantur, sed qui initium ponit, suppleat vsque in finem, quia scriptum est: [qui perseuerauerit vsque in finem; hic saluus erit.] Si quis [g] vero præsumpserit præter quod posuimus, agere; a sacro corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi sit suspensus.

Poly. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 230. & 231. Iuo p. 3. c. 271. & 272. 1. Cor. 11. Syn. c. 14. Matth. 10.

[*Item ex decretis Soteris Papæ.*]

PALEA. C. LVIII.

VT illud diuini oraculi singuli prçcaueant, quo scribitur; [væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem,] summopere verendum nobis est, atque cauendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Deo psallitur, vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officiis insistenti, perniciosa passio, uel corporis quælibet inualitudo † occurrat; quç aut corpus subito subrui faciãt, aut mentem alienatione, vel terrore confundant. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, vt vbi temporis, vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisque canens Deo, atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt, si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus a tergo semper habeat, qui eius uicem exequatur intrepidus; & officium inceptum adimpleat.

7. q. 1. illud. in concilio Toletano. 11. c. 14. Burc. l. 3. c. 73. Iuo p. 11. c. 126. Eccl. 4. † al. valetudo.

Item Anacletus Iesu Christi seruus omnibus episcopis, epist. 1.

¶ Quot testes episcopus sacrificans secum habere debeat. C. LIX.

20 EPiscopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quam alius sacerdos; sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonii incremento indiget. In solemnioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi [h] eius dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum babeat: qui sacri induti vestimentis a fronte, & a tergo, & presbyteri e regione dextra læuaque, contrito corde, & humiliato spiritu, ac prono stent uultu, custodientes eum a maleuolis hominibus, & consensum eius præbeant † sacrificio. Peracta autem consecratione omnes [i] communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.

Poly. l. 5. tit. 12. Ans. l. 6 c. 138. Burc. l. 3. c. 81. Iuo p. 11. c. 67. † al. prabentes.

Item Lucius Papa episcopis Galliæ, & Hispaniæ, c. I.

NVllus episcopus. Hęc est 19. part. dist. ẜm Io. de Fan. CASVS. Ostẽsum est supra quo ordine, quave celebritate sit missa cantanda. Núc ostenditur qua deuotione sit dicenda. Dr ergo hic ꝙ null⁹ eps presbyter vel diaconus ad celebrandum missam debet introire cum baculo ad altare, nec ibi stare capite velato, & q missam incipit, dẽt perficere, nisi impediatur graui necessitate: & qui cõtrafecerit a Christi corpore suspendatur.

a ¶ Nullus eps.] Qua deuotione sit dicenda missa & audienda, ostendit 13. c.

b ¶ Præsumat.] Mitrã tñ & baculũ dẽt hrẽ eps cũ prædicat. arg. dis. 45. disciplina q a tunc allegat causam Dei apud populum, vt di. c. disciplina. 1

Episcopus prædicãs habeat mitrã & baculum.

c ¶ Cũ baculo.] Arg. ꝙ nõ dẽt promoueri in presbyterũ qui sine baculo nõ põt sustẽtari in altari, vt diximus. sup. 55. dist. si quis in infirmitate.

1 Respicit præcedens c. disciplina. iuxta fin. & hæc etiã fuit sentẽtia Hu. prout hic latis no. Arch.

d ¶ Aut velato capite.] s. 33. q. 5. mulier. & c hæc imago.

e ¶ Passio] sup. 7 q. 1. illud. & nihil.

f ¶ Recedere.] Nisi in casu cũ videret puerũ sine baptismo morientẽ, dũ est ẽt ad altare, cõsulo vt baptizet arg. 86. di pasce.

g ¶ Si quis.] De hac materia notaui. 7. q. 1. nihil, & c illud.

EPiscopus.] Hæc est 20. pars dist. in qua probat magister, ꝙ solus sacerdos nõ debet officia celebrare. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic ꝙ eps in missa debet secũ habere presbyteros ex vtroq; latere & diaconos & subdiaconos & minores clericos ante & retro q debeant eũ custodire, & sacrificio consentire, & cõmunicare peracta cõsecratione iubemus.

h ¶ Qui oculi] Sup. dist. 93. diaconi.

i Omnes.] Quotidie vel

vel omnes generaliter, in anno, vt inf. ead. dist. 2. peracta & cap. omnis homo, &c.

Ivbemus.] CASVS. Probatur hic auctoritate Apostoli, quod quamuis ad innocentiã sola conscientia sufficiat, tamen propter maleuolos debet episcopus secum habe-

Poly. l. 4. titulo 13.
Ans. l. 6. c. 140.
† al. diaconos
1. Thim. 3.

¶ Episcopi sine religiosis testibus, Domini sacramenta non conficiant. Cap. LX.

IVbemus Apostolica a auctoritate, vt semper testes vobiscũ sacerdotes, & Leuitas † habeatis. Et licet conscientia [a] propria sufficere possit; tamen propter maleuolos [b] iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt: quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticum.

a ¶ Iubemus Apostolica.] *In epistola ipsa sic legitur* Propter tales, fratres hortamur vos, sicut in hac sancta ecclesia constitutum habemus, vt semper, &c.

† al. Anacletus.

Item Soter † *Papa.*

Poly. l. 4. tit. 31.
Ans. lib. 7. c. 136.
Burch. l. 3. c. 74.
Iuo p. 2. c. 127.
Pan. l. 2. c. 215.

¶ Nisi duobus præsentibus, presbyter missam celebrare non præsumat. Cap. LXI.

HOc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solẽnia celebrare præsumat, nisi duobus [c] præsentibus, sibique respondentibus ipse tertius [d] habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, [Dominus vobiscum, [e]] & illud in secretis: [orate pro me;] aptissime conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi.

¶ *Burchardus etiam & Iuo citant ex decretis* Soteris *Papæ. Et in Mecrologo, c. 2. scribitur fuisse id ab Anacleto, &* Sotere *statutum. Similem sententiam Burchardus lib. 3. c. 68. refert ex concilio Nannetensi, cap. 30. Fere autem idem habetur in Moguntino 1. cap. 43.*

& in conc. Antioch. cap. 2.

Item ex canone Apostolorum. c. 9.

Poly. l. 3. tit. 16.
Burch. l. 2. c. 67.
Iuo p. 6. c. 163.

¶ Communione priuentur, qui vsque ad finem missarum solennia non audierint. Cap. LXII.

II OMnes fideles, qui conueniunt in solennitatibus sacris β ad ecclesiam, & scripturas Apostolorum, & Euangelium audiant. Qui autem γ non perseuerant [f] in oratione, vsque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, [g] velut inquietudines ecclesię cõmouentes, communione priuari.

β ¶ In solennitatibus sacris.] *In tomis conciliorũ ad marginem priscæ versionis sunt hæc eadem verba quæ hic apud* Gratianũ, *& Burchardum, & Iuonem, & in* Polycarpo. *Græce est abso-*

poteris. & quod dicitur in illo cap. missas. [confundantur,] Id est, [grauiter corripiantur.] Quod autem dicitur in illo cap. episcopus nullum. hodie non tenet, cum non sit participandum cum excommunicatis.

c ¶ Nisi duob.] Pluralis enim locutio, duorum numero est cõtenta, vt 4. q. 3. §. it ẽ in criminali. ver. vbi numerus. Nũquid necessariũ est, vt sint duo clerici: aut nunqd duo laici: vel vnus clericus, alter laic⁹, aut alter masculus, & alter fœmina sufficerent? Satis vr, ꝙ debent esse duo clerici. ar. cõtra qa & populus respondet, amen, vt sup. 38. dist. sedulo. Sed hoc respicit cõsuetudinem alicuius loci.

d ¶ Ipse tertius.] Adeo inhærent quidã 2 verbis istius c ꝙ dicunt ꝙ ipse non celebraret nisi duos haberet. Alii 3 dñt vnum sufficere arg. extra de fi. presbyter. pro posuit. 7. q. 1. illud. & extra de vi. & honest. cleric. vt quisquis. immo & inclusus missã solus cãtante potest, hoc intellige vbi cleri copia non suffragatur. alias secus, vt extra de ver. sig. quæ siuit. & ecclesiæ loquitur presbyter in plurali.

2 Vt Hu.
3 Vt Hu. & Fab.
Missa a solo cãtari potest.

e ¶ Dominus vobiscum.] Hoc Dominus vobiscum, sumptum est ex vete. test. sic. n. legitur Booz salutasse messores suos. Illud autem, & cũ spiritu tuo, sumptu est ex epistola Pauli Ad Timotheum Episcopus ẽt cum primo salutat populũ non dicit: Dominus vobiscũ. sed pax vobis: q a hæc fuit prima vox Christi ad discipulos post resurrectionẽ, ergo vt se ostẽdat vicariũ Christi, iõ sic dicit: post vero dicit:

Dominus vobiscum vnde sumitur. Pax vobis dicitur primo ab episcopo. Nota, ꝙ septem vicibus populus salutatur in missa quatenus excusis septem vitiis capitalib. suscipiãt gratiam sep. form. secundum Inno.

Conscientia sola non sufficit.

habere presbyteros testes & diaconos in omni loco.

a ¶ Conscientia.] Arg. ꝙ non semper conscientia sufficit: sed fama est necessaria. arg. 12. q. 2. quattuor. & 21. q. 1. nolo. quod verum est, cum quis habitat tantum cum bonis, vel etiam cum malis, qui parati sunt imitari.

Subaudi tantũ & nõ imitari in bono.

b ¶ Maleuolos.] Sup 11. q. 3. sanctis contra. sed illud cum mali parati sunt reprehẽdere, nõ imitari 43. di. scimus.

HOc quoque statutum.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ presbyter non debet cantare missam, nisi sint duo ibi præsentes. Nam cum presbyter dicat, Dñs vobiscũ: & orare pro me; apparet, quod plures debent missæ interesse. Quæ autem sequuntur vsque ad capitulum omnes, plana sunt: & ea omnia per te faciliter formare

Dominus vobiscum, vt sic ostendatur esse de numero aliorum sacerdotum. Hic ergo habes Dñs vobiscum. alibi, amen 38. dist sedulo. alibi, Deus in adiutorium, 7 q. 1. §. cũ ergo. alibi, Kyrie eleison. Pater noster. 11. q. 3. cum aliquis, habes & alibi, Nunc dimittis, &c. Luc. 2. Item alibi, Benedicamus, &c. Danielis 3.

OMnes.] Hæc est 21 pars di in qua ꝓbat, ꝙ totã missã populus audire dẽt. Qui aũt ex cõtẽptu recusauerit. excõicabitur. Et hoc probat per 5. canones lo de Fant.

f ¶ Non pseuerant.] Ex cõsuetudine vel superstitione. Et est si. nã in vanũ currit qui nõ perseuerat vsq; in finẽ cursus, vt de pę dist. 3 in casum, & est si. sup. 11. q. 3. certum.

g ¶ Percipiunt.] Tempore deputato.

a ¶ Sa-

te, τοὺς εἰσιόντας, *idest,* qui ingrediuntur. *& ita in codice canonum, nimirum ex versione Dionisii.*

γ ¶Audiant. Qui autem.] *Ita in eodem margine, & in Polycarpo. Sed Burchardus, & Iuo proprius ad verba græca,* audiunt, non autem perseuerant.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 24.

¶De eodem. Cap. LXIII.

SAcerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus[a] de auditorio fuerit, excommunicetur. Burch. l. 2. c. 66. Iuo p. 6. c. 162.

Item ex concilio Agathensi, c. 47.

¶Die Dominico missas ex integro sęculares audire debent. Cap. LXIIII.

MIssas die Dominico sæcularibus totas audire † specia li ordine pręcipimus: [b] ita, vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerit, ab episcopo publice confundatur. † *al. tenere.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 28.

¶Populus non ante discedat, quam missa ex integra celebretur. Cap. LXV. Burch. l. 3. c. 29. Iuo p. 3. cap. 34.

CVm ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur: populus non ante discedat, quam missæ solennitas compleatur: & vbi episcopus non fuerit, benedictionem [c] accipiat sacerdotis.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 88.

¶Excommunicetur qui pretermisso ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit. Cap. LXVI. Iuo p. 4. cap. 1.

QVi die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit: excommunicetur.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 84.

¶Vsque ad missam cathecumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. Cap. LXVII. Burc. l. 3. c. 21. Iuo p. 3. cap. 33. Pan. l. 2. ca. 41.

22 EPiscopus nullum prohibeat [d] ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hęreticum, siue Iudæum, vsque ad missam cathecumenorum.

Item Anastasius episcopus episcopis Germanię, & Burgundiæ, epistol. 1. cap. 1.

¶Euangelia non sedendo, sed stando audire debemus. Cap. LXVIII.

23 APostolica auctoritate mandamus, dum sancta Euãgelia in ecclesia recitantur, vt sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui[α], & in conspectu Euangelii stantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.[e] Burc. l. 2. c. 103. Iuo p. 2. c. 138. & p. 6. cap. 93.

α¶Curui.] *Sic in originali, & apud Iuonem par. 6. c. 93. sed apud eundem par. 2. cap. 138. & apud Burchardum vox ista non habetur.*

Item Gregorius VII. in synodo Rom. habita an. Domini. 1078. cap. 13.

¶Ad missarum solemnia semper aliquid est offerendum. Cap. LXIX.

OMnis Christianus procuret ad missarum solemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysem dixit: [Non appa- Poly. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. cap. 40. Exod. 24.

a SAcerdote.] ¶Qui egressus.] Quasi minus litteratum continens, vt supra 38. distinctio. sedulo.

b MIssas.] ¶Præcipimus.] Hoc dico præceptum esse vnde contra præceptum faciunt, qui diebus Dominicis nõ audiunt missam, nisi aliqua necessitas cogat, sicut & corpus Christi accipitur ter in anno. inf. distinct. secunda etsi non frequentius.

c CVm ad celebrandas.] Benedictionem.] Supra 26. quæst. 6. ministrare. contra Solu. ibi solennis benedictio q̃ ante missæ consummationem à solis põtificibus celebratur, inhibetur presbyteris: hic autem post cõsecrationem cuilibet sacerdoti populum benedicere permittitur, sed & præsente episcopo nec benedicere volente sacerdos benedicet si celebrauit missam, vt not. 95. dist. ecce.

EPiscopus.] Hæc est 22. pars dist. secundum Ioannem.

d ¶Prohibeat.] Supr. 21. dis. cleros. in fine. contra infra distinct. quarta eos. cõtra. 11. quæst. 3. excommunicatos. 1 Sed dic vt solui supr. xxxv. q. 3. de incestis. nam hic de hæretico non præciso loquitur, ibi de eo qui sequitur hęresim iam damnatam. H. dicit hoc abrogatũ 2 esse vel loquitur de illis de quorum correctione est spes aliqua, vt inf. dis. 4. Iudæi aliud est si venirent causa subsanandi vel deridendi.

1 Idẽ cõtra. 34. q. 3. clericũ, 25. dis. ꝑlectis. ĩ prin. 1. q. 1. non liceat.

2 Ad hoc sup. 1. q. 1. non liceat clericis. vbi de hoc. Idẽ no. 25. dis. c. 1. Arc.

APostolica.] Hæc est 23. pars dist. secundum Ioan. de Fantu.

e ¶Adorent.] idest, venerentur.

OMnis Christianus.] Hęc est 23. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Probatur in hoc cap. auctoritate Moysi, & sanctorum patrum consuetudine, quòd Christiani debent aliquid offerre in missa. Primo enim debemus ad Christum confugere: sed quidam præpostere prius quærunt consilium humanum, & postea diuinum.

a ¶ Va-

fiunt in festiuis diebus, sint debitæ: vel possint de iure peti: & idem sentit frater Ray. Arch.

b ¶ In collectis.] Quas faciebant sancti parres pro recipiendis pauperibus.

c ¶ Est confugiendum.] Orando, non tenendo, & ita non est contra 22. q. 2. quæritur.

rebis in conspectu meo vacuus.[a]] Etenim in collectis[b] sanctorum patrum liquido apparet, ꝙ omnes Christiani offerre aliquid Deo ex vsu sanctorum patrum debent. Ad ipsum[α] enim prius est confugiendum,[c] qui nostræ curare possit animæ passiones. Verum homines præpostero ordine ante sibi opem ab hominibus accersunt. Vbi autem humana subsidia defecerint: tunc opinantur diuini postulandum fauoris gratiam.

α ¶ Ad ipsum.] *Hic vsque ad finem capitis non habentur ibi apud Gregorium neque apud Anselmum, aut Polycarpum.*

Item Cyprianus sermone 6. de oratione Dominica.

¶ Quare [sursum corda] in præfatione dicitur.

Cap. LXX.

25 QVando autem stamus ad orationē, fratres dilectissimi; vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & secularis abscedat: nec quidquam tunc animus, quā id solum cogitet,[d] quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationē præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo: [sursum corda,] vt dum respondet plebs: [habemus ad Dominum] admoneatur nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiatur.

Pelagius II. Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis eps vniuersis Germaniarum atque Galliarum episcopis.

¶ Quæ præfationes in missa sunt cantandæ.

Cap. LXXI.

Poly. l. 3. tit. 20. Ansl. l. 7. c. 111. Burch. l. 3 c. 69. Iuo p. 2. p. 77. Pann. l. 1. c. 158.

26 INuenimus[e] has nouem[f] præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro vetustas in Romana ecclesia hactenus seruauit, idest, vnam[g] in albis Paschalibus, aliam de Ascensione[h] Domini, tertiam[i] de Pentecoste, quartam[k] de Natali Domini, quintam[l] de Apparitione Domini, sextam[m] de Apostolis, septimam[n] de sancta Trinitate, octauam[o] de Cruce, nonam[p] de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet, & custodit sancta Romana ecclesia; has tenēdas vobis mandamus.

Item ex Concilio Gabilonensi secundo, c. 39.

¶ In omnibus missarum solemnibus pro defunctis oratio fiat. C. LXXII.

Burc. l. 3. c. 64. Iuo. p. 3. c. 66.

25 VIsum præterea[q] nobis est, vt in omnibus missarum solemnibus pro defunctorū spiritibus loco

QVando autem.] Hæc est 25. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic quod in oratione debet homo cogitare de Deo tantum: vnde cum presbyter dicit, Sursum corda, populus respondet, Habemus ad Dominū. & hoc fit ad notandum quòd tunc tātum de Deo debemus cogitare, & de his, quæ spectant ad salutem, vt diabolus excludatur.

d ¶ Cogitet.] Nā hoc genus mēdacii esset 22. q. 5. cauere.

e ¶ Inuenimus.] Hęc est 26. pars dist. secundum H.

CASVS. Istius cap. in quo dicitur ꝙ ix. sūt præ fationes, decima tamen postea addita est, vt 70. dist. sancto rū [catalogo,] Idest, ordine ecclesiastico, vel numero, vel computatione.

e Inuenimus.] Quot sunt canonicæ præfationes. ostendit. 2

f ¶ Nouem.] Addita est & decima. vt dist. 70. sanctorum canonum, scilicet equum & salutare.

g ¶ Vnā.] Et te quidem omni tempore.

h ¶ Aliam de Ascensione.] Qui post resurrectionem suam.

i ¶ Tertiam.] Qui ascendens super omnes cęlos.

K ¶ Quartam.] Quia per incarnati verbi mysterium.

l ¶ Quintam.] Quia cū vnigenitus tuus.

m ¶ Sextā.] Et te suppliciter exorare.

n ¶ Septimam.] Quia cum vnigenito filio tuo, & spiritu sancto.

o ¶ Octauam.] Qui salutem humani generis.

p ¶ Nonam.] Qui corporali ieiunio vitia comprimis.

2 Et hoc iō quia inc. prę ced. facta erat mētio de præfatione cuisemp prę mittitur, sursum corda.

Oblatiōnes an sint debitę a parochianis.

1 Hoc sane intellige, & dic vt no. H. insumma de paroch. §. in quib. uer. in tertia uero quæ, &c. vbi satis not. de materia huius gl. & quo modo hoc c. intelligi dēt f. de solem-n-b. festiuitatibus locorum. Arch.

a ¶ Vacuus.] Bonis operibus vel ad literam. & est consilium in diebus priuatis scilicet: sed in diebus festiuis prę ceptum & ita videtur ꝙ oblationes sint ex debito exigēdæ, & ad eas dandas parochiani sunt cogendi. arg. 16. q. 1. statuimus ar. contra 12. q. 1. duo. Sed credo ꝙ si sacerdos pauper est, potest eis diuina officia subtrahere, nisi dēt 1 ei oblationes: vt ext. de sim. cū sit. 12. q. 2. charitatē. ADDITIO. Bene dicit Credo, secundum Lau. cuius fuit ista glo. tota. & idem sentit Hug. qui dicit quòd non credit quòd oblationes, quæ voluntariæ, vel ex deuotione

VIsum prærerea.] Hæc est 27. pars dist. secundum Io. de Fant.

CASVS. Probatur in hoc c. auctoritate Au. ꝙ pro defunctis nominibus tacitis in missa & aliis precibus debet orari omni die, sicut & pro viuentibus oratur quotidie, vt ꝓ eis oret mater ecclesia, quib. desunt preces parentū.

q ¶ Visum præterea.] Not. in omni missa memoriam & ora-

& orationem esse faciendam pro defunctis, istud ostendit duobus capitulis.

a ¶ Loco competenti.] Id est in secreta missæ.

b ¶ Excipitur.] Excipitur sexta feria ante Pascha: in qua secundum ordinem Romanum non conficitur: sed oblatio præcedentis diei cum vino sumitur: & excipitur etiam sabbatum sequens: quia potius refert ad Dominicã sequentem. inf. dist. 3. sabbato.

c ¶ Defunctorum.] id est, pro spiritibus defunctorum.

d ¶ Etiam tacitis nominibus.] In secreta.

e ¶ Sub generali.] Fit pro omnibus simul, & prodest cuilibet ac si specialiter pro eo fieret de consecr. dis. 5. non mediocriter.

f ¶ Commemoratione suscepit ecclesia.] supple non sunt prætermittendæ supplicationes.

g ¶ Pia matre communi.] In ecclesia tota.

Oratio p defũctis fiat in omni missa. Cõficere nõ licet in sexta feria ante Pascha.

competenti [a] Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, [b] qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur; ita nimirũ nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum solemnibus fundantur. Antiquitus igitur hũc morem sancta tenet ecclesia, vt & in missarum solẽnibus & in aliis precibus Dño spiritus quiescentium cõmendet: dicente beato Augustino. [non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus defunctorũ: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate laudamus.] α Defunctorum [c] et tacitis nominibus [d] eorum, quos sub generali [e] commemoratione [f] suscepit ecclesia; vt quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati, uel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre communi. [g]

13. q. 2. non existimemus.

In lib. de cura pro mortuis agenda. cap. 4.

α ¶ Laudamus.] *Apud collectores sunt nonnullæ varietates B. Augustinus (a quo parum variat & concilium, & Amalarius lib. 4. c. 42. sic habet;* quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcunque, sub generali commemoratione suscepit ecclesiam, *Cæterum glossa fecit, ne mutaretur.*

Item Innocentius episcopus vrbis Romæ Decentio Eugubino, epist. 1. c. 2.

¶ Ante preces non sunt a sacerdote nomina recitanda. C. LXXIII.

DE nominibus recitandis, [h] antequam [i] precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, vt cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomẽ insinues [k], quamuis [l] illi incognitum sit nihil.

Nomina aliquorum nõ sunt in Missa exprimenda.

DE nominibus.] CASVS. Decentius episcopus quærebat a Papa, vtrũ in secreta Missæ illorum nomina debeãt recitari a presbytero, pro quibus vult sacrificia offerre. Respõdet Papa, superfluũ esset vt eius nomẽ recitetur pro quo hostia nondum est oblata.

h ¶ De nominibus recitãdis.] Populo connumerare possumus ergo eorum nomina recitando, sed in Missa vel orõne aliqua Missæ, vel in secreta specialiter nomina eorũ exprimere non debemus.

i ¶ Antequam.] Nec ante, nec post.

K ¶ Insinues.] Quasi pars, non añ, sed post debet insinuari Deo.

l ¶ Quamuis.] Non ergo recitantur ideo quod Deus addiscat: sed vt supplicantium deuotior reddatur affectus, arg 13. q. 2. cum grauia. & cap. non æstimemus. H. nominari ergo possunt.

Item Alexander vrbis Romanæ episcopus orthodoxis omnibus epistola prima, c. 4.

DISTINCTIO II.

¶ Panis, & vinum, & aqua in sacramentis sunt offerenda. C. I.

IN SACRAMENTORVM [m] oblationi--

Poly. l. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 1. Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15. & 68.

IN sacramentorum.] Hæc distinct. diuiditur in 28. partes. In quarum prima probat per 7. c. quod ex pane tritici & vino vitis cum aqua conficitur corpus & sanguis Christi. [Secunda ibi, [Nihil.] Tertia ibi [Facem] Quarta ibi [Relatum.] Quinta ibi, [Quotidie] Sexta ibi, [Triforme.] Septima ibi, [Tribus gradibus.] Octaua ibi, [Qui scelerate.] Nona ibi, [Si per negligentiam. [Decime ibi, [Peruenit.] Vndecima ibi, [Sacerdotum.] Duodecima ibi, [Institutio.] Tertiadecima ibi, [Sacrificium.] Quartadecima ibi,] Quia corpus [Quintadecima ibi, [In quibus,] Sextadecima ibi, [Ego Berengarius.] Decimaseptima: ibi, [Semel Christus.] Decimaoctaua ibi, [Liquido] Decimanona ibi, [Panis,] Vigesima ibi, [Panem de altari.] Vigesimaprima ibi, [Reuera.] Vigesimasecunda ibi, (Iteratur.) Vigesimatertia ibi, (in Christo) Vigesimaquarta ibi, (In calice.) Vigesimaquinta ibi, (Sicut.) Vigesimaseexta ibi, (presbyter) Vigesimaseptima ibi, (qui bene (Vigesimaoctaua ibi, (pro dilectione.) Io. de Fant.

CASVS. Dr̃ in hoc c q̃ in altaris sacrificio debent apponi tm̃ panis & vinũ aqua mistũ: & hoc ideo, quia de latere Christi fluxerunt sanguis & aqua in passione sua.

m ¶ In sacramentorum.) Hic intitulatur 2. dist. in qua agitur de sacramento Eucharistiæ. Et licet baptismus sit ianua omnium sacramentorum [z] & necessarior 22. dist. §. verum. hoc tamen dignius est: & ideo tractat prius de eo, & propter seriem operis apertius continuandam cum

z Vt 37. dist. §. verum. c. ad hoc. extra de presbyte. non bapti. veniens. Archid.

bus, [a] quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur; ita vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permistum in sacrificium † offerantur. Non enim debet (vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumq; permistum, quia vtrumque [b] ex latere eius in passione sua profluxisse legitur.

† al. sacrificio.

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali, & cæteris collectoribus præter Anselmum, qui habet, vt antea Gratianus habebat.*

Item Cyprianus lib. 2. epist. 2. Cæcilio fratri salutem.

¶ Vinum sine aqua, vel econuerso in sacramentis offerri non licet. Cap. II.

Poly. ibidem. Ans. l. 9. c. 4.

SIc in sacrificando calice Dñi offerri aqua sola nō pōt, sicut nec uinum solū potest. Nam si vinum tantū quis offerat, sanguis Christi incipit [c] esse sine Christo. [d] Quando autem utrumque miscetur, & adunatione confusa [e] sibi inuicem copulatur; tunc sacramentum

cum enim tractauit in præced. distinct. de celebratione missæ, & tota vis missæ constet in consecratione corporis Christi, merito de eo subdit, & tractat de hoc sacramento in hunc modum. Primo agit de forma sacrificandi. Secundo de reuerentia suscipiendi & tractandi & seruandi hoc sacramentū. Tertio de triplici cōtinētia eius. De forma sacrificandi agit vsque ad illud cap. nihil. De reuerentia suscipiendi agit etiam vsque ad illud c. sacrificium. Exinde de his, quæ in sacrificio continentur. Circa quod considerandum est à quo, vbi & quando fuit hoc sacramētum inuentū & quæ forma cōficiendi illud, & quæ in eo sunt necessaria, & de triplici eius cōtinētia: & post supponemus quasdā opiniones de confusione ipsarū rerū. Fuit autē institutū à Dño inf. ea. quia corpus, & in cœna inf ea. liquido. Et quando? post typicū pascha completū, cum comedit agnum cū Apostolis inf. e accipite. Formam habemus in c. inf. ea. accipite. Sūt ꝗaū t tria necessaria, panis, vinum & aqua. inf ea. in sacramento. Continentur autem tria in hoc sacramento, forma visibilis panis & vini. veritas corporis & sanguinis Christi: & virtus spiritualis, id est, virtus vnitatis & charitatis: id est æterna coniunctio & dilectio Christi ad ecclesiam 21. dist. §. 1. ibi, Rogaui pro te Petre: ne deficiat, &c. Primum est sacramentum tantum, & non res sacramenti. Secundum est sacramentum, & res sacramenti. Tertium est res sacramenti tantum, & non sacramentum, & hoc est quod dr̄ extra de celeb. Mis. cum Marthe, §. distinguēdū. Fit autē conuersio rerū secundū quosdam: quia panis conuertitur in corpus, & vinum in sanguinem, aqua in nihilum: sed significat regenerationem tantum, quæ fit per aquam. Contra istos est, quia qui puram aquam sumir, post non conficiet 7. q. 1. nihil. Sed contra inf. ea. relatum: sed non fuit ibi pura aqua. Alii dicunt, ꝙ vinum & aqua conuertuntur in sanguinem: licet philosophi dicant cōtra, ꝙ aqua & vinum non commiscentur per minima, id est, non ita ꝙ inseparabilia sint. Alii ēt dixerūt sed pessime, ꝙ aqua conuertebatur in aquaticos humores. Alii dicunt ꝙ corpus Christi post cōsecrationē solū est sacramētum & figura. inf ea ego Berengarius. & hęc traduntur extra de celeb. Mis. cum Marthæ, &c. in quadā. Sed opinio verior est, ꝙ vinū & aqua non vt duo, sed vt vnū cōpactū trāsmutatur. ext. de cel. Mis. cū Marthæ. §. verum &c. in quadam. De eo tñ quod dr̄, ꝙ panis conuertitur in corpus Christi, variæ sunt opiniones. Vna asserit, quod illa substantia, quæ fuit panis primo, postea est caro & sanguis Christi, arg. inf ea panis est in altari, &c. quia corpus. Secunda opinio tenet, quod substantia panis & vini ibi desinet esse, & remanēt accidentia tantum. s. sapor, color, pondus, & similia: & sub illis accidentibus incipit ibi esse corpus Christi. Tertia tenet * ꝙ remanet ibi substantia panis & vini, in eodem loco, & sub eadem specie est corpus Christi, argumen. infra ead. ego. quælibet tñ opinio fatetur ibi esse corpus Christi. Secunda opinio verior est, vt extra de sum. Tri firmiter §. vna. *¶ In sacramentorū, de forma sacrificandi, s. quæ debēt offerri in sacramento Eucharistię. 7 c ostēdit. a ¶ Oblationibus.] id est, ī ipsis oblatis, quæ sunt sacramēta. a ¶ Quia vtrumque.] hęc oratio nō est sufficiēs r sed est ratio: quia Christus hoc statuit dicēs Hoc facite in meam cōme. infra ead. in Christo semel. Alia ratio est, quia aqua significat redemptionem. inf. ea. cum omne. & ita tria sunt significātia ibi, aqua, vinum, panis, & ita, tria sacramenta. inf. ea. non oportet.

b ¶ Quia vtrumque.] id est, vtriusque sacrificium uel significatum. inf. ea. in calice, scilicet sanguis in quem conuertitur vinum & aqua, inf. ea. d is. ea. panis est in altari. nomine sanguinis dicitur qlibet humor humani corporis, hic nō inuenitur, nisi large accipiatur nomē sanguinis, vnde uinū in sanguinem conuertitur, & aqua* in alios humores, ita ꝙ aqua dicitur profluxisse, i. alij humores de latere Christi. Sed nunquid uera aqua, aut humor aquæ similis fluxit? si vera aqua, quando fuit illa creata? nunquid in corpore, aut in egressu à corpore? si humor fuit sine aqua, quod fuit ibi miraculum? Resp. secundum H. separatim 2. & cum segregatione fluxerūt. Alii tamen dicunt, ut Mel. & Baz. ꝙ uera aqua, & extra corpus illius fuit illa creata: sicut fuit cum fluxit aqua de petra educta, inf. ea. reuera. Igitur quota pars debet esse aquæ in calice; Videtur quod medietas. arg ff. de usufru. etiam partis, ff. de contrahen. empt. l. domum: sed hoc relinquo arbitrio prouidi sacerdotis id est quamdiu dicatur, quod vinū sit uel aqua. Dic poni debet plus de vino semper quam de aqua.

SIc in sacrifiando. CASVS. Dicitur in hoc c. quod in sacrificio non debet offerri vinum sine aqua, nec aqua sine vino, sed simul illa duo, vt perfectum sit sacrificium, sicut & corpus Christi non de farina solum, sed de pane perfecto debet confici.

c ¶ Incipit.] Id est sine Christo, quia non conficitur, maxime quantum ad salutem plebis inf. ea. cum omne.

d ¶ Sine Christo.] id est, sine tali sacramento, ꝙ de eius latere profluxit, s. sanguis 3. & aqua, vt sup. c. 1. & 2. &c. 3. Vel sine Christo i. ecclesia, quæ, s mysticū corpus Christi est, quod est dicere, sanguis non prodest corpori Christi, quod est ecclesia, i. nobis, su. dist. prox. ecclesia, nō n. uinum tantum dicitur corpus Christi, uel sine saluatione Christi, id est Christianorum. secundum hoc uideretur, quod Christus dicatur Christianus populus, ad hoc facit extra de sa. un. c. 1. hæc ostendit Apostolus in epistola ad Cor. Sicut omnia membra unum sunt corpus: ita unus Christus sunt, ut inf. e. dist. cum omne H. uero, qui non posse confici sine aqua dicit, exponit sanguis, id est, uinum, quod significat sanguinem.

e ¶ Confusa.] id est, permissa.

* *Et hæc falsa est.*

r Sed est quedam adminiculans Lau.

Eucharistiæ sacramento tria cōtinentur.

Aqua quę fluxit de latere Chri an fuerit vera aqua.

* *Immo aqua in vinū, & totū vinū in sanguinem.*

2 Ista fuit sententia Hu. & illa quæ proxime sequitur: vnde clarius & planius diceret. & fuit vera aqua &c. Arch. Aqua an sit de necessitate consecrationis.

3 Id est, sanguinis Christi effusio incipit, idest, ostenditur esse, sine Christo i. est, sine vnitate corporis Christi quod est ecclesia secundum Io. de Fa. & H.

spiritale, [a] & cæleste perficitur. Sic vero calix [b] Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur: quomodo nec corpus [c] Domini potest [d] esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrumque [e] adunatum fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum.

α¶Sine Christo.] *Apud Beatum Cyprianū sic legitur,* sanguis Christi incipit esse sine nobis: si uero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo: *quæ uerba referūtur etiam infra ea. cap. cum omne. Sed ob glossam non est mutatum. Multa vero alia ubi illa non obstabat, ex ipsa epistola sunt emendata, itemque in sequenti capit.*

Idem in eadem epistola.

Cap. III.

Scriptura dicit: [Quotiescunque enim ederitis Panem istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annunciabitis, quoadusque veniat.] Quotiescunque ergo calicem in commemorationem Domini, & passionis eius offerimus; id quod constat Dominum fecisse, [f] faciamus. Sed vide† frater carissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter, [g] vel simpliciter [h] non hoc seruauit, & renuit, quod nos Dominus facere & exemplo, & magisterio suo docuit: potest simplicitati eius de indulgentia Domini uenia concedi: †nobis vero non poterit ignosci, [i] qui nūc à Domino admoniti, & instructi sumus, vt calicem Domini cum vino mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

Sent. 4. di. 10. §. sed uiddo.
Luc. 22.
1. Cor. 11.

† *& viderit.*] oti.

† Concor. l. ... §. si ff. de ... & l. si cuis id. §. de ... & iurisd. om. iud. & aut. de instr. cau. & fide ... autē omnia

Item ex concilio Martini Bracharensis. cap. 55.

¶Prçter panem, vinum, & aquam in sacramento nihil debet offerri. Cap. IIII.

Non oportet aliquid aliud in sacramento † offerri præter panem, vinum, [k] & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia, dum in cruce penderet, de corpo-

† *al. sanctuario.*
10.19,

a ¶ Spiritale.] Spititale dicitur corpus, quod nihil habuit, quod ei obstaret, sicut Christus ianuis clausis intrauit ad discipulos, palpabilem tamē se exhibuit, quod non faceret spiritus. Vnde Spiritus nec carnem nec ossa habet, &c. ad cuius similitudinem corpora nostra agilia erūt: vt licet clausa essent in solidissimo corpore ferreo, vel marmoreo, possint tamen exire. Vel ideo spirituale, quia ibidem signatur nostra redemptio inf. e. cum omne. Vel spirituale, quia cęleste efficitur: & tūc rei spiritualis & cęlestis, s. cōiunctionis ecclesię ad Christū efficit sacramētū, vinū n. sanguinē aqua vero plebem significat. horū autem confusio salutis nostræ est sacramētum: in cōmistione enim vini & aquę consignatur plebis ꝑ Christum facta rēdēptio. inf. e. cū omne.

Agilitas est dos corporis gloriosi.

b ¶ Calix.] No diuersitates circa illud sacramētum inter doctores. nā dicūt quidā, ꝙ ex vino sine aqua non potest confici sanguis Christi H. dicit ꝙ potest, licet non debeat fieri. Itē dicunt aquā esse admiscendam in calice de honestate tātum* verumtamen vbicunque admisceatur, conficietur sanguis Item dicunt quidam, ꝙ ex nectare, vel vino cocto conficietur quid quid ei admisceatur. H. tamen dicit quod non: quod verius est. Item de aceto conficitur * si ex vino factum fuit, alias non: quia prope eadem via est. ff de contrah. empt. in venditionibus. tamen in omnibus his mixturis transubstantiatur. Item not. ꝙ de agresta non potest confici sanguis. inf ea. cum omne. contra de musto ex vuis & racemis potest ex necessitate, de aliis non. s. de pomis & huiusmodi. Sed quando dicemus ꝙ possit? qñ incipit esse vinū. sed quādo incipit esse, consulendus est vlus in hoc casu. item circa panem no quod de alio pane non potest confici corpus Christi, nisi de frumento, vt inf. ead. in sacramento. & si alia farina admisceatur frumento, illa nō transubstantiatur & in hoc non est diuersitas. Sed in alio est, quia dicit H. quod nō possumus conficere nisi de frumento, vel de pane fermentato in ecclesia occidentali, & si fiat, nihil agitur. Baz. contra, quod conficiatur corpus Christi. Item nec confici potest si farina non cū aqua, sed cum alio liquore admisceatur.

Sanguis Christi vtrum possit ex uino sine aqua confici.

* *Admiscetur de præcepto. cōc Tri. sess. 22. c. 7.*

* *Nō de aceto proprie, sed de vino accescente, licet peccet qui ex tali conficit. S. Tho p. 3. q. 74 ar. 5. ad 2.*

Panis ad conficiendū debet esse ex frumento.

c ¶Nec corpus.] i. panis sub cuius specie iacebit corpus Christi, qui est transubstantiatus in corpore Christi.

d ¶ Potest.] Id est, non potest confici ex farina sola, scilicet ex solo pane multorum compage consolidato, nec aqua sola, &c.

e ¶ Nisi vtrumque.] Id est, farina & aqua. Quid si ex melle vel alio liquore fuerat farina aspersa, nunquid transubstantiatur ille panis in corpus Christi? non;

Scriptura dicit] CASVS. Dicitur hic quod vino quod offertur in sacrificio, aquam miscere debemus, sicut Dominus fecit. si quis autem ex antiquis hoc prætermiserit, potest ei venia concedi: nobis autem qui per scripturas instruimur, non ita parceretur.

f ¶ Fecisse.] Vide violentissimum arg. contra Græcos*, uerissimile enim est, ꝙ Dominus azimis vsus est ꝑ ritū Iudæorum, & nos azimis uti debemus. G. tunc in diebus eorum non erant fermenta. uerisimile tamen uidetur quod alicui doctorum eorum reuelatū fuerit quod conficerent in fermentatis. arg. contra. inf. dist. 13. nosse.

Græci conficiunt in panibus fermētatis.

g ¶ Ignoranter] Arg. ꝙ ignorantia iuris excusat i sup. 24. q. 1. si quis dederit. su. dist. 8. consuetudo. 31. q. 1. de his sup dist. 52. solicitudo.

ı Scilicet partim, sed non ex toto. Arc

h ¶ Vel simpliciter.] Sed nonne exemplum Domini ita potuit eos instruere sicut & nos? quare ergo excusabantur? Sed dic quod nos docuerunt partum sacræ scripturæ de ipso Christo, quas forte ipsi non habuerunt.

ADDITIO Arg. supra 96. dist. in scripturis.

i ¶ Ignosci.] Arg. post admonitionem non esse parcendum 12. q 2. indigne.

Non oportet.] CASVS. Hoc cap patet [in typo,] id est in figura & significatione. [Hæc tria vnū sunt.] id est in unum corpus Christi transeunt. Similiter sequens cap patet.

K ¶ Præter panem vinum.] Quæritur an uinum & aqua transeant in sanguinem tantum? respondit sic. extra de cel.

* Aqua vertitur in vinū, & vinū in sanguinē. S. Th. ex Inn. III. p. 3. q. 74. ar. 8. ī corp.

cel. mis. cum Marthæ. §. verum. Alii dicunt ꝙ non: sed vinum in sanguinem, & aqua in aquam, * idest, vitalē humorem aquaticum: sicut enim in humano corpore quattuor humores sunt ad instar quattuor elementorum extra e. in quadam, sic in corpore Christi, vnde sic ex-

sicut dicitur ab eis, qui experti sunt, lolium de frumento nascitur, vt dist. 56. nasci. nunquid si de lolio fiat panis. ille per verba transubstantiatur? non, nunquid si frumento addatur piper, conuertitur in corpus Christi? nō, sed reliquum tantum, quare non ita reliquum conuertitur si fermētum ad datur? * Quia ibi nihil est animi, cuius possit fieri consecratio: ideo nihil conuertitur arg. 24. q. 3. resecandæ.

Piper frumēto additum non transit in corpus.

* Immo ēt in fermenta o c onficiur, peccaret tamen presbyter in ecclesia latina cōficiens de pane fermentato. S. Tho. p. 3 q. 74. ar. 4. in cor.

re eius sanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnum [a] sunt in Christo Iesu: hæc hostia [b] & oblatio Dei in odorem suauitatis.

† al Sacramentis.

Et in Afric. c. 4.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 24.

¶ De eodem. Cap. V.

Burc. l. 5. c. 3. & 14.

IN sacramento† corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus tradidit, [c] hoc est panis, & vinum aquæ mistum, *& infra.* ¶ Nec amplius in sacrificiis † offeratur, quam de vuis, & frumentis. [d]

† al. primitijs.

Item ex sexta synodo, c. 28.

¶ Oblationis sacrificio vuas nemo coniungat. C. VI.

DIdicimus, quòd in quibusdam ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungant vuas, quæ secundum vsum in altari offeruntur: & sic simul vtraque populo dispensent. Præcipimus igitur, ut nullus sacerdos hoc vlterius faciat: sed in remissionem peccatorum populo oblationem solam distribuat: & vuas seorsum benedictas [e] populus, qui petierit, accipiat, & fructuum *α* gratias agat.

¶ *Est quasi summa quadam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba sunt. sed eodem fere sensu.*

α ¶ Et fructuum.] *Græce est,* πρὸς τὴν τοῦ δοτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, *idest,* ad reddendas gratias fructuum datori.

Item Iulius Papa episcopis per Aegyptum. *β*

β ¶ Per Aegyptum. *Apud cæteros collectores legitur,* per Aegyptum missis. *Sed in Micrologo, c. 19. citatur ex eodem Iulio episcopis Aegypti. Eadem autem fere habentur nunc in* Bracharensi, *3. c. 1. est sententia summatim collecta in* Vuormaciensi, *c. 4.*

¶ De his, qui sacrificando varie errabant. Cap. VII.

Poly. l. 3. tit. 9. Ansl. l. 9. c. 53. Burc. l. 5. c. 1. Iuo p. 2. c. 11. & 12. & 85. Pann. l. 1. c. 147.

CVm omne crimen [f] atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, [g] quid de cętero pro delictorū expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? [h] Audiuimus enim quosdam, schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare: alios quoque intinctā Eucharistiam populis pro cōplemēto cōmunionis porrigere: quosdā etiā expressum [i]

D Idicimus.] CASVS Hu. sic ponit hunc casum Hæc cōsuetudo erat apud quosdam quod vuas benedicebāt benedictione sanguinis: & simul cum corpore Christi populo distribuebant quod ne de cætero fiat, præcipit synodus.

e ¶ Benedictas.] Benedictione vulgari, non illa speciali appropriata Eucharistiæ. ī ea. accipite, & solet vua benedici in festo sancti Sixti.

IRreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consueuit. Populi qui debent officia diuina attendere, saltationibus, [a] & turpib. inuigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officiis perstrepentes.† [b] Hoc etenim, ut ab omnibus† prouinciis depellatur, sacerdotum, & iudicum a cõcilio sancto curæ committitur.

† abest ab orig. † *omni Hispania*] orig.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 29.

Beda de offic. to. 7.

¶ Ante Ascensionem domini tribus diebus litanię celebrentur. Cap. III.

Albin. pag. 67. Burc. l. 13. c. 17. Iuo p. 4. c. 11.

ROgationes, i. litanias, ante Ascensionem domini placuit celebrari, ita ut præmissum † Triduanum ieiunium [c] in dominicæ Ascensionis solennitate soluatur. Per quod triduum serui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs [d] vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.

† *al. post missam.*

Item ex concilio eodem, c. 33.

¶ Episcopus die dominico non desit ecclesiæ. Cap. IV.

EPiscopus, si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ, cui proximus fuerit, die dominico deesse [e] non debet.

Item ex eodem, c. 27.

Con. Aruernense, c. 14. Et Agathense, c. 63.

¶ Hos dies ciuibus in uilla celebrare non licet. Cap. V.

NVlli ciuium Paschæ, Natalis domini, & α quadragesimæ solennitatem in uilla [f] liceat celebrare, nisi quẽ infirmitas probabitur tenuisse.

Burc. l. 2. ca. 75. & l. 19. c. de sacrilegio. Iuo p. 4. c. 12.

α ¶ Et Quadragesimæ.] *Sic etiã in originali impresso. Sed Iuo habet.* vel Quinquagesimæ. *Burchard.* vel Pentecostes, *& ita est in concilio Agatensi, c. 63. & in Aruernensi, c. 14.*

Item ex eodem Aurelianensi, c. 26.

¶ Ante solennitatem Paschæ Quadragesima est celebranda. Cap. VI.

SAcerdotibus [g] omnibus est decretum, ut ante paschæ [h] solennitatem, non Quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

In c. græ. Synod.

Item ex concilio Martini Papæ Bracharensis, c. 50.

¶ Quinta feria ultimæ septimanæ quadragesimæ ieiunium solui non licet. C. VII.

NOn liceat quinta feria nouissimæ septimanæ ieiuniũ [i] soluere, & omnem exhonorare [k] quadragesimam, sed sincere abstinentes totam quadragesimam peragere.

Et in 6. sy. c. 29.

Item ex concilio Laodicensi, c. 50.

a ¶ Saltationibus] sup. ea. d. 1. qui die.

b ¶ Perstrepente.] Hoc licet sit mortale, non inducit depositionem, ut 5. q. 4. in loco.

ROgationes. CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ per tres dies

K ¶ Exhonorare) Argu. quod nihil reputatur ieiunasse, qui unum diem non ieiunat. C. ad Sylle. l. ult. nihil uidetur esse factum, & c. 7. q 1. nihil.

ADDITIO. Item argum. quod utile per inutile uitietur. 9. dist. si ad sacras. 25. q. 2. & legibus, sed argu. contra 12. q. 2. si quis. Archid.

a NOn oportet.] Sed per totos, i. omnes, exceptis diebus Dominicis. ar. supra dist. 50. si quis presbyter. infra disti. 5. Quadragesima.

b PLacuit.] ¶ Vt oēs.] Non comedant.

c ¶ Sabbathi.] Scilicet Paschali.

d ¶ Sacerdotali.] scilicet finita hora nona.

e ¶ Communione] s. percepta, idest, non debet comedere nisi prius celebratis missarum officiis & vespertinis, supr. ea. dist. 1. solent H.

f QVoniā] Sunt quidam.

g ¶ Genua] su. dist. 76. §. non autē, &c. sc ire

h ¶ Stantes.] supra dist. 30. si quis presbyter. supra 26. q. 7. sacerdos contra So. ibi dies remissionis vocantur dies ieiuniorum.

DE esu carnium] Hęc est 2. pars dist. secundum Ioā. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit a Leone, qbus diebus sit abstinendū a carnibus. Et respondet ꝙ in 4. & 6 feria ab initio nocti pręcedentis vsq. in sequentem diem scilicet quartam & sextam feriam

i ¶ Feriæ] De quarta feria est cōsiliū, de sexta paræceptū.

K] Sabbathi.] Diei. s. Paschalis, supple ne forte ob insignē solennitatem uideretur ieiunium tūc soluendum.

l ¶ Maluerit.] Sed ñ tenetur ad hoc.

m ¶ Vel đbuerit] Cū teneatur ad hoc ex iniuncta pænitētia. Et ita est arg. ꝙ possumus cārnes comedere ī die sabbathi, 1 nā ponit in optione nostra tādiu abstinere die sabbati quādiu voluerimus. Sed contra infra c. 2. sed illud est consilium, & consuetudo ita interpretatur, extra de obser ieiu. consilium. §. item de illis. nec enim sabbathum est inter legitima ieiunia, ut infra ea ieiunia. Ioan.

Carnes comedere die sabbathi vtrū sit licitū. 1 Dicit H. hic habeē ꝙ hoc sabbatho licite caro comeditur, sed postea aliud obtinuit in sabbatho. s. abstinendū esse a carnibus

PEruenit.] Hęc est tertia pars distin. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidam homines praui sensus prædicabant sabbathum custodiri & obseruari, qui in hoc c. a G. reprehenduntur, cum uideantur prædicatores Antichristi, qui diem sabbathum atque Dominicum faciet obseruari. Dominicum, ut se resurgere simulet. & sabbathum, ut ad se prouocet perfidiam Iudęorum. Similiter dicebant quod in die Dominico nullus debet lauari, quod uerū est causa uoluptatis, sed causa necessitatis etiam in die Dominico non prohibetur.

n ¶ Qui ueniens.] scilicet Antichristus.

o ¶ In ueneratione vult.] idest uolet, nam pro nimia certitu-

inf. dist. ... dies, sed ieiuniū ... postea ... tum. infra sabbatha secundum H.

¶ De eodem. Cap. VIII.

NOn opportet a in Quadragesima, quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiuniū dissolui, & totam Quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare, & escis abstinentiæ conuenientibus, idest, aridioribus uti. Burc. l. 13. c. 2. Iuo p. 4. c. 41.

Item ex concilio Agathensi, c. 12.

¶ Exceptis diebus Dominicis in Quadragesima non soluatur ieiunium. Cap. IX.

PLacuit, vt omnes b ecclesiæ filii, exceptis diebus Dominicis, in Quadragesima etiam die sabbati † c sacerdotali d oratione, α & discretionis communione e ieiunent. † *al. sabbato.*

α Oratione.) *In concilio legitur*, ordinatione, & districtionis † comminatione ieiunent, *sed ob glossam non est mutatum.* † *al. distinctionis.*

Item ex concilio Niceno, c. 20.

¶ Nec in die Dominico, nec in diebus Pentecostes in oratione genua flectantur. Cap. X.

QVoniam f sunt in die Dominica quidam ad orationē genua g flectentes, & in diebus Pētecostes, propterea statutum est a sancta synodo (quoniam consona, & cōueniens per omnes ecclesias custodienda cōsuetudo est) vt stantes h ad orationem vota Domino reddamus. Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 4. c. 18. pann. l. 2. c. 173.

Item Leo Papa IIII.

¶ Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum. Cap. XI.

2 DE esu carnium apud vos † vetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, ut a cœnæ termino, quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, i quę lucescit in quarta feria, usque in diluculum quintæ feriæ & similiter a cęna noctis sextæ feriæ, quæ lucescit in sexta feria, non imperite ieiunatio vsque ad sabbathi k lucē, quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit, l vel debuerit, m protendatur. † Nos.] Gra.

Item Gregorius dilectissimis ciuibus Romæ, libro 11. epist. 3. Et Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 10.

¶ Nec die sabbathi feriandum, nec die Dominico lauacrū est prohibendum. Cap. XII.

2 PEruenit ad me quosdā peruersi spiritus homines praua inter uos aliqua, & sanctæ fidei aduersa seminasse, ita ut die sabbathi aliquid operari prohiberent. Quos qd aliud, nisi Antichristi prædicatores dixerim? qui veniens n diem sabbathum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se, & resurgere simulat, haberi in veneratione vult o diem Dominicum, & Iuo p. 3. c. 6. pann. l. 2. c. 169.

Præsens pro futuro ponitur.

1 Adde an & qñ id fieri possit regulariter not. Barto.in l. si ira,ff.de auro & ar.leg. &in l.si quę res pign. ob. pos.
2 Subau. ecõ uerso ponit sup. d. prox. in Christo. ubi de hoc.

titudine ponit hic pręsens 1 pro futuro 2. & notaui de hoc sup.23.q 1. paratus.& inf.ea. d.4. quando quis.
a ¶Sabbatum) sup.d. 41.quisquis.& sup.dist.81. non oportet. Ioan.

Sabbaquia iudaizare populum compellit, ut exteriorem legis ritum reuocet,& sibi Iudæorum perfidiam subdat; coli vult sabbatũ. [a] *& paulo post.* ¶Aliud quoque ad me perlatum est,vobis a peruersis hominibus esse prædicatum, ut Dominico die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxuria, & pro uoluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus.Si autem pro necessitate corporis,hoc nec die Dominico prohibemus.

Item Innocentius Papa,epist.1.ad Decentium c.4.

¶Ob reuerentiam sepulturæ Dominicæ sabbato ieiunare debemus. Cap. XIII.

Ans.in pręf.c.1. Poly.l.3.ti.25. Iuo p 4.c.28. pann.l.2.c.137.

4 SAbbato uero ieiunandum [b] esse ratio euidentissima demonstrat.Nam si diem Dominicum ob uenerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solũ in pascha celebramus,verum etiam per singulos circulos hebdomadarum,ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus:quoniam † inter tristitiam & lętitiam temporis illius uidetur inclusum. Nam vtique constat Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse,& propter metũ Iudæorum se occultauisse.Quod utique non dubium est intantum eos ieiunasse biduo memorato,ut traditio ecclesię habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. [c] Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas,propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel, atque uno sabbato ieiunandum; ergo & dominica, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda.

† *al.quod*] orig.

Item Melchiades † Papa ad episcopos Hispaniarũ, capitulo tertio.

† *al. Miltiades.*

¶Die Dominica, & quinta feria non est celebrandum ieiunium. Cap. XIV.

Euseb. Emiss in homi.Pentecostes. Polyc.ibid. Iuo p 4 c.27. pann.l.2.c.172. Conc. Gangrense, cap.18.

5 IEiunium Dominici diei,& quintę [d] feriæ nemo celebrare debet,ut inter ieiunium Christianorũ & gentilium,ueraciter credentium & infidelium,atque hæreticorum uera & non falsa discretio habeatur.

Item ex concilio Cæsaraugustano,cap.2.

¶De eodem. Cap. XV.

NE quis ieiunet die Dominica causa timoris, α [e] aut persuasionis.aut superstitionis:nec quadragesimarum diebus ab ecclesiis fideles desint:nec habitent in latibulis cubiculorum,ac montium, qui in suspicionib. [f] perseuerant,sed exemplum, & præceptum custodiant sacerdotum,& ad alienas uillas agendorum conuentum causa non conueniant. Ab uniuersis episcopis dictum est; Anathema sit,qui hæc commiserit.

α ¶Timoris.] Hoc *exponitur in glossa. Sed in concilio est,* causa temporis, *idest,quoniam dies Dominicus sit. De qua re habetur supra d.30.c.si quis tanquam,&c. finali. Legitur etiam in Pontificali Damasi ideo Meltiadem sanxisse,ne quis die Domi*

SAbbato) Hæc est 4.pars d.secundum Io. de Fan.
CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ sicut in qualibet septimana obseruatur dies Dominica, & sexta feria ieiunatur; ita omni die sabbati debemus ieiunare, quia his duobus diebus Apostoli fuerunt in timore,& ieiunauerunt. Vnde etiam in illo biduo,quod est ante pascha, Eucharistia non conficitur in ecclesia. Sequent. cap. patent.
b ¶ Ieiunandum.) Supra 12. dist illa,contra.Sol.hoc non obtinet. vel dic vt ibi di xi.3
c ¶Non celebrari] sacramentum corporis & sanguinis domini sup distin.1. uisum. Contra sup.di 2.iteratur.contra. Sed secundum hanc exceptionem illa c.intelliguntur.
IEiunium) Hæc est quinta pars dist. secundum Ioan. de Fant.
d ¶ Quintæ.] sup d. 76. vtinam contra. Sol. prohibetur hoc fieri in contemptum diei,alias semper ieiunare non reprobarem,ut ibi, sed quare potius de his diebus quam de aliis,cũ ieiunare in contemptum diei cuiuscumque, sit mortale peccatum? Dic qđ ideo quia maioris ueneratioris sunt,quia in illis duob. diebus fecit Dominus quidquid insigne fecit fere. 85.d.c pen.fere dixi, quia die iouis cælos ascendit.
NE quis] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nõ debet aliquis die Dominica ieiunare, nec in tempore quadragesimali ab ecclesia abesse, nec suspectus in fide. uel de mala uita debet in latibulis habitare, nec conuenticula facere in aliis villis,sed sacerdotum sequi doctrinam, & exemplum. Seq capit. patet.
e ¶Causa timoris.) alias terroris,s. quia aliquis incutiat timorem alicui, nisi ieiunet tali die.
f ¶ In suspicionibus] .s hæreticos.

3 De hoc ēt no. sup.ead de esu.in fi. Arch.

Ieiunare sēper non reprobatur.

IEiunia.] Hæc est sexta pars distin. secundum Ioan. de Fant.

a ¶ Et sexta.] Addita secunda feria xi. q. 3. de illis dist. 22 presbyter.

b ¶ Soluenda.] Ab his qui ad hoc uoto vel pænitentia sunt adstricti Vel dic ꝙ hoc fuit in primitiua ecclesia necessitatis, hodie uero cõsilii. H & H.

c ¶ Saluatorem.] Supra xi. q. 3 abiit.

d ¶ Vel cum crucifigentibus.] Infra dis. 4. qui bis.

e ¶ Aliud.] C. de fer. l. 3. contra. Sed dic legem succumbere, idest, vim in hoc non habere. extra de fer. conquestus 1

De pœnitentibus.] Hæc est vii. pars distin. secundum Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ pænitentes in cæna Domini debēt reconciliari, nisi essent ī mortis articulo cõstituti, quo casu nulli dēt Eucharistia denegari. De pondere vero delictorum, idest, quanta pænitentia sit pro delicto imponenda, secundum deuotionem pænitētis debet presbyter iudicare.

f ¶ Cõmissis.] Mortalibus. grauiora. n. appellat ualde enormia 2 leuiora minus enormia. alias esset cõtra xxvi. q. 6. c. vlt.

g ¶ Aegritudo.] Quo casu nullo tempore est deneganda communio, vt notatur & legitur distinc. prox. c. presbyter. Sed põe ꝙ aliquis agat septēnem pœnitentiam, nunquid in istis vii. annis in quolibet anno in cæna Domini debeat in ecclesiam introduci? Vel si debet, a quo? vtrum tātū ab epo, uel a suo presbytero? Dicunt quidā quod post primam expulsionē usque ad vltimā (quarū vtraque debet tantum per epm fieri) 3 presbyter simplex potest eū quolibet anno in cęna Domini recipere in ecclesiam, & post octauas de ecclesia expellere de hoc 50. dist. ca. in capite. 26 q 6. c. 1 supra dist. 6 in cæna. item quare hoc magis fit in die Iouis quam in alio die eiusdē septimanæ? ideo quia eodem die idem Dominus captus fuit, & ligatus fuit, & eius ligatio absolutionem nostram operata est. Vel potest dici, quod ideo quia ipse eodem die pedes discipulorum lauit, unde ideo eadē die sit vt pedes, idest, affectus nostros lauet a peccatis, iuxta illud, quam speciosi pedes euangelizantium, & c. de pę. dist. prima, potest.

h ¶ Remittendum.) idest, absoluendum reconciliando, Eucharistiam concedendo. 50. dis. pænitentes.

i ¶ Aestimando.] Arg. xxii. q viii. occidit. Io.

K ¶ Attendat] xxvi q. septima, de his.

l ¶ Sane.] Exponit quod dixerat in uerbo ægritudo.

m ¶ Ante tempus.] idest, ante quintam feriam, quæ est ante Pascha.

Litteris vestris.] Hęc est 3. pars distin secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidam episcopi singulis ann.s in cœna Domini non conficiebant chrisma, qui in hoc capit. reprehen-

1 Subau. nisi ad casum necessitatis referat, P. His.

2 De quibus habes xxv. di. § alias & sup. e dist. 2. in cæna.

3 Quia recõciliatio pęnitētiū est episcopalis officii, nõ sacerdotalis 16. q. 6. § 1 ī fine. 59. di. quamuis Arch.

An autem sit licitum scholaribus dere die feriata i honorem Dei, dic ꝙ sic, ut per Ang. & Alc. de Imo in l. diuus ff de fer idē tenet gl. prima in l oēs iudices. & ibi Rayn. & Ange. C. de feriis, quāuis aliter sentiāt canonistę, ut q. Arch hic & p Io. And. & do. Anto. in c. i. extra eo.

nico, aut feria quinta ieiunaret, quia eos dies pagani, quasi sacrū ieiunium celebrabant. Et apud Burchardum, libr. 19. imponitur pænitentia ei, qui die Dominica ieiunet propter abstinentiam, & religionem.

Item ex dictis Sancti Apolonij.

¶ Caput hoc habetur apud Palladiū in uita Apollonij Abbatis.

¶ Quarta & sexta feria sunt seruanda ieiunia. Cap. XVI.

6 IEiunia sane legitima, idest, quarta & sexta [a] feria nō sunt soluēda, [b] nisi grādis aliqua necessitas fuerit, q2 quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & sexta feria crucifixus est Saluator. Videbitur ergo, qui in his diebus sine aliqua necessitate soluerit statuta ieiunia, uel cum tradente tradere Saluatorem, [c] vel cum crucifigentibus [d] crucifigere. Die autem Dominica nihil aliud [e] agendum est, nisi Deo uacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa transigatur.

Clemens 7. constit. c. 24. Smaragdus ad c. 48. regulæ S. Benedicti. Iuo p. 4. c. 32. Pann. l. 2. c. 179. In syn. 6. c. 66. Smaragdus ibidem. Iuo p. 4 c. xiii.

Item Innocentius Papa epist. prima ad Decentiū c. 7.

¶ Quinta feria ultimæ hebdomadæ Quadragesimæ pænitentes remissionem accipiant. Cap. XVII.

7 DE pæn tentibus uero, qui siue ex grauioribus cō missis, [f] siue ex leuioribus pænitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, [g] quinta feria ante Pascha eis remittendum [h] Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando [i] delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat [k] ad cōfessionem pænitentis, & ad fletus, atque lachrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cum viderit cōgruam satisfactionē. Sane [l] si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus [m] Paschæ relaxandum, ne de sęculo absque communione discedat.

Cap l. 5. c. 67. Poly l. 16. tit. 20. Burc. l. 18. c. 18. Iuo p. 15. c. 40.

Item Fabianus Papa orietalibus episcopis, epist. sc̄da.

¶ Singulis annis quinta feria ultimæ hębdomadæ Quadragesimæ nouum chrisma conficiatur. C. XVIII.

8 LItteris uestris īter cætera insertū inuenimus, quosdā regionis vestræ episcopos a uestro, nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cęna Domini chrisma conficere. *& infra.* ¶ Errant uero, qui talia excogitant, & mente uesana potius, quam recta sentientes, hęc audēt. *& infra.* ¶ Sicut enim ipsius diei solēnitas

Pol. l. 3. tit. 16. Iuo p. 2. c. 73.

hibentur & præcipitur eis, vt quolibet anno chrisma conficiant, & uetus chrisma cremetur. Sequens cap. patet.
a ¶ Et non per singulos.] su. de pe. distin. 3. c. septies. & 54 dist. §. 1. & c. Agathosa. sup. di. 96. cum ad uerum, inf. d ist. proxi.

tatem aquæ, multo magis aqua cum sale benedicta omnia conspersa purificat.
g ¶ Aquam sale.] Quia per aquam confessio per saltem amaritudo signatur & morsio, vnde hæc est mistura, vnde geminus procedit partus, diuisio, scilicet delictorum, & ortus uirtutũ & bonorum operũ, 32. q. 1 cum renũciatur, hęc designata est per missionem Iudę, qui cõfessio dicitur: & Thamar, quæ amaritudo dicitur, vnde Phares diuisio Zaran ortus, geminus scilicet partus puenit H.
h ¶ sanctificentur] quæritur quomodo aqua benedicta dicatur populum sanctificare uel mundare. ADDITIO. Ad hoc potest responderi secundũ id quod not. sup. eo dist. 2. signũ [gl. 2. uer. propter humilitatem, &c. alias illa gl. ponitur ead. dist. institutio. Arch.
i ¶ Cinis uitulæ.] Historia. Legitur in Leuitim. quod decima die septẽbris tollebat sacerdos de proprio uitulam rufam trimã & immaculatã, quæ nondũ portauerat iugum, & immolabat eam pro peccato suę domus: & hircũ quẽ sumebat ab vniuersa multitudine, immolabat pro peccato populi: pelles & carnes & fimum vitulæ & hircũ cõburebat extra, & cinerem seruabat, & inde per totũ annũ fiebat aspersio aquę, qua purificabãtur immundi de quibusdam, quæ in lege immunditiæ dicebãtur, ut puta si aliquis tetigisset cadauer hominis mortuis uel sepulchrum, erat immundus vsque ad diem septimam, & hac aqua mundabatur.

Salmiscetur cũ aqua benedicta.

per singulos [a] annos est celebranda; ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno [b] in annum renouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum sacramentum est per singulos annos, & iã dicto die innouandum, & uetus [c] in sanctis [d] ecclesiis cremandum. Ista a sanctis Apostolis, & successoribus eorũ accepimus, & vobis tenenda mandamus.

¶ *In originali res copiosius explicatur, quã aut Gratianus, aut Iuo faciant.*

Item Eusebius Papa epistola tertia.

¶ Seruetur ab omnibus festiuitas inuentionis Dominicę Crucis. Cap. XIX.

Iuo p. 4. c. 5.

9 CRucis [e] Domini nostri Iesu Christi, quę nuper nobis gubernacula S. Romanæ ecclesiæ tenẽtibus, quinto nonas Maii inuenta est, in prædicto calãdarum [f] die inuentionis festum uobis solenniter celebrare mandamus.

Item Alexander Papa V. a Petro, Epist. 1. c. 5.

¶ Quare sit institutum, ut aqua sale consperla sanctificetur. Cap. XX.

Polyc. ibidem. Burc. l. 2. c. 53. Iuo p. 2. c. 68.

10 AQuam sale [g] conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, [h] & purificentur. Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mãdamus Nam si cinis vitulæ [i] sanguine aspersus populum sanctificabat, [k] atque mundabat, [l] multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat, atq; mũdat. Et si sale asperso per Helisæum [m] prophetam sterilitas aquę sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus † sal sterilitatẽ rerum aufert humanarum, & coinquinatos [n] sanctificat, atque mundat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmatum uersutiis homines defendit?

4. Reg. 2.
† al. sacrata aqua.
Epist. 1.

Item Pius Papa nouus a Petro Apostolo, in primo suarum decretalium.

Matrimoniũ nouum est, quod nõ excedit annũ. Asinæ, quã Dñs equitauit festũ nõ est celebrandũ.
Dic, quod hoc noĩe calendarũ intelligit ipse mensis cuius sũt calendę sm H.

proxi. omni tempore & c presbyteri.
b ¶ De anno.] infra dist. 3. si quis de alio.
c ¶ Vetus.] Not. uetus dici quod coronam anni excedit, sicut & nouum dicitur matrimonium quod non excedit annum. 35. q. 8. c. 1. & art ff. de pub & uect. le. ult. §. quoties. ff. de ui. tri. & oleo le. uetus.
d ¶ in sanctis] 11 dist. c ecclesiasticarum.
e CRucis] Hæc est 9. pars dist. Io. de Fant.] Quæri potest quare festum crucis celebremus, in qua Dñs fuit dehonestatus, & non festũ asinæ, in qua fuit honoratus. Dicimus, quod laus exhibita Dño in asina fuit mundana de qua non est curandum 22. q. 2. si quælibet: sed dehonestatio in Cruce facta fuit nostra redemptio.
f ¶ Calendarum] id est, quinta die ante nonas, & improprie ponitur hic calendarum, 1 quia tãtum prima dies dicitur calendæ,

AQuam sale.) Hæc est 10. pars distin. secundum Io. de Fant.
CASVS. Quæritur quare aqua cum sale benedicatur? Et respondetur, ut ea homines aspersi sanctificentur. cum enim in ueteri testamento cinis uitulæ sanctificabat, & sal per manum Helisæi prophetæ sanauit sterili

K ¶ Sanctificabat.) Tunc sanguis uitulæ fuit remissio peccatorum, ut 12. q. 2. gloria.
l ¶ Mundabat, a uenialibus. su dis. 50. in capite inf di. 4. nequaquam. Nam sacrificiis uenialia delentur. su. dist. 2. cũ omne. de pæ. dist. 3. de quotidianis. Na si qua tunc habebant, mortalia erant de pæ. dist 6. c. 1. circa medium.

Venialia delentur sacrificiis.

PER HELISAEVM Historia. Legitur in lib. Regum, quod cum Helisęus esset in heremo, uenerunt ad eum uiri ciuitatis, & dixerunt: Ecce habitatio huius ciuitatis optima est, sicut tu ipse bene nosti, sed aquæ pessimæ sunt, & steriles. At ille ait: Afferte mihi uas nouum, & mittite in illud salem, & ait: Dicit Dominus, & sanaui aquas istas, & non erit vltra in eis mors, neque sterilitas. Sanatę ergo sunt aquæ illæ usque ad diem hunc iuxta uerbum Helisęi, quod locutus est Dominus.
m ¶ Per hælisæum) vnde est, quod cum exorcizatur, dicit sacerdos: Deus qui per Helisęum prophetam salem in aquam mitti iussisti.
n ¶ Et coinquinatos.) venialibus tantum.

NOlle.] Hæc est 11. pars distin. in qua dicitur, quod semper die Dominica sit Pascha. Quidam enim fa ciebant die Iouis. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod ecclesia quolibet anno in die Dominica celebrat Pascha, tamen quia qu idam dubitabant, vtrũ hoc fieri dẽat, Angelus apparuit Hermeti in specie pastoris & p̃cepit quod ab omnibus hoc fieret. & Pius Papa hoc idem instituit.

a ¶ Pastoris.] Vnde & liber illius, ĩ quo tradidit plura documenta ecclesię, libet pastorum intitulatur.

b ¶ A capite.) Cum hoc iubet ar instit. de lati id. in fi. 11. di. nolite.

Aprilis lunationem, eam, scilicet quæ terminatur in Aprili. B. Hyspal.

c ¶ Vsque ad xxi. diem.] Intelligas hoe de mense lunari, non solari: in illa enim lunatione semp est Pascha.

e ¶ Vsque an xxi. diem.] Illud, vsque, hic ponitur inclu-

Pascha citra quod & vltra q tẽpus debet esse.

¶ Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. Cap. XXI.

NOsse vos volumus, quod Pascha Domini die Dominico annuis temporibus † sit celebrandũ. Illis enim tẽporibus Hermes doctor fidei, & scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem Pascha prædicto die celebremus, quia tamen quidam inde dubitabant, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermeti angelus Domini apparuit in habitu pastoris,[a] & præcepit ei, ut Pascha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & uos Apostolica auctoritate instruimus omnes eadẽ seruare debere, quia & nos eadem seruamus, nec debetis a capite[b] quoquo modo dissidere.

Iuo p. 4. c. 3. & 145. † al. solennitatibus] orig.

Item victor Papa X I I I. a Petro, in primo decretali suo.

Epist. i. ad Theophilum. Et in Autelia. 4. c. 1.

¶ Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. Cap. XXII.

CElebritatem sancti Paschæ die Dominico agi debere, & prædecessores enostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die solenniter celebrari mandamus, quia nõ decet, ut membra a capite discrepent, nec † contraria gerant. A xiiii. vero luna primi mensis d vsque ad xxi. diem[c] eiusdem mensis eadem celebretur festiuitas. Eodem uero tempore baptisma celebrandum est catholicum. Sed tamẽ si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem uenientes quocunque loco, uel momento, ubique euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus tantum Christianæ confessione credulitatis clarificata † baptizẽtur. Ipsis quoque, quod in baptismo polliciti sunt summopere est attendẽdum, ne infideles, sed fideles inueniantur. Ipsi vero, qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur, & inter fideles minime reputantur. Hæc vero statuta, nulla debẽt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, quia alia est ratio[f] causarum sæcularium, alia diuinarum.

poly. lib. 3. ti. 10. & 17. Valfridus Strabo c. 26. Bur c. l. 4. c. 3. Iuo p. 1. c. 198. & p. 4. c. 4.

† al. clarificati.

CElebritatem.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod Pascha debet celebrari post quartum decimum diẽ lunationis Aprilis, qui est primus mẽsis secundũ Hebręos usque in vigesimumprimũ diẽ eiusdem mensis, id est, lunationis: & tunc debet fieri solennis baptismus, in necessitate tamẽ potest aliquis baptizari quocunque tempore, & quocunque loco, & qui baptizãtur, seruare tenẽtur qđ in baptismo promittunt: q uero contrafecerint, infames efficiuntur, & reputantur infideles. Et nota, quod hæc dictio, usque, ponitur inclusiue, & quod hæc lunatio quandoque incipit i Martio. Et not. quod hęc computatio attenditur secundum annũ lunarem, & non solarem.

c ¶ Prædecessores.] in legibus enim sæcularibus posteriores ad se trahũt priores, quod in diuinis non fit, sed potius econuerso. argu. men. 50 distinct. Domine in fin. H. sed B. secus intelligitur hoc.

Legẽs posteriores trahũt adse priores.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 65.

¶ De eodem. Cap. XXIII.

PAschæ solennitas uno die, & tempore celebranda est.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 7.

Et in Africano ca. 40. & Aurasiaco, c. 19.

PRIMI MENSIS. Historia. Sicut legitur in Exodo. Dominus præcepit, vt mensis ille primus haberetur & agnus xiiii. die immolaretur, qui mensis apud Hebręos Nisan appellatur, apud nos uero Aprilis. seq. ca. patent vsque ad c. perlatum, & ea per se uidebis.

d ¶ Primi mensis.] id est, Aprilis, qui est primus mensis secundum Hebræos, ut 70. dist. §. primum uero.

ADDITIO Hoc sane intellige, Hebręi annum solarem non attendunt, sed lunarem, & appellant primum mensem tempus, quod nos dicimus nõ ipsum Aprilem. sed

clusiue, & includitur xxi. dies, & hoc vult dicere, ꝙ Pascha non desiet esse in f. xiiii. diem lunationis Aprilis, nec post xxii diẽ illius: si enim xiiii. dies lunationis est in die Dominica, ibi est Pascha Iudæorum, & Dominica sequenti, ibi est nostrum Pascha, hoc est xxi. die.

f ¶ Alia est ratio.] Quia infames efficiuntur secundum canones quicũ que nota infidelitatis, idest, mortali peccati asperguntur, ut no. 6. q. 1. omnes & c. illi qui. sed secus est secundum legem, & ita est ratio alia. M. ponit exemplum in appellatione. 7. q. 6 non ita. Sed quid ad hanc litteram de hoc exemplo? Ego dico hunc esse sensum. ꝙ ea quæ in baptismo quis promisit, non possunt mutari, licet statuta possunt immutari.

Infames efficiuntur, qui mortali peccato aspersi guntur.

Pla-

¶ Dies Paschæ concilij α formatarum subscriptione omnibus imitetur. Cap. XXIIII.

α ¶ Concilij.] *In aliquot vetustis est,* & concilij. *In originali impresso hæc est huius capitis rubrica,* De tempore paschali, seu concilij *in codice canonum in indice capitis* 40. *concilij* Africani, diem paschæ, & diem concilij nunciandum. *In græco, c.* 74. περὶ τοῦ τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι: Vt dies paschæ in die synodi annuncietur.

sup. dist. 75.

PLacuit, vt dies venerabilis Paschæ formatarū subscriptione omnibus intimetur; dies vero [a] concilij xj. Kal. β Nouembris seruetur. scribendum est etiam ad singularum quarumcunque prouinciarum primates, vt quādocunque apud se concilium congregant, illum diem non impediant.

β ¶ XI. Kal.] *Sic in Carthaginensi 5. In Africano autē [etiam in codice canonum] & Carthaginensi græco est,* X. Kal. Septēbris.

Item ex concilio Bracharensi 2. c. 9.

¶ Cum in concilio omnia statuta fuerint, futurum Pascha annuncietur. Cap. XXV.

PLacuit, vt postquam [b] omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata; illud omnimodis obseruetur, vt superuenturum † ipsius anni Pascha quoto Kalēdarum die, vel quota luna debeat suscipi, a metropolitano episcopo intimetur. † Quod cæteri episcopi, vel clerus reliquus breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua ecclesia adueniente Natalis Domini die astante populo post Euangelicam lectionem annuncient. [c]

† *al. superuenturi.*
† *al. nuncietur.*

Item ex concilio Arelatensi 1. quod confirmauit Papa Siluester, cap. 1.

¶ Per orbem vniuersum vno die, & vno tempore Pascha celebretur. Cap. XXVI.

Iuo p. 4. c. 19.

DE obseruatione Paschæ Domini statuimus, vt vno die & tempore per omnem orbem obseruetur; & iuxta consuetudinem litteræ † ad omnes dirigantur.

† *litteras ad omnes tu dirigas*] ori.

Item Gregorius Seuero episcopo Massiliensi, l. 9. epist. 9.

¶ De imaginibus sanctorum non violandis. Cap. XXVII.

Anſ. l. 13. c. 45.
Burch. l. 3. c. 36.
Iuo p. 3. c. 41.
Pann. l. 2. c. 56.

12 PErlatum ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, cōfregeris. Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudauimus: [d] fregisse [e] vero reprehendimus. Dic frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non γ aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne despectis alijs fratribus solum te sanctum esse crederes, & sapientem? Aliud est enim picturam adorare: aliud picturæ historiam, quid sit adorandū, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis prestet pictura cernentibus; quia in ipsa etiam ignorantes vident; quid sequi debeant: in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura est.

γ ¶ Si non.] *Hæc vsque ad versi.* Aliud, *sunt addita ex originali.*

Item in septima † synodo, actione 6.

† *al. sexta.*

a PLacuit.] ¶ Dies vero.] Hodie illud teneas de hoc quod habes 18. distin. quoniam. Ioan.
b PLacuit vt postquam.] Hoc c. non hēt hodie locū.
c ¶ Annunciēt.] hoc ca. non vbique obtinet.
PErlatum.] Hęc est 12. pars dist. Io. de Fant.
CASVS. Seuerus episcopus sanctorū imagines vetuit adorari: & ita motus eas fregit. Vnde Gre eū cōmendat, quia eas vetuit adorari: sed redarguit eū, quia eas fregit. nam quod facit scriptura legentibus, hoc faciūt imagines & picturę illiteratis.
d ¶ Laudauimus.] Hic colligit, quod licet intentio approbetur, reprobatur tamen ipsum factū. Vnde per hoc pōt solui illa cōtrarietas de Loth: qm̄ nunc dicit scriptura eum esse sanctū. 22. q. 7. offerebat. alias perturbatū dicit 13. dist. qđ ait. Ite est ar. quod in vno facto pōt reprobari quiddā, & aliud approbari. 22. q. 4. inter cætera. Ar. cōtra. ff. fam er i hoc. 1 sed illud in factis cōnexis, hoc in factis diuersis. extra de rescr. inter cęteras.
e ¶ Fregisse.] sup. dis. 63. §. verum. contra. ibi latria adorabant: hic dulia. Versus.
Latria debetur Dño, sed dulia seruo.
Latria qua Christū veneramur, dulia mū dum.

Intentio quando que approbatur, & factū reprobatur.

1 De hoc leg. & no. 22. q. 2 si quis. 3 q. 9. pura. ibi videas.

Latria & dulia quid exigunt.

Vene-

VEnerabiles.] CASVS. Quæsitum fuit quare Christiani venerentur imagines & picturas, cum deitatem in eis esse non credant, nec speciem salutis in eis ponant. Et rñdetur, ꝙ hoc faciunt in memoriam sanctorum, & ad recordationem primitiuorum olim sanctorum, i. olim rerum gestarum.

CASVS. Tradũt hic catholici doctores, ꝙ pater & filius & spiritus sanctus vnius sunt substantiæ, & non tres dii, sed vnus; & quia pater genuit filium, non est filius: nec filius pater; nec Spiritus sanctus est pater & filius, sed patris & filii spiritus: nec dicitur trinitas incarnata, crucifixa,

a ¶Et adorant.] Sup. prox. c. contra. Sed aliud ẽ adorare latria, quod ibi prohibetur, aliud dulia, quod hic permittitur.
b ¶Cultu.] s. latriæ. in qua tria exiguntur, charitas dilectionis: & multitudo sacrificiorum: & veneratio. 1 In dulia vero vnũ solum scilicet veneratio: & in hoc sensu possumus quamlibet rẽ sacrã adorare, i. reuerentiam exhibere. sup. dist. 1. in sancta.
SExtam sanctam.] Hæc est 13. pars dist. secundum Ioan. de Fant.
CASVS. Quia Ioannes Christum demõstrans ait: ecce agnus Dei: ideo quidã pingebant Christum sub specie agni: verum quia vmbra mortis transiuit, & Christus verus sit homo, in forma humana debemus ipsum depingere: & hoc ꝑcepit Hadrianus auctoritate sextę synodi, quã inducit. [In quib. scripturis.] i. picturis. & sunt verba canonũ 6. synodi. & hæc dicto, [quibus,] non refertur ad aliquã dictionem hic positã: sed in canone [vale dicẽtes,] Id est licentiantes, & terminum imponentes.
c ¶Sextam.] sup. dis. 16. sextam.
d ¶In quibus dr̃.] Illud, quibus, non refertur ad aliquam dictionem hic positã, sed in canone sextæ synodi, cuius verba Hadrianus inducit. Alibi dr̃ vel habetur in quibusdam, & secundũ hoc litera patet. Vel in quib.
e ¶Qui.] id est, sacrificium cuius agni.
f ¶In figuram.] Tempore gratiæ, quæ figurabatur in veteri testamento.
g ¶Transit] i. transire debet quasi non debet depingi.
h ¶Gratiam.] id est, gratiosam veritatem. s. Christum hominem.
i ¶Pro veteri.] Hoc credo reprobari: quia in cruce tantũ agnus Dei depingebatur, nã alias hoĩe depicto agnũ dipingi nõ obest in parte inferiori, sed cum corrigatur quo ad hoc, ergo qũo recipitur cum omnib. canonibus?
OMnes quos.] Hæc est 14. pars di. secundũ Io. de Fan.

1 Dicas, ꝙ duę sunt species adorationis, s. latria est seruitus siue cultus soli Deo debitus, dulia est seruitus quę debetur creaturæ [vnde versus Dulia fit seruo, debetur latria Christo. Archid.

Christus nõ pingatur in figura agni.

¶ Imagines sanctorum memoria sunt, & recordatio præteritorum. Cap. XXVIII.

VEnerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque seruiunt eis vt Diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant:[a] sed non seruiunt eis in cultu[b] diuino, nec alicui creaturæ.

Item Hadrianus Papa Tharasio patriarchæ in actione 1. eiusdem septimæ synodi. — In epist. Hadria. ad Corplum, 35.

¶ Non in agni, sed in hominis specie Christus est figurandus. Cap. XXIX.

13 SExtam[c] sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus suis in quibus dicitur.[d] In quibus † picturis sanctarum imaginum agnus præcursoris digito ostensus depingitur, qui[e] in figuram[f] gratiæ transit, α[g] verum nobis per legem Moysi demonstrans agnum Iesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo figuris, & vmbris, ad ueritatis præfigurationem sanctæ ecclesię traditis vale dicentes, β gratiam,[h] & veritatem præferrimus, & sic plenitudinem legis recipimus: verum igitur agnũ † Dominum nostrum Iesum Christum secũdum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri[i] agno depingi iubemus.

sup. distin. 16. in 6. syn. c. 82. Iuo p. 4. c. 112. & 116.

† al. quibusdam.] vera lectio.

† Adde q̃ proprie penit appellatione agni no in l cum quæritur in princ. ff. de leg. 3.

¶ *De sexta synodo, & canonibus ipsius notatum est sup. c. sexta synodus.*

α ¶Gratiæ transit.] *Et in epistola Hadriani, & apud Iuonẽ, par. 4. c. 112. legitur.* in typum gratię assumptus est. *apud eundẽ Iuonem, cap. 126. ex* Hadriano *ad Carolum,* in signum relictus est gratiæ. *Græce in canone sextæ synodi est,* ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος *id est* qui in typum gratiæ assumptus est. *Sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶Vale dicentes.] *Sic Iuo. In epistola* Hadriani *est,* suscipiẽtes, *Grece* κατασπαζόμενοι.

Item Augustinus lib. 1. de Trinitate, c. 4.

¶ De fide Trinitatis & vnitatis inuiolabiliter seruanda. Cap. XXX.

14 OMnes,[k] quos legere potui, qui ante me scripserũt de Trinitate, quæ Deus est, diuinorum librorũ veterum & nouorum catholici tractatores hoc intenderũt, secundum scripturas docere, quod pater & filius, & Spi-

Iuo p. 1. c. 2. Pann. l. 1. c. 7.

xa, sepulta, sed tm̃ filius: nec dicitur Trinitas descẽdisse super Iesum in specie columbæ, nec super Apostolos in specie ignis, sed solus spiritus sanctus: nec illa vox, quæ facta est ad Christum quando fuit baptizatus, s. Tu es filius meus dilectus; vel illa quando coram trib. discipulis fuit transfiguratus, s. Hic est filius meus dilectus, &c. nec illa vox clarificaui, & iterum clarificabo, attribuitur Trinitati, sed tantum patri, quamuis inseparabilia sint opera Trinitatis.
K ¶Omnes.] CASVS. In prima parte dicit tres personas patrem & filium & spiritum sanctum vnius & eiusdem substantię. In secunda parte dicit ꝙ licet istæ tres perso-

personæ sint eadem essentia, quædam tamen singulariter attribuuntur personis, quæ Trinitati non attribuuntur: & similiter aliquid attribuitur patri quod non filio, & econuerso. & idem in spiritu sancto.

a ¶ Columbæ.] Vera quidem columba fuit, quare nec prius

Colūba quæ descendit in baptismo Christi vere fuit,

ex quo.] Vigesimanona ibi, [Qñ.] Trigesima ibi, [Non dubito.] Trigesimaprima ibi, [Placuit igitur] Trigesimasecunda ibi placuit [vt quicumque.] Io de Fant.

CASVS. Quærebatur hic quæ sint necessaria illi, qui vult baptizari. Et respondet, ꝙ duo sunt necessaria, s. vt aqua exterius abluatur, & vt fides interius habeatur, vtsicut aqua visibili, ita & spiritu inuisibli baptizetur.

ritus sanctus vnius eiusdemque substantiæ inseparabili æqualitate diuinam insinuent unitatem: ideoque non sint tres Dii, sed vnus Deus, quamuis pater filium genuerit; & ideo filius non sit, qui pater est; filiusque a patre sit genitus, & ideo non sit pater, qui filius est: spiritusque sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum patris & filii spiritus: patri & filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem, non tamen eandem Trinitatem natam de Maria Virgine, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertia die resurrexisse, & in cęlum ascēdisse; sed tantummodo filiam, nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ [a] super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes post ascensionem Domini sonitu facto de cælo, quasi ferretur flatus vehemens, & linguis diuisis, velut ignis [b] sedisse super vnumquemque eorum, sed tantummodo spiritum sanctum: nec eandem Trinitatem dixisse de cælo, [tu es filius meus, [siue cum baptizatus est à Ioanne,]siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quādo sonuit uox dicens, [& clarificaui, & iterum clarificabo,] sed tantummodo patris vocem fuisse ad filium factam, quamuis pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

Mar. 1. Act. 2. Mar. 1. Io. 12.

c ¶ Necessarium est.] hic depingitur 4 dis. in qua agitur de baptismo, qui est ianua oīum sacramentorū. Vñ videndū est quid sit baptismus, q̄ forma baptizandi, quando fuit baptisma īsti tutū, quot sunt genera baptismi, & qs effectus. Et quidē baptismus est exterior hominū ablutio cū certa forma uerborū. Et ēt character impressus aīę. Dr ēt baptisma ipsa aqua, ut 1 q. 1. detrahe. Forma aūt baptismi est, Baptizo te in noīe patris, & filii & spiritus sācti. Amen Quam formā Dñs tradidit discipulis suis cū dixit, Ite, baptizate omnes gētes in nomine patris & filii & spiritus sancti inf ea. proprie ita que nec ēt omitti debet hoc pronomen ego, extra de bapti si quis sane. Nec obst. inf. ead. quodam. qa ibi noīe Christi intelligūtur tres personę Et institutum est secūdū quosdam, cū dictū est Nicodemo:

Baptismi diffinitio Baptismi forma.

1 Vt inf e. ꝓprie. & c. si qs presbyter &c. multi baptismi tria sunt genera. Baptismi effectus.

Ex gloss. ord. in c. 3. Ioan. [Nisi quis.]

Idem super Ioannem.

DISTINCTIO IIII.



¶ Sine sacramento visibili, & fide inuisibili nemo saluatur. C. I.

NEcessarium [c] est uisibile sacramentum [d] aquæ, ad ablutionem uisibilis corporis supra

prius nec postea comparuit, sed in suā materiam rediit, sicut legitur de stella, de qua descendit spiritus sanctus per significationem: significabat. n. plenitudinem donorum spiritus sancti, quæ in Christo erant, super quem spiritus sanctus [descendit.] infra dist. proxi. per aquam.

b ¶ Ignis.] Genitiui casus ē: alias nō cōgrue diceret, &c.

NEcessarium.] Hæc dist. diuiditur in 32. partes in quarum prima probat, per 10. c quòd qui non fuerit baptizatus, saluus esse non poterit. Secunda ibi, [Non ratione.] Tertia, ibi, [Mulier quamuis,] Quarta ibi, [Solet.] Quinta ibi, [Ostenditur.] Sexta ib.. [Non illud. Septima ibi, [Baptismi.] Octaua ibi, [Hi de quibus.] Nona ibi, [Aliud est.] Decima ibi, [Tunc valere.] Vndecima ibi [Siue paruuli.] Duodecima ibi, [Si non sanctificatur.] Decimatertia ibi, [Prima igitur.] Decimaquarta ibi, [Paruuli.] Decimaquinta ibi, [De trina.] Decimasexta ibi, [in Synodo.] Decimaseptima ibi, [Venisti,] Decima octaua ibi, [Iudæi,] Decimanona ibi, [In catechismo.] Vigesima ibi, [Omnis.] Vigesimaprima ibi, [Non licet.] Vigesima secunda ibi, [Si ad matris.] Vigesima tertia ibi, [Qui bis.] Vigesimaquarta ibi, [Presbyteri.] Vigesimaquinta ibi, [Quando quis.] Vigesimasexta ibi, [Quæris.] Vigesima septima ibi, [Si baptizata.] Vigesimaoctaua ibi, [Non

Nisi quis renatus fuerit, &c. secūdum alios cum dixit discipulis, Ite baptizate, &c. & hoc post mortē, secundum alios, cum misit Iudam cum cæteris. 1. q. 1. dedit. Ego credo, quòd tunc cum a Ioanne est baptizatus, ut inf ea. per aquā. Quot sunt gña baptismi? & quidē tria, fluminis, & sanguinis, & flaminis, ut dicemus inf. ea baptismi. Quis est eius effectus? qa cū digne quis baptizatur, tā actuale q̄ originale peccatū sine pnīa tollitur, ut inf. ea. sine pnīa. alias est .n. tantum sacramenti * collatio 2.

d ¶ Sacramentum.] Subaudi, uel aliquid qđ suppleat vicem eius: hęc autem sunt duo, s. martyrium, & cordis cōtritio. inf. ead. baptismi vicem. & c. cathecumenum. Et ita aqua est sacramentū, quia intransitiue legitur: sed ipse character similiter. 32. q 7. licita. ipsa etiam ablutio. & hæc tria idem significant, s. ablutionem interius factam, vel quæ fieri debet, propter fictè accipientem. Sed de aqua qñ dicis ꝙ incipiat vel desinat esse sacramentum? Dic simul incipit & desinit esse sacramentum, s. in prolatione vltimæ syllabæ ipsius formæ, qaia tunc signat: non autem ante uel post est sacramentum, remanet tamē res sacra. extra de sac. vnc c. 1. Idem dr in oleo benedicto uel chrismate: quia tamdiu est sacramentum quādiu fit cū eo vnctio. nō. n. a nte vel post, remanet tñ res sacra. Alij tñ dicunt contra, ut notatur 1. q 1. detrahe. quod multū facit pro opinione nostra. Item si alius liquor

*Comprehēdendo tamē in sacramēti collatione etiā impressionem characteris: nā character īprimitur ēt indigne suscipiētibus.

2 In hoc casu s. quando indigne hoc sacramētum recipit: tunc tantum recipit ipsum sacramentū, & non rem sacramenti, ut inf. ea. quomodo. Arc. Aqua in baptismo est sacramentū i d est, ablutio cum aqua.

liquor admisceatur illi aquæ, nunquid baptizatur puer. secundum leges, vs, ꝙ non, quia desinit esse aqua, quia liquor nouus efficitur, ff. de acquirendo rerum domi. adeo §. voluntas. sed hoc non credo, qui a quotidie maxi nouus liquor adiicitur, vel sputum, vel urina: & sic in mari nō fieret baptismus, secundū canones secus.

a ¶ Doctrinæ.] id est, fides quę habetur p doctrinam.

b ¶ Renascitur.] De adultis scilicet & sensatis ab hinc intelligitur c. de pę. dist. 4. c. in domo.

c ¶ Intellectu.] In fide, quæ intellectu cō prehenditur. 1

d ¶ Vt symbolū.] inf. ea. ante viginti.

e ¶ Spiritu sancto.] hoc quantum ad paruulos, qui non habēt fidem.

Firmissime.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. ostendit Aug. ꝙ originale peccatum est peccatū siue vitium, & quilibet nascitur cū originali peccato, & nisi quis ab eo liberetur per fidem vel baptismum, etiam puer nondum natus ex vtero, si sic moriatur, damnabitur æternaliter, Bene. vero sic ponit hunc casum. Nemo ex semine viri nascitur sine peccato originali, a quo non liberatur adultus sine fide Christi, nec paruulus sine sacramento baptismi, sine quo si mortuus fuerit sine fine peribit. Apostolus in epistola ad Ephesios, Seq. c. patet, quod loquitur de adulto.

sicut necessaria est doctrina[a] inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animæ. *Idem.* Renascitur[b] homo; [ex aqua,] uisibili sacraméto, & [spiritu] inuisibili intellectu,[c] ut symbolū;[d] baptismi uisibiliter accipiat, & spiritualem intellectum ipsius symboli perficiat †: Vel [ex aqua] visibili, [& spiritu] sancto. e

in ea. glossa ad uers. ex aqua.

† al percipiat.

Idem in libro primo de peccatorum meritis, & remiss. seu de baptismo paruulorum, c. 39.

In baptismate concupiscentia extinguitur, non ut nō sit, sed ut non obsit. C. II.

1 Subaudi ex qua quis decernit & intelligit quid credere debeat. Arc.

PEr baptismū Christi id agitur, vt euacuetur caro peccati. Euacuatur[f] autem, non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia consperssa, & innata repente absumatur, & non sit: sed ne obsit[g] mortuo, quæ oberat nato. |Nam si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit; ibi habet, cum qua pugnet, eamque adiuuāte Deo superet, si non in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grādibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo[h] ineffabili omnipotentissimi creatoris, vt lex peccati, quæ inest in membris repugnans legi mentis penitus extinguatur, & non sit: sed, ut quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cum eidem concupiscentiæ subiecta mente seruiret, totum[i] aboleatur, & uelut factum[k] non fuerit, habeatur.

PEr baptismū Christi.] CASVS Beneuen. sic ponit hūc casum. In hoc c. dicit Aug. ꝙ per Baptismū omne peccatū actuale dimittitur, originale vero non deletur omnino, sed debilitatur & mitigatur, vt iā non imputaretur ad pœnam æternam, & ad quid remaneat intellerit, ut si hō contra illicitos mot⁹ ex illo procedentes pugnans & vincens coronam mereatur. vbi n. lucta, ibi corona: nemo. n. coronabitur nisi qui legitime certauerit. & hūc casum melius ponit Hugo quam Beneuenta.

1 Vt hoc melius intelligas, scias, quod duæ sunt natiuitates. s. in vtero: alia ab vtero. In vtero anima nasci est infundi corpori. Ex vtero nasci est ex vtero in lucem prodire. Vnde B. Virgo & Io. bapt. & leter cū originali peccato nati fuerūt in vtero: & hoc vult dicere littera c. i prin. ibi, oēm hominem, &c. Va de conceptio B. Mariæ nō dēt celebrari, sed natiuitas ex vtero bene celebratur, & sancti Ioannis, quia fuerūt in vtero sanctificati, & eis fuit dimissum originale peccatum. H.

¶ *Restitutum est caput hoc suæ integritati, vt melius B. Augustini sententia perciperetur. Neque enim glossa impediebat.*

Idem ad Petrum diaconum, c. 26.

Tom. 3. & inter opera Fulgentii.

¶ Qui ex uiro, & muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate saluatur. C. III.

FIrmissime[l] tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cū peccato originali nasci, impietati subditū, mortique subiectum, |& ob hoc natura iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus: [Eramus enim & nos natura[m] filij[n] iræ,[o] sicut & cæteri.] A qua ira nullus liberatur, nisi per fidē[p] mediatoris Dei, & hominū hominis Iesu Christi.

Iuo p. 1. c. 26. & 27. Pann. l. 1. c. 8. & 9.

Eph. 2.

Peccati originalis pœna est quadruplex.

f ¶ Euacuatur.] Nota ꝙ quadruplex est pęna originalis peccati, pcludit ianuā cęlestem, perpetuo dānat, causa est mortis tēporalis & impotētia resistēdi vitiis. prima duo & vltimū tollit baptismus.

Maria & Ioānes Apostolus peccare nō potuerūt. Infamia abolerur in baptismo.

g ¶ Sed ne obsit.] Immo etiam vt prosit, quia ubi maior pugna, maior corona. de pæ. dist. 3. ille rex. similiter remanet actu, sed inefficax, ut est in pacto de non petendo instit. de excep. § præterea uel cum opponitur exceptio sententiæ ar. ff. sol. mat. viro itaque. & sic originale transit reatu, sed manet actu.

ADDITIO. Hic adde & uide quod leg. & no. infr. ead. dist. non ex quo. Arch.

h ¶ Miraculo.] Vt in B. Maria, & in Ioāne Apostolo, quia neuter eorum potuit peccare. Item natiuitas Mariæ in utero non celebratur, sed natiuitas ex vtero bene.

2 Ar. contra 26 distin. de Iudæis in fi.

i ¶ Totum.] Arg. ꝙ in baptismo omnis sequela & infamia aboletur, 2 & ꝙ gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel planctum, ut dist. ead. fine pœnitentia.

K ¶ Factum.] Arg. extra de verb. sign. nam & ego. arg. ff. de ædi. edic. quod ita.

l ¶ Firmissime. |Sup. 1 q. 1 firmissime. c. ext. de hær. c. 3.

m ¶ Natura.] id est a natiuitate in vtero. Vel natura i. consuetudine nascendi, non creatione. Vel dic natura. i. naturali & inseparabili uitio. scilicet originalis peccati, quod ab homine separari non potest, sicut naturalia ab homine non separantur. Arch.

n ¶ Filii.] i. debitores, & digni pęna æterna. i. obnoxii.

o ¶ Iræ.] id est, pœnę ęternæ.

p ¶ Nisi per fidem.] Vel sacramentum fidei, ut in paruulis, ut inf. ea. quæris a me.

a ¶ Sem-

a ¶ Sempiterno igne.] idest poena æterna. 14. q. poenale.
MVlti sunt, f qui in nomine solummodo Christi una ēt mersione se asserunt baptizare. Euangelicum uero præceptum ipso Deo, & domino saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis, [g] trina etiā mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis; (Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filii, & spiritus α sancti.) *Ioan. 9.*

iuo p. 1. c. 161. Pann. l. c 62.

α ¶Spiritus sancti.] *Hic uidetur sequi c. Si reuera, supra ead.*

Item Zacharias Papa Bonifacio episc. in epistο. cuius initium: (Sacris liminibus.)

CASVS. Quidam in baptismo ter immergebant: quidā semel vtrique in forma ecclesiæ, quærebatur quid iuris esset: & respondet, q bona est utraque cōsuetudo, quia trina mersio & eleuatio mortē Christi significat, & reseruationem tertia die & trinitatē psonarū, q in una substātia cōsistūt: una uero īmersio unitatē substātiæ designat. Sequens c. patet.

b ¶Consuetudo.] su. di. 12. scit sācta. Am. lib. 8. de forma sup. dist 76 c pen. & vlt. ADDITIO. Vel dic consuetudo, scilicet immergendi semel, vel ter, dūmodo forma ecclesiæ obseruetur. Archid.

c ¶In tribus.] videtur cōtrarium huic c. qđ Ambr. dicit de Cypriano In suo sensu abūdat Cyprianus cū semel immergat pueros, qui quod intelligebat, studiose adimplebat bōis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret, sed post correctus a Dño abūdauit altiori sensu, ter illos immergēdo Sol. Forte ille tm̄ semel dēre īmergere dogmatizabat, vel ibi erat cōsuetudo semel immergere.

d EOdem modo] idest in nomine patris & filii & spiritus sancti.

e ¶Et ter.] i. ter immergitur ī baptismo & ita tres mersiones sunt unum sacramētum, sicut plures uoces 2 unū nomen. ar. extra de re. iur omnis.

MVlti sunt. CASVS. Quidam ī Christi noīe baptizabāt. & semel. n. īmergebant. qui in hoc e. reprehenduntur, q a iuxta Euangeliū ter dēmus īmergere in noīe patris, & filii & spiritus sancti Am.

1. Alias i. in memoriam, vel ad similitudinem mortis, &c. scdm Ioan. de Fant.

Cyprianus semel tantū immergebat.

2 Dicēdo in nomine patris & filii & spiritus sancti.

Baptismus an possit dari in nomine Christi Baptismus forma apud Grecus & latinos est eadem.

formam? Sic quia idem est effectus, uox aũt non eędem vt dicit Ari unde Græcus huc veniens baptizatur in lingua sua, & latinus in lingua sua, quia Apostoli uariis linguis loquebantur, & iuxta illud. Qui probant & qui sequebantur, clamabant, Osanna, & tantum forma realis

fieri baptismus, sed sic non baptizatur in nomine paternitatis & filiationis &c. Item si omittit hoc pronomẽ, ego & dicit, bapiizo te, &c. bene baptizat: quia sub intelligitur pronomen arg C. de fideic. uerbum uolo. maxime qm̃ nec Christus apposuit pronomen, cũ dixit, Ite baptizate &c.

Sent 4 disti 4. Iuo p. 1. c. 269. Pann. l. 1. c. 63.

¶In inuocatione Trinitatis tertio in baptismate mergere debemus. C. LXXXIII.

16 IN synodo Anglorum decretum, & iudicium firmissime præceptum, & diligenter demonstratum esse digno scitur, vt quicũq; sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino uerum est: quia si lotus in fonte baptismatis quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine patris, & filii, & spiritus sancti fuerit baptizatus. Hoc quoq; obseruari in prædicta synodo sacerdotes uoluerunt, ut qui uel unam de Trinitate personam in baptisma non nominaret, illud baptisma esse uerum non posset. Quod pro certo uerũ est: quia qui unam ex sancta Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianua esse non potest. Qui enim confitetur patrem, & filium, si confessus non fuerit & spiritum sanctum, neque patrem habet, neque filium: & qui confessus fuerit patrem, & spiritum sanctum, & filium non fuerit confessus, neque patrem habet, neque spiritum sanctum, sed uacuus est a diuina gratia.

Item Greg. Quirino episc. in Iberia, lib. 9. epist. 19.

¶Rebaptizantur, qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerint. C. LXXXIIII.

† Bonosiani. 1. q. 1. quis. iuo p. 1. c. 153. Pan. l. 1. c. 64.

HI uero hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosyani †,[a] & Cataphryges (quia & illi Christum Dominum non credunt, & isti [b] sanctum spiritum peruerso sensu esse quendam prauum hominem montanum credũt; quorum similes multi sunt) & alii tales, cum ad sanctam ecclesiam ueniunt, baptizantur, quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.

Item ex concilio Toletano 4. c. 5.

¶Semel in baptismate mergere licet. C. LXXXV.

iuo p 1. c. 129. Pann. l. c. 59.

PRopter uitandum schismatis scãdalũ, uel hęretici dogmatis usum, simplam [c] teneamus baptismi mersionem.

Item Zacharias Papa, Bonifacio episcopo in epistola decretali.

¶De sacerdote qui per ignorantiam linguæ latinę inuocatione Trinitatis deliquit. C. LXXXVI.

Burch. l. 4. c. 48. Iuo p. 1. c. 237. Pann. l. i. c. 85.

REtulerunt nuntii tui, quod fuerit in eadem prouincia sacerdos, qui latinã linguã penitus ignorabat, & dũ baptizaret, nesciens latini eloq infringẽs linguã dice-

nõ est contra ext. de bap. c. 1. [1] quia ibi ẽt verbũ baptizo, omisit. Sic autem non baptizatur, mergo te in nomine patris, &c. quia non est synonymum cum illo uerbo, baptizo, nec per hanc uocem, baptizo te in nomine trium personarum.

1 Ibi uide ꝙ ibi plene notatur p In. Arch.

IN synodo] hæc est 16. pars di. in qua probat, ꝙ forma baptizandi dẽt seruari, & qui unũ de Trin. confessus nõ est siue negauerit, non est Chr̃ianus. Io. de Fan. CASVS. Quidã erant qui in baptismo non nominabant oẽs tres personas, cõtra quos in synodo Anglorũ est diffinitum, ꝙ nõ dr̃ aliquis uere baptizatus, nisi ĩ nomine patris & filii & spũs sancti amen, fuerit baptizatus, nã si q s duas personas fuerit confessus, & tertiam negauerit, duarũ cõfessio nihil ei ꝓdest.

HI uero hęretici] CASVS. Bonosiani non credebãt filiũ esse Deum, nec Cataphrigæ spiritum sanctũ, ideo in nomine Trinitatis non baptizabant ipsi, nec multi alii. unde sic baptizatis dr̃, ꝙ si ad ecclesiã uenerint, dẽnt rebaptizari. Seq c. patet[simplam]. i. unicam uel uniformẽ.

a ¶Bonosiani] sup. 24. q 3 quidam uer. Bonosiani. Hi dicebant Christum adoptiuum filiũ Dei, nõ proprium.

b Et isti] alias tamẽ exprimitur eorũ error, 24 q 3. quidam uer. Cataphrygis, q a auctores eorum dixerunt spũm sanctum in se descẽdisse, non in Apostolos.

Baptizare in nomine genitoris &c. an ualeat.

1 realis est attendenda, & nõ uocalis. inf. ea. retulerũt. Itẽ pone qđ aliquis dicit: baptizo te in nomine genitoris & nati, & sancti flaminis, an baptizetur. Vĩ ꝙ sic, quia non refert utrũ ex æquipollentibus q s dixerit. arg. ff. de verb. obl. quæ extrinsecus, & l. si sub una & ff. si cer. pet. l. certum. ꝙ cõcedo, & sub nominibus synonymis bñ ꝑt

c PRopter.] ¶ simplam.] alludit consuetudini loci. Vel simplam idest, uniformem. Et ita est argu. qđ omnes debemus baptzari in nomine patris & filii et spiritus sancti sup. eo. proprie.

REtulerunt.] CASVS. Quidam presbyter imperitus in arte grammatica, in baptizando uerba baptismi

mi, & formam corrupte proferebat, episcopus loci uolebat rebaptizare eos, quos ille baptizauerat. unde super hoc consuluit Papam, qui respondet, dicens, q d tales non debent iterum baptizari, si sacerdos ille errorem uel hæresim introducere non intendebat, sed tantum ex ignorantia sic corrupte proferebat. Sequentia ca. patent.) Ministerium] idest, chrisma [Signaculu] idest, sacramētum confirmationis [Sacerdotes [idest. episcopi.

Pentecostes, quia lecta fuerat epistola de aduentu spiritus sancti in Apostolos.
n ¶Sacerdotis.] idest, episcopi, eo quia solus episcopus facit hanc inuocationem inf dis. 5. manus.
ADDITIO. ut inf. ead. presbyteri. & c. seq. Archid.

Post

ret, baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritu sancta. Ac per hoc tua reuerenda fraternitas considerauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille, qui baptizauit, non errorem introducens, [a] aut hæresim: [b] sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, ut denuo baptizentur.

α ¶ Nuntii tui.) *Hæ duæ uoces additæ uidentur a Gratiano (quamquam Vergilius & Sidonius, qui hoc retulerant proprie nuntij Bonifacij non fuisse) ne ea, quæ in epistola antecedunt, referre cogeretur, quod tamen Burchardus, & Iuo fecerunt.*

a ¶ Introducens.] nā unius syllabæ error non nocet. ff. de manu test. qui habebat.
b ¶ Aut hæresim] maxime, quia si errorē induceret, dūmodo in forma ecclesię baptizaret, teneret baptismus, 1 ut su. eo. satis.

1 Vel dic qđ faciet mentionē de errore, qasi erraret qđ aliud dicere uel facere intenderet, quā dicant uel faciant catholici, talis error impediret. B. Hisp.

Item Ambrosius de sacramentis, seu lib. 1. c. 2.

¶Quare baptizati a sacerdote ungantur. C. LXXX VII. — Iuo p. 1. c. 109. Pann. l. 1. c. 51.

17 Venisti † c ad fontem, ingressus es, considera, q d † uideris, [d] quid locutus sis, considera, repete [e] diligēter, occurrit tibi leuita, occurrit p̄sbyter, unctus es, [f] quasi athleta Christi, ut ad baptismū catechumenus accedas.

al. Venimus.
† quasi lectio.

8 ¶ Vt ad baptismum.] *Ita etiam Iuo & auctor glossæ ad uer.* Vnctus. *uidetur huc spectasse sed tota hac clausula abest ab originali: in quo huius loco sunt verba hæc*, quasi lecturam huius sæculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamine.

V Enisti) Hęc est 17 pars distī. in qua interpretatur uerba sacerdotis, q̄ dicit in exorcizādo & baptizādo. & uestes quid significent. Io. de Fant.
c ¶ Venisti.) de iis quę in baptismi celebratione fiunt, dictū est, nūc principaliter sequitur de iis, quę post lauacrū sequuntur s quę post baptismum baptizato fieri dēat & 6. c. annectit. in postremo iā habetur quę circa ipsum facta sunt prius.
d ¶ Quid uideris) i. quia audiens, nam sub uisu ois sensus continetur 2.
e ¶ Repete) ostendit q̄ circa ipsum prius facta sunt usque ad c. ludęi.
f ¶ Vnctus es) sputo, non oleo, scilicet, in catechismo.

2 ad hoc facit optime qđ legit not. 3. q. 9 testes. 93. di. diaco 1 i sunt uer. ipse etiā. & fuit ista gl. L. & Io. de Fan.

Item Rabanus de instit. cler. lib. 1. c. 28.

¶Quare baptizatus a pres byteros, ungatur in cerebro.

C. LXXXVIII.

Iuo p 1. c. 140. Pann. l. 1. c. 66.

POstquam [g] ascēderit baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro a presbytero cū sacro chrismate sequēte simul & oratione, ut regni Christi particeps fiat, & a Christo Christianus [h] possit uocari.

Item Ambrosius de sacramentis, tract. seu. lib. 2. c. 7.

¶Quid super baptizatum a sacerdote dicatur.

C. LXXXIX.

Iuo p. 1. c. 141. Pann. l. 1. c. 67.

EMersisti, γ [i] uenisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit? [Deus, inquit; pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, concessitque tibi pecata tua, ipse te vngat in uitam æternam.] Vide, ubi [k] unctus es, in uitam, inquit, æternam,

γ ¶ Emersisti) *Sic apud Iuonem. In originali est:* Ergo mersisti *eodem sensu, quem elicit auctor glossæ ex verbo.* Emersisti. *Frequens autem est apud B. Ambrosium istius uocabuli in hanc sententiam vsus.*

g POstquam.) inf. eo. dis 5. nouissime, inf. ea p̄sbyteri & cap. nullus ministrorum.
h ¶ Christianus) su. 3. q. 1 olim
i EMersisti.] idē. emersus fuisti.
K ¶ Vbi idest, ad quod.
l ACcepisti) ¶ In capite) i. anima. sup de pę. d. 3. ille rex. & ita anima hēt sedem in capite. alias non bene concordaret littera.
m ¶ Hodie) s. in die

Idem in libro 3. de sacramentis, c. 1. & 2.

¶Quare unguentum super caput baptizati ponatur.

C. XC.

Iuo p. 1. c. 142. Pann. l. 1. c. 62. Eccl. 2.

ACcepisti misterium, hoc est, unguētum supra caput. Quare supra caput? quia sensus sapientis in capite [l] eius *& infr. c. 2.* ¶Sequitur spirituale signaculū, qđ audisti hodie [m] legi, quia post fontem superest, ut perfecto fiat, qñ ad inuocationē sacerdotis [n] spiritus sanctus infundit.

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c. 29.

Post baptismum.] CASVS Quæsitum fuit quid signi ficet vestis candida, qua baptizatus induitur? Respondetur quod significat mũditiam & puritatẽ, quam ablutus a peccatis usque in die iudicii dẽt seruare: significat ẽt gloriosã resurrectionẽ fideliũ, & regnũ futurũ: tegitur

b ¶ Innocentiam.] Candor enim munditiam designat. 30 q. vlt. fœminæ.

c ¶ Ad mysterium.] Designandum per hoc .n. de signa tur futura resurrectio corporum gloriosa & animarum. vel etiam nunc a peccatis.

Candor mũditiam deṡ gnat.

¶Quare candida vestis traditur Christianis. Cap. XCI.

Post baptismum [a] traditur Christiano vestis cãdida, designans innocentiam,[b] & puritatem Christianam, quã post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet repræsentandam† ante tribunal Christi. Cuncti vero renati albis induũtur uestibus ad mysterium [c] resurgentis ecclesiæ. *Item ibidem.* ¶Vtuntur ergo baptizati albis uestibus: vt quorum primæ natiuitatis faciem † uetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundæ generationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur enim post sacram vnctionem caput eius mystico velamine, ut intelligat,[d] se diademate [e] regni, & sacerdotali dignitate potiri.

† al. ad præsentandam.

† al. infantiam.

d ¶ Vt intelligat. Istud sacramentũ est regni & sacerdotii. Quilibet. n. fidelis rex dẽt esse & sacerdos rex, quia se & alios uirtutib. regere dẽt, sacerdos, qa cor cõtritum & humiliatum, ꝙ est vera obligatio, idest, se dẽt offerre Deo.

e ¶ Diademate.] Supra. 12. q. i. duo sunt.

f Accepisti. [¶ In dicium.] Qualis uestis, talia cordagerit. 41. d. §. si.

g ¶ Velamina.] Forte de hoc uelamine dixit 24. q. 1. quoniã vetus. 1

Fidelis quilibet debet esse rex & sacerdos.

Iuo p. 1. c. 144. Pann. l. 1. c. 70.

† al. uoluptate. † al. voluntate.

Item Ambrosius in libro de ijs, qui initiantur mysterijs, capitulo 7.

¶De eodem. Cap. XCII.

Accepisti post baptismum uestimenta candida, ut esset indicium,[f] quod exueris inuolucrum† peccatorum & indueris innocentię castra uelamina.[g]

1 Subau. ibi olim Chri vestimẽtum suscepi.

Burc. l. 4. c. 81. Iuo p. 1. c. 275. Pan. l. 1. c. 71.

Item ex concilio Agathensi, c. 34.

¶Quot mensibus Iudæi inter catechumenos habeantur. Cap. XCIII.

18 Iudæi, quorum perfidia frequẽter ad uomitum redit si ad legem catholicam uenire uoluerint, octo menses [i] inter catechumenos [k] ecclesiæ limen introeat: & si pura [l] fide nõscuntur uenire, tũc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod, si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptũ tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

Burch. l. 4. c. 85. Iuo p. 1. c. 279. Pan. l. 1. c. 75.

Iudæi.] Hæc est 18. pars dis. in qua dicitur qualiter Iudęi & alii baptizãtur & quę sunt dona baptismi. Ioan. de Fant.

h ¶ Iudæi de] baptizãdi examinatione velpęnitẽtia agit vsque ad c. nõ plures.

i ¶ Octo mẽses] Hoc ca. corrigitur per illud, quod seqtur in fra ea. ne qđ ab sit.

K ¶ Catechumenos] per hoc c. intelligũtur oĩa illa c. q̃ dñt quod infideles pñt esse vsque ad missã 2. catechumenorum in ecclesia ñ contradicit 21. disti. cleros in fin. quia illud de infidelibus, q. parati sunt reprehendere. 43. dist. in mandatis & ita nõ dico ea abrogata, scđm ꝙ quidam dicũt & est ratiõ, quare hoc fiat, vt audiẽtes prędicationẽ ĩ ecclesia facilius cõuertãtur. uel loqtur de pręcisis Ioan.

l ¶ Et si pura.] Vĩ ergo ꝙ vsurarius Iudeus nõ dẽat baptizari, nisi vsuras restituat ṡ de pę. dist. 2. falsas quia obligationes in baptismo non tolluntur.

P Leriq. ex Iudęis]

infideles posſunt esse in ecclesia vsq. ad missam catechumenorum.

2 De hoc ẽt notatur 35. q. 3. de his, & hr̃, đ hoc ṡ eo. disti. i. eps nullum Arc.

Item ex concilio Tholetano. 4. c. 58.

¶De Iudæis plerisque frequenter ad iudeismum redeuntibus. Cap. XCIIII.

Plerique ex Iudæis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum iudaicos ritus perpetrasse noscũtur, sed etiam abominandas circumsiones [m] exercere præsumpserunt. De qbus consultu piissimi, ac religiosissimi domini nostri Sisemũdi regis hoc sanctum decreuit cõcilium, vt huiusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum Christiani dogmatis reuocẽtur, vt quos propria uolũtas non emẽdat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem, quos circumciderunt, si filii eorum sunt, a parentum

tegitur caput eius mystico uelamine, ut intelligat, se debere potiri corona regni, & dignitate sacerdotali. Sequẽtia duo capitula patent.

a ¶ Post baptismum.] CASVS. Dicitur cuiusmodi vestis traditur, quia alba, & quare.

CASVS. Aliqui Iudæorum facti fuerunt Christiani, qui postea ad ritum Iudæorum reuersi, filios suos & seruos circũcidant: vnde pcipitur hic, ut fidẽ seruare cogãtur: si lii vero circũcisi ab eis auferant: serui aũt liberi efficiant.

m ¶ Circumcisiones] Circumcidendo aliquos.

a ¶ Con-

a ¶Consortio.] Et viris religiosis alẽdi tradentur, vt 28. q. 1. Iudæorum de paternis tamen bonis alendi sunt. C. de alen. lib. l. 3.

b ¶ Separentur.] Et bonorum proscriptione & perpetuo exilio damnabuntur, C. de Iudę, & cœ. Iudęi. sed hoc si suę sectæ sunt manci pia, alias enim capite puniuntur. C. ne man. Christianum. l. una. C. de eunu. l. i. 1.

c ¶ Tradantur.] sup. d 54. c. nulla & c. fraternitatem. sed cõtra sup. 17. q. vlt. udas.

[vos ante omnia] patent.

l ¶ Longa.) Octo mensium est longa. sup. ead. dist. cap. Iudæi.

m ¶ Aut die Dominico.] Non obuiat quod dictum est sup. ea. c. duo. quod tantum bis in anno baptismus. debet

Filii Iudæorũ baptizati, sunt a parentibus separandi.

Baptismus solennis bis tantũ in anno.

consortio [a] separentur, [b] si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradantur. [c]

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c. 27.

¶Ante baptismum diabolo, & eius operibus renunciare debemus. Cap. XCV.

PRimum interrogatur paganus, si abrenunciat diabolo, & omnibus damnosis operibus eius, atque fallacibus pompis, ut primum respuat errorem, & sic appropinquet ad ueritatem, possitque iuxta Apostolum [d] deponere ueterem hominem secundum pristinam conuersationẽ, qui corrumpitur [e] secundum desideria erroris, abnegans impietatem, & sæcularia desideria.

Iuo p. 1. c. 78. Pan. l. 1. c. 76.

Eph. 4. Gloss. 3. Tit. 2.

Item Aug. in lib. de pœnit. medicina c. 2.

¶Non transit in nouam uitam, quem non pænitet ueteris uitæ. Cap. XCVI.

OMnis, [f] qui iam suæ uoluntatis factus est arbiter, [g] cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat uitæ ueteris, [h] nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cũ baptizantur, soli paruuli† immunes sunt. Nondum enim uti possunt libero arbitrio.

De pę. di. 1. tres sũt. & quis aliquando. Iuo p. 1. c. 76. pan. l. 1. c. 35. †*al. pueri.*

Item ad Seleucianam, epist. 108.

¶Ante baptisma pœnitentiam agere debemus. Cap. XCVII.

AGunt homines ante baptismum pœnitentiam [i] de suis prioribus [k] peccatis; ita tamen, ut etiam baptizentur, sicut scriptum est in actibus Apostolorum loquẽte Petro ad Iudæos, ac dicente;) Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini Iesu Christi.

Sent. 4. dist. 16. Iuo p. 1. c. 77. Pan. l. 1. c. 36.

Item Greg. Fantino Defensori. lib. 7. epist. 24.

¶Quadraginta dierum abstinentia Iudæis baptizandis indicatur. C. XCVIII.

NE, quod absit, longa [l] dilatio Iudæorum retro possit animos reuocare, cum fratre nostro episcopo loci ipsius loquere, ut pœnitentia, ac abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominico, [m] aut si celeberrima festiuitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis Dei misericordia protegente baptizes.†

† *baptizat.* Iuo. Glo. ord. ibi.

Item Ambrosius super epistolam ad Romanos ad capitulum 11.

¶Pœnitentia non est necessaria baptizandis. Cap. XCIX.

SIne pœnitentia [n] sunt dona, & uocatio Dei; quia gra-

De pæn. distu. quis aliquando.

1 Dic ꝙ Iudæis filios suos circuncidere licet, si alios circuncideręt pæna castrãtis tenerent vt ff. ad legẽ Cor. de sic. l. circũcidere. Hic autẽ cum eis mitius agitur ꝙ sup. dictum sit, quia ad fidem cum pænitentia reuocantur. Archi.

PRimum. CASVS. Dicitur hic, quod ante baptismum dẽt paganus interrogari si abrenunciat diabolo & omnibus malis operibus, ut sic ad veritatem possit peruenire, & iuxta apostolum ueterem hominem deponere, i. uetustatem peccati.

d ¶ Apostolum.] Ad Ephesios scribẽtem.

e ¶ Qui corrũpitur] ,s uetus homo. de pę. d. 1 tres sunt.

OMnis qui.] CASVS. Dr̃ hic ꝙ homini intelligenti quando baptizat, si non pœnitet, peccata non dimittuntur, sed huiusmodi pęnitentia paruulo non est necessaria: quia libero non utitur arbitrio, sed sacr̃m baptismi, per quod hoĩes efficiuntur fideles.

f ¶ Omnis.] supra de pæ di. 1. tres sunt.

g ¶ Arbiter.) si est discretus H.

h ¶Veteris) Quod hominem reddit uetustum. & quidem interior pœnitẽtia necessaria est in adulto, exterior non exigitur. inf. ead. fine.

AGunt homines] CASVS Dr̃ hic ꝙ homines primo debent agere pænitẽtiam, & postea baptizari, quod probatur auctoritate Petri dicente in actibus Apostolorum. Agite pœnitentiam, & c.

i ¶ Pœnitentiam] idest, pænitudinem.

K ¶ De suis, prioribus.] Nunquid est præceptio uel suasio de hac pęnitentia agenda? sed cui hoc præciperet? nunquid gentili iubere potest? non, sed duntaxat monere 47 dist. §. necesse.

NE quod absit] CASVS. Quidam Iudæi uolebant baptizari, prohibetur hic, ne longa pœnitentia eis imponatur, sed tantum 40. dierum, ne forte uelint a proposito resilire. Omnia capit. quæ sequuntur usque ibi bet celebrari. illud enim de solenni intelligitur, idest, quod concelebretur tanta solennitate. sup. ead. venerabilis. & cap. seq.

n SIne pęnitentia.] idest, sine satisfactione exteriori & afflictione, quę solet exigi in pœnitentia, nam si ne interiori in adultis vacuũ est baptismi mysterium, & ita non contradicit de pęn. dist. 1. tres. sup. eo. omnis q. prox. ca p. contra. Sed illud generaliter in aliis, quã in Iudæis, illud specialiter fiebat quo ndam in Iudęis, nõ pio-

Baptismus adulterũ ualeat sine satisfactione.

propter satisfactionem peccati, sed propter reuerentiam baptismi, quod Iudæi per operationem circuncisionis & aliorum legalium sacramentorum non adeo appretiabantur.

a ¶ Gratia.] Supra de pæ. dist. 7. nullus expectet.

b ¶ In baptismate] Hoc ideo dicit, quia in pœnitentia etsi dimittatur peccatum per contritionem, remanet tamen temporalis satisfactio, in baptismo non. Nam tanta est vis sacramenti, quod nec etiam temporalis satisfactio in baptismo remanet pro peccatis. ideo non est mirum si infamia quælibet ibi dimittatur: quod non est in pœnitentia, ut de pæ. dist. ult. si quis.

tia a Dei in baptismate b non requirit gemitum, non requirit planctum, uel opus aliquod, sed solam fidem, α & omnia gratis condonat.

Baptismus est efficacior pœnitentia.

α ¶ Sed solam fidem. *Sic in glossa ordinaria. Unde potius uidetur hoc loco sumpsisse Gratianus quam ex Ambrosio, apud quem legitur,* nisi solam ex corde professionem. *quemadmodum etiam refertur supra de pænitentia, distin. 1. c. aliquando, in uer. Gratia Dei.*

Item Higinus Papa.

¶Necessitate cogente, in catechismo, & confirmatione idem compater esse potest. C. C.

Burch. l. 4. c. 24. Iuo p. 1. c. 218. Pann. l. 1. c. 77.

19 IN catechismo, c & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus d fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiunt. e

Cōpaternitas contrahitur per catechismum.

Item ex decreto Leonis Papæ.

¶*Cæteri collectores citant ex decretis Leonis Papæ apud* B. Medardum.

¶Non plures, sed vnus paruulum in baptismate suscipiat. C. CI.

Poly. l. 3. ca. 10. Ans. l. 9. c. 19. Burc. l. 4. ca. 25. Iuo p. 1. c. 213. Pann. l. 1. c. 78.

NOn plures f ad suscipiendum de baptismo infantem accedant quam vnus, siue vir siue mulier. In confirmatione quoque id ipsum fiat.

Item ex concilio Moguntino.

¶Qui nō est baptizatus, nec confirmatus, aliū in chrismate, vel baptismate tenere non debet. C. CII.

Bur c. l. 4. c. 26. Iuo p. 1. c. 320. Pann. l. 1. c. 79.

IN baptismate, uel in chrismate non potest alium suscipere g in filiorum, qui non est ipse baptizatus, h uel cōfirmatus.

Patrini filios instruere debent.

Item ex concilio Antissiodorensi, c. 25.

¶Abbati uel monacho non licet commatres habere. C. CIII.

Iuo p. 1. c. 132. Pann. l. c. 80.

NOn licet abbati, uel monacho i de baptismo suscipere filios, nec commatres k habere.

Item ex libro capitulorum.

¶De eodem. C. CIIII.

Iuo p. 1. c. 133. Pann. l. 1. c. 81.

MOnachi sibi compatres commatresue non faciant: nec osculentur l feminas.

¶ *In indice septimi libri capitularium, numero 494 (nam capita ipsa a 478. vsque ad 558. in uolumine quod ex Gallia habitū est, desiderantur) hæc leguntur.* Nec sibi compatres, & commatres monachi faciant.

Item ex sermone S. Augustini post Pascha, qui sic incipit, Hodiernus dies.

ADDITIO. Arg. contra sup. 32. q. 1. quod autē. in fi. uer. quod hoc. & extra quod diuor. gaudemus. in fi. ibi uideas. Arch.

IN catechismo.] Hæc est 19. pars di. in qua probat quid iuris sit de patrinis & filiis spiritualib. Io. de Fant.

c ¶In catechismo.] De materia ista dixi 30. q. 1 peruenit.

d ¶Patrinus) Baz. dixit in hic tantū contrahi cōpaternitatē: sed H. dixit in omnibus eā contrahi, quę baptismū præcedūt: sed tamē compaternitas in catechismo contracta non est tāti momenti ut matrimoniū dissoluat, cū vir etiam impediat. ext. de cogna. spi. contracto.

e ¶Suscipiunt] Et ita latius se extenderet charitas. 35. q. 1. cum igitur.

f NOn plures] Supra, 30. q. 4. quod autem uxor. contra Sol ibi.

g IN baptismate.] ¶Suscipere. sed quid si suscipiat? dicunt quidam, quod non contrahitur compaternitas, secus si baptizet.

h ¶Baptizatus.] Si aliter tamen fit cum baptizare possit, non impeditur baptism' sed hoc ideo institutum est, quia patrini debēt instruere filios suos in symbolo & in aliis. inf. eo. uos hoc facere nō possūt qui primo in eis instructi nō fuerūt 47. dist. §. necesse.

i NOn licet] ¶monacho] su. 16. q. 1. placuit cōmuni.

k ¶Nec cōmatres.] 18 q. 2. peruenit. sed cōtra sup. 16. q. 1. dō ctos. & 30. q. 1. oēs 1 cōtra, sed baptizādo possunt, nō leuando. 1 Dic, ut ibi & ī pdicto c. peruenit. Arc.

l MOnachi. ¶nec osculentur] forte tangit consuetudinem alicuius loci, ubi compatres obsculabantur commatres,

Vos,

VOs.] CASVS. Dicitur hic ꝙ qui suscipit aliquē de sacro fonte videtur ꝓ illo apud Deum fideiubere. & ideo debet eum bonis operibus instruere: symbolum & orationem Dominicam docere. Seq. tria ca. patent.

a ¶ Fideiussores.] Et hæc est causa quare institutum fuit quòd in baptismo & ī catechismo & cōfirmatione qui non est Christianus non offerat puerum. cum n. nobiscum nō tenet articulos fidei, qualiter potest esse obses pro puero? & qualiter docebit in ijs quæ hic dicūtur: sed nō videtur ꝙ sint fideiussores pro puero: quia si q̄ratur ab eis, erit iste bonus: dicerent sic, vel nō infra ead. quæris, sed sunt quasi fideiussores. ff. ad muni l. 2. §. ꝓinde. & sufficit, ꝙ puer nō cōtradicat. ff. sol. ma. l. 2. §. vlt. Nā infans furioso cō paratur. 15. quæ. 1. §. vlti. & cap. illud peræque. & ita eo ipso tenentur paruuli, ꝙ non cōtradicunt, infra ead quæris. aliàs enim non tenentur fideiussores. ff. de fideiussor. omnis.

Pueros in baptismo tenere nō possūt q̄ Christiani non sunt, iuxta fin. ibi

ma ius peccatū est occidere Christianū, quàm paganū. sup. dist. 50. de his clericis. & 23. q. 5. si nō licet. Sed cōtra videtur, 1 ꝙ qui paganum occidit, & corpus & animam occidit: & videtur occasionem dare perdēdi animam eius, sed cum occidit Christianū, animā eiue non occi-

Christianū occidere, an grauius sit q̄ paganum.

1 Ad hoc 24. q. 3. si habes, de hoc.

¶ Qui in baptismo paruulos suscipiunt, pro eis apud Deū fideiussores existunt. C. CV.

VOs ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, vt vos cognoscatis fideiussores [a] apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideoque semper eos admonete, vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, charitatem teneant, *& paulo post.* ¶ Ante omnia symbolum, & orationem Dominicam & vos ipsi tenete, & illis, quos suscepistis de sacro fonte, ostendite.

Iuo p. 1. c. 134. & p. 11. c. 17. Pann. l. 1, c, 82.

¶ *Iuo etiam recitat ex Dominica prima post Pascha In sermone 163. de tempore apud B. Augustinum hic hæc leguntur.* Quicunque uiri, quæcumque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter susceperūt, cognoscant se ipsius fideiussores apud Deū extitisse: & ideo semper illis solicitudinem veræ charitatis impendant. *Similia etiam habentur in sermone 215. qui est secundus Dominica decima post festum Trinitatis.*

Item ex concilio Ilerdensi. †

† *al. meldensi.*

¶ Ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lauanda sacerdos propria debet habere uasa. C. CVI.

20 OMnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat: quod extra ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

Burc. l. 8. c. 13. Iuo p. 1. c. 208.

¶ *Similia habentur in ordine Romano de officiis diuinis, pag. 156*

Et in Afr. c. 15.

Item ex concilio Carthaginensi tertio, c. 38.

Neque rebaptizationes, neque reordinationes fieri licet. C. CVII.

21 NOn licet † [b] fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes [c] episcoporum.

Iuo p. 1. c. 152. Pann. l. 1. c. 83.

† *l. liceat.*

Item ex epistola Augustini 203. ad Maximinum.

¶ De eodem. C. CVIII.

REbaptizare hæreticum hominem, qui hæc sanctitatis † signa perceperit, quæ Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est: rebaptizare autem catholicum, immanissimum [d] scelus est. [e]

Sent. dist. 6. Iuo p. 1. c. 173. Pann. l. 1. c. 82.

† *al. sanctæ Trinitatis.*

Item ex concilio Arelatensi. 1. c. 8.

¶ De Arrianis, quando baptizentur, & quando non. C. CIX.

DE Arrianis, qui propria lege sua utuntur, æplacuit, si

OMnis ꝑsbyter.] Hæc est 20. pars dist. secundum Io. de Fan. & hoc intellige de presbytero ecclesiæ baptismalis: Et sic cōtinuatur. Supra dictū est de efficacia baptismi & offerentibus ad baptisma, nūc vero subiicit de loco in quo fieri debeat baptismus. Arch.

NOn licet.] Hæc est 21. pars dist. in qua ꝓbat per 12. c. ꝙ nullus debet rebaptizari: sed tamen si nesciunt vtrum sit baptizatus an nō, debet baptizari: qa nō intelligitur iteratum quod nescitur factū, sup. ea. dist. 1. solennitates.

b ¶ Non licet.] De rebaptizatiōe no faciē da. 12. cap. adiungit.

c ¶ Trāslationes.] id est, mutationes, nisi necessitate vel vtilitate. 7. q. 1. mutatione. in qua enim ecclesia quis intitulatus est, in ea perpetuo perseueret ut dist. 70. sanctorum 10. ad idem 21. q. 1. c. 1. Arch.

d REbaptizare.] Immanissimum.] Et capite punitur. C. ne sanctum baptisma reiteretur. l. 1.

e ¶ Scelus est.] Nā maius peccatū est rebaptizare Christianum hominem vel catholicum q̄ hæreticum, si ar ꝙ

occidit, quia forte bonus est similiter & in primo uidetur esse æquale peccatum, quia similiter iniuria sacramento fiet in isto sicut in illo, sed forte quia hæreticus a Deo recesserat, videtur ꝙ magis esset rebaptizandus, & ideo dicit minus peccatum esse in isto, quam in illo 2.

2 Hæc est sētentia H. & L. quorum fuit ista gl. Archi.

DE Arrianis. CASVS. Dicitur hic ꝙ si Arriani reuertentes ad fidē catholicā dixerint se baptizatos in nomine

nomine patris, & filij, & spũs sancti, & debent tantum reconciliari, alioquin debent rebaptizari. Seq. c. patent. a ¶ Non responderint.] idest, responderint inter se non esse baptizatos in nomine Trinitatis, idest, patris, & filij, & spiritus sancti: error enim cuiusdam siue dantis, siue

vt inf cap. placuit.
c ¶ Paruulos. ¶ Debeas.] sup. dist. 68. presbyteri, quos & §. quod ergo.
d ¶ Qui testificetur.] eos baptizatos esse.
e ¶ Ratio.] nam in talibus certius est tenendum. extra de spon. iuuenis. de pę. dist. vlt. c. antepen. & vlt. Iean.

ad ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum: & si peruiderint eos in patre, & filio, & spiritu sancto esse baptizatos: manus eis tantum imponatur, ut accipiant spiritum sanctum. Qui si interrogati non responderint [a] hanc Trinitatem, baptizentur. [b]

Vide Arelatense. 2. c. 16. & 17.

α ¶ Vtuntur.] *In concilio impresso sequitur.* Vt rebaptizentur. *At solites fuisse ab Arianis rebaptizari catholicos, ac fortasse etiam non catholicos, narrat B. Augustinus in libro de hæresibus, c. 49. ceterum in quibusdam peruetustis huius concilij codicibus sic legitur,* De Afris, quod propria lege sua utuntur, ut rebaptizent, placuit. & c. De *Afris autem habetur supra dist. 98. c. Afros (quod est Gregorij primi. & repetitur in epistola Gregorij secundi ad vniuersum clerum, & plebem Turingiæ) itemque in synodo Felicis tertij.*

Item Gregorius tertius Bonifacio, epistola quarta.

¶ Baptizentur, de quibus ignoratur, an sint baptizati. Cap. CX.

Iuo p. 1. c. 114. Pann. l. 1. c. 92.

P Aruulos, † qui a parentibus substracti sunt, & an baptizati sint, ignorant; hos ut baptizare debeas [c] secundum patrum traditionem, si non fuerit qui testificetur, ut [d] ratio [e] poscit.

† Pro paruulis.] ori.

Item ex concilio Carthaginensi quinto, c. 6.

¶ De eodem. Cap. CXI.

Et in Afr. c. 39. & in Vuorma. 70. in sexta synodo. c. 85. Ans. l. 9. c. 56. Burch. l. 4. c. 45. Iuo p. 1. c. 147. & 139 Pann. l. 1. c. 93.

P Lacuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, [f] neque ipsi sunt per ætatem [g] idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos: ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc etiam legati Maurorum [h] fratres nostri consuluerunt: quia multos tales a barbaris redimunt. Similiter β & de ecclesiis, quoties super earum consecratione hæsitatur, agendum est, idest, ut sine ulla trepidatione consecrentur.

β ¶ Similiter.] *Hæc vsque ad finem absunt a codice regio huius concilij, a 72. Carthaginensi canone græco, a Vuormaciensi, & Burchardo. In canone autem sexta synodi neque illa habentur quæ præcedunt. idest,* Hinc etiam, &c.

Item Leo Papa Reoni Rauennati episcopo, epist. 35. c. 1.

¶ De eodem. Cap. CXII.

Iuo p. 1. c. 48.

C Vm itaq; baptismi sui nihil recordetur, α qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo

P Lacuit] CASVS. Infantes quidam fuerunt a barbaris capti, cũ redimebantur, dubitabatur de eis vtrum essēt baptizati, cum de hoc testes nõ apparebāt, nec infantes poterant de hoc respõdere, ideo quærebatur quid deberet fieri de his? Et respondet, ꝙ possunt sine periculo rebaptizari similiter ecclesiæ possunt consecrari, cum de earum dubitatur consecratione.
f ¶ Testentur.] creditur ergo testimonio vnius in baptismo, & in cõsecratione ecclesię 2 secus in ordine 98. dist. afros. & quæ fit rõ, dicitur 1. q. 1. § ecce cum honoris. & circa talia periculum vertitur. 45. dis. quiescamus. Sed pone, ꝙ quis probat se ordinatum quo ad speciem facti, aliquis excipit contra eum dicendo eum non fuisse baptizatum: numquid crederet tũc testimonio vnius quo ad baptismũ? dicit H ꝙ vbi nõ fit alij præiudicium, creditur, ali às nõ: vnde non posset de baptismo suo prohibere testimoniũ, si sub ea conditione ei relictũ esset legatum, si esset baptizatus, quia fieret præiudicium hæredi.
g ¶ Per ætatem.] arg. aliquem posse testificari de his: quæ in infantia uidit arg. dist. 37. relatum.
h ¶ Maurorũ.] Mauri isti episcopi erant: quia fratres eos vocant 3 Vel dic quod est uocatiui casus illud, fratres charissimi.

Testimoniũ vnius creditur in baptismo, & in cõsecratione ecclesiæ.
2 Ista gl dicit singu. Br. in suo dictionar î ver. baptismus. ad hoc ꝙ vnus testis probat quem esse baptizatum.

3 Ad hoc ext. de falsis. quam graui, Archi,

siue accipientis ad baptismum pertinere non probatur supra ea. dist. satis.
b ¶ Baptizentur.] idem diceremus ubi nihil dicerent de forma cum dicerent se baptizatos, & hoc ideo, qa quidã baptizati sunt in forma, alij nõ 1 sed secus diceremus de baptizato in ecclesia, licet nihil de forma diceret,

1 vt su. 1. q. 1. §. sed notandum, & c. seq.

C Vm itaque.] CASVS Quidam non erat memor sui baptismi, nec alij cum super hoc certificabant. & ideo petebat baptizari. super hoc consultus Papa rñdet dicens, ꝙ quamuis peccatum sit aliquem rebaptizare, tamen iste, qui de baptismo suo dubitat, sine formidine potterit baptizari, & si talis persona inciderit, si

qui † sciat consecratum, nec [a] ille qui consecratur. Scimus quidem inexpiabile esse facinus, quoties iuxta hæreticorum damnata a sanctis patribus instituta cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis semel tributū est, bis subdire, Apostolica reclamante sententia: † quæ nobis unam prædicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur: quoniam non potest in iterationis crimen venire, quod omnino factum esse nescitur. Atque ideo, quoties persona talis inciderit, sollicita primum examinatione discutite, & longo tempore (nisi forte supremus finis immineat) indagate, utrū nemo penitus sit, qui testimonio [b] suo iuuare possit ignorantiam nescientis: & cum constiterit hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi; accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cuius in se nullum scit esse vestigium: nec vereamur huic salutis ianuam aperire, quam numquam ante docetur ingressus.

† al. quod.

† al. doctrina.

a ¶ Nihil recordetur.] *Sic etiam Iuo, licet cetera plenius, quam Gratianus: integer locus hic est,* Cum itaque baptizatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, quod nesciat consecratum; nihil est, in quo peccatum possit obrepere: cum in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit, qui consecratur, nec ille, qui consecrat. Scimus quidem, &c. *Verum ob glossam in vers.* nec ille. *non est emendatum.*

Idem epist 90. al. 92. ad Rusticum. c. 16.

De eodem. Cap. CXIII.

SI nulla extant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos; quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse doceantur: agendum est, ut renascantur, ne manifeste pereant; in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut uideatur iteratum. Qui autē possunt meminisse, quod ad ecclesiam ueniebant [c] cum parentibus suis; possunt recordari, an quod eorum parentibus datur, acceperint. [d] Sed si hoc etiam ab eorum memoria [e] alienum est, conferendum eis uidetur, quod collatum esse nescitur, quia non temeritas interuenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

Poly l. 3. tit. 10.
Ans l. 9. c. 13.
Burch. l. 4. c. 44.
Iuo p. 1. c. 238.
Pann. l. 1. c. 94.

Item Augustinus contra Iulianum lib. 6. c. 5.

¶ Non baptizatur cum matre, quidquid in eius corpore est. Cap. CXIIII.

22 SI ad matris [f] corpus, id, ꝙ in ea concipitur, pertineret, ita ut eius pars deputaretur, nō baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis urgente

Iuo p. 1. c. 184.
Pann. l. 2. c. 111.

res patitur, debet de veritate inquiri: & si non poterit de baptismo eius constare, debet baptizari, nec hoc pro iteratione habetur.

a ¶ Nec ille.] scilicet baptizetur subito, & sine examinatione, ut inf. eo. cap. uers. longo autem tempore debet inquiri, quia periculosum est baptizatū rebaptizare. vnde sequitur, scimus, &c.

b ¶ Qui testimonio] ar. vnius testimonio esse credendum quādoque arg. sup. c. paruulos. & dic hoc casu tantum credendum esse Christiano, & nō pagano, vel Iudæo testificanti. Et est hic arg. ꝙ quis possit testificari de his quæ uidit in pupillari ætate. argu. 17 dist. relatum.

SI nulla] CASVS. Quibusdam erat dubium, utrū essent baptizati, uel nō, quare quærebatur quid esset faciendum de eis: & respondetur, ꝙ si nulla notitia, uel memoria habetur de baptismo eorum, debent baptizari: si autem recordentur se cū parentibus ad ecclesiam venisse, & corpus Dñi recepisse, præsumptio est pro eis, ꝙ fuerunt baptizati.

c ¶ Veniebant.] arg. ex uno aliud esse præsumendum. arg. ex signis præsumptionē esse colligendam. 27 q. 1. uidua quidē. & 20. q. 2. c. 1.

d ¶ Acceperint.] sacramentum, sed de quo hic dicit? Nam si de sacramento baptismi non prouenit memoria, sed de sacramento Eucharistię, siue de pane benedicto, ad præsumptionem suscepti baptismi inducitur per hoc, ꝙ talia receperunt. Et ita est arg. ꝙ unum factum probatur per aliud. 18. dist. peruenit.

e ¶ Memoria.] idest, per auditū. arg. ff de aqua plu. arcen. l. 1 & l. in summa. § idem Labeo.

SI ad.] hæc est 22. pars distin. in qua quæritur si baptizetur grauida mater, vtrū filius baptizetur in uentre? & dicitur per tria cap. quòd non. Io.

CASVS. Iulianus, & quidam alij hæretici dicebant puerum in utero matris baptizari, si mater grauida baptizabatur, quia credebat puerum in utero constitutum esse partē materni corporis, & credebāt quidquid esset in hoīe baptizari cū ipse baptizatur. Istos aūt Aug. reprehēdit in hoc c. dicēs, ꝙ puer natus dēt baptizari, quia ad maternum corpus cū esset in utero nō pertinebat.

f ¶ Si ad matris.] pone casum inf. ead. si qua mulier, quia forte dicebat Iulianus, ꝙ mulier prægnans non dēt baptizari propter iuris impossibilitatem, quia baptizaretur puer in utero: & ita post quā esset editus deberet baptizari, per illud: Nisi quis renatus fuerit, & c. vide.

videtur tñ ꝙ bene dicebat, quia si mater manumittitur, & partus. Insti. de ingenuis. §.2. & quia partus pars est uiscerũ. ff. de uẽ. inspi. l. 1. Sed ad primũ dic, ꝙ baptisma est ꝑsonale beneficiũ, ut inf. ea. si qua. nec personã egreditur. ff. sol. ma. quia secus in manumissione. iõ dr̃ par-

c ¶ Qui scelerate.] sup. dist. 2. qui scelerate.
d ¶ Se tali.] sup. ea. dist. 2. quotidie. Io.

SI qua.] CASVS. Quærebatur utrum debeat mulier cum uoluerit, baptizari? Et rñdet ꝙ sic, nec in hoc aliquid habet commune cum filio. nam alia est uoluntas matris, alia filii, & ideo cuiuslibet eorum uoluntas in cõfessione est inquirenda.

periculo, cum eum gestaret in utero. Nunc uero,[a] cũ ẽt ipse baptizatur, nõ utiq; bis baptizatus habebit. Nõ itaque ad maternum corpus, cũ esset in utero, pertinebat.

Item Isidorus lib. 1. senten. de summo bono, c. 24.

¶Quare non baptizatur cum matre, qui in eius utero est. C. CXV.

Sent. 4. dist. 4. Iuo p. 1. c. 185. Pan. l. 1. c. 112.

QVi in maternis uteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt,[b] quia qui natus adhuc secũdum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcessit. *& infra.* ¶Qui scelerate[c] uiuunt in ecclesia, & communicare non desinunt, putantes se tali[d] communione mundari, discant, nihil ad emundationem proficere.

1. de consecr dist. 2. qui scelerate.

Item ex concilio † Martini Bracharensis, c. 54.

† al. capitulis.

¶De eodem. C. CXVI.

Ex conc. Neocæsarien. c. 6.

SI qua mulier prægnans desiderauerit gratiam baptismi percipere, quando uoluerit,[e] habeat potestatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui nascitur, propterea quod uniuscuiusque propria uoluntas in confessione monstratur.

e Quando uoluerit.] sup. distin. 3. baptizari, &c. cũ enixa. Bro. libro 4. grauidam baptismi.

Item ex pęnitentiali Theodori.

¶De his qui ignoranter bis baptizantur. C. CXVII.

Burc. l. 4. c. 51. Iuo p. 1. c. 245. Pan. l. 1. c. 121.

23 QVi bis ignorãter baptizati sunt, nõ indigẽt pro eo pęnitere, nisi quod sedũm canones ordinari[f] non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat. Quia autem non ignari, iterum baptizati sunt, quasi iterum crucifixerint Christum, per septem annos pęniteant quarta, & sexta feria, & tres† Quadragesimas ieiunent. † Si pro uitio[g] aliquo fecerint,* similiter.[h] Si pro munditia[i] putauerint, tribus annis similiter pęniteant.

† al. quatuor.
* al. fuerit. † al abstineant. al. pœniteant.

QVi bis.] Hæc est 23. pars dist. in qua q̃ritur quid iuris sit de rebaptizatis Et est sciendum, quod scienter rebaptizatus, est in perpetuum irregularis, si autem ignorãter, dispensetur cum eo ex causa. Io. de Fan.

CASVS. Dicitur hic ꝙ si aliquis ꝑ ignorantiã rebaptizatur, non debet puniri, tamen non debet promoueri nisi ex necessitate: qui uero ex certa scientia hoc fecit, septẽ annis dẽt pœnitere. 4. & 6. feriis, & trib. Quadragesimis quolibet anno. si ꝓ uitio corporis purgãdo, uel pro hæresi hoc fecerit, eodẽ mõ pœniteat: si propter simplicitatẽ credens hoc sibi ad salutem prodesse hoc fecerit, trib. annis pęniteat.

f Ordinari.] sed numquid est hoc ita uerũ absolute ꝙ ignorãter rebaptizati non possunt ꝓmoueri? ita ergo erit in ptãtẽ cuiuslibet mihi ordines auferre, quia potest me dormiente rebaptizare, quia ergo durum hoc videt, dicit Baz. ꝙ hoc intelligitur de ignorantia iuris, quæ non excusat, 2 & exponit illam literam, quæ dicit, non indigent pro eo pęnitere, sup. in tantum quantum al às H. dicit hoc dictum fuisse in odium rebaptizantiũ olim: sed hodie bene possunt promoueri, quia ignorantia facti omnino excusat eos. Vel intellige ita dure, prout litera sonat, & ei fit præiudicium sine culpa sua. arg. 1. q. 5. c. 1. Sed contra 1. q. 4. placuit.

Promoueri non possunt rebaptizati etiam ignoranter.

2 Hæc sententia videt̃ confirmari per id quod no. 50. dist. confirmandum in fine. de hoc etiã not. infra dist. 5. dictũ, Arch.

g Si pro uitio.] puta pro hæresi, sicut Nouatiani, & Donatista baptizatos rebaptizant, ut 24 q. 3 quidam autem hæretici.

h Similiter.] scilicet ut mundiores per ipsum lauacrum efficerentur siue ut mundi sint corde.

i Si pro munditia.] corporis forte non erant sani. extra de apo. c. 2.

Item Felix Papa tertius, epist. 1. c. 2. & sequentibus.

¶De his, qui ex industria bis baptizantur. C. CXVIII.

Burch. l. 4. c. 99. Iuo p. 2. c. 293.

EOS

partus pars uiscerũ. Dic ut sup. c. si quidquid. Quod aũt non baptizet̃ puer in uẽtre, satis ostẽdit rõne inf. ea. qui in maternis, quia cũ natus non sit, regenerari non põt.

a Nunc uero.] non duxit Iulianum ad metam redargutionis. Aug. quia forte hoc concederet prima facie Iulianus, sed ad metam inopinabilis, quia forte Iulianus hic erat contra communem opinionem, hoc modo cõcludit. sup. ea. ostenditur. 1

1 Versi. ꝙ si Lau.

QVi in maternis.] CASVS. Quærebatur ab Isidoro, quare partus non baptizatur cum matre prægnante? qui respondet hoc ideo contingere, quia qui nondum natus est secundum Adam, secundum Christum renasci non potest. Additur etiam, quod si quis permanens in mortali peccato, accipit corpus Christi, non proficit ei ad salutem.

b Non possunt.] simile. 32. q. 2 Moyses, & argu. contra. ff. de iniusto rup. & irrit, nam & si,

EOS quos.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Felix, quod epi- presby-

teri, ꝙ diaconi, qui spontanei, uel coacti conditionaliter sunt ab hæreticis rebaptizati, usque ad finem uitæ debent in pœnitentia permanere, & ab omni officio ecclesiastico cessare, in fine tamen eis laica communio tribuatur. In secunda parte dicitur, quod minores clerici, monachi, monachæ, & laici sic rebaptizati, si adulti sũt, debent duodecim annis pœnitere. Aliter tamen in tribus primis annis, & aliter ĩ septem sequentibus, & aliter in duob. ultimis. In tertia parte dicitur, quod pueris sic rebaptizatis, siue sint clerici, siue monachi, uel laici: non est tanta pœnitentia imponenda, sed post reconciliationem recipiũtur ad communionem. Secũda pars incipit ibi, [De clericis autem] Tertia ibi, [Pueris autem.] a Eos quos.] CASVS. In prima parte agitur de pœna episcopi, presbyteri, uel diaconi rebaptizati. In secunda de pœna aliorum clericorum uel monachorum, uel monialium. In tertia de pœna eorum, qui non sunt adulti.

Coactio est duplex. s. absoluta, & cõditionalis.

b Seu coactos.] non absolute, scilicet per attractionem. tunc. n. non erat coactio imputanda, ut 1. q. 1. cõstat. & dixit 50 presbyteros. sed hoc aliqua cõditione proposita, ut puta, si non patiaris rebaptizari, statim occideris, uel huiusmodi. Magis enim eligenda est mors, quam consentire rebaptizari, ut 22. q. 2. si quis coactus. 32. q. 5 ita ne.

c Iacturam.] idest, iniuriam patiendo se rebaptizari.

d Cathecumenorum.] sup. ea. dist. 1. episcopus nullum. contra sed ibi solutum est.

e Timore.] maxime, & tunc minor pœna infligitur. metus enim omnino non excusat, sed attenuat peccatum. extra quod met. cau. sacris.

Metus attenuat peccatum.

f Inter audientes.] idest, catechumenos, uel laicos, non communicantes.

g Septem.] post primum triennium, quo fuerant inter audientes, ut de pœn. dist 5. si quis uero.

h Inter pœnitentes.] non solenniter. tales enim eiiciuntur extra ecclesiam. ut 50. dist. in capite.

Christum negat, qui mortaliter peccat.

i Etiam oblationes.] idest, non offerant ad altare. sic 11. q 2. de uiro.

K Abnegare.] negat enim Christum, qui mortale peccatum committit, 11. q. 3. existimant.

l Aetatis.] quantum ad hoc spectat, non enim coercenda est ætas, quæ quid agat, non uidet. C. de fal. mo. l. 1. §. impuberes.

m Impositione.] nec reconciliatoria.

n Nec eorum.] scilicet maiorum, & adultorum, quorum pœnitentia prænotata est. q. d. non est talis pœnitentia imponenda pueris, qualis adultis, quos censura, idest, constitutio nostra excipit, idest, recipit ad coerctionem, pœnitentiam eis imponendo ut prædictum est in cap.

Pœnitentia puerorum, & adultorũ debet esse diuersa.

quos[a] episcopos, presbyteros, uel diaconos fuisse constiterit, & seu optantes forsitan, seu[b] coactos lauacri illius unici, salutarisque clauerit fecisse iacturam, α[c] usque ad exitus sui diem in pœnitentia (si resipiscant) iacere conueniet, nec orationi non modo fidelium, sed ne cathecumenorum[d] quidem omnimodis interesse: quibus laica tãtum communio in morte est reddenda. ¶ De clericis autem, & monachis, aut puellis Dei, aut sæcularibus seruari præcipimus hunc tenorem quem Nicæna synodus circa eos, qui lapsi sunt, uel fuerint, seruandum esse constituit, ut scilicet, qui nulla necessitate, nullius rei timore,[e] aut periculo, se, ut rebaptizētur, hæreticis impie dediderunt: si tamen eos ex corde pœniteat, & tribus annis inter[f] audientes sint, septem[g] autem annis subiaceāt inter[h] pœnitentes manibus sacerdotum: duobus autem annis etiā[i] oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantũmodo sæcularibus† in oratione socientur, nec confundatur Deo colla submittere, qui eũ nõ timuit abnegare.[k] ¶ Pueris autē, quibus, quod adhuc impuberes† sunt, a pubertate* uocabulum est, seu clericis, seu laicis, aut ēt similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis,[l] aliquandiu sub manus impositione[m] detentis reddenda communio est, nec[n] eorum expectanda pœnitentia, quos excipit a coercitione censura.

† al. popularibus. C. 4.

† al. inuestos † al. imberbes.

† al. puritate.

α ¶ Iacturam.] *Post hæc uerba in originali, & apud* Burchardum, *&* Iuonem *multa inferuntur, quæ omnia sunt legenda.*

Item Innocentius Papa Decentio episcopo, epist. 1. c. 3.

¶ Presbyteris baptizatos chrismate ungere licet. C. CXIX.

Beda in act. Apost. c. 8. Isidorus de officiis l. 2. c. fin. Albinus de diuinis officiis. Sent. 4. dist. 7. Poly l. 2. tit. 10. Burc. l. 4. c. 60. Iuo p. 1. ca. 267. & 293. Pan. l. 1. c. 116.

24 PResbyteris[o] (seu extra episcopum, seu præsente episcopo baptizant) chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen eo frontem ex eodem oleo[p] signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritum paracletum.

Item ex registro Gregorij ad Ianuarium episcopum Caralitanum, lib. 3. epist. 9.

PResbyteris seu.] Hæc est 24. pars dist. in qua dicitur ꝙ sacerdotes debent habere chrisma ad baptismũ: & si omissum fuerit, compleatur per episcopum, uel sacerdotem, & sit nouum chrisma, scilicet illius anni, & hoc probat per octo c. 10. de Fant.

CASVS. Hoc c. cum quattuor sequentibus patet. Sed quod, idest, sed non alio nisi eo chrismate, ꝙ ab ipso fuerit cõsecratũ, & confectũ. [Oleo.] i. chrismate. [Pannũ.] chrismatem. [Nouo.] quia quolibet anno chrisma est renouādũ, & uetus cõburēdũ, ut sup. 3. di. in litteris.

o Presbyteris.] quo tempore debet chrisma confici, & a quibus debet accipi, 8. e. ostendit.

p Oleo.] idest, chrismate, contra 95. distinct. cap. 1. sed illud

illud ad tempus fuit permissum pro vitando scandalo, si. 4. dist. denique.
a Presbyteri.] Vngant.] huius constitutionis causam, & mysterium inueniens. inf. d. 5. nouissime.
b Si quis.] Pannum.] quo caput pueri chrismate in fronte

f Ordinis.] hoc corrigitur inf c. prox.
Omni tpe.] CASVS. Dicitur hic, quod eps quolibet anno debet chrisma conficere, & per suam dioecesim destinare. ad accipiendum autem chrisma diaconus, vel subdiaconus transmittatur ante Pascha: presbyter vero praesente epo nō baptizet, nisi eo iubente: nec praecedat episcopū in baptisterio. [Signet] in uertice, quia signare non posset in fronte etiā de licentia episcopi.
g Omni tpe.] i. per singulos annos. i. in oī anno, & ponitur hic totū pro parte: sicut alias pars pro toto, ut 32. q. 4. meretrices. nam per dies annos, &c 33 q. 2 hoc ipsum. & qñq; ēt uerbū p̄sentis tēpis refert ad p̄teritū, vel futurū. i. ff de ver. sig. verbū oportebat. & dicit lex q hoc verbū, debuit, sumitur pro dēt ff. de libe. leg. l. vlt. in prin.
h Diaconus.] su. p xi. c. cont. sed illud de p̄sbyteris sedi ep̄ali p̄ximis, istud de his, q octauo, vel decimo lapide distant, intelligit. Ista distinctio habet ex conc. Meldēsi in broc. li. 4. de p̄sby.
i Non signet.] in vertice. quia nec etiā ad baptismum debet accedere sine licētia ep̄i, ut 95. d. cap. vlt. nā de vnctione frontis non videtur posse intelligi. non enim (vt dicunt) presbyter potest eam conferre ēt cum licentia episcopi: sed de licentia Papae potest. De qua vnctione hic loquitur. numquid de illa, quae fit in fronte, quę solis sacerdotibus, scilicet successorib. Apostolorum concedi tur? Numquid sacramentū, quod episcopus conferre p̄t, posset presbyter minor conferre de licentia ep̄i? nō vr̄, quia ea q ordini ep̄ali adhęrēt, nō possunt minori delegari, ut 23. d. quorundam, sed de licentia Papae pōt, ar. d. 95. c. 1. loquitur ergo hic de ea quae fit in uertice, & hoc p̄p ep̄i reuerētiam ar. sup. dis. 2. c. vlt. Vel hic de pueris illis, quos ipse eps baptizauit. Et ita non est contra sup. ea. presbyteris.

1 De hac materia no. sup. e. dist. 2 i Christo pater. in prin Arch.

Sacramenta ep̄alia an possint epo concedente per simplicē presbyterū conferri.

Baptizatos in frontibus presbyteris vngere non licet. Cap. CXX.

Sent. ibidem. Burc. l. 4. c. 70. Iuo p. 1. c. 264. Pann. l. 1. c. 117.

Presbyteri baptizatos infantes signare sacro in frontibus chrismate non praesumant. Sed presbyteri baptizatos ungant [a] in pectore, ut episcopi postmodum vngere debeant in fronte.

Item ex concilio apud Belluacum.

Chrismatis † pannum secundo linire, & super alium baptizatum mittere licet. Cap. CXXI.

† al. chrismatis. † al. chrismate. Burc l. 4. c 94. Iuo p. 1. c. 288. Pann. l. 1. c. 99.

Si quis uoluerit chrismate † pannum [b] iterum linire, super alium baptizatum mittere, non est absurdum.

Item ex concilio Lugdunensi.

De veteri chrismate baptisma consecrare non licet. Cap. CXXII.

Burch. l. 4. c. 72. Iuo p. 1. c. 266. Pann. l. 1. c. 100.

Si quis de alio chrismate, quam de illo nouo, quod proprij episcopi largitione, vel concessione acceperit, baptizare, [c] nisi praeoccupante morte, tentauerit, pro temeritatis ausu ipse in se suae damnationis protulisse sententiam manifestatur. [d]

Item ex concilio apud Valentias.

Non nisi a proprijs episcopis presbyteri chrisma accipiant. Cap. CXXIII.

In Valensi concilio. c. 3. su. dist. 95. presbyteris primo. Burc. l. 4. c. 76. Iuo p. 1. c. 270. Pann. l. 1. c. 101. † al. iuniorem.

Presbyteri, [e] qui dioecesanas regunt ecclesias, non a quibuslibet episcopis, sed a suo, nec per minorem † clericum, sed per seipsos, aut per illum, qui eiusdem ordinis [f] sit, ante Paschae solemnitatem chrisma petant.

Item ex concilio Martini Bracharensi, cap. 51. & sequentibus.

Conficere chrisma, & per dioeceses destinare omni tempore episcopo licet. C. CXXIIII.

Vide Meldense c. 46. Cap. 42. Cap. 53. sup. d. 95. presbyter. d. 95. non oportet.

Omni tempore [g] episcopo liceat chrisma conficere, & per suas dioeceses destinare, ita ut ad accipiendum chrisma diaconus [h] aut subdiaconus ante diē Paschę de singulis ecclesijs ad episcopum destinetur. Presbyter praesente episcopo non signet [i] infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi praeceptum. Non liceat presbytero prius episcopo introire in baptisterium, sed cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit, aut aegrotus.

Item ex concilio Arausicano, c. 1.

Qui baptizandi recipit officium, sine chrismate proficisci non debet. Cap. CXXV.

Iuo p. 1. c. 267. Burc. l. 4. c. 73.

Nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officiū,

2 Et caput. cū aliquis, secundum Lau. & ad hoc facit me lius 11. q. 3. placuit uniuersos. & c. de illis. secū dum H.

in frōte circumcingitur, ne recens vnctio episcopi defluat. vel quo vertex crismate a presbytero perunctus obuoluitur.
c Si quis.] Baptizare.] idest, baptizatum ungere.
d Manifestatur.] scilicet facere id propter quod in eum sententia proferatur. 24. q 3. si quis non recto.
e Presbyteri.] su d. 95 presbyteri. i 4 & 5. lib. brocardorum de presbyteris, presbyteros.

Nullus.] CASVS. Dr̄ hic, q quicumque baptizat, dēt secum chrisma habere, & baptizatum inungere in vertice, & si quis sine hac vnctione fuerit baptizatus episcopus supplebit hoc in confirmatione. cum ei fuerit

fuerit notificatum. Cuiquam presbytero, vel episcopo vo lenti eum in vertice chrismare ante cōfirmationem episcopi, vel post, si in ipsa confirmatione non fuerit ab episcopo chrismatus in uertice. [Habeatur.] i. Mon stretur. Sequens cap. patet.

a ¶ Progredi.] ad baptismum.

b ¶ Cōmonebitur] vt chrismet eū etiam in vertice eodē chrismate quo in fronte episcopi: presbyteri vero perungunt in vertice.

c ¶ Non prǽiudicantes.] dixi ante confirmationem chrismandū baptizatū, nec tñ ꝑ hoc praeiudicamus quin si ante factum non fuerit, postea fieri debet. q. d. per hoc quod diximus, non facimus praeiudiciū quin in alio tpe quā in cōfirmatione possit haec crismatio fieri in vertice.

d ¶ Necessaria hēatur chrismatio.] vide licet, ut si in alio tpe non fieret in uertice eius crismatio: saltē tūc nō ptermittatur, quia necessaria est.

e ¶ N sabbato.] Tangitur consuetudo ecclesiae.

f ¶ Ante chrismatis] postea nō licet: cum chrisma sit sacramentum ecclesiae.

sine chrismate vsquā debet progredi; [a] quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quacūque necessitate faciente chrismatus non fuerit, in confirmatione sacerdos α commonebitur. [b] Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi vna benedictio est. Non praeiudicantes † [c] cuiquam hoc dicimus, sed ut necessaria β habeatur chrismatio. [d]

† *vt praeiudicans quidquam dico.*] orig.

α ¶ Sacerdos, commonebitur.] *Apud Burchardum, & Iuorum [qui hic caput concludunt, quod citant ex Valensi, c. 5.] sic legitur*, in confirmatione sacerdos perficietur. *aut ut Iuo*, perficiatur.

β ¶ Vt necessaria.] *Varietas insignis est in editione conciliorū Coloniensi trium tomorum. Nam & isto modo legitur, & hoc*, non necessaria habeatur rechrismatio *&*, non necessaria habeatur chrismatio repetita *&*, necessaria habeatur chrismatio *repetita, quae sola lectio retenta est in editione quatuor tomorum*.

Item Capitularium lib. 6. c. 77.

¶ Antequam chrisma infundatur, ad aspergendū aquam de fonte accipere licet. C. CXXVI.

Iuo p. 1. c. 118. Pan. l. 1. c. 101.

IN sabbato [e] sancto Paschae, vel Pentecostes, si quis velit aquam consecratam ad aspersionem in domo sua recipere, ante chrismatis [f] infusionem recipiat.

Item Cyprianus lib. 4. epist. ad Magnum.

Vnde aspersionis sanctificatio exordium sumpserit. Cap. CXXVII.

1 Idem ro. 75 d ordinatione, quod dic ut not. sup. ea. d. c. 1.

NEc quemquam [g] mouere debet, quod aspergi, vel perfundi iubentur † aegri, cum gratiam Dominicā consequuntur, quando scriptura sancta per Ezechielem prophetā loquatur, & dicat: (Et aspergā super uos aquā mundam: [h] & mundabimini ab omnib. immunditijs uestris, & ab omnibus simulacris vestris, & mundabo uos: & dabo uobis cor nouum, [i] & spiritum nouum dabo in uobis. (*Item in Numeris* α ¶ Qui tetigerit cadauer hominis, & ꝑp hoc septem diebus fuerit immundus, aspergatur de hac aqua die tertio, & septimo, & sic mundabitur.) *Itē*. Si fide [k] Trinitatis mūdatus nō fuerit, in re-

† *al. videntur* Ezech. 36.

Num. 19.

NEc quemquā] CASVS. Ben. sic ponit hunc casū. Hic primo ostenditur, qđ aqua benedicta, qua hoies qui baptizātur asperguntur, ualet ad eorū sanctificationē: & hoc ꝑ quasdā auctoritates vet. test. Secūdo, ꝙ spiritus sanctus ad mēsurā non dat: sed super credentes aequaliter infunditur, & hoc per māna significatur, de qua in exodo loquitur, ꝙ eodē modo a singulis colligebatur. Tertio ꝙ diabolus vsq; ad baptismum nocet, sed in baptismo vires amittit oīno, sicut Pharao vsq. ad aquas resistere potuit, sed in mari rubro perijt. H. vero intelligit hoc c. de aspersione aquae benedictę, & nō de baptismo. vnde sic ponit casū. In prima parte illius. c. ostēdit Cyprianus qualiter hoīes aspergātur aqua consecrata, vnde hoc habuit initiū, s. a veteri testō: ad qđ ostendendū multas inducit auctoritates veteris testamenti. In secūda parte ostēdit, ꝙ hmōi aspersio aquae, & in nouo, & in ueteri testamento videtur esse ad instar baptismi, licet in hoc sit differentia, quia in aquae aspersione aqua inaequaliter infunditur super singulos, sed in baptismo gratia spiritus sancti omnibus aequaliter confertur, nisi fictio impediat. In tertia parte ostenditur, ꝙ diabolus licet vsque ad baptismum habeat uires in baptismo, tamen debilitatur omnino, & vires ammittit: & hoc probat per exemplū: nā Pharao vsque ad aquas maris secutus est filios Israel: sed postquam illuc venit, in ipsa aqua submersus est, & extinctus. Sed licet ita posuerunt Ben. & H. in apparatu tamen ponitur: & litera c. satis innuit in plurib. locis, ꝙ de baptismo intelligitur, & de illis qui propter aegritudinem immergi non possunt. [Baptizantur aegri,] idest, volunt baptizari.

g ¶ Nec quemquam] in prima parte dr̄, ꝙ ita aeger est ille, qui baptizari debet, ꝙ non potest immergi, ne forte laedatur, sufficit, ꝙ aspergatur aqua, & hoc vsq. ad illud, spiritus uero sanctus, & c. in secunda parte dicitur, ꝙ non refert utrum multum aquae, vel parum cadat su per eum: & hoc probatur auctoritate ueteris testamēti vsq. ad illud, ꝙ si aliquis in illo. In tertia dr̄, ꝙ diabolus in baptismo totam ptātem suam amittit, quod probat exemplo Pharaonis: sed tamen H non ponit exemplum in baptismo, sed de aqua benedicta intelligit.

h ¶ Aquā mundam.] quae fiebat ex aspersione cineris vitulae rufae, ut hr̄ ex lib. Numerorum. sup. d. 3. aquam.

i ¶ Cor nouum.] idest, uirtutibus innouatum.

k ¶ Fide.] quam significat dies tertius.

a ¶ San-

a ¶ Sanctorum collegium.] vbi erit perfecta requies.
b ¶ Si die tertio.] idest, fide Trinitatis.
c ¶ Septimo.] idest, septima ætate quiescentium. nullus enim meretur nisi in corpore: & hic omne meritum comparatur. 13.q.2. tempus.

Meretur nullus nisi in corpore.

AD-

qui post lacrymas culpas repetit, ut de pœn. dist. 3. baptizantur. Morticinum potest dici a morte, & cado, uel cædo, & sic diuersis modis pronunciari. Versus: Morticina cadunt ferro: morticina morbo.

Morticinum tangere qs dicitur.

f ¶ Polluet.] ad litteram, idest, pollutus reputabitur, & non intrabit in tabernaculum cum aliis. 18. dist. oportet.

surrectionem[g] apud sanctorum collegium[a] immūdus erit. Si die tertio[b] aspersus non fuerit, septimo[c] non poterit emundari. Omnis,[d] qui tetigerit humanæ[e] animæ morticinum, & aspersus ex hac commissione non fuerit, polluet[f] tabernaculum[g] Domini, & peribit ex Israel: quia, qui aqua aspersus nō est expiationis, immundus erit, & manebit spurcitia eis super eum. *& iterum.* [Et locutus est Dominus ad Moysem dicens, Accipe leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos, & ita facies eis purificationem eorum, circūsperges eos aqua purificationis.] *& iterum.* Aqua aspersionis purificatio est. Vnde apparet aspersionem quoque aquæ instar[h] salutaris lauacri obtinere, & quando hæc in ecclesia fiunt, ubi sit, & accipientis, & dantis fides, integra[i] stare omnia, & consummari, ac perfici posse Domini maiestate, & fidei ueritate. *& infra* ¶ Spiritus uero sanctus non dimēsuratur, †[k] sed super credentem totus infunditur. Nam si dies omnibus æqualiter[l] nascitur; & si sol super omnes pari, & æquali luce diffunditur: quanto magis Christus sol, & dies uerus in ecclesia sua lumē uitæ æternæ pari æqualitate largitur? † Cuius æqualitatis sacramētū uidemus in Exodo esse celebratū, cū de cęlo manna deflueret, & futurorū præfiguratione alimentū panis cęlestis, & cibum Christi uenientis ostenderet. Illic. n. sine discrimine, uel sexus, uel ætatis Gomor singulis ęqualiter colligebat. Vnde apparebat Christi indulgentiā, & cęlestem gratiam[m] post modū secuturā æqualiter omnibus diuidi: sine sexus varietate, sine annorū discrimine, sine acceptione p̄sonę super oēm Dei populum spiritualis gratię munus infundi. Plane eadē gratia spiritualis, q̄ æqualiter in baptismo a credētibus sumitur, in conuersatione, atque actu nostro postmodū, uel minuitur,[n] uel augetur, ut ī Euāgelio Dominicū semē ęqualiter seminatur: sed p̄ uarietate terræ aliud absumitur: aliud in multiformē copiā, uel trigesimi, uel sexagesimi, uel cētesimi numeri fructu exuperāte cumulat. *& paulo post.* ¶ Quod si aliquis in illo mouetur, quod quidā ex his qui ægri baptizātur, spiritibus adhuc immundis teneantur, sciat diaboli nequitiā pertinacem vsque ad aquā salutarem ualere; in baptismo uero omnis †nequitiæ[o] suæ uires amittere.[p] Quod exēplū cernimus in rege Pharaone; qui diu reluctatus, & in sua p̄fidia demoratus tandiu resistere potuit, & præualere, donec ad aquā ueniret: quò cū uenisset, & uictus est, & extinctus. Mare autem illud, sacramentum baptismi fuisse declarat B. Apostolus Paulus dicēs, [Nolo enim uos ignorare fratres: quia patres nostri oēs sub nube fuerunt, & omnes

Num. 3.

† de mensura datur] uera lectio.

Exod. 16.

† Concor. in simi. tex. in auth. de monachis. §. hinc nobis. col. 1. & in l. quæritur hermaphroditū. ff. de statu homi.

Matth. 13.

† omnes] orig.
Exod. 14.

g ¶ Tabernaculum] i. seipsum, qui ē pars tabernaculi Dei, i. ecclesiæ, & sic tabernaculū ecclesiæ, ut 26. q. 2 sed & illud.

Spiritus sanctus per partes nōdatur.

h ¶ Instar.] instar fuit apud eos. nam modo non est instar.
i ¶ Integra.] ac si integre esset aspersus.
K ¶ Non dimensuratur.] q. d. sicut aqua non ad mensuram suū per singulos infunditur: ita spiritus sāctus sine personarū acceptione ī baptismo oībus fidelibus tradit̄. Vel dimensuratur id est, nō p̄ partes dat̄, alias dimensurātur.
l ¶ Aequaliter] i. non differēter propter sexuū, vel annorum diuersitatē: non. n. huic plus confert̄, q̄a uir, illi minus, quia fęmina, & sic de aliis: q̄d quidē esset acceptio personarum. unde sequitur hic, sine acceptione, & c. extra de iudici. nouit.

Gratia oībus in baptismo confertur.

m ¶ Gratiā] Hic manifeste uidet̄, q̄ gratia cōfertur in baptismo, & paruulis, & adultis, sed potes hic appellare gratiam remissionem peccatorum. Quid iuris sit, de hoc habes extra de baptismo, & eius effectu, maiores.
n ¶ Vel minuitur.] ar. quod charitas potest minui: sed nō est hoc uerū, quia nō deficit charitas, sed magis p̄ficit: sed dr̄ minui, quia unus hēt maiorem charitatē, quam alter 20 dist. §. 1.
o ¶ Omnis nequitię.] quasi dicat, & si post baptismū uexet corpus, animæ tamē nō pōt nocere. Vel forte non prorsus liberatur baptizatus, ut in fi. dicitur.

ADDITIO. Et est sensus, nisi homo, qui pollutus est peccato, fidem Trinitatis habuerit, requiem non habebit in futura uita, quæ sequetur post septennarium præsentis uitę, Archid.
d ¶ Omnis.] verba legis Mosaicæ. H.
e ¶ Humanę.] i. omnis ille dicitur tangere morticinum

p ¶ Amittere.] sup. eo. c. fine & c ex hinc, & c. de hinc cōtra. sed ibi dr̄, q̄ significatur expellendus, & uim amissurus, uel dic q̄ amittat in exorcismo, ut nō habeat tantam uim quantam prius, sed in baptismo, ex toto eā amittat quo ad animam; quia extinguuntur peccata,

Diabolus perdit uires per baptismum.

per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.) & addidit dicens, [Hæc autē omnia, figuræ nostræ fuerunt.] Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas uoce humana, & potestate diuina flagelle tur, & uratur, & torqueatur diabolus, & cum exire se, & homines Dei † dimittere sæpe dicat, in eo tamen, quod dixerit, fallat, & id quod per Pharaonem [a] prius gestum est, eodem modo † obstinationis, & fraudis exerceat. Cū tamen ad aquam Dei salutarem, atque ad baptismi sanctificationem uenitur, scire debemus, & fidere, quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus diuina indulgentia liberatur.

1.Cor.10.

† al. Deo.

† al. mendacij.

α ¶ Qui tetigerit] *Hæc usque ad uers.* Et locutus *est, alijs uerbis a* B. *Cypriano exponuntur, ex quo quidem in cæteris huius capitis partibus multa sunt emendata.*

β ¶ In resurrectione.] *Huius sententiæ sunt quædam uestigia in gl. interlineari ad istum* Numerorum *locum.*

γ ¶ Teneantur.] *In originali impresso est,* teneantur, *sed in quinque manuscriptis,* tentabantur. Hoc *enim sibi uult* B. *Cyprianus, dum adhibentur solennitates præcedentes baptismum, tentari adhuc homines posse ab immundis spiritibus, desinere autem tentationem in absolutione baptismi, idest, in aqua salutari. Sic. n. ab ipso nunc usurpatur uox,* baptizantur, *ac sæpe a philosophis usurpari solet uox,* generari, *nimirum pro alternatione præcedente eductionem, & prouentum formę.*

Item Ioannes Chrysostomus in epistolam ad Hebręos hom. 13. ad c. 7.

¶ De his, qui usque ad exitum uitæ suscipere baptisma differunt. C. CXXVIII.

25 QVando quis propterea peccat, ut sanctum baptisma in nouissima sua expiratione suscipiat, fortassis non adipiscitur. Et credite mihi, non terrens uos dico, quod dicturus sum. Multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, circa diem autem mortis discesserunt [b] uacui. Deus enim propter hoc, baptisma tribuit, ut soluat peccata, non ut addat. δ Si uero quis [c] ad hoc utitur baptismate, ut ampliora delinquat, ipsum fit negligentiæ causa.

δ ¶ Non ut addat.] I*n editione Veronensi mendose est* ἵνα αὐξόσῃ *corrigendumque ex manuscriptis* οὐχ ἵνα αὐξήσῃ.

Item Augustinus ad Bonifacium, epist. 23.

¶ Paruulis baptizatis parentum non nocet perfidia. C. CXXIX.

26 QVæris a me, utrū parētes baptizatis paruulis suis noceāt, cū eos dęmoniorum sacrificiis lauare co

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 41.

per quæ hominem possidebāt, ut sup. c. postquam. Vtrū liberatur in baptismo dæmoniacus a uexatione corporali, non satis elucet. in fine sic uidetur dici. Vel intelligatur de liberatione animæ.

a ¶ Per Pharaonem.] quia scilicet ipse Pharao dicebat, quod dimitteret populum, nec dimisit, donec fuit uentum ad mare rubrum.

QVādo quis.] Hęc est 25. pars dist. in qua dicitur, quod non debet quis expectare baptizari usque ad mortem, quoniā quādoq; frustratur spe. Io. de Fant.

CASVS. Quidam homines baptizari differebāt, & sub spe cōfidētes peccabant, s. ut in morte baptizarentur, & sic tunc ab omni peccato mundarētur, tales in hoc c. reprehendūtur, qa quādoque solent decipi, & sine baptismo mori: nec ē datus baptismus, ut peccata augeantur, sed ut deleantur.

b ¶ Discesserunt.] nō uidetur q̄ uacui recederent, ex quo baptizari uoluerūt, ut extra de bap. debitū: immo sic, qa culpa sua nō perceperunt, nam imputatur eis, quod accidit [1] culpa sua. 15. quæst. 1. capit penult. ff. loca. si quis domum.

c ¶ Si uero quis.] si. ar. extra de appel. reprehensibilis. 23. q. 2. is autem. & licet baptismus dimittat peccata, non tamen dat licentiam peccandi, ut 1. q. 7. exigunt.

QVæris.] Hæc est 26. pars dist. in qua dicit quod peccatum parentum non nocet filio, quamuis eorum oblatio prosit. Io. de Fan.

CASVS. Bonifacius duas fecit q̄stiones Augustino, quarum prima est, an malitia parētū obsit filiis, cū eos offerūt sacrificiis dęmoniorū, sicut eis prodest fides parētū cū baptizantur. Scd̄a est, an patrini a mendacio excusentur, cū pro paruulis interrogati rñdēt eos credere ī Deū, & hmōi, qd̄ tamē ipsi utrū ita sit, penitus ignorat. Primæ quæstioni respondet August. in hunc modum, scilicet quod nequitia parentum non imputatur filiis non consentientibus, tamen cū baptizantur, prodest eis fides eorum: actuale enim peccatum patris ideo non imputatur filio non consentienti, quia

Imputatur m. hi quod mea culpa accidit.

1 Not. hic ar. contra eū qui in primis temporib. neglexit ad ordines promoueri. Arg. ad id extra de elect. cum in ueteri, iuxta fin. & quod dixi. 11. q. 3. eorum. ibi uideas. Ar.

quia alius est filius, & alius est pater, unde cum non sit communis eorum anima, culpa non potest esse communis, sed quia in baptismo fit remissio peccatorũ per spiritum sanctum, qui communis est patri & filio, ideo in baptismo fides parentum prodest filio, & ita aliter est in

sexta die, quasi perempta sexta die [Eius,) idest, fidei, idest baptismi.

¶Quæris.] CASVS. In prima parte usque illuc, [difficillimam, &c.] respondet Aug. primæ quæstioni Bonifacii, quę est illa, quare ab obligatione qua tenentur, liberantur per hominẽ, & nõ possunt per hominem obligari. In secunda usque ad illud, [qui hoc nõ credit,] secundę quæstioni Bonifacii respondet quare, cum baptizantur pueri, respondent patrini ad hanc quęstionẽ, credis? credo, & non tũc ad istam, erit ne iste bonus? In tertia parte dicit, ꝙ qui nõ credit, ut ipse soluit, profecto est infidelis, & deterior est quam sit iste paruulus.

nantur, & si non nocent, quomodo eis prosit, cum baptizantur, parentum fides, quorum eis non potest obesse ꝑfidia. Vbi respondeo tantam illius sacramenti, hoc est, baptismi salutaris esse uirtutem in sancta compage corporis Christi, ut a regeneratus per [a] aliorum voluntatem, [b] deinceps non possit uinculo [c] alienę iniquitatis obstringi, cui nulla sua uoluntate consensit. Et anima enim patris mea est, inquit, [d] & anima filii mea est, & *iterum.*

Ezech. 18. ¶Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Non autẽ peccat ipsa, cum parentes ei nescienti, uel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. Sed ideo ex Adam [e] traxit, [f] quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuens, i. altera anima, de qua diceretur, & anima patris mea est, & anima filii mea est. Iam † itaque dicit, [g] quod cum homo in seipso est, ab eo qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua [h] conscientia non tenetur obnoxius. [i] *& infra.*

† *Iam itaque cum homo*] uera lectio.

¶Quomodo † itaque [k] in paruulum maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis uinculis? non est, anima utrorumque cõmunis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius uoluntatem, quemadmodum [l] communicatur gratia per sancti spiritus unitatem. *Item paulo superius.*

† *Quãdo autem*) vera lectio, & sine nota interrogationis.

Regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus, & paruulo oblato, renatoque cõmunis est. Ideo per hanc societatem unius prodest offerentium uoluntas paruulo oblato. *& infra.*

Potest enim & in hoc, & in illo homine esse unus spiritus sanctus, etiam si se inuicem nesciant, per quem fit † utriusque gratia communis, non autem potest spiritus vnus esse hominis & huius, & illius, per quem peccante altero & altero non peccante, fit tamen culpa communis. Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus, Dei spiritu regenerari, ut ex † illis obligatio cõtracta soluatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus, ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quæ soluta est, iterum contrahatur. [m]

† *al. fit.*

† *al. & illius.*

a ¶ Per.] idest, propter.

b ¶ Voluntatem] malam.

c ¶ Vinculo,] & dicit lex, quia dolus tutoris non obest pupillo. ff. de reg iu. neque in interdicto, nisi sit locupletior factus, vt ff. de do sed ex dolo. uel nisi tutor soluendo sit, ut ff. de administrat. tuto. l. ult. §. si tutor.

* *Consensione*) uera lectio. Tutoris dolus pupillo non obest.

d ¶ Inquit) scriptura vel propheta Ezech. 18. ca.

e ¶ Sed ideo ex Adã] ibi, tacitæ respondet quæstioni.

f ¶ Traxit) .s. causam peccati, &c.

g ¶ Iam itaque dicit] idest, innuit expræmissis illa scriptura, scilicet anima patris, &c.

h ¶ Sine sua conscientia,] idest, si non consentiat. 7. q. 1. cum autem.

i ¶ Obnoxius,] q.d. post uitam animę. in proprio corpore non contrahitur peccatum, nisi ex propria labe.

i Et sic ista littera legitur interrogatiue, quãdo est in littera, quõ, si aũt habes in littera, quã tunc non legitur interrogatiue, sed remissiue & suspenditur vsque ad illã litteram, nõ est anima, &c Arch.

in bono quam in malo. Nam in malo nullus communicat alii, nisi consentiat, in bono propter vnitatem spiritus sancti vnus sæpe intelligitur alteri communicari, & ei prodesse. Ad secundam quæstionem respondet dicens, ꝙ patrini non mentiuntur, cũ respondent pueros credere & fidem habere, propter fidei sacramentum, ꝙ recipiunt per baptismum, & conuertere se ad Deũ, propter conuersionis sacramentum, quod suscipiunt, i. baptismum, & dicitur hoc eo tropo loquendi quo dicitur, hodie est passio Christi, hodie resurrexit, cum iam multi anni transierunt, quod Christus passus est & resurrexit & est sensus. Hodie est resurrectio, &c. idest, hodie celebratur sacramentum resurrectionis, sic dicitur, puer credit, idest, sacramentum fidei ex qua creditur in Deum, suscipit [Perdissenam,] idest, in sexta die apparet dies & senus, [Perendissenam.] idest, in

K ¶ Quomodo itaque] inferius respondet huic quæstioni ibi, uerum tamen recte, & tunc dic, sacrilegis, quasi nullo modo, quia non est, &c. I

l ¶ Quemadmodum] argumen. aliud in uio, aliud in inuio, argum. 29. quęst. 1. §. quod autem, & no. 26. quæstio. 5. nec mirum, sicut dicit lex quod aliud est in obligatione, aliud in liberatione, ff de action. & obl. Arianus, cum hæc causa liberalis fit, arg. extra de probat. ex litteris.

m ¶ Contrahatur.] argu. quod obligatio semel extincta amplius non renascitur, ut 23. qu. 4. si illic, & ff de sol. qui res § aream. Arg contra 26. q 7. ab infirmis, sim. ff. de ser. urba. præ. seruitutes. ff. quemadmodum serui. amittatur, si locus,

Obligatio extincta nõ renascitur.

Et ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam non amittit, nisi propria impietate. [a] *& paulo post.*

¶ Veruntamen rectè dicuntur parêtes, uel quicunque maiores, filios, seu quoslibet paruulos baptizatos dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes, spiritualiter homicidę. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt; sed quantum in ipsis [b] est interfectores fiunt, recteque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, nolite occidere paruulos uestros. Dicit enim & Apostolus: Spiritum nolite extinguere; non quia ille extingui potest: sed quantum in ipsis est, extinctores eius merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum uelint. Nec illud [c] te moueat, &c, *& infra.* 1.Tess.5.

¶ Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. *& infra.* sup.ea.nec illud.

¶ Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus (quamuis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt,) quam ab uniuersa societate sanctorum, atque fidelium. Ab omnib. namque offerri recte intelliguntur, quibus placet, [d] quod offeruntur, & quorum sancta, atque indiuidua charitate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. [1] Tota hoc ergo mater Ecclesia, quæ in sanctis est, facit; quia tota omnes, tota singulos parit. [e] *Item infra.*

¶ Difficillimam sane quæstionem tibi proposuisse uisus es in extremo inquisitionis tuæ, ea uidelicet intêtione, qua soles uehementer cauere mendacium. Si constituam, inquis, ante te paruulum, & interrogem, utrum cû creuerit, futurus sit castus, uel fur, uel non sit futurus, sine dubio respondebis, nescio: & utrum in eadem paruula ætate constitutus cogitet aliquid boni, uel mali, dices, nescio. Si itaque de moribus eius futuris nihil audes certi promittere, & de eius præsenti cogitatione, quid est aliud † [f] quam quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes, [g] tamquam fidei auctores † respondent, & dicût illos facere, quod illa ętas cogitare non pôt, aut si pôt, occultum est? [h] Interrogamus.n.eos, a quibus offeruntur, & dicimus, Credit in Deum? de illa ætate, quæ utrum sit Deus ignorat. Respondent, Credit, & ad cętera sic respondetur singula, quæ quæruntur. † Vnde miror parêtes in istis rebus tam fidenter pro paruulo respondere, ut dicant eum tanta bona facere, quæ ad horam, qua baptizatur, baptizatur interrogat: tamê eadem hora, si subiiciam, erit castus, qui baptizatur, aut non erit fur? nescio, utrum audeat dicere aliquis, aliquid horum erit, aut non erit: sicut mihi sine dubitatione respondet, quod credat in Deum, & quod se conuertat ad Deum. *& infra.*

† *illud quod quando)* uera lectio.

† *al. bibo res)* [illegible] *dicitur* [illegible] *dens.*

† *al. geruntur.*

Ecce facio quantum possum; dominus adiuuet, ut quod postulas, possim. Nempe sæpe ita loquimur, ut pascha propinquâte dicamus crastinâ, uel per diffenam † [i] uel perendiffenam [k] esse domini passionem, cum ille ante tâ multos annos passus sit, nec omnino, nisi semel, ipsa passio facta sit. Nêpe ipso die dominico dicimus, hodie dñs resurrexit, cum ex quo resurrexit, tot anni transierunt. Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mêtitos? nisi quia istos dies secundum illorum quib. hęc gesta sunt, similitudinê nûcupamus, ut dicatur [l] ipse dies, qui nô est ipse, sed reuolutione temporis, similis eius: & dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod

Iuo p.2.c.4.

† *al. perendinam esse)* uera lectio.

---

a ¶ Nisi propria impietate.] & ita liberari quis potest etiâ inuitus uel ignorans, sed non obligari, ut ff. de so. solutionem, & l. soluere, ff. de neg. gest. l. soluendo, & ff. de noua. si stichum. §. ult.

b ¶ In ipsis] & ita in maleficiis uoluntas spectatur, nô exitus. arg. 22. qu. 2. homines. ff. ad l. Cor. de sica. diuus. r.

c ¶ Nec illud.] tacitę obiectioni respondet.

d ¶ Placet] argu contra. 1. q 4. quia pręsulatus.

e ¶ Parit.] in sacramentis, ut 32 quęst. 4. recurrat. de pæ. di. 1. sicut.

f ¶ Quid est aliud.] quasi dicat, & non uidetur esse aliud quod tunc fit, quam respôdere, & promittere de moribus eorum futuris.

g ¶ Parentes.] idest, patrini, qui patres spirituales dicuntur. sup 3. quæst. 3. Pictacium

h ¶ Occultû est] quid cogitet.

i ¶ Vel perdiffenam] .i. per senum, i. sextum diem.

K ¶ Perendiffenam.] .i. perempto die post sex dies uno perempto. 2

l ¶ Dicatur.] quasi dicat, sicut dicitur, quod hodie fit resurrectio Domini, eo quod sacramentum eius hodie celebratur, sic dicitur paruulus credere, propter sacramentum, quod recipit.

a ¶ Ita-

1 Subaudi quia alia est cã liberationis, & alia obligationis, ut supra cõr in gl arg. aliud. &c.

2 Cû in die Dominico in ramis palmarû interrogaueris me, & dices qñ erit pascha, & ego respondebo per diffenâ .i. post sex dies futuros, & côponitur ex per & dies sex. Arch.

a ¶ Itaque paruulum.] quasi dicat, licet ergo respondeã quod credit in Deum, hoc dico eo quod fieri suscipit sacramentum, non quod reuera adhuc fidem habeat, nam in paruulo credere est fidei sacramentum suscipere, ut sup. ea. nihil aliud.
b ¶ Obi- habet iufideliratem.
c ¶ Contrariæ) simile su pt. 54. distin. si seruus. fic. ff. ad Macedo. l. si filius familias. ff. de reg. iur. semper.

IN ecclesia.) CASVS. Dicit ur hic, quod sicut paruuli ab aliis peccatum originale contraxerunt, ita per alios baptismum pręcipiũt, per quos dñt credere & fideles esse, nec ui tam habere possunt, qui sunt expertes corporis, & sãguinis Christi, idest, unitatis ecclesię, & dicit H. qđ non est ibi, non; quia non debet dici, non posse, sed posse: pôt tamen & illa littera bene legi.

non illo, sed iam olim factum est. *& infra.* ¶ Itaque paruulum [a], *& c. & infra.* ¶ Cum autem homo sapere cæperit, nõ illud sacramentum repetit, sed intelligit, eiusque ueritati consona etiam uoluntate coaptabitur. Hoc quamdiu nõ potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus cõtrarias potestates, & tamen ualebit, ut si ante rationis vsum ex hac vita emigrauerit, per ipsum sacramẽtũ commendante ecclesiæ charitate, ab illa condemnatione, quæ per unum hominem intrauit in mundum, Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum, longeque melior est ille paruulus, qui etiam si fidem nondum habeat in cogitatione, † non ei tamen obicem [b] contrariæ [c] cogitationis opponit, unde sacramentũ eius salubriter percipit.

† *al, cognitione.*

a ¶ Semel regeneratus.] *Plenius apud* B. *Augustinum*, ut semel generatus per carnalem uoluptatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritualem uoluntatem, &c. *Multa uero in hoc capite emendata sunt ubi per glossam licuit. Sunt autem sententia ipsa a collectore arbitratu suo transposita.*

Item Bonifacio contra duas epistolas Pelagianorum, l. 1. c. 22.

¶ Aliorum fides in baptismo paruulos saluat.
C. CXXX.

Beda ad c. 16. Marci. Ans. l. 9. c. 43.

IN ecclesia Saluatoris per alios [d] paruuli credunt, sicut ex aliis ea, quę illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt: nec illud cogitetis, γ [e] eos uitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis, [f] & sanguinis Christi, dicente ipso. Nisi manducaueritis carnem meam, &c.

Ioan. 6.

γ ¶ Cogitetis. *Non est mutatum ob glossam Sed in uetustis codicib. & originali est*, cogitatis, *pendentque hac omnia ex superioribus, quare integer locus perlegendus.*

Beda 1. Cori. 10. ad uers. Calix benedictionis.

Idem.

¶ Corpore & sanguine Christi participat, qui per baptisma membrum eius efficitur. C. CXXXI.

su dis. 2. quia passus §. nulli. Sent. 4. dist. 9. Ply. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. cap. 23. Iuo p. 2. c. 1.

NVlli [g] est aliquatenus ambiguendum, tunc vnumquẽque fideliũ corporis sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptismate membrum Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque cõsortio, etiam si antequam panem illum comedat [h] & calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis [i] Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc, quod sacramentum γ est, [k] inuenit. †

† *al. inuenitur.*

γ ¶ Sacramentum est.] *Apud Bedam (nã originale non est inuẽtum) legitur*, sacramentũ significat inuenit, † *ut sup. di 2. quia passus. uer. nulli & interpretatur nunc auctor glossa uerbum*, est.

† *al. inuenitur.*

d ¶ Per alios. & ita sicut peccauerunt per alios, ita credunt per alios & ita omnis res per quascumque causas contrahitur, &c. extra de reg. iuris ca. omnis res.
e ¶ Cogitetis.) quasi dicat, non dubitetis, immo certi sitis, qđ habere non possunt, si sunt expertes.
f ¶ Corporis,] idest, vnitatis ecclesię, quã illa significãt. sup. ea. non in uobis.
ADDITIO. Ad idem sup. ea. dis. 2. quid est, quod est cum baptizantur. unde nõ sine causa adiũgit. seq. ca. in quo idem dicit. Archid.

NVlli est) CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis fuerit baptizatus, particeps est corporis & sanguinis Christi, idest, unitatis ecclesiæ, & si de hac vita recedit antequã corpus Christi & calicem sumat sacramentaliter, tamen effectu illius sacramenti non priuatur, quia inuenit habere hoc quod significat ipsũ sacramentum, scilicet unitatem ecclesiæ.
g ¶ Nulli) de efficacia baptismi repetit. vt sic finis alludat principio.
h ¶ Nulli est.) hæc est pars illius capituli supra distin. secunda, quia passus.
h ¶ Comedat.) in sacramento.
i ¶ Corporis .] idest, ecclesiæ significatæ per corpus Christi.

a ¶ Obicem.) quia licet non habeat fidem, tamen non
K Sacramentum est.] idest, significat, Io.

SI baptizata est.] Hæc est 27. pars dist. in qua probat ma gister quod nullus saluatur nisi sit baptizatus & hoc vsque ad : non ex quo Io. Fant.

CASVS. Probat Augustinus in hoc ca. quod natus de baptizato est baptizandus, ut possit uitare æternam damnationē: quia Christus, qui non indigebat baptismo, baptizatus est, ut nobis daret exemplum baptizandi & olim circuncidebantur, qui de circuncisis nati erāt. Nam sicut, qui nondum natus est, mori non pōt, ita qui non dum natus est a patre, renasci non potest, nec purgari de reliquiis uetustatis. nā licet pater in baptismo sit mundatus, tamen filius a patre cō trahit causam ex qua originale peccatū in nascitur ei: unde simi liter nisi renascatur. dānabitur. baptismus enim animam a peccato mūdat, sed causam peccati, quæ est in carne, non remouet.]Cōficitur.]idest intelligitur.

a ¶ Si baptizata est.] idest, si Christus baptizatus est, qui sine peccato secundū carnem natus est, multo magis quilibet alius baptizari debet, qui secundum carnē in peccatis cōceptus est. su. ead. di. firmissime.

b ¶ Propter.]hic assignatur una rō, quare Christus baptizatus fuit, alia sup ca. numquam, alia inf. ca. nō regenerabantur.

c ¶ Mortis.]idest, peccati, uel morti subiecta.

d ¶ Qui de baptizato.]argu. filium apostatæ baptizandū esse inuito patre, dum puer est argu. sup. ea. plerique. in si 26. q. 1. Iudæorum.

e ¶ Renasci.] arg con tra. ff. de uer. signi. uerbum reddendi.

f ¶ Qui ab eo.] ex mundo patre immundus nascitur, filius sicut ex frumento puro nascitur impurum, s. cum palea. 56. dist nasci.

g ¶ Innouatus)per gratiam baptismi.

h ¶ Non de nouitate.)spiritus, quia anima non extat ex anima; sicut caro ex carne per traduce. 32. q 2. Moyses.

i ¶ Vetustatis.] idest carne in qua remanet causa uetustatis, idest peccatum: quodlibet 1.

k ¶ Damnationem.]contractam scilicet in carne propagata ex reliqua uetustate parentum Io.

Filius apostatæ est baptizādus inuito patre.

pater mūdus immundum producet.

1 idest, cōcupiscentia carnis q̄ remanet in carne post baptismum sup. c. ea. dis. c. 2.

Item de peccatorum merit. & remiss. & baptismo paruulorum. lib. 2. c. 25. & 26.

¶Quare sit baptizandus, qui de baptizato nascitur. C. CXXXII.

27 SI baptizata [a] est caro Christi, quæ sine peccato erat propter [b] exemplum imitationis, quanto magis baptizanda est caro mortis [c] propter euitandum iudicium damnationis? Sicut uero in tempore circumcisionis, qui de circumciso nascebatur, fuit circūcidēdus, sic nūc, qui de baptizato [d] nascitur, erit baptizandus. ¶Sacramentum enim baptismi, sacramentum est regenerationis. Quare sicut qui non uixerit, mori non potest, ita qui natus nō fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci [e] potuisse non natum. Et quamuis parenti post conuersionem propria peccata non obsunt, tamen illis obsunt, qui ab eo [f] generantur. Parenti propter hoc ñ obsunt, quia renatus est: illis autem, qui de illo nati sunt, nisi eodem modo renascantur, quæ a parente contracta sunt, oberunt, quia etiam innouatus [g] pater non [h] de nouitate, sed de reliquiis uetustatis [i] carnaliter gignit, & filii ex parentum reliqua uetustate in peccati carne propagati, damnationem [k] sacramento regenerationis euadūt. Cap. 16.

¶ Hoc etiam caput confectum est ex uerbis B. Augustini collectoris tamē arbitratu, & immutatis, & transpositis, & in summam redactis Quod in multis sequentibus capitibus ita fit, ut necessarium omnino sit ad ipsum adire auctorem. Quare pauca emendata sunt, (& ea quidem ex uetustis fere Gratiani exemplaribus) quæ scilicet sensum ualde obscurabant, nec glossa obstabat.

Idem in Enchiridio. c. 52.

¶In baptismate omnia peccata moriuntur. C. CXXXIII. Rom. 6.

VT ostenderet [l] Apostolus, nos mortuos esse peccato; An ignoratis, inquit, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, [m] in morte [n] ipsius baptizati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profecto & paruuli, q baptizantur in Christo, peccato moriuntur, [o] quia in

VT ostenderet.] CASVS. Hic ponit hunc casum, Au ctoritate Apostoli probat Aug. q̄ oēs generaliter adulti & paruuli moriuntur peccatis in baptismo, quia omnes qui baptizantur, in Christo baptizantur, & in morte ipsius: & si pueri & adulti baptizantur, ergo baptizantur morte Christi. Sequens c. patet.

l ¶ Vt ostenderet]probet Auctoritate Apostoli pueros esse baptizandos: nam Apostolus uniuersaliter dixit, quicumque baptizati sumus, &c.

m ¶ In Christo Iesu.]idest, sacramento Christi, uel fide Christi in forma iniuncta uel tradita in Christo. su. ea. proprie uer ad cuius L.

n ¶ Morte.]idest, ad similitudinem eius mortis, quia. cum ipse mortuus fuit, ita nos morimur peccatis.

ADDITIO Scilicet in baptismo. sup. ea. proprie. Arch.

o ¶ Moriuntur.]mors ista ciuilis est arg. C. de episco. & cler. Deo nobis alibi habes de naturali, ut ff. de leg. 1. si quis ita testamento. Mors ei plus.

a ¶ A Paruulo.] ¶ Prohibendus.]. x. qu. 3. nec numerus. b Moriatur.] sup. ca tunc ualere.

Non regenerabantur, CASVS. Hu. sic ponit hunc casum, ostendit Aug. differentiam, inter baptismum Ioannis & baptismum Christi: in illo peccata non dimittebantur, sed tantum homines exterius abluebantur, & assue fiebant ad susceptionem baptismi Christi, In quo peccata dimittuntur. Christus uero; qui nullum habuit peccatum, ex humilitate uoluit baptizari baptismo Ioannis: vt hoc ipso ostēderetur, quod ipse remissione peccatorum nō indigebat. [De eo.] s. spiritu sancto.

morte ipsius baptizātur. Nullo enim excepto dictum est. Quicumque enim baptizati sumus ī Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: & ideo dictum est, ut probaret mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato paruuli renascendo moriuntur, nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet, quod sequitur; Cōsepulti enim sumus illi per baptismum in mortem *& infra.*

Ibidem.

Ibidem.

¶ Baptizatis itaque in morte Christi, in qua non solū maiores, verum etiam paruuli baptizantur ait: Sic uos existimate mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu.

Item eodem, c. 43.

Sent. 4. dist. 4. Iuo p. 17. c. 4.

¶ Sicut nulli baptismus negatur, ita nemo est, qui non peccato moriatur. Cap. CXXXIV.

A Paruulo recens nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus [a] est a baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur [b] in baptismo. Sed paruuli tantum originali, maiores autem etiam omnibus iis moriuntur peccatis, quæ male viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt.

Item in eodem, c. 49.

¶ In baptismo Ioannis non erat peccati remissio. Cap. CXXXV.

† *renascebantur*] or.

† Aug. addit. *a quo & ipse baptizatus est.*

Esa. 40.

Mar. 1.

† *regeneratione nō eguit*] orig.

† *humilitas.*] orig.

Non regenerabantur, † [c] qui baptismo [d] Ioannis baptizabātur, † sed quodā præcursorio [e] illius ministerio, qui dicebat, parate uiā Domini, huic uni, in quo solo renasci poterant, parabantur. [f] Huius enim baptismus est non in aqua tantū, sicut fuit Ioānis, verū ēt in spiritu sancto, vt de illo α spiritu regeneretur quisquis in Chrūm credit, de quo Christus regeneratus regenerationē † [g] nō cognouit, *& infra paulo.* ¶ In aqua baptizari uoluit a Ioāne, non ut eius iniquitas vlla dilueretur, sed ut magna cōmēdaretur humanitas. [h] † Ita q̄ppe nihil in eo baptismus habuit, q̄ ablueret: sicut mors nihil q̄ puniret, inuenit.

α ¶ Vt de illo spiritu] *Restitutus est ex B. Augustino, hic locus, in quo glossæ non impediebat.*] *Antea legebatur.* Vt de illo regeneraretur. si quis in Christum crediderit, de illo Christus regeneratur, qui regenerationem, &c.

Idem de baptismo paruulorum, siue de peccat. mer. l. 1. cap. 15. & 19.

¶ Non solum originale, sed etiam actualia peccata remittuntur in baptismate. Cap. CXXXVI.

Regenerante α autem carne tantummodo cōtrahitur peccatum [i] originale. Regenerante autē spiritu non solum originalium, [k] sed etiam uolūtariorum fit remissio peccatorum. Proinde recte potest dici paruulos sine bapatismo de corpore exeūtes in damnatione omnium mitissima [l] futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apostolo,

Rom. 5.

c ¶ Non regenerabantur.) quia non fiebat remissio peccatorum.

d ¶ Baptismo] cuius forma erat in nomine uenturi, ut dicitur in quadam glo Augu. super Ioan. quod baptismus non mundaret ab originali, nisi alias esset circūcisus: dicebatur tamen baptismus pœnitentiæ, quam Ioannes prædicabat dicens, agite pœnitentiam.

e ¶ Præcursorio.] habiles ad suscipiendum verum baptismum.

f ¶ Parabantur.] idest, abluebātur exterius.

g ¶ Regenerationem.] idest, remissionem peccatorū, qua non indiguit.

h ¶ Sed humanitas.] sup. ea. per aquam.

h ¶ Sed humanitas.] idest. benignitas, quā pro nobis fecit.

Regenerante.] CASVS. Dicitur hic quod originale peccatum carne contrahitur, sed in baptismo tam ipsum quam actuale peccatum deletur. Paruulus uero, qui moritur sine baptismo, in æternum damnabitur, sed pœnam mitissimam patietur.

i ¶ Peccatum.] idest, causa originalis peccati.

K ¶ Originalium.) no. q̄ licet baptismus ad delendum originale peccatum fuit institutus: delet tamen etiam actualia cum originali, unde est argu. ad purgationem de qua sup dist. 2. ego Berengarius.

Baptismus delet actualia cum originali.

l ¶ Mitissima.] respectu aliarum pœnarum: & erit hæc pœna, quia erunt in tenebris. inf. ea nulla & carebunt uisione Dei. extra de bapt. c. 3. sed tamen dicit Augu. q̄ mallet sic esse quam non

Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, &c.

α ¶ Regenerante autem.] *Declarans B. Aug. cur ab Apostolo dictum sit,* Sic & gratia regnet per iustitiam in uitã æternam per Iesum Christum dominũ nostrum, *hæc afferebat,* Quia generante carne illud tantummodo trahitur, quod est originale peccatum. Regenerante autem spiritu non solum originalis, sed etiam uoluntariorum fit remissio peccatorum.

Idem in eodem, c. 16.

¶Quicumque ex concupiscentia nascitur, per baptismum regeneratur. Cap. CXXXVII.

QVisquis ex concupiscentia carnis, & lege peccati & mortis [a] carnaliter generatur, regenerari spiritualiter opus habet, ut nõ solum ad regnum Dei perducatur, uerumetiam a peccati damnatione liberetur. Sicut enim per primum hominem in peccato, & morte nascuntur, sic etiam per Christum in iustitia, & uita æterna in baptismo renascuntur.

Idem in eodem libro, c. 19.

¶Offerentium fides paruulos facit fideles. Cap. CXXXVIII.

PAruuli, fideles [b] recte uocantur[1]: quia fidem per uerba gestantium quodammodo profitentur, & per eorundem uerba diabolo, & mundo abrenũciant. Et hoc fit vi sacramenti, & diuinæ gratiæ, quam dominus donauit ecclesiæ. Paruulus autem, qui baptizatur, si ad annos rationales ueniens non crediderit, nec ab illicitis abstinuerit, nihil ei prodest, [c] quod paruulus accepit.

Item Aug. in eodem lib. 1. de meritis, & remissione peccatorum, c. 25. & 19.

De eodem. Cap. CXXXIX.

MAter ecclesia os maternum [d] paruulis præstat, ut sacris mysteriis imbuantur; quia nõdum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio cõfiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos quisquam fidelium infideles appellare cunctatur, quod a credendo [e] utique nomẽ est, [f] quamuis hoc non ipsi, sed alii pro eis inter sacramẽta responderint. Si autem propterea recte fideles uocantur, quoniam fidem per uerba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam non prius pœnitentes [g] habeantur, cum per eorundem verba gestãtium, diabolo, & huic sæculo renunciare monstrantur?

Idem in tract. 121. ad c. 20. Ioannis.

¶Charitas ecclesiæ peccata dimittit, uel tenet. Cap. CXL.

ECclesiæ [h] charitas, quæ per spiritum sanctum [i] diffun

non esse. Arg. contra sup. ea. firmissime, & sup. de pœ. d. ult. c. ult.

QVisquis] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ quicumque de carne nascitur, duabus de causis oportet ut baptizetur. s. ut liberetur a peccato, & æternaliter saluetur: quia sicut per Adam mors intrauit, ita salus per Christum.

a ¶ Mortis] de pœ. d. 1. si peccatum.

PAruuli.] CASVS. Quærebatur quare paruulus dicatur fidelis, & respõdetur ꝙ baptismus facit eũ fidelem, sed cum ad annos discretionis peruenerit, si non crediderit, nec a peccatis abstinuerit, baptismus nihil ei ꝓdest.

b ¶ Fideles] sup. e. nihil, &c. sequenti, contra. sed hic dr̃ de fide offerentium, ibi de fide oblatorũ, quorum adhuc nulla potest esse fides, & quod dicit, quodammodo, soluit contrarium.

c ¶ Nihil ei prodest.] quo ad uitam æternam. 1 de pœ. di. 3. si quis autem charitatã non habens.

MAter.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ ecclesia paruulos baptizat qui nondum possunt credere, uel cõfiteri, & tamen fideles vocantur, & pœnitentes: quia alii rñdent pro eis, & profitẽtur, & pro eis diabolo & huic seculo abrenunciant. Seq. tria c. plana sunt.

d ¶ Os maternum.] eorum, s. qui pro eis respondent.

e ¶ A credendo] .i. quia credunt.

f ¶ Nomen est.] .s. hoc nomen fidelis. credere enim est fidem habere. sup. ea. nihil.

g ¶ Etiã non prius pœnitentes] nõ ꝙ agant pœnitentiam, 2 cum nullam habeant discretionem. sed habent pœnitudinem, idest, suscipiunt eam & faciunt, & dicunt per uerba gestãtium qualia pœnitẽtes. Io. de Fant.

h ECclesiæ.] idest, peccata dimittuntur eis, qui participes sunt ecclesiæ per charitatem ecclesiæ, idest, qua subsistit ecclesia.

i ¶ Per spiritum sanctum] .i. quæ vnitur per spiritum sanctum. fideles. n. sunt in ecclesia, & ea in ipsis. 7. q. 1. scire. ecclesiæ charitas tenet, peccata. 1. ipsa ecclesia vel ecclesiæ unitas, i. eis qui in unitate non sunt, tenẽtur peccata. 1. non dimittuntur, vt sup. 2. q. 1. multi. sup. 32. q. 7. quemadmodum, sup. de pæ. dist. 3. sane cauendum.

1 Subaudi imo nocet, argu. 12. q. 1. sancimus, in fi.

2 Imo ex hac littera cõsueuit elici arg. ꝙ quis tenetur confiteri de originali de peccato, alias. n. non haberet locũ in paruulo. Arch.

Fideles sunt in ecclesia & ipsa in ipsis.

Sententia potius quam uerba.

Summa uerborum B. Aug. inf. dixi. uerba. ipsa.

Rom. 10.

sup. c. proximo.

Glo. ord. ibi et Aug. ad uer. [quorũ remiseritis] & Beda ibid. Sent. 4. d. 18.

a ¶ Peccata.) idem est, quod alibi dicitur. Sicut peccata remiseritis, remissa erunt. & cui retinueritis, retenta erunt, & alibi. Spiritus sanctus aut per se ipsum remissionem facit aut per columbæ membra sup. ea. c. quomodo sic itaque intelligimus, quod hic dicitur.

b ¶ Te-

ADDITIO. Sub. & est ratio. ff. de pac. do. conuenire. Archid.

e ¶ Et ad iuuando.) not. processum, habes primo, q̃d dimittit peccata quæ facta sunt. Secundo confert gratiam ne fiant. Tertio perducit ad illam uitam, ubi omnino fieri non poterunt a bonis, quia tunc con firmati peccare non poterunt. inf. disti. 5. c. 1.

ditur in cordibus eorum, qui participes sunt, peccata [a] dimittit: eorum, qui non sunt, tenet. b

Beda in c. 31. Ioannis, & glo s. ibid. Io. 1. Sent. 4. dist. 18.

Idem de peccatorum meritis, & remissis, l. 1. c. 25.

¶Solus Christus peccata dimittit. C. CXLI.

NEmo tollit peccata, nisi solus [c] Christus, q. est agnus tollens peccata mundi. *& infra.* ¶Tollit autem & dimittendo, quæ facta sunt [d] (vbi & originale continetur,) & adiuuando [e] ne fiant, & perducendo ad uitam, ubi fieri omnino non possunt.

Idem ibidem, &c. 25.

¶Præter baptisma Christi paruulis nulla salus promittitur. C. CXLII.

Summa uerborum.

NVlla præter baptismum Christi salus promittitur infantibus, quia infantes, si per sacramẽtum, quod ad hoc est diuinitus institutum, in c̃redentium numerum nõ transeantur, profecto in tenebris manent. [f]

¶Baptizati Christo incorporantur, & eius membra fiunt. C. CXLIII.

Per epitomam.

AD hoc baptismus ualet, ut ibi baptizati [g] Christo incorporentur, & membra eius habeantur, & consepeliãtur, & oblati per sacramentum, charitatemq. fidelium reconcilientur Deo, ut in illo uiui, salui, liberati, redempti, illuminati fiant.

Idem ibidem, c. 27.

C. CXLIIII.

QVis autem nesciat, credere esse infantibus baptizari, non credere autem, non baptizari.

Idem de gratia, & libero arbitrio ad Valentinum, c. 14.

¶Gratia non solum peccata dimittit, sed etiam legem implere facit. C. CXLV.

GRatia, quæ per Christum datur, non solum peccatorum remissionem facit, sed etiam, ut lex [h] impleatur ut natura liberetur, ne peccatum dominetur, spiritus ẽt gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita [i] Deo conceditur ut homini petenti & alia concedantur. Nam fides non est liberi arbitrii tantum, sed donum Dei.

Ephes. 3.

Idem de baptismo paruulorum, siue de peccat. mer. & remiss. lib. 2. c. 7.

¶Vetus infirmitas in baptismo non penitus absumitur, sed uires amittit. C. CXLVI.

NOn ex quo quisque baptizatur, omnis uetus in-

f NVlla.) ¶ Manent] idest, carent uisione Dei, & hæc est pœna & ignis afflictionis, d̃ quo habes sup. c. firmissime.

AD hoc.] CASVS. Quæritur ad q̃d vaaleat baptismus? & respondetur, ad hoc vt homines fiãt membra Christi & salui. Infantibus autẽ credere, est beptizari. nõ credere, non baptizari.

g ¶Vt baptizati.] su. ea nihil.

GRatia.] CASVS. Dicitur q̃ Christi gratia remittit peccata, confert ut fiant eius mandata, & mala uitentur, confert fidem, quæ non prouenit ex libertate arbitrii, sed est donũ Dei.

h ¶Vt lex.) mandatorum Dei.

ADDITIO. Quæ adimpleri non potest sine gratia. inf. ea. placuit Arch.

i ¶ Non petita.] idest non merẽti. nam primam gratiam quis mereri nõ potest. inf. ea. placuit, ut quicunque. ar. contra 8. dist. cõsuetudo. sed ibi dicitur merui, idest, obtinui.

NOn ex quo.] Hæc est 28. pars disti. in qua dicitur, quod licet in baptismo omnia peccata dimittantur, tñ originalia tolluntur in baptismo reatu, & remanent actu, sed in peccato actuali fit econtra. Io. de Fant.

CASVS. Hugo sic ponit hunc casum. Licet omne peccatum actuale dimittatur in

b ¶Tenet.] idest, non dimittit peccata 24. quæst. 1. quicumque.

c ¶ NEmo.) Solus] sup. 1. q. 1 ut euidenter.

d ¶Quæ facta sunt.) non autẽ dimittit futura quia tractus futuri tẽporis, & c. ff. de usur. l. 1. §. 1. nec de futura iniuria pacisci possumus, ff. de pactis, si unus, §. pacta,

Pactũ super futura iniuria nõ ualet.

baptismo, tamen originale peccatum non ita dimittitur vt non sit, remanet in homine sopitum & debilitatum, nisi excitetur & reuocetur in proprium dominium consentiendo prauis moribus ex eo surgentibus. & ita licet homo renouetur in baptismo, tamen non ex toto debetur originale, & quantumcũque renouatio crescat, tamen nunquã in hac uita erit plena & p̃fecta renouatio in homi-

mine, cum in eo adhuc sit peccatum, ex quo caro pugnat aduersus spiritum, & quod hominem sæpr stimulat & peccare compellit, ad ultimum ostendit differẽtiã inter actualia & originalia peccata. Ego autem B. Hoc addo, quia originale peccatũ remanet actu. sed reatu tollit ĩ baptismo. Actuale uero transit actu, sed remanet reatu, nisi a Deo fuerit remissum. Iste casus bene ponitur in apparatu.

h ¶ Reuiuiscat.] Ergo reuiuiscit quod erat peremptum sic propter culpam reuiuiscit actio, ut 12. q. 2. liberti. ca. quærit, ante medium.

i ¶ Ab hac autem) ordo litteræ. Vita spiritus, in cuius nouitate baptizati renascuntur a Deo, discernitur ab hac

Actio propter culpam reuiuiscit. Ordo litteræ.

firmitas in eo absumitur.[a] Sed renouatio incipit a remissione omnium peccatorum, & intelligẽtia, & operatione spiritualiũ. Cætera[b] uero in spe facta sunt, donec etiam in re fiant, quod erit in resurrectione. Nam in baptismo, quamuis plena fiat remissio peccatorum, nondum tamẽ plena est nouitas, & perfecta mutatio, quia adhuc remanet corruptio[c] nõ solum in corpore, sed etiam in animo, qui est homo interior; in quo si perfecta esset nouitas, nõ diceret Apostolus, quod renouatur de die in diem. *Item eodem libro, c. 27.* Hoc meminisse debemus tantummodo omnium peccatorum[d] plenam,[e] perfectamque remissionem baptismo fieri; hominem uero non totum commutari cõtinuo, sed in bene proficientib. de die in diem nouitate crescente commutari quod uetustum & carnale est, donec ita renouetur, ut animalis infirmitas corporis ad firmitatem spiritalem incorrumptãque perueniat.[f] *&c. 28.* Hæc autem lex peccati, de qua dicit Apostolus, [Non regnet peccatum in uestro mortali corpore.) non sic manet in membris eorum, qui renati sunt, tamquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena, & perfecta fit remissio peccatorum, omnibus inimicis interfectis, quibus separabamur a Deo, sed manet in uetustate[g] carnis tamquam superatum, & peremptum, si non illicitus consensionibus quodammodo reuiuiscat,[h] & in regnum proprium, dominationemque reuocetur. Ab hac autem[i] uetustate carnis (in qua est lex ista peccati, uel peccatum iã remissum) usq; adeo spũs uita discernitur, in cuius nouitate baptizati per Dei gratiã renascuntur, ut tales etiam in præsenti non solum non in peccato, sed etiam nec in carne esse dicantur, cuius desideria non sequuntur, sed in spiritu. Ipsa uero carne corruptibili bene utitur,[k] qui membra eius ad bene operandum conuertit, non secundum desideria carnis uiuens lege peccati, quod licet iam remissum est, in uetustate tamen carnis manet, qua bene utuntur fideles coniugati, qui ex eo, quod sunt in Christi nouitate, dominari sibi libidinem non patiuntur: ex eo autem quod adhuc trahunt Adæ uetustatem, regenerandos[l] immortaliter filios, mortaliter[m] generant cum ea propagine[n] peccati, qua renati obnoxii non tenentur, & qui nascuntur, renascendo soluuntur. *Item paulo inferius.* ¶ Sicut[o] facta & dicta,

2. Cor. 4.

Rom. 6.

Peccatũ originale quando contrahitur.

¶ Non ex quo.] CASVS. Licet omne peccatum actuale & originale dimittatur in baptismo, tñ originale nõ ita dimittitur, ne sit, sed remanet in homine debilitatum & sopitum, nisi post excitetur & reuocetur in proprium dominium, consentiendo prauis moribus ex eo surgentibus. Secũdo dicit, qđ renouatur homo in baptismo. & ad hoc inducit auctoritatem Apostoli, & quantum cũque crescat illa renouatio, nunquam tamen in hac uita perfecta erit, cum adhuc peccatum sit in homine, quod semper pugnat aduersus spiritũ. Tertio ponit q̃dam differentiam inter actuale & originale, originale enim transit reatu, sed non actu. Actuale transit actu, sed remanet reatu. Io. de Fant.

a ¶ Absumitur.] idest, consumitur. Inde solet quæri quando peccatum originale contrahitur. Et dic ꝙ in ipsa infusione animæ, quia tũc tres uires animæ principales debilitantur. De hoc sup. ead. quæris.

b ¶ Cætera.] scilicet quæ spectant ad perfectionẽ, ut fiat plena nouitas, & animalis consumatur infirmitas, ut inf. sequitur.

c ¶ Corruptio] qualitas quo ad corpus corruptio, peccatum quo ad animam, ergo bis propter æquiuocationem proferatur corruptio secundum Bart. et I.

d ¶ Omnium peccatorum.] peccatorum quidem omnium actualium.

e ¶ Plenam.] quia quo ad omnem pęnam originalis peccati, quo ad reatum mortis æternæ, & reliquitur utique originale ad pugnam dum fuerimus in uia, sed debilitatum & sopitum, idest, ad mortem æternam nõ imputabile sup. ea per baptismum.

f ¶ Perueniat.] quod erit in alia uita, non in ista.

g ¶ Vetustate, quadam.] hac uetustate carnis & peccati, &c.

K ¶ Bene utitur.) scilicet uetustate carnis. sup 32. q. 1. nõ enim in sola.

l ¶ Regenerandos.] per baptismum.

m ¶ Mortaliter.) idest. cum mortali peccato.

n ¶ Propagine.] idest, corruptione carnis a primis parentibus traducta uel propagata, ex qua originale peccatum innascitur animæ.

o ¶ Sicut] hic notatur differentia inter actuale & originale peccatum, quia illa transeunt actu, & remanent reatu, donec per baptismum uel per pænitentiam ex to-

toto deleantur. originalia vero in baptismo remanent actu, sed transeunt reatu. remanent enim quædam pœnalitates cum quib. homo pugnat, i quasi dicat, sicut omnes prauæ cogitationes, & operationes transeunt actu, & remanēt reatu, sic originalis culpa reatu soluitur,

vtrum omnes Apostoli fuerint baptizati. Ioan. CASVS. Quia Christus cum in Iudæa morabatur, per discipulos suos baptizabat, credendū est, ꝙ fuerunt baptizati baptismo Ioannis, vel (quod melius est) Christi. Itē per hoc, ꝙ Dñs dixit Petro: Qui lotus est, & c. credendum est Petrum fuisse baptizatum.

Peccata actualia, & originalia differunt.

i Et sup. ca. per baptismum. & uideas, qđ no. extra de bap. maiores ibi eino vide.

& cogitata iniqua animæ β & corpori pertinent,[a] licet autē quantum ad motus iam præterierunt, & non sunt, eis tamen præteritis reatus eorum manet, nisi peccatū per remissionem soluatur: sic contra in hac non iā præterita, sed adhuc manente lege concupiscentiæ reatus eius soluitur:[b] & non erit, cum sit in baptismo plena remissio peccatorum.

¶ *Quod de multis capitibus iam significatum est, ex locis B. Augustini esse confecta, sed aliter dispositis, & in summam collectis, id in hoc potissimum capite apparet, in quo tamen non pauca sunt, & emendata, & addita.*

α ¶ A remissione,] *Antea legebatur*, ad remissionem, & c. *Emendatum est ex plerisque uetustis exemplaribus, & originali.*

β ¶ Animæ, & corpori.] *In originali est*. quantum ad ipsos motus animi, & corporis pertinet, iam præterierunt, & non sunt; eis tamen præteritis, & nō iam existentibus, reatus eorum manet, & c. *Sed ob glossam non est emendatum*

Item in epistola 108. ad Selucianam.

¶ Discipuli Christi eius baptismate creduntur abluti. Cap. CXLVII.

Iuo p. 1. c. 309. Pan. l. 1. c. 104.

Ioan. 13.

29 QVando ab Hierosolymis exijt Iesus cum discipulis suis in Iudæā terram, & illic morabatur cū eis: baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos[c] suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis (sicut nōnulli arbitrantur,) siue (quod magis[d] credibile est) baptismo Christi. *Item ibidem.*

Ioan. 13.

¶ Respondit Dominus Petro: (Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet:[e] sed est mundus totus.) Vbi intelligitur, quod iam Petrus baptizatus fuerat.

Item ad Vincentium, & Victorem. lib. 3. de anima, & eius origine, c 9.

¶ Apostoli omnes, Christi baptismate baptizari creduntur. Cap. CXLVIII.

Iuo p. 1. c. 310. Pann. l. 1. c. 105.

Act. 9. Per epitomam.

Ioan. 13.

SI eos, de quibus non scriptum est, utrum fuerint baptizati sine baptismo, de hac uita recessisse contendimus,[f] ipsis calumniamur Apostolis: qui præter apostolum Paulum, quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quando beato Petro Apostolo Dominus ait, (Qui lotus[g] est, non indiget, nisi ut pedes[h] lauet.)

Idem lib. 4. de baptismo, contra Donatistas, c. 21.

¶ Catechumenus catholicus hæretico baptizato præfertur. Cap. CXLIX.

30 NOn dubito, catechumenum catholicum diuina

c ¶ Discipulos] arg. ꝙ aliud est facere per se quàm per alium, ut 2. q. 7. accusatio. ff. de sol. inter artifices, C. de cadu. tol. l. una. §. fin autem. arg. contra extra de sen. excom. mulieres. ff. de admi. tut. ita autem. § gessisse.

d ¶ Magis.] hoc, magis, correctiue legas.

e ¶ Pedes lauet.] idest, affectum mentis purget, q d. licet homo abstinere possit a mortalibus, tamen puluere terrenæ habitationis inuoluitur, idest, venialibus, vnde pœnitentia magis * quam baptismus est necessaria.

Abstinere a venia lib. difficillimū est

* Idest, sæpius necessaria: absolutè enim necessarius est baptismus.

SI eos.] CASVS. Quidā non credebāt aliquem baptizatum, nisi hoc scriptū inuenirēt, cōtra quos hic dicitur, ꝙ ipsi uidentur Apostolis calūniari, de quibus nescimus quando fuerunt baptizati, præterquā de Paulo: tamen eos credimus fuisse baptizatos, quia Petro dictum est a Domino. Qui lotus est, & c.

f ¶ Contendimus.] not. qđ si dubitatur de baptismo uiuētis, habetur pro non baptizato, & baptizatur sup. c. cum itaque. ubi autem dubitatur de baptismo mortui, præsumendum est eum esse baptizatum, extra de presby. non bapti. cap. 1. & argum. hic.

g ¶ Qui lotus.] idest, purgatus a mortalibus.

h ¶ Nisi, ut pedes.] .i. sordes uenialium, vel target consuetudinē alicuius loci, quæ reprobatur. 1. q. 1. emendari.

tur, actu vero ad agonē relinquit. de pę. d. 1. si peccatū.

a ¶ Pertinent.] quantum ad ea, quæ eius ministerio geruntur.

b ¶ Soluitur.] & ita uidetur, ꝙ accidentale est ei omne peccatum.

QVando ab.] Hæc est 2. pars d. in qua quæritur,

NOn dubito.] Hæc est 30. pars dist in qua loquitur de catechumenis, & de credentibus. Item de illis, qui hodie spectant ad uetus, & nouum testamentum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ catechumenus, qui fidem habet, præponitur hæretico baptizato, & malo catho-

haritate flagrantem hæretico baptizato anteponere, [a] sed etiam in ipsa intus catholica, bonum catechumenum malo baptizato anteponimus. Nec ideo tamen sacramento baptismi, quo iste nondum, ille iam imbutus est, facimus iniuriam. *& paulo post.* ¶ Melior enim Cēturio [b] Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iste enim & ante baptismum sancto spiritu repletus est: ille & post baptismum immundo spiritu inflatus est. Veruntamen Cornelius, [c] si etiam spiritu sancto iam accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret. *& infra.* ¶ Sicut autem bono catecumeno baptismus deest ad capessendum [d] regnum cælorum, sic malo baptizato uera conuersio. Qui enim dixit, [nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum,] ipse etiam dixit, [Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnum cęlorum.]

Act. 10.
Ioan. 3.
Matt. 5.

Item in libro sententiarum Prosperi. †

¶ Non tam ablutione corporis, quàm fide cordis baptisma constat. Cap. CL.

† Lanfran in l. de sacram. & sententia, apud B. Aug. trac 80. ad c. 15 Ioannis. Alger. l. 3. c. 6. Iuo p. 2. c 9. Pan. l. 1. c. 110.

VErus baptismus constat non tam ablutione corporis quam fide cordis: quemadmodum Apostoli ca doctrina tradidit dicens: [Fide mundans corda eorū,] & alibi: [e] [saluos facit baptisma, non carnis deposi tio [f] sordiū, sed cōsciētiæ [g] bonæ interrogatio in Deū]

Item Augustinus lib. 1. de baptismo, c. 15.

¶ Sicut in ueteri testamento quidam spirituales, ita in nouo quidam carnales inueniuntur. C. CLI.

SIcut [h] in sacramentis veteris testamenti uiuebant quidam spirituales, ad nouum scilicet testamentū, [i] quod tunc occultabatur, occulte pertinentes, sicut & nunc in sacramentis † noui testamenti, quod iam reuelatum est plerique uiuunt animales: qui proficere si nolunt ad percipienda, quæ sunt spiritus Dei, quo eos hortatur sermo Apostolicus, [k] ad uetus [l] testamentū pertinebunt. Si autem proficiunt, & antequam capiant baptismum, † ipso profectu, & accessu ad nouum pertinent: & si priusquam spirituales [m] fiant, ex hac uita rapiantur, custoditi per sacramenti [n] sanctitatem in terra uiuentium computantur, vbi est spes nostra, & portio Dn̄s. Nec inuenio, quid uerius intelligatur in eo, qđ scriptum est: (Imperfectū meū uiderunt oculi tui:) qn̄ quidē sequitur (& in libro tuo oēs scribētur.) *Itē li. 3. c. 14.*

† al. sacramento.
1. Cor. 2.
† abest ab or.
Psal. 141.
Psal. 138.

catholico baptizato: nec propter hoc iniuriam facimus sacramento baptismi. qđ probatur ex exemplo Centurionis, qui ante baptismum fuit bonus: sed Simon magus post baptismum fuit malus, & sicut bono cathecumeno baptismus est necessarius, sic uera cōfessio malo catholico est necessaria, qđ probatur auctoritate Dn̄i Centurio, l Cornelius. Sequens c. patet.

a ¶ Anteponere.] su. c. catechumenum cōtra. sed hic loquitur de eo, qui habet desiderium baptizandi, ibi non extra eo. maiores. §. fi.

b ¶ Centurio.] 26. di. deinde sup. c. baptismi vicem.

c ¶ Cornelius.] sup. 2. q. 7. non omnes. 1

1 Et 26 dis. deinde sup. c. baptismi. Arch.

d ¶ Capessendum.] .i. cōtemnit accipere baptismu, cū possit.

e VErus.] ¶ Alibi] scilicet in epistola Petri. 2. & est hoc uerbum Augustini: quod sequitur, est Petri.

2 Cap. 3.

f ¶ Depositio.] idest, exterior ablutio.

g ¶ Sed cōscientiæ] non enim sufficit baptizando habere bonam conscientiā, nisi ad interrogationem ecclesiæ suam fidem ostendat. 86 d. non satis. in prin. Io.

SIcut in sacramentis.] CASVS. H. sic ponit hunc casum licet totum c. possit legi de baptizatis: melius tamen vsque ibi, [nō interest.] loquit̄ de adultis non baptizatis. exinde de baptizatis. In prima parte dicitur, quod sicut in ueteri testā erant quidam boni, sic & in nouo sunt quidā mali, qui si incipiunt bene operari dimissis malis, & uelint baptizari, vel perfecti esse, si ante decedant quā hoc cōsequi possint, saluabuntur. In secunda parte ostendit, ꝙ qualicumque fide qs suscipiat baptismum, quantum ad integritatem uerum accipiat baptismum: sed non quantum ad salutem, nisi bona fide accipiat. si ille qui ficte, & mala fide accipit baptisma, postea emendatur, non ideo reiteratur baptismus. Credo quod H. hūc casum posuit, qa a Bene positum nō inuenitur.

h ¶ Sicut in sacramentis.] prima pars intelligitur de adultis non baptizatis, vsq ad illud, non interest, & c. & dr̄ in c. sicut in ueteri testamento fuerunt quidam boni, ita in nouo sunt quidā mali: qui si incipiunt bonū operari dimissis malis, & velint baptizari, uel perfecti esse, si ante decedant quàm hoc consequantur, saluabuntur. In secunda parte dr̄, quod qualicumque fide quis accipiat baptismum, uerum recipit sacramentum, sed non eius salutem, si ficte accedat. In tertia parte dicitur, quod si ficte prius pœniteant, non sunt rebaptizandi.

i ¶ Testamentum] idest, ad gratiam, quæ data est in nouo testamento. 3

3 Vel ad beatitudinē æternā. Arc.

K ¶ Apostolicus.] scilicet Iudæ Apostoli ibi, quæ sursum sunt sapite.

l ¶ Ad vetus testamentum.] idest, ad duritiam ueteris testamenti.

m ¶ Spirituales.] per baptismum, cū nō stat per eos. 4

4 ad hoc ar. C. quiper. uto. pos. cum à matribus.

n ¶ Per sacramenti.] idest, quæ solet dari, & conferri in sacramento.

a ¶ Interrogari.] super articulis fidei, & aliis ad salutem animæ pertinentibus.
b ¶ Opinionum.] quia quot homines, tot opiniones, arg. ff. de arbit. non cogendum §. principaliter. & §. itē si unus, argum. 12. q. 1. c. 1. & quælibet prouincia in suo sensu, & c. 76. distinct. utinam.

PLacuit.] Hæc est 31. pars dist. in qua ponit quasdam incidentes quæstiones. Ioan.

CASVS. In Mileuitano concilio condemnabatur quædam hæresis, quæ dicebat, Adam mortalem factum necessitate naturæ, & non peccati merito: vnde siue peccasset, siue non peccasset, tamē mortuus fuisset.

¶Nō interest cum de sacramēti integritate, & sanctitate tractat, qd credat, & quali fide imbutus sit ille, q accipit sacramentū. Interest quidem plurimum ad salutis uiam, sed ad sacramenti quæstionem nihil interest. *Item infra.*

¶Manifestum est fieri posse, ut fide non integra integrū in quoquam maneat sacramentum baptismi. *Item c. 15.*

¶Si possent singuli diligenter interrogari, [a] tot diuersitates opinionum [b] fortassis inuenirentur, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Nunquid tamen ideo non integrum sacramentum accipiunt? aut nunquid ideo si profecerint, & opinionem carnalium uanitatum emendauerint, denuo, quod acceperant, repetendum est? Accipit quisque secundum fidem suam, sed quantum capit, gubernante illa misericordia Dei, de qua præsumens idem Apostolus dicit: Si quid aliter sapitis; id quoque uobis Deus reuelabit.

1. Cor. 2.

Philip. 3.

Et in Afr. c. 76.

Item ex concilio Mileuitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus† Romanæ ecclesiæ legatus contra Pelagianos, c. 1.

†Videtur mundum in hoc nomine.

In lib. de eccl. dogmat. c. 24.

¶Non naturæ necessitate, sed merito peccati Adam moriturus erat. C. CLII.

3 PLacuit igitur omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc, quæ in præsenti concilio diffinita sunt: Vt quicunque dicit Adam primum hominem, mortalem [c] factum, ita ut siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, [d] anathema sit.

Item eiusdem concilij, c. 2.

Et in Afr. c. 27 & in lib. de eccl. dogm. c. 24.

¶Paruuli non solum pœnam, sed etiam culpam a parentibus trahunt. C. CLIII.

PLacuit, [e] vt quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionē quidem peccatorum eos α baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur (unde [f] fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non uera, †sed falsa [g] intelligatur,) anathema sit, quoniam non aliter intelligēdum est, quod ait Apostolus, per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionē ueraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mūdetur quod generatione traxerunt.

Burc. l. 4. c. 34.
Iuo p. 1. ca. 228.

† *al. uere, sed falsæ.*

Rom. 5.

α ¶Eos baptizari.] *Sic est emendatum ex aliquot uetustis, & ipsis originalibus: Nam antea legebatur*, non baptizari.

Item eiusdem, c. 3.

In Afr. c. 78. de eccl. dogm. c. 28.
Cęp. epi. 1. c. 10.

c ¶ Mortalem.] idest moriendi necessitati subiectum 1 secundū quod dicit factū erat enim immortalis, idest, potens nō mori, non autem nō potēs mori. & ita fuit mortalis, & immortalis. Solet qri quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud cōtrahatur tantum ex carnis corruptione Sol. dicūt quidā, ꝙ ideo quia anima delectatur ipsi carni, & ideo ei imputatur. Alia ratio est, & melior, ut scilicet ibi quædam digna retributio notetur, quia anima primi hominis prius peccauit, & ita corrupit ipsā carnem, unde & modo corruptio carnis corrumpit animas.

1 Quod non fuit ante peccatum.
Adam erat immortalis.

d ¶ Naturæ.] videtur contra, qa dicit Aug. si Adam non peccasset, senio defecisset. Sed dic, senio defecisset, idest, ī seniū, q. d. non peruenisset ad senium, quia semper fuisset in iuuentute.

Adam si nō peccasset, qa semper iuuenis fuisset,

PLacuit.] CASVS. Quidam dicebāt qd paruuli ex parentibus peccatum non contrahunt, & ideo non sunt baptizādi, & si baptizentur, nō fit in eis uera remissio peccatorū. Hæc hæresis dānatur auctoritate Apostoli, & constitutione ecclesię Sequens c. planum est.

e ¶ Placuit.] CASVS. Excōmunicātur quidam hæretici, qui dicebant paruulos non esse baptizādos, quia nihil peccati contraxerunt ab Adā, quod in baptismo esset delendum. nam quod male dicāt, probatur auctoritate Apostoli.

f ¶ Vnde fit.] idest, ex hoc sequitur.

g ¶ Sed falsa] idest, sine effectu.

a Placuit [¶Ad adiutorium.] supra ea gratia. ADDITIO. In primo statu in quo fuit Adam potuit homo mori, & potuit non mori: hic in secundo statu potest mori, sed non potest non mori: quia est mortalitas, iā est necessitas. In tertio, scilicet in patria non potest mori, & non potest mori.

d ¶ Omnes.] hic secundum quosdam incipit 5. distin. sed competentius (vt quidam dicuut) incipit ab illo c. conuenit inf. ea. Nam abinde agit de officiis ecclesiasticis & ieiuniis.

e ¶ Post baptismum.] vnde hostia prius lauabatur in litto-

b Quisqs dixerit.] CASVS. Est igitur casus illius c. talis. Excommunicā tur hic quidam hęretici, qui dicebant ꝙ gratia Dei nō iuuat nos ad vitationē peccati, nisi quātum ad hoc, quod dat nobis cognitionē boni, & mali. nō autē iuuat nos, vt p eam faciamus, bonū vel malū.

b ¶ Quisquis.] quidā volentes vitare correctionem præcedētis ca incidunt in aliud malum, & ideo reprehenduntur.

Placuit] Hæc est 32. pars dist. in qua dicitur, ꝙ sine gratia nullus saluatur, quæ etiam adiuuat ad non peccandum. Io. de Fant.

c ¶ Gratiā] ad quid ergo valet liberū arbitriū, cū per illud nō possit saluari? Nā primam gratiam nō potest quis promereri, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor; Sed dic qđ per liberum arbitriū homo habilem se potest reddere, vt ei Dominus gratiā infundat.

Arbitrium liberum ad ꝙ valeat.

Omnes.] Hæc dist. diuiditur in 13. partes. In quarum prima agitur de cōfirmatione, de ieiunijs, & de aliis: secūda ibi, [Nunquid] Tertia ibi, [Omni die,] Quarta ibi, [Conuenit] Quinta ibi, [Quadragesima.] Sexta ibi, [Cōtraria] Septima ibi, [Quia] Octaua ibi, [Carnem.] Nona ibi. [In omnibus.] Decima ibi, [Nullus.] Vndecima ibi. [Non oportet.] Duodecima ibi, [Fucare,] Tertia decima ibi, [De spiritu. Ioan. de Fant.

¶Gratia & peccata remittit, & ne reiterentur, adiuuat. C. CLIV.

Placuit, ut quicunque dixerit, gratiam Dei, qua† iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium,[a] ut non committantur, anathema sit.

Burc. l. 20. c. 18. Iuo. p. 17. c. 38.

† al. in qua

Item eiusdem c. 4.

¶Quid sit peccatum, gratia docet, & ut uitetur, facit. C. CLV.

In Afr. c. 79. de dog. c. 29.

Quisquis[b] dixerit, eandem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantū nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid appetere, quid uitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque ualeamus, anathema sit.

Burch. ibidem. Iuo p. 17. c. 39.

In Afric. c. 80.

Item eiusdem, c. 5.

¶Sine gratia diuina mandata impleri non possunt. C. CLVI.

32 Placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam[c] iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etiam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit.

Burch. ibidem Iuo p. 17. c. 30.

Item Vrbanus Papa omnibus christianis. epist. 1. c. 7.

DISTINCTIO V.

¶ Post baptisma, confirmationis sacramentum pręstetur. C. I.

Omnes[d] fideles per manus impositionem episcoporum, spiritumsanctum post baptismum[e] accipere debent, ut pleni †[f] Christiani inueniantur: quia, cum spiritussanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur.

Poly l. 3 tit. 10. Ans. 9. c. 23. Burc. l. 4. c. 66. Iuo p. 1. ca. 260. & 296. Pann. l. 1. c. 115.

† plenè Orig.

Item Melchiades Papa in epist. ad episcopos Hisp. c. 2.

¶Quid conferat spiritussanctus in baptismate, quid in confirmatione. C. II.

Eusebius Emissenus in hom. in die Pentecostes. Poly. l. 3 tit. 10. Ans. l. 9. ca. 31.

Spiritussanctus, q. super aquas baptismi salutifero descendit[g] illapsu, in fonte plenitudinē tribuit ad inno-

* *Immo & ipsa proprie sacramētū est, Conci. Trid. sess. 7. ca. 1. & pos sunt iterari sacramēta illa quæ nō imprimunt characterē. S. Th. p. 3. q. 72. art. 6.*

Cōfirmatio a solis episcopis cōfertur.

d ¶ Omnes.] Expleto tractatu de baptismate, subiungit magister distinctionem istam, in qua tractat de confirmatione, quæ in fronte fit, & merito vltimo loco de hoc sacramento quia vltimum est inter alia sacramenta necessitatis præter vnctionem infirmorum, quæ non ita proprie dicitur sacramentum * maxime secundum opinionem eorum, qui dicunt eam iterari posse, nam sacramenta non iterantur, vt sup. prox. di. ostenditur. prætcrea alia ratione, quia hoc sacramentum tanquam dignius à solis episcopis confertur, vt inf. ead. cap. manus.

littore, & postea offerebatur in holocaustum.

f ¶ Vt pleni.] quia si contemnerent, peccarent mortaliter: hoc de adultis, nam puero sufficit baptismus. supra dist. prox quæris. Ioan de Fant.

Spiritussanctus] CASVS Dicitur in hoc cap. ꝙ peccata remittuntur in baptismo, sed in confirmatione homo recipit augmentum gratiæ, & quamuis baptismus sufficiat ad salutem statim morituris, confirmatio tamen victuris est necessaria vt confirmentur, & corroborentur contra vitia & peccata, ut possint diabolo resistere.

g ¶ Descendit.] conferendo vim regeneratiuam aquis supra di. 8. 4. nunquam. 1.

f Vt sup[...] dixi ... p aqua ... aliud ... uenit ...

a ¶ Ad

a ¶ Ad innocentiam.] vnde, & datur puero vestis candida post baptismũ, ut sup. d. prox. accepisti. & c. venit.
b ¶ Armat.] idest, instituit.
c ¶ Et instruit.] hic habes ad quid valeat confirmatio.
d ¶ Non potest.] in hac enim vita, vel meritum comparamus,

scopi vocantur. 18. dist. si episcopus: sed tamen Papa no die summus Pontifex appellatur. Et dic vsque adeo est accommodatum, ꝙ non nisi a maioribus, &c. Et est hic argumentum aliquid dici maius ratione ipsius conferentis. arg. contra sup. distin. 2. nihil in sacrificio. de quo ibi notatur.

centiam; [a] in confirmatione augmẽtum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætatæ victuris inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, † post baptismum roboramur. Et quamuis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace a beati sæculi recipiendos; cõfirmatio autem armat, [b] & instruit [c] ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismũ cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortẽ, cõfirmatur morte: quia non potest [d] peccare post mortẽ.

† al. alimur.

a ¶ Pace beati.] *Sic est emendatum ex manuscriptis, & originali, et Polycarpo Antea legebatur*, pace baptismi, vel sæculi.

Idem ibidem.

¶ Manus impositionis sacramentum dignius est sacramento baptismi. Cap. III.

Poly. ibidem. Ansl. 4. c. 32. Burc. l. 4. c. 61. Iuo p. 1. c. 255. Pann. l. 1. c. 114.

DE his vero, super quibus rogastis vos informari, idest, vtrum maius esset sacramentum, manus impositio, episcoporum, aut baptismus: scitote vtrumque magnum, esse sacramentũ: & sicut unum a maioribus fit idest, a summis [e] pontificibus, quod a minoribus fieri non potest: ita & maiori ueneratione uenerandum, & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ab inuicem (nisi morte præueniente) nullatenus possint segregari: & vnũ sine altero rite perfici [f] non pt.

Itẽ Eusebius Papa epi. 3. ad episco. Tusciæ, & Cãpaniæ

¶ Non ab alijs, quàm ab episcopis manus impositionis sacramentum perfici potest. Cap. IIII.

Poly. ibidem. Burc. l. 4. c. 63. Iuo p 1. c. 257. & 297. Pann. l. 1. c. 115.

MAnus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quã ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum [g] esse: nec ab alijs, quam ab illis, qui eorum tenent [h] locum, umquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit: irritum [i] habeatur, & uacuum, & inter ecclesiastica numquam reputabitur sacramenta.

Item Rabanus de institutione cleric l. 1. c. 30.

¶ Quare confirmationis sacramentum baptizato tradatur. Cap. V.

NOuissime a summo sacerdote per impositionẽ manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur p

f ¶ Perfici.] i. Christianum facere plenũ, & perfectum, ut supra ead. distin. cap. 1. Ioan. 1.

MAnus quoque] CASVS. dicitur hic, ꝙ tempore Apostolorum soli confirmabant Apostoli. & hodie successores eorũ, idest, episcopi debent confirmare: & si alius confirmauerit, sacramentum non tenebit.

g ¶ Peractum.] contra. 95. d. ca. 2. sol. ibi. Vel hoc non inuenimus de iure communi actum esse: secus ex dispensatione.

h ¶ Tenẽt.] al. ibi monachi dicutur tenere locũ xij. Apostolorũ quo ad renunciationẽ proprietatis. 16. q. 1. ex auctoritate alibi sacerdotes quo ad cõfectionem Eucharistiæ. 11. q. 3. absit.

i ¶ Irritum.] tamen ex demandatione Papæ quilibet conferre potest quod habet. vnde ordinatus ordinẽ quem habet cõferre posset, & confirmatus confirmationẽ sup dist. proxi. nulla ratio. alias non 2. ut sup 1. q. gratia. & q. 7. Daibertũ. Vnde nota, ꝙ cũ collatio sacramẽti competit alicui ratione ordinis, & officij, etiã prohibitus conferre potest, ut 9. q. 1. ordinationes. 1. q. 1. quod quidam. vbi vero, ex adminiculo ordinis, & demandatione, & ut confirmatio in fronte sacerdoti, vel collatio ordinis competit, non epis, ut 95. d peruenit. & 65. d. c. 2. in eo casu prohibitus nihil agit, ut hic in cap. manus.

† Ad idem infe. ut ieiuni. Vel dic. i. meritorie recipi altero contempto. Arch.

Monachi quo ad renũtiationem ꝓprietatis tenent locum Apostol.

pamus, vel culpam. 13. q. 2. tempus.

DE his vero.] CASVS. Quæsitum fuit a Melchiade, an maius sit sacramẽtu confirmationis, q̃ baptismi? Et rñdit, ꝙ utrũq. sacramẽtũ est magnũ: sacramẽtũ tñ cõfirmationis in maiori ueneratione est habẽdũ, qa non pt conferri, vel confici nisi a maiorib. i. episcopis.

e ¶ A summis.] idest, episcopis qui summi dicuntur, quia ultra eos nullus est ordo. nam metropolita ni episcopi vocantur

NOuissime.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ spus sanctus traditur homini ab epo, ut confirmetur ad prædicandum aliis, i. ad donum prædicandi, ꝙ per gratiam in baptismate habuit donatus uitæ æternæ Secundo ostendit quid significet, ꝙ baptizatus inungitur chrismate a presbytero in uertice, & ab episcopo in fronte Sequentia duo c. patent, & supplentur in principio c. seq statuimus, uel præcipimus, ut ieiuni, &c.

a ¶ Ad prædicandum.] Arg. contra. 16 q 1. adijcimus. extra de hære. ad abolendam. sed prædicare dici potest dando de se bonum exemplum alijs.

b ¶ Ad habitationē.] bis enim descendit spūs sanctus super Apostolos, primo qñ insufflauit in eos dicēs. Accipite spiritum sanctum: postea descēdit de cælo super eos in igneis linguis sup. d. 4 proprie, & c. 1.

Spūs sanct. qñ descēdit in Apostolos.

c VT ieiunij.] Statutum est, supple.

1 Scilicet die Pent. su. d. proxi. proprie. Arch.

d ¶ Perfectæ.] perfectam vocat forte xii. annorū, q ñ ꝓmoueri potest ad ordines minores. 77. dist. c. 2. uel xxv. annorum. ff. de minoribus. l. 1.

e ¶ Christianus.] plenus quo ad oīa sacramenta su. ea. omnes.

f ¶ Nisi cōfirmatione. nūquid minorem habebit gloriam paruulus non confirmatus quàm confirmatus? vr̄ ꝙ sic, quia in confirmatione datur augmentū gratiæ. su. e. c. 2. quod concedēdum est si dicat̄, ꝙ paruulo concedatur gratia in baptismo.

g VT epi.] supple, statutum est.

2 Hic uide, ꝙ leg. & no. sup. e. d. 4. nihil. & quod ibi dixi, Ar.

h ¶ Periclitantibus] con. d. 4. uenerabilis.

i ¶ A ieiunis.] hoc ēt in alijs sacramentis obseruandum est. su. 22. q. 5. honestum. sup. e. 2. liquido.

DIctū est.] CASVS Quidā ignorantibus ep̄is faciebāt se pluries cōfirmari. vnde statutum fuit hic, ꝙ sicut baptismus nō debet terari, ita nec confirmatio: & ꝙ bis baptizati, vel confirmati debent relinquere sæculū, & Deo seruire tantum. Sequentia 4. c, patent. [Cruce] idest, signo crucis: sed nō remouet, quin aliter possint sanctificari, & valere ad remissionem peccatorū, sed refert factum: nec aliter fit solennis baptismus.

k ¶ Amplius.] sup. d. prox. qui bis. cōtra, sed hoc cum necessitas ecclesiæ exigit, alias de iure nō posset, vt extra de apo. ca. 2. Vel licet hic habeant vestem clericalem, s. clausam, non tamen erunt clerici. sup. 86. dist. dictum 3.

3 Et 50. di. confirmandum in fi. vbi de hoc.

NVmquid.] Hæc est 2. pars dist. in qua dr̄, ꝙ omnia mysteria debemus facere cum signo crucis. lo.

l ¶ Chrismata.] idest, sacramenta, quæ cum vnctione chrismatis præstantur.

m ¶ Nisi cruce] non remouet quin aliter possit sacrificari, & ualere ad remissionem peccatorum: sed refert factum,

---

spiritum sanctum ad prædicandum [a] alijs idem donum, quod ipse in baptismate consecutus est per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate: per pontificem vero in fronte, ut in priore vnctione significetur spiritus sancti super ipsum descensio ad habitationem [b] Deo consecrandam, in secunda quoque, ut eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis uenire in hominem declaretur.

Item ex concilio Aurelianensi, c. 3.

¶ Ad confirmationem, non nisi ieiuni veniant.

Cap. VI.

VT ieiuni [c] ad confirmationem ueniant perfectæ [d] ætatis, ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum sancti spiritus ualeant accipere: & quia nunquam erit Christianus, [e] nisi confirmatione [f] episcopali fuerit chrismatus.

Burc. l. 4. c. 60. Iuo p. 1. c. 254. Pan. l. 1. c. 254.

Item ex concilio Meldensi, c. 6.

¶ Episcopi non nisi ieiuni baptizatos confirmant.

Cap. VII.

VT episcopi [g] non nisi ieiuni per impositionem manuum spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus. [h] Sicut autem duobus temporibus, Pascha uidelicet, & Pentecoste a ieiunis celebrari debet baptismus, ita etiam traditionem spiritus sancti a ieiunis [i] pontificibus conuenit celebrari.

In cap. adiectis. c. 6. In conc. Parisiensi. l. 1. c. 33. Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 67. Iuo p. 1. c. 261. Pan. l. 1. c. 261.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 6.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ut Gra. Habetur autem in Cabilonensi 2. c. 27. vsque ad vers.* Quia bis, *& in capitularibus adiectis, cap. 53.*

Secundo, vel tertio nullus confirmetur. C. VIII.

DIctum est nobis, quod quidem de plebe bis, uel ter, uel eo amplius, episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmentur. Vnde visum est nobis eandem confirmationem, sicut nec baptisma, iterari minime debere, quia bis, vel ter, vel amplius [k] baptizatos, aut confirmatos, non sæculo, sed soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famulari decretū est.

Burc. l. 4. c. 50. Iuo p. 1. c. 244. Pan. l. 1. c. 121.

Item Gregorius tertius, epi. 4. ad Bonifacium.

¶ De eodem. Cap. IX.

DE homine, qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda est.

Item Stephanus Papa quintus.

¶ Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur. Cap. X.

2 NVmquid non oīa chrismata † [l] sacerdotalis mysterii † crucis figura perficiūtur? nūquid baptismatis unda, nisi cruce [m] santificata, peccata relaxātur? Et

Iuo p. 1. c. 114 & p. 2 c. 91.

† al. chrismata. † al. ministerij.

factum, quia sic fit, quia in modum crucis fit solennis baptismus, non aliter sup. proxi. dist. sal.

a ¶ Sine crucis.] auctoritas illa docet nos facere signum crucis. 1 Egressus a patre, regressus eius ad patrem excursus eius usq; ad inferos, recursus usque ad sedem Dei,

1 Vel dic ut xo. 11. dist. ecclesiarum,

vel mensis alienationes mentis patiuntur.

c Neophyti.] quia nuper baptizatos dissolute uiuentes solebant dæmones energumenos, idest arreptitios facere; ideo subiungit, a quibus neophyti debeant abstinere.

vt cætera prætereamus, sine crucis[a] signaculo quis sacerdotii gradus ascendit?

Item ex concilio Chartaginensi 4. c. 90. & sequētib.

¶ Energumeni omnibus diebus exorcizentur. C. XI.

Burc. l. 2. c. 223. Iuo p. 6. c. 298.

OMni die exorcistæ energumenis[b] manus imponāt. Energumeni vero pauim̄ēta domorū Dei vertāt. Quibus assidentibus in domo Dei uictus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

Item ex eodem, c. 86.

¶ A quibus neophyti abstinere debent. C. XII.

Burc. l. 4. c. 12. Iuo p. 1. c. 267.

NEophyti[c] aliquandiu a lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant.

Item ex concilio Agathensi, c. 30.

¶ De ordine officiorum. C. XIII.

4 COnuenit[d] ordinē ecclesiæ ab omnib. æqualiter[e] custodiri. Vnde studēdū est, sicut ubiq; fit, ut post antiphonas collationes† [f] per ordinē ab episcopis, vel pībyteris dicanī, & hymni matutini, uel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusioue matutinarū, uel uespertinarum missarum† post hymnos capitula† de psalmis dicantur, & plebs collecta[g] oratione ad uesperam ab episcopo cum benedictione mittatur.

† al. collectiones. † al. & missarum. † al. capitella.

Item ex concilio Gerundensi, c. 10.

¶ De eodem. C. XIV.

ID semper placuit obseruari, ut oībus dieb. post matutinas, & uesperas oratio Dñica a sacerdote pferatur.[h]

Item Gregor. VII. in generali synodo residens statuit.

¶ De eodem. C. XV.

Poly. l. 3. tit. 17. Ans. l. 6. c. 221.

IN die resurrectionis usque in sabbatum in albis, & in die Pentecostes usque in sabbathum eiusdem tres[i] psalmos tantum ad nocturnas, † tresque lectiones antiquo more cantamus, & legimus. Omnibus diebus aliis per totum annum, si festiuitas est, nouem psalmos, & nouē lectiones dicimus. Aliis uero diebus duodecim psalmos, & tres lectiones recitamus. In Dominicis diebus xviij. psalmos, (excepto die Paschæ, & Pentecostes,) & nouem lectiones dicimus. Illi autem qui in quotidianis diebus tres tantummodo psalmos, & tres lectiones celebrare uolunt, non ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio, & negligentia probantur hoc facere. Romani uero diuerso modo agere cęperunt, maximè a tēpore quo Teutonicis concessum est regimen† nostræ ecclesiæ: Nos autem & ordinem Romanum[k] inuestigantes, & antiquū morem nostræ ecclesiæ, imitantes antiquos patres, statuimus fieri sicut superius prænotauimus.

† al. noctem. † al. regunt.

COnuenit.] Hæc est quarta pars dist. in qua dicit qđ orones, & collectas debemus facere siue pferre in ecclesia. 10. CASVS. Incipit hic tractare de officiis ecclesiæ, & de ieiuniis. Dī ergo hic quē ordinē clerici debeant in diuinis officiis obseruare. Seq. c. patet.

d ¶ Conuenit.] de officiis, & diuinis, & ieiunio tractare icipit: & ponit tria cap.

e ¶ Aequaliter.] su p. 12. dist. c. ult.

f ¶ Collationes.] idest collectæ, & sunt quædam capitula quę dicūtur ab episcopis. 2

g ¶ Collecta.] idest, expleta nam tūc omnia colliguntur oratione dicta, uel plebs collecta oratione, id est orationis causa.

2 Scilicet illorum dierum, & legūtur sine iube Domine, ac absque benedictione sacerdotali, secundum Hu.

h ¶ ID semper.] ¶ Proferatur.] i. dicatur silenter, uel dic alta uoce loco orationis, & hęc erat cōsuetudo in primitiua ecclesia secundum H.

IN die Resurrectionis. CASVS Ostendit in hoc cap. quot psalmi, & lectiones debeāt dici quolibet die in matutinis, & reprehēdunī illi qui in dieb. quotidianis tātum tres psalmos & tres lectiones dicebāt in matutinis, & reprehenduntur hic Romani, q mutauerūt morē solitū postquā regnū Italię Teutonicis fuit cōcessū.

i ¶ Tres.] solet quæri quare diebus istis seruāt ternarius iste, tā in lectionibus, quam in a iis ? potest dici q hic fit, quia per hoc notatur triduana Domini sepultura, uel hoc fit propter honorem Trinitatis. Vel ideo, quia eo tēpore per præcedens ieiunium sunt facti homines emaceratī, & afflicti, unde eis parcitur in illis temporibus, & hæc fit causa quare expleto hoc uolumine non compellantur magistri legere decretales.

Psalmi tres, & lectiones totidem dicuntur, ut in hebdomada Paschæ, & Pentecostes.

Dei, per dexteram partem, sedem Dei: per sinistram inferos intellige.

OMni die.] Hęc est tertia pars di. in qua dicitur quid iuris sit energumenis s. ea. dist. manus. lo. de Fant.

b ¶ Energumenis.] sup. 13. dist. exorcista. qui. s. a dæmonibus sunt obsess. uel energumenis, ab erge, quod est labor, & meno, quod est defectus: quia, s. in defectu lunæ

Energumeni, qui sunt.

k ¶ Romanum.] argum. q per duo extrema colligitur medium, & reprobatur arg 35. di. ab exordio. arg. contra 28. di. quia sunt.

QVadragesima]Hæc est quinta pars dist. in qua ponuntur 5.c.de abstinentia ie unii Ioan.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Gregor. Papæ quare 40. dies abstinentiæ, & ieiunio deputentur, & non plures, uel pauciores, & respondet, quod ideo fit, quia iubemur Deo dare decimas omniū bonorum nostrorū, & 36. dies sunt decimæ totius anni, quibus quattuor additi sunt ut adimpleatur quadragenarius, quē Dominus suo sacro ieiunio consecrauit. Sequens.c.patet.

a ¶ Infirmitas.] quæ legi nō subiacet. sup. ead. distinctio.r.sicut non alii.

Annus quot dies habet.

b ¶ Computantur.] sup.dist.4. Quadragesima.

c ¶ Dies]supple, & sex horas, de quibus sex horis in uno quadriennio unus dies efficitur. vnde fit bissextus, nam dies naturalis constat ex 24. horis. hoc idem dicit lex, ꝙ annus per tot dies uoluitur. ff. de sta.li.cum hæres § si Stichus. vnde cum ieiunamus quasi decimam partem totius anni, ꝓ decima 365. dierum ieiunamus, 36. dies remanent 5. dies, & sex horæ. de illis 5. diebus ieiunamꝰ quattuor, sed alio respectu, scilicet ut facer numerus cōpleatur: remanet ergo unus dies indecimatus, & sex horæ licite. Et ita sunt xxx horæ indecimatæ, sed ꝓ decima istarū horarū in sabbato maiore tardius cęnamus. immo alio respectu ieiunamus, & illi 5. dies nō uidet qd decimētur. Et ita est argu. quod si rusticus habet 15. corbes vini, non debet decimare nisi decem.

Ieiuniū quadragesimale est decima dierum.

d ¶ Anni.] ar.ꝙ si rustico post decimas datas remanent 5. corbes, ꝙ de illis nō debet dare decimam.

e ¶ Tolluntur.] idest accipiuntur.

f ¶ Iubemur.]sup. 16.q. 1. decimas.

g ¶ Bonorum] idest, de actionibus, & possessionibus nostris, quia & illæ in bonis nostris computantur. ff. de uerb sign. bonorum.

NOn dico.]CASVS. Non præcipitur, ut per septimanam, uel per duos dies ieiunetur sine cibo, sed ut quolibet die moderate cibo fruamur, Seq. tria c. patent (Præcepta) intellige quædam, & non omnia. Lucubrare idest, de nocte vigilare.

h ¶ Non dico hebdomadas.]esse ieiunandas, non sumpto cibo.

i ¶ Duplicata.] sicut quando abstinemus duobus diebus continue, quod fieri numquam debet ut extra de temp. ord. litteras. Romani uero diuerso modo agere cœperunt, maxime a tempore quo Teutonicis concessum est regnum nostræ ecclesiæ, de quo habetur. 36. dist. Hadrianus, in fin.

k ¶ Sint.] Arg contra. 35. dist ab exordio.

l ¶ Quotidiana.] nota ꝙ aliquid dicitur continuum, licet

Continuum dicitur ... etiam ... ualium ... bet.

¶ *Iisdem uerbis hoc habetur apud Radulfum propositione decima ex Gregorio VII itēque magna ex parte in Micrologo, c. 54.*

Item ex homilia Gregorij Papæ.

¶ De obseruatione Quadragesimæ. C. XVI.

Poly l. 3. tit. 25. Burch. l. 13. c. 1. Iuo p. 4 c. 34. Pan. l. 2. c. 182.

Secundus caſus eſt, ſi presbyter cognouit filiam ſuam ſpūalem, quam ſ baptizauit, uel in baptiſmo, uel in confirmatione tenuit, uel quæ ſibi confeſſa fuit: debet pœnitentiam agere 12. annis, & etiam debet deponi, ſi crimen ſit manifeſtum: & peregrinando 5. annis pæniteat. & poſtea monaſterium intret, tota uita ſua moraturus ibidem. Ep̄s vero qui talia commiſit pæniteat 15. annis. Ipſa uero mulier debet omnia relinquere, & res ſuas pauperibus dare & conuerſa vſque ad mortem in monaſterio Deo ſeruire 30. q. 1. ſi quis ſacerdos, & c. non debet.

Tertius eſt, ꝙ quicumque filiam ſuam ſpiritualem, uel matrem cognoſcit, ſeptem annis pęniteat, & ſimiliter ei conſentientes. 30. q. 1. non oportet.

Quartus eſt, ꝙ qui contrahit cum aliqua alij deſponſāta per uerba de præſenti, ipſa dimiſſa 40. diebus ieiunet in pane, & aqua, & ſequentibus ſeptem annis pæniteat extra de ſponſa. duo. accepiſti.

Quintus eſt, ꝙ qui cognoſcit duas commatres, uel ſorores, ſiue vxor viuat, ſiue non, ad minus 7. annis pęniteat, liceat plus deberet. 30. q. 4. ſi presbyter.

Sextus eſt, ꝙ qui cognouerit monialem, ſiue donatam, decem annis pæniteat, & ſimiliter ipſa ſecundum formam traditam. 27. q. 1. c. de filia. & c. deuotam In quorū primo c. dicitur, ꝙ ſi filia ep̄i, uel presbyteri, vel diaconi poſt uotum ſolenne contraxerit matrimonium, non admittitur ad cōmunionem, niſi marito defuncto pęnitentiam egerit, ſi aūt eo uiuente deceſſerit, & pœnitentiam egerit, & communionē petierit, tantum in fine uitæ recipiet eam. In ſecundo

cap dicitur, quod, deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pęnitentiam x annis, postea recipiatur ad communionem: & antequam in ecclesia admittatur ad orationem ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem, & filiam, vel amitam, & neptem: pęniteat septem annis Si autem scienter, perpetuo priuetur coniugio.xxxiiij.q.iij. si quis cum duabus.

Octauus est, ꝙ qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat v.ann.xxxi.q.i.si qua vidua.

Nonus est, quod qui contra naturam peccauit, si sit clericus, dēt deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pęnitentiam peragendam. Si vero sit laicus, a cętu fidelium, usque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus, extra de exces. prę la. clerici: Hoc enim uitium maius est, quam cognoscere matrem xxxii.q. vii. adulterii.& ait Aug Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio. Peius enim est cum matre, quam cum aliena uxore concumbere, sed omniū horum pessimum est, quod contra naturam fit, ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti hæc Augustinus. Quocumque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter uirum, & fœminam ordinate, & in uase debito, uitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, ꝙ qui coierit cum brutis, pœniteat plusquam septem annis: & similiter pro incestu.xxxii.q. ii.hoc ipsum, & §.seq.

Vndecimus est, ꝙ presbyter, qui interest clādestinis nuptiis, triennio suspenditur. & si culpa exegerit, grauius puniatur. extra de clandesti.despon. cum inhibitio.

Duodecimus est, ꝙ qui uotum simplex violauerit, pæniteat tribus annis xxxvii.dist. si uir.

Decimus tertius est, ꝙ qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pænitere, & per 2 4 & 6.feriam a uino, & carnibus abstinere. 11.q 3.de his. De pœna vero degradati celebrantis, habetur distinctio. 50.accedens.

Decimus quartus est, ꝙ homicida uoluntarius, sine spe restitutionis deponitur, & pęniteat septem annis 50.dist.miror.

Decimus quintus est, ꝙ homicida casualis pæniteat v. annis, & hoc secundum Ray. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi forte ad cautelam. distin. 50 eos & duobus cap.seq.

Decimussextus est, ꝙ si quis fecerit homicidium ꝑ ꝑ necessitatem euitabilem, pęniteat duob annis. dist. 50. c.de his clericis quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50.dist quia te. Quod uerum est, quo ad culpam, sed bonum esset, quod pæniteret quo ad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam extra de homi.cap.2.§ vltim. Et secundum Ray. forte distingui potest in homicidio necessario, sicut in causali, & utrum culpa præcesserit necessitatem vel non. Arg distin. 50 de his. not ext. de homici. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur. 3.q 4.indicas, quin etiam qui in titu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur extra de homi. presbyterum. 15.q. 1.si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit. deponitur. extra de homi suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum cōprehendere potuit, quadraginta diebus non intret ecclesiam, & aliàs pænitere debet. extra eon tit.c,2. vbi de hoc dicitur. Qui vero paganum, vel iudæum occidit, pæniteat quadraginta diebus. dist. 50. c. qui vero odij.

Decimusseptimus est, ꝙ matricida pæniteat 10. annis secundum formam satis aperte traditam. 33.q.2.latorem: Vxoricidæ uero grauior pænitentia debet imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, usque ad 10. annos, carnes non comedit, nec uinum bibit, & alia quæ habentur. 33 q. 2 admonere. & c. quicumque. Imponitur autem pęnitentia maior uxoricidiæ, non quia illud peccatum sit grauius isto, sed quia homines prontiores sunt ad occidendum uxores, quam matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm uxorem, ut dicit Bonauen. in 4. Sent. & communiter omnes doctores Gui vero Duran. tenet contrarium in repertorio, pro eo, ꝙ uxoricidiæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet sententia aliorum. Sed qualem pænitentiam agere debent, qui filios occidunt? Respon. Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerunt, & sic debet eis imponi pęnitentia maior, quam pro alio homicidio. Argu. extra eo. c. vlt. in tex. & glo. & de homi cum iuramento. de pænit. dist. 1. aut facta. In hoc tamen casu uir uxorem recuperat, quam coactos abiurauerat: & ipsa pęnitentiam agit secundum arbitrium episcopi, ita ꝙ si habet alios filios pacifice gubernare possit eos uxor. extra eo intelleximus, ꝙ si uirum non habet, induci debet, ut intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licentiam nubendi, ut extra eo. ueniens Et hoc quando timetur de incōtinentia, alias non, ut patet 31. q. 2. in adolescētia Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quam laico, non tamen publica (nisi ueniat in publicum) pænitentia debet imponi, ut extra de pæn. quæsitum. Aut certū est, ꝙ non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contingit & sic de stricto iure in nullo tenentur Arg. extra de homi. ex literis. 2. c. Ioannes & ca vlt Nisi uelint ad cautelam pænitere. In dubio tamen præsumitur, ꝙ non hoc ex certa scientia, sed potius ex incuria prouenerit extra de præsump afferte. Aut certum est quod non exhibuerunt omnem diligentiam quam potuerunt, & debuerunt: & sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, ut si potuit puerum in medio vtriusque, secundum arbitrium pænitentiarij imponitur pænitentia quinque, uel septem annorum 50. dist si qua fęmina. & c seq & c. si quis sponte occulta, si sit occultum: publica, si sit publicum, & maior, si in lecto suffocetur, quam si in cunis, & maior presbytero Greco quam laico, ut habetur extra de pænit. quæsitum. Et licet dispensetur quo ad pœnitentiam, quæ est arbitraria, & dicitur ibidem, non tamē quo ad ordines propter homicidium, ꝙ est delictum enorme, & indispensabile. distinct. 50. miror. Si autem culpa quæ præcessit casum, sit leuis, ut si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen a se imponitur pænitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra eodem, de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, ꝙ tam tenello secum in uno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimatur, & suffocetur, ut 2. q. 5. consuluisti. Et hoc modo distinguit Host. & Bern. extra de infan. Quid de illis qui filios, uel seruos suos infantes, uel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, idest, extra se ponunt ante ecclesias, ut aliqui moti misericordia colligant eos? Respon. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore, vel consanguinea: ideo exponens tenetur de hoc peccato pænitere, & est puniendus, sicut expositus si scienter cū tali contraheret puniretur. extra de pæn. officij, secundum Host. Talis enim secundum Ray est tanquam homicida iudicandus, qui hominem sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circūstantijs, & utrum ob hoc mors secuta fuerit, vel non

fuerit,

fuerit, pęnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, secundum Ray. si mors inde sit secuta, quia scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundum Ro. si in nulla culpa fuissent, quia forte, nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possunt, irregulares non essent, nec peccarent.

18 Est, quod qui presbyterum interfecit pęniteat 12. annis. extra de pęni. & remis. c. 2. De pęnitentia uero eius, qui occidit monachum, uel clericum subdiaconum, uel diaconum, habetur 17. q. 4. qui occiderit De pęnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, uel in regimen eius, habetur 23. q. ult. §. si quis.

19 Est, quod qui iniuste alium ad mortem accusat, 40. diebus in pane, & aqua per 7. annos ieiunet, & pœniteat, & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pęniteat. extra de accu. accusatti. Hostien. vero, & io. de Deo in ieiunando intellexerunt, quod primus pœniteat per 7. annos, quolibet anno ieiunando 40. diebus in pane, & aqua. secundus uero per tres annos. G. uero Duran. intellexit, prout littera magis sonat, scilicet, quod primus ieiunabit 40. diebus in pane, & aqua: siue continue, siue interpollate, & per 7. annos ieiunabit, & pœnitebit, non tamen in pane, & aqua, sed ad arbitrium presbyteri, secundus uero per tres quadragesimas. Prima ante natalem Domini. Secunda ante Pascha. Tertia ante sanctum Ioannem: has enim instituit beatus Petrus, ut habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane, & aqua. Probantur hæc secundum Hostien. 22. quæstio. 5. capitulo primo, secundo, & 3.

20 Est, quod periurus 40. diebus in pane, & aqua ieiunet, & 7 annis sequentibus pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia, scilicet interiori. 6. quæstio. 1. quicunque.

21 Est, quod qui compulsus conditionaliter a domino scienter peierat, si liber sit, 40. diebus in pane, & aqua, & hoc secundum gloss. intellige, uel continue, uel interpellate, pęniteat 7. annis sequentibus, non tamen in pane, & aqua, ut dicit gloss. Si uero seruus sit eius, qui eum coegit, tribus quadragesimis, & legitimis feriis. s. 2. 4. & 6. quæstione quinta, qui compulsus.

22 Est, quod qui peierat in manu episcopi, uel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si uero in cruce non consecrata, uno anno. Qui uero coactus, & ignorans ignorantia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis 22. q. 5. c. 2. Qui uero coactus pro uita redimenda, uel qualibet causa, uel necessitate peierat, quia corpus plus quam animam dilexit, tribus quadragesimis pœniteat. ead. q. 5. cap. si quis coactus. Alii inducunt tres annos, & unum ex his in pane, & aqua.

23 Est, quod qui falsum scienter iurat, uel alium iurare cogit, diebus 40 pœniteat in pane, & aqua, & 7. sequentibus annis nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alii etiam, si conscii fuerint, similiter pœniteant. 22. q. 5. si quis conuictus.

24 Est, quod qui mensurat in falsa mensura. 30. diebus in pane, & aqua ieiunet. extra de contrah. empt. ut mensuræ. De pœna uero falsarii litterarum habetur extra eo. ad audientiam. & c. dura. & c. falsariorum, & de uerb. sign nouimus.

25 Est, quod qui frangunt pœnitentiam solemnem siue redeundo ad crimina priora, uel similia, siue redeundo ad negotiationem, uel militiam sæcularem, quæ sibi fuerant interdicta, sola inter ecclesiam fidelibus oratione iunguntur, a communione suspenduntur, a catholicorum conuiuiis separantur, & pœnitere debent 10. annis, & communicent in fine uitæ. 33. q. 2. de his uero. & de pœni. distinctio. 5. in quis uero.

26 Est, quod qui canit missam, & non communicat, debet uno anno pęnitere, & interim missas non cantare. de consecr. distin. 5. relatum.

27 Est, quod presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensib. 5. diaconus uero triennio, & dimidio. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

28 Est, quod qui committit sacrilegium ecclesiam uiolando, uel chrisma, siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, uel similia sacrilegia committit, pœniteat 7. annis. Primo anno extra cœmeterium, quod uiolauit consistat, secundo anno ante fores ecclesiæ, tertio in ecclesia, & in hoc triennio carnes non comedat: uinum non bibat, nisi in pasca, uel natali, nō offerat, nec communionem accipiat quarto anno communicabit, & in illo, & in quinto, & in sexto, in septimo, tribus feriis a carnibus, & uino abstineat ieiunando. decimasecundo, quæstione secunda, dæmon. Comburens autem ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eam restituat. decimoseptimo, quæstione quarta, 3. si quis in uer. maius. de pœna uero raptoris, siue furis rei ecclesiasticæ, & de pęna furis, & effractoris, tam clerici, quam laici, habetur eadem quęstione. §. peccata. & capitulo, si quis clericus.

29 Est, quod si parentes frangunt sponsalia filiorum, a communione triennio separentur, & similiter filii, si sint in culpa: si tamen filii secundum promissionem factam contraxerint, excusantur utique, scilicet quo ad pœnam ecclesiæ, sed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. tertia, si qui parentes. argumen. de pœnitent. distinctio. 1. si cui.

30 Est, quod qui blasphemauerit publice Deum, uel aliquem sanctorum, & maxime beatam Virginem, illi debet episcopus hanc pœnitentiam iniungere, scilicet ut 7. diebus dominicis præ foribus ecclesiæ in manifesto dum missa cantatur, exstat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem præcedentibus sextis feriis in pane, & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, uel duos, uel saltem unum reficiat, si potest, & si non potest hæc pœna in aliam commutetur, quod si renuerit agere omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. extra de maled. statuimus. Item blasphemus, si diues fuerit 40 alioquin 30. uel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum usualis monetæ pœna mulctetur, nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, scilicet, quin soluat 5. solidos, quos si non habet, currat per ciuitatem, uel commutetur in pœnam aliam temporalem. Hæc autem pęna soluetur ei, qui condemnat, idest potestati sæculari, hanc enim pœnam temporalem præcipit Papa imponi per potestatem temporalem, quod si neglexerit, per episcopum præcipitur cogi. hæc Hostien. Habet autem prædicta pęna locum secundum Goffred. cum quis blasphemat non ex ira, uel ebrietate, uel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. quæst. 3. si quis iratus. uer. notandum. Secundum uero Hostien. hæc pęna est specialiter inducta contra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deum, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quod æqui pararetur dementię, & tunc illud quod dicit Goff. ed. locum posset habere. hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, uel per uentrem, uel per corpus, uel capillum? Respon. Hostien. quod si faciat hoc affirmando, uel iurando, non habet locum hæc pęna, secus est si faciat hoc detestãdo, uel uituperando, licet iratus. Item secundum Goff. & Host hęc quę dicuntur de pœna temporali, fiunt iudice pro tribu-

 nali

nali sedente. In iudicio autem animæ presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit ex causa circa pœnam spiritualem superiorem 25. q.6. pœnitentibus hæc Hostien. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. distinctio. 46. clericus.

Notandum vero, quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, vt in auth. vt non luxu. contra natu. circa medium. col. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excōmunicandus. 22.q. 1. si quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam supradictam, scilicet illius canonis, statuimus, & hoc si publice blasphemauit. Si enim occulte, non pęnitebit publicè, vt puto. Clericus vero hodie est corrigendus pęna arbitraria & occulta, non illa quæ est publica. Clericus enim publice non debet pænitere. Si autem rebellis fuerit vel sæpius hoc commiserit, locum habet pęna legis scilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, idest, ecclesiæ ingressus sibi interdicatur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura, Clericus vero degradetur hæc Hostien. tit. de maledicis.

31 Est de presbytero, qui reuelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari de pœnit. dist 6. sacerdos.

32 Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs diuinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ 6. mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17 distinct. de his.

33 Est, quòd Episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inuitum, aut reclamantem, vel penitus inuitum, absolute suspenditur anno vno. 74. distinctio cap 1.

34 Est, quòd episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus presbyter, 4 diaconus, 3. subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pęnitere debent. 1. quæst. 1. quicquid inuisibilis.

35 Est, quòd sortilegus. 40 diebus pœniteat. extra de sortileg requisisti.

36 Est, quod qui videt in astrolabio, pœniteat duobus annis extra de sorti. ex tuarum.

37 Est de stilla sanguinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud propter negligentiam prebyteri, debet presbyter pœnitere 40 diebus. Si ceciderit super pallio altaris pœniteat 4. diebus de consecr. dist. 2. c. si per negligentiam.

38 Est, quod si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, si laicus, pęniteat 40 diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, uel diaconus, pęniteat 60. diebus. Si episcopus, pęniteat 90. diebus. Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si vero causa infirmitatis euomuerit 7. diebus pœniteat de consecr. distin. 2. si quis propter ebrietatem.

39 Est, quando mus corrodit, vel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, vbi sit notata de cons. dist. 11. circa finem.

40 Est, quòd qui domum uel aream uoluntarie succēdit, sublata uel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniur. si quis domum. Canon tamen dicit, quòd si ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excōmunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit quòd ignem de cętero non apponet. Imponitur autem sibi, vt Hierosolymam uel in Hispaniā uadat in Dei seruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus uel episcopus hoc relaxauerit, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 22.q.8. pessimam. Hodie aūt postquā sunt denuntiati, non possunt, citra sedem Apostolicam absolui extra de sent. excom. tuā nos. Imo textus loquitur de incendiarijs indistincte, postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse, & Grat. extra de sent. excom. quicumque, & Goff. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs, si sit in aliquo gradu, decapitatur, uel in insulam relegatur. ff. de incen. rui. & nau. l. fin. Qui vero alibi, ut in uillis, uel castris remissis, ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum secundum Hostien. si sit humilis. Si tamen hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum, uel si minus idoneus sit, parum uel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Est, quòd qui dederit uel acceperit communionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitū ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem sciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, uel secundum quosdam. 7. uel secundum alios 5 Qui uero permittit hæreticum missam celebrare in Ecclesia Catholica per ignorantiam iuris. pœniteat 40. diebus. Si pro reuerentia eius per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicę, & pro consuetudine Romanorum proijciatur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioqui pœniteat 10 annis. Si autem relicta ecclesia ad hęreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, pęniteat 12 annis, tribus extra ecclesiā. 7. inter audientes, duobus extra communionem, & sic duodecimo anno communionem, siue oblationem percipiat. 24 q. 1. si quis dederit.

42 Est, quod patronus qui res ecclesiæ dilapidat, uno anno pęniteat. 17. q 4. c filijs.

43 Est, quòd qui domum suam magicis, & incantatoribus lustrat, uel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis 5 pęniteat. 17 q 5. qui diuinatores, & c. non liceat.

44 Est, quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurat, anno uno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 2. qui sacramento.

45 E, quòd pro periurio, adulterio, homicidio, dantur pro pęnitentia regulariter 7 anni, & similiter pro fornicatione, licet non ita aspera pęnitentia iniungatur. 22 q. 1. prędicandum. 33. q. 1. hoc ipsum, & §. sequenti.

46 Est, quòd qui scienter rebaptizatur, 7. annis pœniteat: & feria 4 & 6 in pane & aqua ieiunando, tres quadragesimas facit. & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro munditia, idest, pro salute corporis obtinenda, ut extra de aposta. c. 2. tribus annis pœniteat, de cons. dist. 4 qui bis. & talis qui bis baptizatur, vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis, dis. 84. dictum est. De pęna autem talium habetur de cons dis. 4. eos Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.

47 Est, quod qui vxorem adulteram cognoscit antequam pœniteat, 3. annis pœniteat 21. q. 2. si quis secundo. Qui vero cognoscit eam pœnitentem ante pęnitentiam peractam, pœniteat 2. annis ea. q si quis primo. Quomodo vero pœnitentia iniungenda sit mulieri partum alterius supponenti, uel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra de pœnit. & re officij.

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo, potest studiosus indagator procedere ad pęnitentias, pro diuersis criminibus secundum canones imponendas, & ex causa consideratis circunstantijs vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circunstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipue utrum sit persona obnoxia alicui aliquo uinculo seruitutis. Nam circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem pęnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt adstrictæ, præiudicium fiat, maxime circa

circa coniugatos; vnde si seruus sit, & timore peccauerit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus. 22.q.5. qui compulsus, obedire tamē non tenebatur in talibus. 11.q.3. si dñs. Si autem voluntarie peccauerit corpore punietur, ēt acrius, quā alius. 24.q.1. qui contra pacē. Nec est seruo iniungenda peregrinatio, per quam Dñs eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur ext. de sent. exc. relatum. Si vero liber sit, tota pęnitentia canonis, si potest facere, dēt imponi. 16.q.1. sacerdotes pęnitentiā. Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit, utrum sit persona noua in fide, quia nouis in fide minor dēt ēt pœnitentia imponi. extra de pœ. & re. Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circunstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, ꝙ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ. 2. 4. & 6. dist. 81. presbyter. de consec d. 3. ieiunia. Aliquid tamen, ut dicit Rom. pro. 2. feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est, ꝙ si pęnitentia in pane, & aqua imponatur nō sūti panē, pōt loco panis leguminib. & pisciculis vesci: & ēt alijs, si necessitas illud requirat, extra de pę. & re licet. in tex. & gl. alias nō licet.

Notandum ēt secundum Ioan si pœnitentia sit imposita a canone, liberatur quis a ieiunio dando denariū, vel legendo psalterium propria auctoritate. Inno. vero dicit, ꝙ ieiunia necessaria, ut quatuor temporum, & huiusmodi non possunt redimi nisi subsit rationabilis causa, voluntaria uero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris. Ieiunia an possint redimi.

Ad hoc ēt nota, ꝙ ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum, siue quadragenarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ sint arbitrariæ, ut dictū est sup. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendum secundum canones. 50. d. de his clericis extra de homi. ca. 2. & in multis alijs iuribus. Et sic intelligitur illud. extra de accus. accusatus. & de spon. dilectus. & similia.

Expliciunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM
Per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatum episcopum in vnum congesti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut tribus episcopis ordinator.

2 Presbyter ab vno episcopo ordinator, itē diaconus, & reliqui clerici.

3 Si quis eps, aut presbyter pter ordinationem Dñi, q̃ de sacrificio instituit, alia quapiā, puta aut mel, aut lac, aut pro vino sicerā, aut confecta quædā, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, ut qui contra ordinationē Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento, & vua, opportuno tempore. Præterea licitum non esse aliud quidpiam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo, & presbyteris domum mittuntor, non super altare. manifestum est autē quod episcopus, & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, uxorē suam prætextu religionis non abijcito: si abijcit, segregator a communione: si perseuerat, deponitor.

6 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sęculares curas non suscipito, alioquin deponitor.

7 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum diem Paschæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tāquam qui populo auctor offensionis fuerit, mota contra eum suspicione, qui obtulit.

9 Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces, & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iste communione priuator.

11 Si quis cum deposito clerico, ut cum clerico, preces coniunxerit, deponitor, & ipse.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliā profectus ciuitatem, sine commendatitijs literis receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet a pluribus ad hoc compellatur, nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vi adigat, nempe ꝙ plus lucri, & utilitatis his qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit, neque hoc tamen a seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum cōsortio, relicta parochia sua in aliā se contulerit, & omnino transmigratione facta præter voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ: maximè si accersente ipsum episcopo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseuerans, ut laicus tamen ibi locorum in communione admittitor.

15 Quod si episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis a ministerio ecclesiastico pęna, quæ contra eos definita est, ipsos ut clericos susceperit, a communione excluditor, ut peruersi ordinis magister.

16 Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.

17 Qui viduam duxit, aut diuortio separatam a uiro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

18 Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus

cus esse non potest.

19. Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

20. Si quis humana violentia eunuchus factus est, aut in persecutionem amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus

21. Qui sibi virilia amputauit, clericus non efficitor, sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor, homicidia etenim sui ipsius est.

23. Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos a cōmunione eijcitor, puta, quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

24. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter, & reliqui clerici subduntor.

25. Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, ut lectores tantum, & cantores (si velint) nuptias contrahant.

26. Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorē ipsius per huiusmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit Imò vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium: cum pateretur, non comminabatur.

27. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iustè depositus, attingere ministerium, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

28. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione absciinditor, quemadmodum Simon magus a me Petro.

2. Si quis episcopus sæcularium magistratuum familiaritate usus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor segregator quoque a communione, quicumque cum ipso communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopū, seorsum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate, ac iustitia cō demnarit, deponitor, quasi qui principatum ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter, & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici vero a communione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum a communione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quam ab eo, qui ipsum a communionio exclusit; nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum a communione segregauit, defunctus sit.

32. Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipitor literis, & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor: sin minus, ubi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

33. Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite neque sine vllius voluntate quicquam agere insolitum. illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in sancto spiritu.

34. Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus, & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere non præsumito Si vero præter volūtatem eorum, qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit, deponitor tam ipse, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit, hic a cōmunione seiunctus esto tamdiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem, & presbyter, & diaconus. Si uero non præ uoluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit; maneto ipse quidem episcopus, clerus vero eius ciuitatis a communione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto, neque non in ecclesijs incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria † Pentecostes secundo duodecima Hyperberetei.* † al. hebdomadæ. * Hyperberetæus apud Asiæ populos, & Macedones. Octob. Gręcè dictus.

37. Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quidpiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quę Deo dedicata sunt Quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ uenundato.

38. Presbyteri, & diaconi absque uoluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

39. Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modo, & priuatas habet) manifestæ item sunt Dominicæ, vt priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnunquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud Deum pariter, & homines, ne ecclesia per ignorantiam rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus, aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis propinquitate contingunt, incidant in negotia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus, ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ, fidei eius committendæ sunt, multo utique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, ut illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei, summaque sollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem, & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exceptorum fratrum usus opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites unquam suis annonis arma hostibus inferant.

41. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, uel desinito, uel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, uel a communione seiungitor. Similiter, & laici.

43. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vsuras a mutuum accipientibus exigit: vel desinito, uel deponitor.

44. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hęreticis preces coniunxerit, duntaxat a communione suspenditor. Si uero etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45. Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificiū susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim cōuentio inter Christum, & Belial? aut quæ

quæ particula fideli cum infideli.

46 Episcopus, aut presbyter si eum, qui uerum baptisma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impiis non baptizauerit; deponitor, ut qui crucem, & mortem Domini derideat. Neque discernat veros sacerdotes, a sacerdotibus impostoribus.

47 Si quis laicus, cum suam a se uxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, a communione segregator.

48 Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem, & Filiũ, & Spiritumsanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitor.

49 Si quis episcopus, aut presbyter in una initiatione non tres immersiones, sed una duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, In mortem meam baptizate: sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.

50 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio, nuptiis, & carnibus, & uino abstinuerit, nõ propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra ualde, & quod masculum, & fœminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei uocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor. Consimiliter, & laicus.

51 Si quis episcopus, aut presbyter eum, qui a peccato reuertitur, non recipit, sed reiicit, deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob unum peccatorem, qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

52 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus, & uino festiuis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis auctor sit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, a communione excluditor, excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

54 Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum a communione segregator.

56 Si quis mancum, aut mutum surdumve, aut cæcum, aut eum, cui uitiosus incessus est, subsanauerit, communione priuator. Consimiliter, & laicus.

57 Episcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, uel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione segregator. Si uero in eo socordia perseuerauerit, deponitor.

58 Si quis episcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, a communione reiicitor, sin perseuerat, deponitor, ut qui fratrem suum necauerit.

59 Si quis falso inscriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi, & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, uel Iudæi, uel Græci, uel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi, ab ecclesia reiicitor. si uero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, uel laicus recipitor.

62 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut a bestiis abreptum, aut suffocatum, deponitor. hæc enim lex prohibuit. Sin uero laicus fuerit a communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus, synagogam Iudæorum, aut hæreticorum, conuenticulum ingressus fuerit, ut preces cum illis coniungat, deponitor, & a communione secluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit, & uno ictu, ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Si uero laicus sit, arceator a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, uno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor, sin laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem sibi non desponsatam, admota ui detinet, a communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere, sed eam detineto, quam sollicitauit, quamuis paupercula sit.

67 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secũdam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quam qui ipsum ordinauit, nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque clerici esse possunt.

68 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor sacram Quadragesimam Paschę, aut quartam feriam, aut Parasceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus sit, communione priuator.

69 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit, deponitor, si laicus, a communione segregator.

70 Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram, aut oleum, ex sancta surripiat ecclesia, a communione seiungitor.

72 Vas aureum, & argenteum sanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in suos usus assumito, iniquum enim est. Cęterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.

73 Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum, homines ab episcopis uocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusve fuerit: censura irrogator ecclesiastica. Si uero uocatus non obtemperauerit: secunda quoque uice uocator: missis duobus ad ipsum episcopis. Quod si per contumaciam ne sic quidem comparuerit: synodus suam contra ipsum pronuntiato sententiam, ne quid tergiuersando detractandoque iudicium lucrifacere uideatur.

74 In dictionem testimonii contra episcopum, hæreticus non admittitor, sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum, aut trium testium consistet omne dictum.

75 Item non oportet episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu, Neque enim ecclesiam Dei conferre debet in hæredes. Enim uero si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio, ipse autem excommunicatione percellitor.

76 Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat: & dignus sit, episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

77 Qui uero mutus surdusve, & cęcus est, episcopus non efficitor, non quia obleso corpore est, sed ne ecclesiastica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor, & si dignus fuerit, clericus efficitor.

79 Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus est,

aut ex conuersatione praua, cum iustum nõ est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum, qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi diuinæ gratiæ hoc fiat.

80 Dicimus, ꝙ non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib. immittere, sed vacare, & commodum se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

81 Serui in clerum promoueantur citra dominorum uoluntatem: hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando uero seruus quoque gradus ordinatione dignus uideatur, qualis, & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitor.

82 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul utrumque retinere uoluerit, tam officium Romanum, quam functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ Dei Deo.

83 Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luitó, & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

84 Sunto omnibus uobis, clericis simul, & laicis uenerandi, ac sacri libri, ueteris quidem testamenti Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filii Naue unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quattuor, Derelictorum ex libro dierum, duo, Hester unus: De Machabæorum gestis tres, Iob unus. Psalterium unus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Hieremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus. Inquiritor autem a uobis extrinsecus, ut adolescentes uestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra uero, hoc est noui testamenti, Euangelia quattuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quattuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ uobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quæ omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se contineat, Et Actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

SVMMARIVM SEV Flosculus totius Decreti.



Voniam inter cætera, quæ utilia sūt, præuidi Legistis & Canonistis, qui propter temporis breuitatem seu libri prolixitatē, vel penuriam studere in Decretis nequeunt, hoc opus fore utile. Et quia quæ quis bene scit, ita memoriæ commendare non potest, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hispanus, professor iuris canonici & ciuilis, ad summariam totius libri, quam breuissime potui Deo suū auxilium præbente, collegi, quæ flos Decreti merito dici potest. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legū tam de tex. quam de notatis, ut mihi memoriç occurrebant inferendas decreui. Summaque totius libri hęc est, quia per partes diuisus est. Et prima pars est diuisa in cap & distinctiones, modos quarum, seu intentionem sigillatim & summarie in hoc opere declarabo. Secunda pars est diuisa in 36. causas, quorum quęlibet habet sub se certas & connumeratas species, quarum omniū solutiones, & sententiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac secunda parte in 36. causas, & quomodo inter ipsas causas inseritur tractatus de pænitentia, qui a quibusdam, tertia pars ipsius libri dicitur, quod non placet: quia in 7. di. est diuisus, quarum mens in hoc opere breuiter claret & aperte. Tertia & ultim. pars est de consecratione, diuisa in 5. d. quarum mens hic summariæ prælibatur. Sumant itaque domini mei Legistæ & Decretistæ hoc donum sui amici, quod quamuis exiguum, commendatum tamen ab eis, si memores erunt illius dicti quod Philosophus ait: Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic uersus. Centum di. & una, causæ sunt triadena & sex. Pœna tenet septem, de consecr. quoque quinque.

Distinctio prima.



Vmanum genus duobus modis regitur, &c.

Tractatus in hoc libro magister Gratianus de iure canonico, incipiens quasdam iuris diuisiones præmittit usque ad quartam dist. In primis, prima quæstio cum auctoritatibus sequentibus ponit, & probat differentiam, quæ est inter ius diuinum, & humanum, seu legem diuinā, & humanam, quæ, est usque ad 1. dist.

Prima distinctio ponit differētiam inter ius scriptum, & non scriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis sumitur, uel accipitur apud Canonistas.

Secunda distinctio ponit, & probat differentias inter leges & plebiscita seu consulta, & de omnibus habetur melius. ff de iust. & iur. & de legi. & constit. & sequ. per totum.

Tertia dist. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta distinctio ponit & docet causam, quare factæ sunt leges & canones, & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat. de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta dist. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale, & ciuile, & cætera iura.

Sexta distinctio quęrit uagando extra materiam aliquantulum, & exponit superfluitatem naturæ, quæ accidit huomini in somnis an ad peccatum imputetur.

Septima distinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris, & qualiter incepit ius, & hoc melius ff de orig. iur. C. de uer. iur. enuc. per totum.

Octaua dist. ponit differentiam inter ius naturale, & consuetudinem, & qualiter consuetudo cedit iurī naturali, & quod ius naturale uincit alia iura, & de hoc extra de consue. per totum. ff de legi. & const. l. de quibus, et leg. sequentib.

Nona dist. probat, ꝙ quęlibet consuetudines debent cedere iuri naturali, & quod ius naturale præiudicat humano.

Decima distin. probatur consuetudines principum, seu leges Canonibus non præponi. ubi autem Euangeliis, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia sunt dignæ de hoc de secun. nupt. c. si. & de operis noui nun. cap 1. C. de sacrosanc. eccle. priuilegia.

Vndecima distinct. probatur, quod consuetudo, quæ non obuiat legibus uel canonibus, seruanda est, & quod consuetudo praua cedit legi.

Duodecima dist. ponit, quod non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ ecclesię consuetudinem seruari, & quæ consuetudo sit seruanda.

Decimatertia distinct. ponit, quòd aduersus ius naturale nulla admittitur dispensatio, nisi forte duo mala urgeāt, & necessarium sit alterum eligi.

Decimaquarta distinctio quærit & soluit, utrum liceat nobis minora peccata committere, ut alii grauiora uitent, & dicit quod nō de hoc 22. quæst. 2. ne quis arbitretur

Decimaquinta dist. ponit originem & auctoritatem ecclesiasticarum constitutionum, & quæ opuscula sunt admittenda.

Decimasexta distinct. ponit, quod canones apostolorum sunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia, & quorum tempore celebrata sunt, & quorum auctoritas præmineat.

Decimaseptima distinctio ponit, ꝙ generalia concilia non sunt congreganda, nec habent uim nisi auctoritate Apostolicæ sedis.

Decimaoctaua distinctio tractat de conciliis archiepiscoporum, in quibus tractabantur causæ antiquitus, ut hic docetur, & cæterorum prælatorum maxime episcoporum, & quo tempore celebranda sunt, & quantam uim habeant.

Decimanona dist docet & probat, quod ecclesiasticæ epistolæ canonibus conciliorum pari iure adęquandæ sunt.

Vigesima distin. probatur, quod decretis Romanorum pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiæ negotia terminantur in quibus terminandis potestas, & scientia necessaria est, & in quantum præmineant decreta & canones expositionibus aliorum, qui sacram paginam glossarunt. & sic an dicta expositorum sacræ paginæ præferantur constitutionibus Papalibus.

Vigesimaprima distin. probat, qui sunt executores ministri canonū a maiori, usque ad infimum, & differentias ministrorum locorū assignat probans, quod maior a minori iudicari non debet. & de ecclesiasticis ordinibus, & ipsorum ordine.

Vigesimasecunda disti. docet, quod inter omnes ecclesias Romana obtinet principatum, & quod sunt quattuor patriarchales sedes, & de ordinatione maiorum ecclesiarum, & primatu Romanæ Ecclesię.

Vigesimatertia dist. probat, & docet, qualiter quis minister in ecclesia Dei promoueri & ordinari debet incipiens a summo Pontifice, usque ad inferiorem gradum, uel ordinem, quipsalmista appellatur.

Vigesimaquarta & quinta distinct. probat, quid ad episcopū, & qd ad unumquemque inferiorem per-

pertineat & sic de clericorum ordinatorum examinatione, & quod qui est eps sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheum sub illo capitulo, nunc uidendum, & quot modis crimen accipitur, quæ regula apostolica 13 habet capitula, quæ prosequitur usque ad 49. d. & hic prosequitur primum c. in §. nūc autem, & per singulos circa ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quod ordinandi in episcopū, uel sacerdotem, debēt esse vnius uxoris viri, & quod bigamia non tollitur per baptismum, sed peccata delentur, & incipit ibi 2. ca. Apostoli. & de eo tractat usque ad 25. dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quod nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promouendi non sint, assignās differentiam inter uotum simplex & solenne, & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto uti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere uxorē non licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat, & in qua ętate, & in quibus ordinibus promouendi sunt, & utrum laicus in episcopum promoueri possit in ca. de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare nō debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula, quod ex causa, loco & tempore consecrādi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in trib. pręmissis proxima dist. discordare videbantur, quorum quidam dicebant, quod clerico licet habere uxorem, quidam a contrario asserebant.

Trigesima dist. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quod ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exēpla in terminis, qualiter clerici continere debent, & in fine cōcludit quod ab omnibus est seruanda continentia, pręter quam ab orientalibus, & dicit quod continentia clericorum cæpit ex tempore, & ponit de causa continentię, ponens de superstitionib. quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct. probat reprobando incontinentiam, & quod a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic. postea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quod laicus uxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de cohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia dist. probat, quod non solum illi, qui duas uxores habent promouendi non sunt: sed & ille qui unam uxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, uel uxorem tantum meretricem ad sacros ordines promouendus non est, uel illi, qui morbo epileptico, uel dęmoniaco furore, uel simili, quandoque laborant, seruata dist. ibidem posita in notatis.

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum uitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & quod non licet uenari, & iterum reuertitur quod non licet clerico habere concubinam uel uxorem meretricem, etsi laico licet habere concubinam, i. uxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio probat quod ordinādum in episcopum oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentū, & hoc inf. dist. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta distin. probat, quod oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sęcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinct.

Trigesimaseptima distinctio. quærit, & ponit quod sæcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dummodo non ad uoluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis, & clericis.

Trigesimaoctaua distinct. probatur quod litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & ultimo reprobat ignorantiam, ponens, quod voluntaria ignorantia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sæcularium negotiorum & peritia, & quod nimia simplicitas repellit a promotione, & sunt ibi multa bona capitula ad probandum quod bona est scientia.

Quadragesima distin. probat, quod oportet episcopum ornatum esse moribus & uirtutibus, & quod non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede, & ibi incipit 5. c apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat quod oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu. & cibis. de hoc de uita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda dist. probat, quod oportet sacerdotē esse hospitalem extra de præb. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum. Item quod debet esse pudicus, & ibi sunt 6. cap. apostolicæ regulæ.

Quadragesimatertia dist. probat, quod episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commessationibus, & ebrietat ibus, nec in conuiuiis, de hoc extra de ui. & honest cle. a crapula.

Quadragesimaquinta distinct. probat, quod non debet esse episcopus percussor hominum, non irascibilis, sed patiens, de hoc ext. de sent. excommu. uniuersitatis, & eodem titulo, in uoluntate. nec debet per vim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maioris. ultra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat, quod litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio uerba, Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tū deintonant, quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd usurarii vel maledici promouendi non sunt, & est causa quare non debent esse episcopi: quia tales uel sunt adulatores, uel detractores, uel discordiam seminantes, ut extra de cler. maled. per totum. de exces. pręla. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus, & usurarius non ordinatur, extra de præben. cum iamdudum, & 47. dist. sicut hi & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua d. prohibētur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est, nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in ead. di. c fin.

Quadragesimanona di. ponit casus & rationes, quare criminosi & uitiosi non debeant in epos promoueri, qui in prædicta regula apo-

apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant.distinctio.2.ali quando nouimus, quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap.in quo demonstrat,quod cæci & torto naso,magno, vel paruo promouendi non sunt & qualiter promotus in episcopum vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tractat 13. cap.apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quærit vtrum criminosi post peractam pęnitētiam in proprijs ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascēdere valeant. & probatur quod fit: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip dist. & eius diffinitione secū dum varias opi.de hoc etiam de temp.ord.c.fi. vltimo tractat,de homicidis & publice pænitentibus ad sacros ordines non promouendos:vt extra de bigamis. cap 1.& habetur extra de ho per totum.

Quinquagesimaprima dist. probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promouēdi non sunt.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltū promoto,qui in ordine suscepto nō ministrat,nisi prius habeat ordinem quē omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto,per totum.

Quinquagesimatertia disti. probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat. quod corpore vitiati, illiterati,bigami, sortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec sollenniter pænitens, bigamus, & cœteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct.probat, quod ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis fit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat,ꝙ qui baptizatur in ęgritudine,non ordinatur: quia eius fides non est voluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ sæcul-ris,nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel.mo. cap. 1.& c.sequen.

Quinquagesimanona distin probat ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a xl.dist.§. nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi.de hoc extra de æta. & quali. a multis. & de elect.cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quod laici non sunt in episcopos promouendi uel eligendi,sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quòd electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest.de hoc extra de elec.eum inter,&c. cum magistrum,& ꝙ differentia est inter electionem & postulationem,vt in sequenti §.& visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §.cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: quia populus docendus est,non sequendus, de hoc plenius de causa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de electi quisquis,& capitu.sacro,sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporū debet fieri intra tres mēses, in quibus sedes vacauerit, & a maiori parte capituli, de hoc extra de electio,ne pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ, & de iuramento:ꝙ imperator pręstat Papæ.

Sexagesimaqnarta distinctio, probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi cōsecrari, de hoc extra de tempo. or.si archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat quòd præsentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo,de hoc extra de tempo.ordi.si archiepiscopus, & quod primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem,de off.ordin.duo in text.& in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius uniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distinct probat,ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis, est ordinandus, & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagesimaseptima dist. probat,ꝙ ceteri prælati & chorepiscopi,& sacerdotes possunt ab vno solo episcopo consecrari vel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illū honorem conferre, sed non solus auferre,de hoc extra de translaction.c.2. in principio.

Sexagesimaoctaua distinct.probat. ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesijs de hoc titulo de baptismo c. 1. & de consecratione eccle.ca.1.& 2.& quare chorepiscopi sunt remoti,& ꝙ non sunt episcopi,quia minus quam a tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist.probat.ꝙ prima tonsura a clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup neg.præla.c.1.& de ętate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist. probat.ꝙ clericus sine titulo ordinari non debet,& ꝙ clericus non potest habere nisi unum titulum,per cap. sanctorum,de quo habetur,extra de elect.dudum, & de ætate & qualitate.eam te.

Septuagesimaprima dist. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos. cum litteris proprij episcopi. de hoc extra de temp ord.

Septuagesimasecunda distinct.probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit,formam ipsarum litterarum de quibus habetur,de cler. pere. per totum,& de cle,non resi. fraternitati.

Septuagesimatertia distinct.probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distin. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum, extra de electionibus cum in cunctis, vltra medium, & de ætate & qnalitate. capitul. quæris.

Septuagesimaquinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari,& intra tres menses, de hoc habetur extra de tempor.ordina.litteras. & ꝙ cęterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quattuor temporum, de quo extra de tempo.ordinan.capitu. tertio.

Septuagesimasexta distinct.probat quare prædicta quattuor tempora sunt ieiunanda, & quibus tēporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinc. probat qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitiis tempo-

temporum, & de ætate ordinandorum vsque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctio. docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi, de hoc extra de electio. cum in cunctis, & de ęta & qual. per totum.

Septuagesimanona distinctio. probatur, quòd electio summi pontificis fienda est a solis Cardinalibus, de elect. licet, & vnus de Cardinalibus viuente apostolico, electionē non tractet & per quem gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeant primates & patriarchæ institui. & in quibus episcopi, & ꝙ non multum debet distare vna sedes episcopalis ab altera, de hoc extra de priuil. c. 1. & quo tēpore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinc. incipit sub epilogo dare etiam quæ docuit a 25. distin. de regula apostolica, & de hoc tractat vsque ad 28 distin. c. 3. & sub epilogo alio ordine reiterat, capit. regulæ & docet quod ordinandus in episcopum debet esse sine crimine, nec dēnt clerici mulierib. cohabitare, & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponendi, & in monasteriis ponendi, & an ipso facto sint depositi de vi. & ho. per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet ꝙ episcopus his, qui suis manibus laborare non possunt prouidere debet, & videtur reperire illa, vnius vxoris virum, & de cōtinentia clericorum & de incōtinentia punienda, & de pœnitentia, & dispen. quæ cum eis fieri poterit, & de fornicationis peccato, seu aliis criminibus de hoc extra de iud. at si.

Octuagesimatertia distinct. docetur ꝙ prælatus non solum immunis a peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorū cōsentire non debet: quia error cui non resistitur approbatur, de hoc extra de homi. sicut dignum, & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quod debet esse vigilans circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, & curationem monasteriorū, & iterum de munditia castitatis, quæ dēt esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni, iure prohibentur ordinari. extra de præbendis, cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin. probatur ꝙ episcopum oportet esse doctorem, vt sciat corrigere subditos, & ꝙ doctrina sua debet præferre sacram scripturam nō litteras sæculares. Item liberalem patientibus necessitatem, non tamen histrionibus. Item non percussorem, non venatorem, clementem & compati calamitatibus, non credere facile, operib. illicitis nō instare, non turpis lucri cupidus sit, subueniat viduis, pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin. probatur ꝙ viduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidium & pugillis.

Octuagesimaoctaua distin. probatur, quòd cuncti cupiditatis causa negotiatores esse non debent sed pietatis causam curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler. vel mo. c. v. de vita & hone. clericorum c. fi.

Octuagesimanona distinct. probat, ꝙ ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, ut sciat in dispensatione veram ecclesiæ regulam esse obseruandā, ꝙ singula officia singulis personis committat: & ꝙ œconomum vel vicedominū habere debet, & quod propinquis, vel fauore sibi coniunctis nō cōmittat ecclesiastica officia, sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist. probatur, quare religiosus ordinandus est, & qualiter litigiosi corripiendi sunt & non ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas: & ꝙ etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, ꝙ possint sibi quærere necessaria artificio suo licito de hoc extr. ne cle. vel monac. c. 1.

Nonagesimasecunda dist. probatur ꝙ magis corde quam vocibus cantandum est in ecclesia Dei, & nō cum organo, vel melodiis vt populum delectet, sed contrarium de consuetudine seruatur. Item ꝙ episcopi si non recipiuntur a diœcesi sua, possūt in aliis suis parochiis officiū presbyteri exercere, & priora officia & beneficia retinere, quousque recipiantur, extra de elect. cum in cūctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, ꝙ obedientiam inferiores maioribus debent, & ꝙ nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei, debent eam semel in anno visitare per se, cæteri vero per nuncios extra de iureiuran. ago N reliqui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, vel tenuerit, extra de maio. & obedien. capitulo secundo & capitulo statuimus & quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio. probatur, quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quòd legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi, & quam potestatem habet archidiaconus super presbyteros, parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quod etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri, quā uis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus, & qualiter ipsi episcopi debeant a suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede, sed in domo sunt eius socii: & presbyteri chrismate possunt ungere infirmos.

Nonagesimasexta distinctio. probatur, quod laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, vel iudicandi de rebus ecclesiarum, & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo, de hoc extra de iudic. nouit de maio. & obediend. solitæ, & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quòd precibus ecclesiæ imperator & cæteri principes possunt in præsumptores animaduertere, & ecclesiam iuuare de hoc in capitulo primo, de of. ficio ordi.

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio. v. episcoporum recipiendi nō sunt. de hoc extra de cler. pe reg per totum.

Nonagesimanona distinctio docet iterum, & plenius de primatibus & potestate eorum, qualiter solo nomine differunt a patriarchis, & quod maiores sint episcopis de hoc extra de officio ordinarii, duo & de diuisione prouinciarum aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & usu eius, de quo habetur de electione, significasti & cap. quod sicut & de transla. capitulo secundo, de vsu pal. per totum.

Centesima prima distinctio probatur, quod una prouincia non debet diuidi in duas, de hoc extra de præbend. maioribus, nec vna prouincia dēt habere duos archi-

archiepiscopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat causas, in quarum prima de simonia co, & ordinationibus tractat, eo quod de elec. ecclesiastica, & de ordinibus superius sufficienter monstratum erat.

Causa prima.

Quidam habens filium obtulit eum ditissimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras soluit.

HAec est prima causa, tractãs de simonia, ꝙ inter cætera crimina maximũ est, & in sequentib. duab. causis, de criminalibus tractabit simpliciter, præmittens Grat. has tres causas criminales. Et habet hæc causa 7 q. & incidẽtia quædam extra simoniam more suo interserens.

In prima quæritur, an sit peccatum emere spiritualia, Gratianus primo allegat ad probandum ꝙ sic vsque ad §. sed obiicitur. Ibi in contrarium obiicit, & tres facit obiectiones, quib. respondet, & responsiones auctoritatibus probat, probans quod ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma ecclesiæ tenẽt, distinguẽs in §. signo, inter sacramẽtum necessitatis, & sacramentum dignitatis, & eam prosequitur usque ad §. ex his ibi trãsfert se ad hæreticos, & de eorum sacramentis uarie constat, usque ad § cõstat, ibi ad principale propositum redit, & tractat de simonia, usque ad finem quæstionis, & de hoc, ext. de simo per totum, & de renun. nisi cum pridem. super. §. secundo. Probat etiam qualiter simoniaci remanent in ordinib. suis dispensatiue, & quidã non, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptismo, & eius effectu. de hoc extra de baptismo, per totum, & de Eucharistia de quo ext. de celeb. miss. per totum. Tractat etiam incidẽter, quod non sunt sacramenta in peccatoribus prælatis despicienda, vsque ad §. duo autem. de quo extra, de uita & honestate cleric. vestra. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt & §. obiicitur, ꝙ baptisma, & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma ecclesiæ, sed non ad effectum, vel executionem, nisi ignoranter recipiantur: quia tũc bene quo ad executionem & effectum conferuntur, vsque ad §. constat. A § constat. vsque ad §. sicut probatur, quod pro nullo sacramento recipi potest pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de simonia. non satis, & eodem tit. cum. in ecclesiæ, & cap. cum sit Romana. Post modum distinguit inter illos, qui scienter a simoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter, & de pœna: & ignorantia eorũ: in c. statuimus: probans in capitulo, ordinationes. quot modis simonia cõmittatur: quia aliud est munus ob obsequia: &c. & in c. sunt nonnulli. dicens ad finem quæstionis, ꝙ qui ab ordinãdo, vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet sicut qui promittit pecuniam ob accusandum, vel ob iudicandum, uel ob testimonium ferendum, uel non ferendum, punitur quasi simoniam committat, vt 1. quæstio. 3. videntes.

Secunda quæstio. quæritur, utrum pro ingressu monasterii pecunia sit exigenda, vel etiam exacta persoluenda? docetur quod non ostendens primo, quod ecclesia non debet construi, nisi primo dos ei constituatur, de hoc extra de eccl. ędi c. pen. Si tamen aliquid sine petitione fuerit oblatum, recipi potest. de hoc extra de simon & si quæstiones in authent. de sanctiss. episc. §. si quis autem clericos. probat insuper, quod beneficia ecclesiastica non sunt danda diuitibus, sed pauperibus, per cap. clericos, & capit. pastor. qui alias vnde viuat habet, & q beneficiũ ecclesiæ receperit, sacrilegium committit, & iudicium sibi manducat, & bibit.

Tertia quæstio. quęritur, an ingressum ecclesiæ vel præbendam emere sit simoniacum, docetur quod sic: quia nec speciale, nec spirituali annexum emere licet, nisi in casibus de quib habetur extra ne prælati uices suas, querelam, & hic in nat. pri. & super capitulo 2. Item de pœna talium ementium, & vendentium ostendit, docet etiam, quod si iudex pro iudicando pecuniam recepe rit, simoniam committit per ca. vendentes. de hoc extra de uita & honestate clericorum, cum ab omni, & Innocen. super cap. non solum.

Quarta quæst. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, ꝙ eo ignorante constat esse admissum, docetur primo, quod ignorantia excusat multis auctoritatib. nisi filii imitantur uitia paterna, uel nisi quantum ad eos peruenit ext. de renun. nisi cum pridem, ultra medium, de vsuris. tua distinguens in §. notandum. inter ignorantiam iuris & facti, & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. c 1.

Quinta quęst. quæritur, an liceat ei esse in ecclesia, uel fungi eo ordine, quem sic paterna pecunia est assecutus, probatur quod sic, dispensatiue renunciando episcopatui. de hoc ext. de simo. nobis, possuntetiam promoueri isti ignorantes, & etiam dicendũ est si per uim etiam arctetur simoniam intercedere, ut in c. fi.

Sexta quæst. quæritur, utrum illi, qui ab isto simoniaco ignorãter ordinem receperunt sint abiiciẽdi? respondetur ꝙ non, per ca. si quis. quod est in 1. q. huius causæ, si quis a simoniacis. Item docetur in eadem quæstione, quod dare aliquid ut eligantur, uel ut electio eius confirmetur, simoniacum est per cap sicut is inuitus & C. de epis. & cler. si quem quam.

Septima quæstio. quæritur, an iste renuncians suę hęresi sit recipiẽdus iterum in episcopali dignitate suadente ecclesiæ necessitate, uel utilitate, & ibi super §. nisi rigor. tractatur de dispensatione ad plenum, tractatur etiã de hæreticis quando reuertuntur ad ecclesiam, & qualiter, & sub qua forma recipiẽdi sunt, & quod necessaria est quandoque dispensatio, per capit. dispensationes, ad finem probat, qualiter ordinati ab ecclesia sint ab hæreticis recipiendi, cõcludens per cap. fi. quod cætera crimina respectu simoniacæ prauitatis pro nihilo reputãtur. de hoc ext. de sim. c. tanta.

Causa secunda.

Quæritur, quidã episcopus delapsu carnis a laico impetitur; Duo monachi, vnus, &c.

Ista causa habet 8. quæstiones. In prima quæst. tractatur, qualiter circa iudicia, & causas in occultis, & qualiter in notoriis sit procedendum.

Secunda qu. tractatur, ꝙ spoliatus ante restitutionem suis spoliatorib. respondere non cogitur, de hoc ext. de ordine cognitio.

Tertia quæst. tractatur, qua pœna feriandi sunt calumniatores, & de abolitionibus, de hoc ext de accusatio. super his, & de collusione.

Quarta quæst. tractatur, quot testes in qualibet causa sufficiant, de hoc melius de test per totum ti. & præsertim in c. licet.

Quinta

Quinta quæst. tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius, extra de purgatione canonica & vulgari.

Sexta quæstio. tractatur qualiter & quando sit appellatum, de hoc ext. de appellationibus, & C. & ff. & in auth.

Septima quæst. probatur quod laici contra clericos, in accusatione regulariter audiendi nō sunt, nec inferior clericus contra maiorem de hoc, ext. de hære. excōmunicamus, de testi. de cætero, & de accusat. c. 1.

Octaua quæst. ponitur, qualiter accusans se debet subscribere, & libellum formare, de hoc extra de procur. c. tuæ.

Causa tertia.

Quidam episcopus de propria sede deiectus est, petit restitui, post restitutionem, &c.

HAec est tertia. Causa, in qua tractat. in sui principio de rest. spol. & habet 10. quæst.

In prima quæritur, an restitutio sit danda omnibus spoliatis, probatur quod spoliati restituendi sūt ante ingressum causæ principalis, de hoc, ext. de restit. spolia. per totum.

Secunda quæst. tractatur de induciis, quæ debent dari ipsis restitutis, antequam ad iudiciū reuocentur, & dic breuiter hodie, ꝙ sunt arbitrariæ docetur in fine, quod cum agitur contra prælatū de dilapidatione, interim debet more tutorum, uel curatorum ab officio suspendi. de hoc extra de offic. deleg. uenerabili. & de simo. licet Heli.

Tertia quæst. probatur, quod induciæ sunt dandæ, postquam ad iudicium sunt uocati

Quarta quęst. probatur, ꝙ infames & non legitime coniuncti accusationem admitti non debēt, & generaliter, qui admittendi non sint ad accusationem.

Quinta quæst. tractatur, ꝙ testes de domo actorum producendi non sunt, & etiam de suspectis iudicibus tractat, & de testib. & qui a testimonio, & de accusatione repellantur. de hoc ext. de accus. c. 1. & de testib. c fi.

Sexta quæst probatur, ꝙ actor dēt sequi forum rei, & quod nemo de prouincia in prouinciam dēt in ius uocari, sed hęc quęst. o plenius examinatur, extra de foro compet per totum, & de rapto. c. 1. & quod episcopi deponendi non sunt, nisi auctoritate Papæ, & quod alii iudices uel prælati uocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Septima quæst probatur, quod criminosi & infames iudices aliorum esse non debent, nec aduocati, & super hoc inducit totum titulum ff. de postula. & C tamē dum in administratione tolerantur, non potest eorum iudicium declinari, & de hoc plenius de postula. C. ff. & ext. de rescr. sciscitatur.

Octaua quæst. probatur, quando ad episcopum deponendum accusatum, ad minus debent interesse duodecim episcopi cum metropolitano, ut assessores, non ut iudices, de hoc extra de re iudi. c. non potest.

Nona quęst. docetur, quod accusatus contra accusatum absentem uel testis in absentia illius cōtra quem deponit, audiendi nō sūt, & qualiter testes, de quib. deponere debent sunt, instruendi. de hoc extra de test c. 1.

Decima quæst. probatur, ꝙ testis vel accusator, qui differunt in uno casu, in alio audiendi non sunt, quia præsumuntur de calumniosi, de hoc ext. de accusa cum P.

Vndecima quęst probatur, quod in criminibus reaccusatio non habet locum, nisi in casibus, de hoc melius. C. qui accusare non possunt l. 1. & l. neganda, & ext. de iud at si clerici.

Causa quarta.

Quidam uir in excommunicatione constitutus: episcopum accusare disponit, &c.

HAec est quarta Causa & habet sex qōnes. In prima quæritur utrum excommunicatus possit aliquem accusare, & probatur, quod non, de hoc, extra de iud. intelleximus.

Secūda & tertia quæst in simul examinantur, & tractant, qui & quales, & qua ætate debeant esse testes, & qualiter examinari dēant de hoc plenius ff & C. de test. & ext de testi. & per totum

Quarta quæst. tractatur, quod in iudicio quattuor personæ sunt necessariæ Et quod alius debet esse accusator, & alius testis Et ꝙ inscriptio in accusatione præcedere debet, nisi in casibus, de quibus ext. de uerb. sig. forus & de accusa. super his.

Quinta quæst. tractatur, ꝙ si accusator ad diem uel terminum sibi assignatum non uenerit, potest excommunicari de hoc, ut lite non contest per totum, de uer. sig. ex parte.

Sexta quęst. tractatur, ꝙ illi qui ab accusatione repelluntur si suam vel suorum iniuriam prosequuntur, bene admittuntur de hoc ext. de testi. de cetero.

Causa quinta.

Infamia cuiusdam episcopi chartula accusatoris inscribitur, &c.

HAec est quinta Causa, & habet quinque quæstio. In prima qō tractatur. qua pœna feriēdi sunt, qui libellos famosos in occulto contra aliquem scribunt, de hoc C de fal. libel. per totum.

In secunda quæst. probatur, ꝙ reus edictis legitimis dēt uocari ad causam antequam in eum sententia condemnationis proferatur. de hoc extra de dolo, & contu. per totum, & de maio. & obed. inter quattuor ff. de iud. l. ad peremptorium, cum l seq.

Tertia quæst. probatur, quod in criminalibus causis non potest interuenire procurator, & nec ad allegandum causas absentiæ, de hoc plenius ff de procur. seruū. §. publice ext. de accusationib. ueniens.

Quarta quęst. probatur, quod episcopus absque synodali audiētia & auctoritate apostolica, cōdemnandus non est, & cum fuerit in synodo, debet mitissima relatione uerborum factum suum proponere, non indiscretis uocibus perstreperet, quod si fecerit, debet de concilio expelli, ut exeat iurgium cum eo.

Quinta quæst probatur, quod non debet aliquis reputari inimicus eo quod accusat, quod non omnis qui osculatur, est amicus, & non omnis qui uerberat est inimicus.

Sexta quæst docet, qua pœna feriēdi sunt accusatores, qui non probant quod intendunt, de hoc tractauerat 2. q. 3.

Causa sexta.

Duo fornicatores, & infamia notari quendam religiosum episcopum de simonia, &c;

HAec est sexta Causa, & habet quinque quæst.

In prima tractat, an infames & criminosi ad accusationem episcopi sunt admittendi? Et respōdet quod

quòd non: nisi forte in exceptis criminibus, puta in simonia, vel in crimine læsæ maiestatis, & hæresis. Et ostendit quòd maiores a minoribus accusandi non sunt, nec iudicandi: quia non est discipulus supra magistrum. Et ponit qui sint infames, probans quòd quandoque detractio (licet in se mala sit) in Deo permittitur, ne in superbiam eleuetur quandoque.

Secunda quæstione probatur, quòd non creditur episcopo soli si dicere voluerit aduersarium suum criminosum, vel quòd hoc ei cõfessus fuerit de hoc extra de testi. licet & de offi. ord. si sacerdos.

Tertia quæstione probatur, quòd non licet episcopo accusato ire ad Archiepiscopum alterius prouinciæ, qui non potest eum ligare vel soluere, nisi in casu extra de rap. c. 1. & ibi probatur quæ dicatur prouincia, & quot episcopos debet habere.

Quarta quęstione probatur, quòd si contingat episcopos & Archiepiscopũ discordare in iudicio istius episcopi accusari, quod archiepiscopus vicinæ prouinciæ cum aliquibus de sua prouincia episcopis reuocandus est, ut cum eis quæstio dirimatur, vel si prouincia habet primatem, recurratur ad eum, quorum quidem sententia tenebit, nisi ad superiorem fuerit appellatum, de hoc extra de re iud. c. fi.

Quinta quæstione probatur, quòd deficiente accusatore reus non est cogendus ad purgationem, nisi fuerit infamatus: quia accusatore non probante, &c. extra de accu. cum P. & de purg. can. per totum, de simo. de hoc, in fi. & c. sequenti.

Causa septima.

Quidam episcopus longa ægritudine grauatus, sibi alium institui rogauit: cuius precibus, &c.

HAec est septima causa, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione tractat de clerico ægrotante. In sui principio ponit, quòd in ecclesia sua alter assumendus non est quantumcumq; sit tẽpore infirmus, imo schismaticus dicitur, qui se ad hoc ingerit vsque ad §. ecce. Sed eo petẽte forsan infirmitate grauato, surrogetur alius ei, vel detur ei coadiutor, & si quis deficit in medio missæ, alius sacerdos, qui debet ei assistere, complet sacramentum. Item quòd episcopi vel cæteri prælati non debent deserere ecclesias suas, & ire ad alienas, de hoc de cle. ægro. & de cle. non resi. per totum & de transla. quanto. Item quod non debet eis pretium constitui, ponens casus quibus prælato viuente, potest alius substitui, de quo habetur extra de ren. nisi cũ pridem, & c. post translationem.

Secunda quęstione probatur, quòd episcopus ex quo renuntiauit, & alius substitutus est: postea episcopatum suum recuperare non potest: celebrationem missarum, si causa infirmitatis dimiserit valetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Causa octaua.

Quidam episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamento instituit, &c.

HAec est octaua Causa: & hẽt quinque quæst. Et hæc causa habuit ortum ab illo cap. quod est supra causa proxima, quæ. 1. petisti. vbi fuit concessum cuidã episcopo sibi eligere successorẽ.

In prima quæstio. probatur, quod nullus prælatus debet, vel potest sibi eligere successorem: quia ecclesia Dei iure hæreditario possideri non debet, & de hoc vsque ad §. his omnibus de hoc extra de al. presby. conquerente. Dein de quædam adiungit ad electionem pertinentia, probans, quòd electus electionem non debet respuere, & qualiter eligi debeat de hoc habetur C. de epis. & cle. si quemquam, & ste renun. nisi cũ pridem. Et hoc propter bonũ obedientiæ, quod magnum est, de quo extra de ma. & obed. c. 2. & qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Interserit qualis & qualiter eligi debeat, vsque ad §. cum autem, probans etiam, quòd quandoq; eligũtur mali prælati, propter peccata subditorum: & quam grauiter peccant, qui scientes se insufficiẽtes prælaturas assumunt, cum aliorũ sedem, qui magis digni sunt nõ dubitant occupare.

Secunda quæstio. probatur, quòd eorum patrocinia in electione conualescere non debent: sed vita & moribus est pręferendus Et quòd domini electores de eligẽdo possunt iudicare & examinare, postquam electus fuerit, de eo non possunt iudicare, extra, de electio. cum inter.

Tertia quæstione probatur, quòd non est simoniacus, qui post suã electionem pro indemnitate ecclesiæ suæ iuramentum præstat. de hoc extra de ele. significasti.

Quarta quæstione probatur, quod pendente accusatore contra prælatum ante tempus sententiæ nõ debent subditi ab eo discedere, vel ei non obedire, de hoc extra de accu. olim.

Quinta quæstione probatur, si quis prælatus super aliquo crimine ad sedem apostolicam fuerit uocatus, non debet a curia discedere siue litteris Papæ, de hoc extra de iad. c. 1. & de procura. constitutus.

Causa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit, quendam capellanum sui suffraganei, &c.

HAec est nona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione probatur, quòd ordinationes factæ ab excõmunicatis, & electiones factæ ab hęreticis non sunt recipiendæ: quia non habent exceptionem, nisi fuerit cum ordinatis dispensatũ, de hoc de ord ab epi cap. fi.

Secunda quæstione probatur, quòd nullus episcopus debet clericos alterius diœcesis promouere sine commendatitiis literis proprii episcopi, vel parochianum alicuius recipere ad diuina, vel iudicare de hoc extra de procuta ca. 2 & 3. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio a propriis episcopis, ut probat c. Lugdunẽ. & extra de tempo. ord. post translationem.

Tertia quæstione probatur, quòd archiepiscopi de subditis suffraganeorum suorum non iudicent nisi in casibus, de hoc extra de offi ord c pastoralis, quamuis ecclesia Romana de omnib. indifferenter iudicet, & nullus de ea, nisi Deus, imo cuilibet ecclesiæ potest propter prærogatiuam suę potestatis de prælato prouidere, & eum remouere similiter, vt in c. nunc uero, & de hoc extra de procura. constitutus.

Causa decima.

Quidam laicus Basilicam a se factam, a diœcesana lege segregare quęrit. Episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem, &c.

Hæc

Haec est decima Causa, & habet tres qõ. In prima quæstione probatur, quod ecclesiæ cum omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem, in cuius territorio sitæ sunt, pertinent, & ecclesiæ oblationes, & facultates earum a laicorum dispositionibus iubentur esse immunes de hoc extra de sepul. certificari & de offic. ordi. conquerente, de relig. do. de xenodochis. de censi, cum apostolus, per totum. de consti. ecclesia.

Secunda quæst. probatur, ꝙ quamuis ecclesiæ cum rebus suis sint in dispositionibus episcopi, non tamen habent potentiam dilapidandi, vel vẽdendi bona ipsius, quod probatur per authẽticam, hoc ius porrectum, & per alias leges nisi in casibus. Item quare precariæ constituuntur, & reuocantur, de hoc extra de re. eccle. non alienan. per totum & alienator tenetur res ipsas ecclesiæ restituere, nihilominus tanquam fur. & latro priuatur. extra de elec. quod sicut.

Tertia quæstione probatur, quid nomine cathedratici debent habere epi de ecclesiis parochialibus, & qualiter quartam vel tertiam pro fabrica ecclesiæ reparanda secundum diuersas consuetudines, & de obuentionibus ecclesiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quod nullus debet habere plures ecclesias, nisi propter paupertatem, quam vnam, de hoc extra de his quæ fiunt a maiori parte cap. de sepult. certificari. de elect c. dudum. Item imponit modũ, secundum quem episcopi debeant parochias visitare, de hoc extra de censi. c cum Apostolus. de offi. archid. c. 3.

Causa Vndecima.

Clericus aduersus clericum quæstionem de prædiis agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit reus, non nisi, &c.

Haec est vndecima Causa, in qua tractatur in parte de litigijs, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione examinatur & docetur multis auctoritatibus, quod clericus semper est trahendus coram suo non ciuili iudice, nisi in casibus, de auctoritate tamen sui maioris, de hoc extra de foro compet. ca. per totum, & maxime in capitu. si diligenti, de iudic. at si clerici. ad finem.

Secunda quæstione probatur, quòd suspẽsione dignus est, qui ad ciuilem iudicem clericum trahit, vt in prædicto c. si diligenti.

Tertia quæstione probatur, quòd qui suspensus celebrat, irregularis efficitur, & deponi potest, de hoc extra de cleric exc. mini ca. per totum, & quod ideo publicanda est excommonicatio, quia communicantes minori excommunicatione sunt ligati, de hoc extra de sentent. excommuni. capit per totum, probans qualiter sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est: dicens postmodum contrarium, quod iniustæ sententiæ parendum nõ est, nisi propter bonum obedientiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos conscientia bona, apud alios bona fama de nobis necessaria est per capit. inter verba laudantium, & ca. non sunt audiẽdi, & ca. iræ, alias væ qui bonum, malum dicitis, &c. Imo ille qui male excommunicat, potestate ligandi se priuat. probans qualiter sententia quãdoq; est iniusta ex ordine, quandoque ex causa: quia sine causa nunquã debet quis excommunicari, ut in authentica de san. epi. §. omnibus autẽ episcopis, quandoq; ex ordine. de hoc de sente. excomunicatio. ca. sacre. & quattuor sunt, quæ peruertũt humana iudicia, & quod non semper est obediendum maioribus nostris, & qui sunt illi, qui non incidunt in excommunicationem propter communionem excommunicatorum, ad finem probat qualiter excommunicati sunt absoluendi, &c.

Causa duodecima.

Quidam clerici propria relinquere uolunt, de suis & ecclesię rebus testamentũ conficiunt, de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur, &c.

Haec est duodecima causa, in qua tractat vtrum clericis liceat habere proprium, & de ecclesiasticarum rerum alienatione, quia in superiori causa tractauit de litigiis clericorum, & habet quinque quæstiones.

In prima quæstione tractat, & quæritur, vtrum liceat clericis sæcularibus proprium habere. Probatur primo. quod non vsque ad illud c. ego sum. & §. contra vero. deinde probatur, quod sic: deinde soluit, postmodum quærit ibi incidenter, vtrum res ecclesiæ possint diuidi per ꝑbendas. & soluit quod sic, & non probat. imo causa super hoc inducta contrarium innuit. Item est in quadam nota in capitu. illi qui gloss. in verbo, hic patet. super c. 1. ibi, aut vbi examinatur, vtrũ illi, qui de patrimonio ꝓñt viuere, possint sine peccato beneficium recipere, & soluit ꝙ sic sed non ad suum vsum, sed ad vsum pauperum, alias sibi iudicium manducant. sed consuetudo contrarium seruat: quã Papa scit: & dissimulat, non dico tolerat, de hoc extra de rescrip. postulasti.

Secunda quæstione quæritur, an res ecclesiæ donata, vel alienata per clericos possit stare apud donatores, vel recipientes. docetur quod non, nisi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad eleemosynas pauperum: & ob vtilitatem ecclesiæ, vt habetur in princi. q. in notatis in eius summa, & in casibus, qui sunt C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. in authenticis ibi positis. Item in casu de quo habetur extra de dona. c. 1. & tunc sine consensu capituli, ut videtur, tenet alienatio.

Tertia, quæstione quæritur de his, quæ quis postquã fuit ordinatus clericus in ecclesia acquisiuit, quæ non habuit ante: respondetur, quod si intuitu ecclesiæ acquisiuit, debent esse ecclesiæ: cætera redeant ad hæredes, de hoc extra de testa capit. 1. & capitulo cum in officiis, & de suc. ab intesta. c. 2.

Quarta quæstione, qua quæritur si de suis, & ecclesiæ rebus aliquid acquisiuit clericus, docetur, ꝙ pro rata inter hæredes clerici, & ecclesiã diuidi debent, ut dicto capitulo requisisti. & si de pecunia ecclesiæ emit aliquid nomine ecclesiæ, de hoc debet cõficere instrumentũ, de hoc extra de peculio clericorum, c. 1. & per totum titulum.

Quinta quæstione docetur, quòd potest clericus condere testamentum de his, quæ habuit antequã ecclesiam acquisiuit: de his quæ postea intuitu suæ personæ, non autem de his quæ ad ecclesiam pertinent, alias tantundem de suo ecclesiæ relinquet.

Causa decimatertia.

Diœcesani cuiusdam ecclesiæ baptismalis cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliam diœcesim, &c.

Hac

HÆc est decimatertia Causa in qua tractatur de decimis, cui ecclesiæ sunt soluendæ: & de iure funerandi, & habet duas quęstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ illi, qui transferunt se de vna parochia in aliam, & habent prædia in alia possint soluere decimas de prædijs in parochia in qua morantur, vel in secunda, in qua transiuerunt: docetur quòd in parochia vbi sita sunt prædia, soluendæ sunt decimæ prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia de. hoc de parochi. cap. fina. & per totũ de deci. per totum. & maximè in c ad hæc. hoc tamen vltimum, quod dicit de præscriptione, pertinet ad secundam quæstionem.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum isti parochiani, qui sic se transtulerunt possint eligere sepulturã in prima, uel in alia ad quam se transtulerunt: probatur, ꝙ in prima regulariter, ut extra de sepul per totum. Item docetur ibi, ꝙ sepultura vendenda non est, ut extra de sepulturis abolendę, & inde credo, ꝙ sint ex tracta illa de decr. Item docetur, inf. eodem, pro quibus sit orandum post mortem, qui debeant in ecclesia sepeliri, vel non, & quot modis aiæ defunctorũ purgantur, & qualiter per triginta dies, vel quadraginta sit pro mortuis uel eorũ exequijs celebrandum & de eorum exequijs qualiter sint celebrandæ. de quibus cauetur extra de celebratione Missa cum marthæ ad fin. de testa. c. penul. & quod eis qui suspendio moriuntur sepultura nõ est neganda, & c. de hoc septuagesima tertia, q. 5. quid ergo, ut quia Deus non punit bis in idipsum, & inf. c proximo, secunda, quæstione vltima.

Causa decimaquarta.

Clerici cuiusdã ecclesię quęstionẽ de prędijs mouent: testes ex suis fratribus producunt: negotiatoribus Pecuniã crediderunt, vt ex eorum, &c.

HÆc est quartadecima Causa: & habet sex quæstiones. In prima quæstione, tractat de clericis, an possint petere res proprias.

Secunda quæstione, qua quęritur, an clerici possint clericos suę ecclesię in testes producere, docetur quod sic: quia non est pro clericis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum testificari. de hoc extra de testibus, cum Mutius.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercibus comparatis de pecunia mutuata dr̃ ꝙ quicquid vltra sortem accipitur, vsura est. & quodcumque nomen imponatur ei, est vsura.

Quarta quæstione, quæritur, utrũ liceat clericis, vel laicis usuras exigere: respondetur, ꝙ non: nisi ab hostib. & paganis secundum quosdam, de hoc extra de usu. per totum titu. Item emere vilius, ut carius uendatur, turpe lucrum est, & prohibitum est, & de hoc extra ne clerici, uel monachi cap. 1.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum de vsuris, & de illicite acquisitis possint fieri eleemosynę, docetùr, ꝙ non, extra de vsu. cap. super eo. item de deci c. prohibemus. Item quòd non est auferendum vni iniuste, ut alij detur, & ideo prohibitũ esse sacerdotib. aduocare per c. denique. ne per suffragium alterũ lædat. de hoc extra de cap. fi. de postu. Nec obstat illud, quod mandato domini in Aegypto furta commiserunt & per cap. dicit dominus. per quod tractatur extra de diuor gaudemus, circa medium, & de eo, quòd medicus, & aduocatus acquirit, per c. sane de hoc infra capitulo prox. quæstione secunda.

Sexta quæstione, qua quæritur, an vsurarij possint iuste pœnitere, nisi ablata restituant, respondetur, ꝙ non, per c. si res aliena. de hoc extra de fur. per totum titu. & in præcedenti quæstio. tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & ꝙ non liceat clericis auferre fures quando ducuntur ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendantur. de hoc de episco, audien. addictos.

Causa decimaquinta.

Quidã sacerdos crimine carnis lapsus esse prohibetur antequã sacerdotalem benedictionem consequeretur: postquam uerò, &c.

HÆc est quintadecima Causa, & habet octo quæstiones tractans de incontinentia clericorum, præmittens tractatum de his quæ mente alienata fiunt, & de quibusdam alijs.

In prima quæstione, qua quæritur, an quæ mẽte alienata fiunt, sint imputanda, respondet, ꝙ non nisi culpa sua inciderit in furorẽ, tractant de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum voluntarium, & non voluntarium, probans, ꝙ qui in furore, uel inuitus aliquem hominem interfecit, non peccat.

Secunda quæstione, qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio, docetur, ꝙ sic, extra de postula. capitu. tria. contraria intelliguntur de sæcularibus.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum mulieri, cum qua crimen commisit, sit credendũ. respondetur ꝙ non: quia confitenti de se, de aliorum criminib. credendum non est, ut extra de confes. c. 1. docens in quibus casibus accusatio, vel testimonium mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum liceat episcopo die Dominico aliquam causam ventilare, docetur quod non, tractans ibi de ferijs.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum clerico neganti sit indicẽda purgatio. docetur, ꝙ non, nisi de illo crimine remanserit infamatus: ut supra 6. q. de hoc melius de pur. can. 1. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst. ponendi, respondetur, ꝙ non. cõtra videtur extra de commo. grauis. & quæst. 5. c. villicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus Pontifex potest deponere principes terrarum: sed si iniqui fuerint, & inutiles potest absoluere vasallos a iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. ca. fi. & de elect. c. venerabilem, & in consti. noua ad rei memoriam.

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sine synodali audientia possit presbyter deponi, & condemnari. soluit ꝙ non, quia licet episcopus honorẽ dare possit, non tamen potest solus auferre, de hoc extra de transla. c. 2. in prin. & quod in depositione epi. 13. episcopi. in depositione presbyteri. 7. in depositione diaconi, tres debent esse, per ca. si quis durandum, & c felix. & c. seq. de hoc extra de re iud. c. 3. Item quod in pertractandis causis alijs debent adesse clerici ipsius episcopi de iure: licet sit secus hodie de consuetudine in quibusdam ecclesiis extra de diuor. c. ex literis.

Octaua quæstione, qua quæritur, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quod ante confessionem

item perpetrauit, possit in suscepto ordine post pœnitentiam ministrare, probatur, quod non de rigore iuris, nisi ex dispẽsatione cum distinct. quæ est in notatis super princi. quæstio. & qualiter a criminoso possum audire diuina, quod est de coha. cler. vestra. & quod filij clericorum suscepti de connubio secundũ quosdam, secundum alios etiam de concubina, debent esse serui ecclesiæ illius, vnde erat clericus, qui eos genuit, & est ibi speciale, ut filij puniantur pro peccato patris.

Causa decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialem, Instituit ibi monachum, vt officium celebraret populo, possedit eam per quadraginta annos, &c.

HÆc est decimasexta Causa, & habet septem quæstiones.

In prima quæstione huius causæ probatur, quod monach de licẽtia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet eis, quæ alijs sacerdotibus. de hoc extra. de stat. monacho. quod dei, cum similibus.

Item, quòd monachi, qui in monasterijs resident, non tenentur soluere decimas de suis prædijs, nisi sicut alij clerici. de hoc extra de deci. c. 1. & c. ex parte. & cap. presbyteri.

Item incidenter probatur, ꝙ sicut vnire duos episcopatus in vnũ, & diuidere vnum in duos pertinent ad summum Pontificem: sic vnire duas parochias, vel ecclesias pertinet ad episcopum loci. de hoc extra de religio. do c. 1. de exces. prælato. sicut unire de re. eccle non alie. c. 1.

Item, quod sedes episcopalis non debet esse ubi nunquam fuit, & vbi fuit, non debet remoueri, nisi ex causa. Item probatur ibi, ꝙ decimæ baptismali ecclesiæ sunt soluendæ. de hoc dicitur de deci. cũ contingat. & qui contra faciunt, excommunicati sunt: ut probatur in capit. in canonibus. vbi sũt illa verba pulcherrima: Ferro abscindenda sunt quæ fomentorum nõ sentiunt disciplinam, & ꝙ domini prælati non debent tantũ esse custodes chartarum: sed quandoque ad facta venire debent. Item quòd episcopi in ipsis decimis non nisi tertiam, vel quartam secundũ locorum consuetudinem, percipere debent, probat insuper quam graue est ipsas decimas, & primitias non soluere sacerdotibus. In fine probat, quòd quicquid habent clerici, pauperum est: & ꝙ decimas de cõsensu episcopi possunt licite monachi possidere: quod intelligitur secundum illud ca. cum apostolica. extra de his quæ fiunt a præla.

Secunda quæstione probatur per c. visis. ubi sunt illa uerba, ꝙ Diabolus mille modos nocendi habet, & illa, humani moris est illũ uereri, &c. & ꝙ capellis monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ, ad eos pertinet institutio, & destitutio presbyteri: alijs uero quæ ad eos pleno iure non pertinent, idest, quas ipsi monachi in suis uillis fundauerunt, præsentatio ad eos, ut patronos: institutio uero ad eos nõ pertinet, sed ad episcopum loci, hoc idem est de pri. cũ, & plãtare. & de capel. monacho. c. 1.

Quinta quæstione decimæsextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartã, probatur quod si monachi, uel Clerici construxerunt ecclesias in territorijs, q̃ habent in ciuitatibus, uel diœcesibus episcoporum aliquorum, ordinatio illarum ecclesiarũ, in sua diœcesi ad illos ẽpos pertinebit: præsentatio uero ad ædificantes, nisi ædificator fuerit episcopus: quia tunc uidetur per c. primum, ꝙ institutio ad eum pertineat, etiam in aliena diœcesi, quod facit pro episcopo uero in ecclesia de Riuolis.

Tertia quæstione probatur, qualiter ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. hoc idem extra de præscriptio. per totum de parochia. cap. pen. C. de vsufr. lege corruptione. C. de præscriptione triginta, vel 40. annorum, per totum.

Quarta quæstione probatur, quòd ecclesiæ contra monasterium non præscribunt, nisi quadraginta annis, per ius autem quod est C. de sacrosanctis ecclesijs, autẽtica, quas electiones, & per Gregorium de ecclesia ad ecclesiam prorogatum est, quia antiqui canones, triginta annos de ecclesia ad ecclesiam admittebant: vt supra quæstione proxi. per capi. omnes. & extra de præscriptio. sanctorum.

Sexta quæstione probatur, quòd ea, quæ de iure debentur ecclesijs, rectores earum nõ dẽnt sua auctoritate usurpare: ꝙ si fecerint, cadunt a causa. de hoc extra de dolo, c. 1. C. vnde vi, siquis in tantam. probatur postmodum quòd delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet extra de except. cum venerabilis. & ibi est quoddam cap. quod multum facit pro eis, qui habent chartas a b episcopis, vel aliquid de mensa.

Septima quæstione probatur, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere: qui a laici, nec per se, nec p authoritatem episcopi decimas possidere possunt. de hoc extra de deci. c. quamuis, & c. prohibemus, docens, ꝙ decimæ, & ecclesiæ omnes constitutæ in diœcesi alicuius de iure cõi ad dispens. episcopi diocœces. pertinent. in c. omnes. & in c. nullus. denuntians excommunicatos minori excommunicatione secundum Hug. vel excommunicandos omnes qui de manu laici abbatiã, vel alias dignitates recipiunt: & ipsum laicum excommunicatũ probat, vel excommunicandum secundum alium casum. de hoc extra de elec. c. quisquis. de iure patro præterea.

Item probat, ꝙ ẽps non debet habere œconomum laicũ nec per manus laicorum res ecclesiæ ministrare, quibus obsequendi manet necessitas, nõ auctoritas imperandi, extra de constit, ecclesia sanctæ Mariæ. excepto qđ possunt habere in ecclesia ius patronatus, vt extra de iure pat. per totum. & qualiter eis competit docet, & in quo patroni teneantur ipsis ecclesijs docens ad finem, ꝙ sicut licitum est monachis decimas male detentas de manu recipere laicorum consensu episcopi, ita & ecclesias recipere possunt, ut extra de his quæ fi. a præla cum apostolica, & de of. leg. c. dilectus.

Causa decimaseptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus se fieri velle monachũ dixit: ecclesiæ, & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HÆc est decimaseptima Causa, quæ habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an reus sit uoti, qui dicit se velle fieri monachũ, & an liceat ei a proposito cordis discedere. & primo quòd non possit multis auctoritatibus probatur. postmodum in contrariũ allegat, & soluit quod nequaquam habetur uoti reus, ext. de uo c. 2.

Secũda quæstione; probat solutionem suam, quã fecit in prima, docens quantum tp̃s sit ad professionẽ dandũ uolentib. trãsire ad

ad religionem, extra de regu. c. ad apostolicam.

Tertia quæstione probatur, ꝙ ex quo aliquis semel transiuit ad religionē: ex quo tenuit ingressus, non licet redire ad sæculum, etiā de licentia Abbatis.

Quarta quæstione quæritur, vtrum si aliquis exit de monasterio, sint ei sua reddenda, respondetur ꝙ non. de hoc de renun. c. 3. de cle. coniug. quòd à te, inducit incidēter, quia de sacrilegio fecit mentionē, & de eo docet quo modo & quot modis dicatur sacrilegiū ut infra, §. sacrilegium, & §. qui autem, & §. sequentibus & qualiter committatur: & qualiter puniatur. extra de senten. excom. per totum, de foro compe. c. cōquestus. ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatē: & qualiter non sit aliquis, qui eam confugerit, nisi in casib. extrahendus, & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat, probat etiam quod Abbas cum cōsensu sui capituli nō potest alienare, nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

HAec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones

In prima quæstione docetur, ꝙ quicquid habeat abbas, ex quo fuit factus abbas, totum pertinet ad monasterium vnde est abbas: & quicquid lucratur postquam est episcopus, totum est de iure episcopatus, ad quem transit, de hoc extra de testamenti. cap. 1.

Secunda quæstione docetur, qđ abbas nō per episcopum debet postulari vel eligi, sed per monachos, vt extra de statu mona. c. 1.

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasterium transiuerunt, vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

HAec est decimanona Causa & habet tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, si episcopus debet permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur, & soluit quod sic.

Secunda quæstione docetur, quod etiam inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficium, de hoc ex. de regu. in cap. licet.

Tertia quæstione quæritur, vtrum liceat canonico regulari transire ad monasterium, probatur ꝙ non: quod est intelligendū de transeuntib. causa leuitatis, aliàs esset contra prædictā decre. licet, & illa seruatur. Item quæritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias sæculares, & docetur ꝙ non, extra de relig. do. inter quattuor, de reb. eccl. non alie. possessione, & ne cle vel mona. relatum. Item probat ibidem: ꝙ ex quo aliquis est ingressus monasterium, non potest testari de rebus suis, nisi cū distinctione illius legis C. de sacrosan. eccl. auth. si qua mulier. authen. ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritiæ annos agētes, à parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, aliter spontaneus.

HAec est vigesima Causa, & habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrū in pueritiæ annis traditi a parentibus, cogantur propositū religionis tenere, & probatur qđ non.

Secunda quæstione, docetur quod ab adolescentibus, qui præter voluntatem parentum religionis habitum susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permanserunt exire non licet, & quod nō licet abbatissæ imponere velum monialibus suis, & quando offeruntur infantes monasteriis à parentib. suis sub testimonio multorū dicitur conferri, vt maledicendi actio auferatur, hoc est contra minores & prædicatores, qui cōtra uoluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia quæstione, qua quæritur, si quis præter voluntatem suam factus est monachus, utrum sit cogendus ad obseruantiam, probat quod non per ca. pręsens, vbi dicitur quod quis negligit, nec optat profecto nec diligit, qui autem non diligit, facile contemnit, de hoc extra quod metus causa. c. 1.

Quarta quæstio est, qua quæritur, si ab uno monasterio in aliud strictius sit licitum transire, & probatur quod sic, quod est expressum in dicta decreta. licet extra de reg.

Causa Vigesimaprima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesiæ præposituram alterius recipit, nec priorem vult relinquere, sæcularium quoque, &c.

HAec est vigesimaprima Causa & habet quinque quæstiones, quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis interposuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.

In prima quæstione probatur, ꝙ non potest clericus vnus in duabus ecclesiis intitulari: nisi in casib. de hoc extra de elec. dudū. 2. & ire ad alias sine commendatitiis episcopi sui, & de hoc de cle. non resi. per totum. Et ꝙ ex quo aliquis transfertur de una ecclesia ad aliam, tunc non habet facere cum prima, de hoc extra de elect. in cunctis.

Tertia quęstione prohibetur, ne clerici procuratores sæcularium negotiorum existant de hoc extra ne cler. vel mona. c. 1. ad fi. & cap. 2.

Quarta quæstione docetur, qđ clerici non debēt vti fulgidis & sæcularibus vestibus, & si moniti nō destiterint, per priuationem beneficiorum puniendi sunt, extra de vita & hon. cle. capit. pen.

Quinta quæstione probatur, quod ab episcopo correpti per suspensionem vel excommunicationē, non debent ad sæcularem iudicem confugere, quod si fecerint, grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidā episcopus iurauit falsum, quod putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam, &c.

HAec est vigesimasecūda Causa, & habet quinque quæstiones. De negotiis clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotiis clericorum sæcularium subiungere disponit.

In prima quæstione quæritur, vtrū iuramentum sit præstandum. Dicitur primo quod non & postea probatur quòd sic, & soluit sicut est solutum; extra de iureiuran. & si Christus.

Secunda quæstio est, qua quæritur vtrū sit periurus, qui iurauit falsum, quod putat verum, & docetur multis auctoritatibus ꝙ nō: deinde dicit ꝙ sunt duo genera mendacii, & qualiter sācti excusantur a mendacio, puro propter locum vel simulationem.

Tertia quæstione docetur: qua-

 liter

liter subditi nō debent deserere suum prælatum ; etiam si sciant eum esse periurum, vel criminosum vsque ad diffinitiuam sententiam, de quo.8.q 4 c. nonne. & de accu. olim.

Quarta quæstione, docetur, ꝙ illicitum iuramentum seruari non debet: quod fit tribus modis ; cū quis male iurat, cum incaute iurat, cum puellę in puellari ętate iurant patre postmodum contra dicente: ꝙ probat c.tribus. extra de iureiur. per totum, de hoc in c quanto, de elec. venerabilem, ad si per quod probatur, ꝙ si tantum profectus charitatis debent impediri, quod iuramentū non est seruandum: iuramentum obseruandum non est, puta in eo qui iurauerit non fideiubere, vel nō esse prælatus, pater, quod frāgitur illa causa; quod semper seruandum est, nisi seruatum vergat in dispendium salutis æternę, vt probat ea.q cap inter cætera, quia illud non videtur frangere, quia in melius istud commutat, in c.veniens, vsque ad finem.

Quinta quæstione, probatur, quod qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quod falsum iurat, ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciēs probat per cap. hoc videtur, in quo cap probatur, ꝙ reuelare secreta illi q possit prodesse & nō obesse, non est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secūndum illum qui exhibet, cōsiderata qualitate, & ratione vtriusque bona & mala, & quia Deus duplicitatis est aspernator simplicem intentionem vtriusque considerat & verborū artem aspernatur, & creat: vt in § de his omnibus extra eod. tit. cap. veniens docens quod in decimoquarto anno cōpellitur, quis iurare in fine: formam fidelitatis, quæ fit cum iuramento tam a vasallis domino, econtra, ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neque in iuramento mendacium dicere debemus.

Causa Vigesimatertia.

Quidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

Haec est vigesimatertia Causa habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio, vtrum bella sint licita clericis.

In prima quæstione, qua quæritur vtrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædā militetur, & quod de licentia superiorum, vel ducum, vel principum, militetur propter pacē seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glos.

Item, quod hosti seruanda est fides si promittatur.

Item, quod præcepta patientiæ nō molestatione corporis, sed in temperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione, qua quæritur quid sit iustum bellum, probat, ꝙ illud est iustum bellum, quod iurisdictio ingerit, vel quod in iniuriam iuris vlciscitur, probās ꝙ a filijs Israel iusta bella gerebantur eo videlicet, ꝙ viæ publicæ negabantur eis, quod fieri debebat.

Tertia quæstione, vtrum iniuria sociorum armis propulsanda sit: docetur ꝙ nō, nisi cui incumbit rat one offici: illi autem tenentur, alii vero non, nisi velint, vbi plene de hoc modo super principa. quæst. & extra de senten. excommunica quanto. Alii dicūt, ꝙ quemlibet tenetur cum armis propulsare, alias non videtur sine scrupulo societatis occultæ, &c. extra de homi sicut dignum & in eam partem videtur declinare Gratianus.

Quarta quæstione, qua quæritur an vindicta sit inferenda. Videtur ꝙ nō. Primo multis auctoritatibus & capitulis probando ꝙ mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos, quia nec dominus Iudā, quāuis malum sciret a con uiuio remouit, de hoc extra de offi. ord. c si sacerdos, quia Deus bonos & malos in ecclesia esse voluit, per cap. qui secundū carnē natus est, quia hęc vita quæ inter Cœlum et infernū sita est, oportet, ꝙ conditionem vtriusque loci recipiat, imo hoc ipso præsumitur malus, qui malos tolerare nescit, per c quamuis, &c. seq. ꝙ verum est de his quos corrigere nō possumus: qa auctoritatē non habemus, vel qa peccata probare nō possumus, & in hoc procedit vsque ad finem. Et est etiam alia causa, & ex tunc probat, ꝙ si ibi mali sunt prædestinati, superflua est eorum correctio; si sunt præsciti, inutilis, & ibi aliquo modo vindicta inferenda non est. In contrariū post modū soluit, quod crimina semper sunt ferenda, quando salua pace fieri potest, & quod multitudo non sit in causa, & hoc probat vsque ad §. semel vero. item quod prælatus propriam iniuriā vindicare non debet, per c. inter querelas, deinde redit ad probandum solutiones: docet etiam quod a §. breuiter monstratum est vsque ad finem, quod debet de necessitate fieri vindicta, dein de probat, ꝙ semel culpa dimissa, iterum in vltionem venire non debet.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum sit peccatum iudici reos morti tradere: cum probatum sit in superiori, quod crimina tolerari possint, docetur quod non. Item, ꝓbatur ꝙ sine iudice, nec alium, nec seipsum occidere licet c. de occidendis, vsque ad c, nō est necessariū, deinde in ca regum officium est, docet, ꝙ propriis principibus reuerētiam & fidē seruare debemus, & qui nō facit, apud Deum præmia inueni re nō potest. & sicut fidem & reuerentiā eis exhibere cogimur, vt extra de maio & obed. solitę, sic proprium eorum est, ut ecclesias iuuent, & defendant, & probat per capit administratores, ꝙ si non fecerint, a prælatis admoniti excommunicari poterunt, vt extra de offic. ordi c.1. deinde probat, ꝙ supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur, & schismatici, & hęretici, & excommunicati, vsque ad §. si vero rei.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum mali ad bonum sunt cogēdi, docetur quod sic, vt supra quæstione proxima.

Septima quæstione, qua quæritur, an hæretici rebus suis sint spoliandi, utrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorum possideant: & idem de Sarracenis, in not supra prima quæst. probatur multis auctoritatibus quod sic, de hæreticis, excommunicamus.

Octaua quæstione, qua quæritur, de episcopis & clericis, vtrum sua auctoritate, vel Romani Pontificis arma, vel bella inferre possint, docetur quod non, nisi hortando; sed illud officium aliis committere debent, de hoc extra de exces. præla. capitu. ex litteris, extra de uoto, magnæ ad finem, & in no. ostendens esse differentiam inter prælatos, qui solis decimis & primitiis viuunt, & hi non ita se possunt armis immiscere nisi hortando, & illi qui castra & ciuitates tenent a regibus, hi habent ire ad exercitium, de licentia tamen Papæ debent talia facere: quam differentiam probat decret. extra de maio & obe. solitæ circa prin ci. Docēs insuper qualiter tributa sint licita & præstanda principibus & maioribus nostris: etiā ab ipsa nostra ecclesia ꝓ pace tenenda extra de censi. c.1. in fi. & de pęnitentia: quæ imponit incē d.ariis

diariis tractat, de quibus habetur extra de senten excommu. c. tua. docens, quod regibus & principibus facultas faciendi iustitiam est permissa, si multi vulnerant vnum, & inde moritur, quis eorum teneatur, & videtur ꝙ quilibet, qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

Haec est vigesimaquarta Causa, & habet in se tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hæresim possit subditos suos excommunicare, & soluitur, ꝙ nec lapsus in hæresim antiquam, vel nouam, ex quo incepit eam prædicare est excommunicatus, nec potest excommunicare alium, quod multis cap. probatur. de hoc extra de hære. excommunicamus & in c. fin. de eo qui renunt. episco & est ibi c. quodcunque ligaueris. illa summa qualiter illa verba quodcunque ligaueris, &c. extra. de sent excom c a nobis, & illa summa de fide cap. hæc est fides, quæ est extra de sum trin & fide cath. melius, sed prædicti bene possunt baptizare, vt in vltimo. §. istius. imo & ordines conferre in forma ecclesiæ, vt sup. in quæstione super § quid in fi. & c. sequentib. & de hoc extra de summa trinit. c. 1. in fine.

Secunda quæstione quæritur, an aliquis post mortem possit excommunicari, & respondetur quòd non, nisi pro crimine hæresis. de hoc de sentent. excommun. a nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, de hoc extra de sepul. ex litteris, & cap. a nobis præalleg.

Tertia quæstione, qua quæritur, an pro peccato alicuius tota sua familia sit excommunicanda. soluitur quòd nõ, per c. si habes. Item ꝙ sententia excommunicationis iniuste lata, conuertitur in damnatorem suum, capitulo, de illicita. cum cap. sequen & præcedenti. de hoc cauetur extra de sent. excommu. sacro. & c. cum medicinalis, lib. 6. Item tractat an nocentes, vel criminosi sunt maledicendi. & primo quod non ad finē. §. illicita. ergo vsque ad §. sed quid. deinde probat, ꝙ à sanctis viris rationabiliter in malos zelo iustitiæ proferri potest excommunicatio probans quòd medicinalis sit excommunicatio, per c. corripiantur, qua pęna nulla maior in ecclesia Dei, vt ibi. & quia nescitur quid de quolibet pariat futura dies, de nemine quantumcunque excommunicato dum moritur desperandum est.

Item ponit differentiam inter hæreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, a c. quia vero. vsque in finem causæ. de hoc extra de hæret. & per totum, & de schisma, &c.

Causa vigesimaquinta.

Sancta Romana ecclesia quādam ecclesiam muniuit suis priuilegijs, decimationes suę diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

Haec est vigesimaquinta Causa habens sub se duas quęstiones, tractans quãtam potestatē habeat Romana ecclesia in concedendis priuilegiis aliis ecclesiis, quia in superiori causa ostendit, ꝙ omnis catholicus est subiectus Romanæ ecclesię, similiter in hac tractat plenius, de hoc extra de priuilegiis. per totum.

In prima quæstione, qua quæritur, vtrum clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesiis de prædiis suis sitis in parochia ecclesiæ baptismalis. docetur primo quod non, docens, ꝙ Papa contra canones facere nequit di. cap. sunt quidam & quod nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur. etiā vsque ad effusionem sanguinis. & quod contra ecclesiam dispensare non potest, nec contra diuinas scripturas, de hoc extra de bigamis capitulo secundo. In contrarium tamen soluit, quòd priuilegia concedere potest, dum tamen status ecclesiæ non subuertatur, vt extra de priuilegiis in pluribus locis.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum secunda priuilegia concessa cuidam monasterio sito circa baptismalem ecclesiam derogent primis priuilegiis clericorum ecclesię baptismalis: docetur primo quòd non, & probat per multos canones, & leges inductas, C. de præc. impe. offeren. & si contra ius, vel vtilitatem pub. & tit. seq. & hoc verum est, nisi ex causa prius priuilegium perderetur, vel reprobaretur. de quibus causis habes extra de dec. suggestum, vel de illis, qui propter suam culpam amittunt suum episcopum. per capitulo Innocens. de hoc melius extra in capitulo prædicto, & de rapt. super litteris, & de constitu. cum venissent.

Causa vigesimasexta.

Quidam sacerdos cum conuinceretur apud episcopū correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

Haec est vigesimasexta Causa, in qua Gratianus de sacramentis tractaturus, præmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramenti habere videntur, & habet sub se septem quæstiones.

In prima quæstione quæritur, qui sint sacrilegi, docetur & soluitur per capitulum primum.

Secunda quæstione, qua quæritur, an sit peccatum esse sortilegum, docetur primo allegando ꝙ non sit malum, deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas auctoritates, de hoc extra de sorti. per totum.

Tertia & quarta quæstione, quæ simul tractantur, quarum prima est a quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera, docetur. Itē quæ dicitur fuisse mathesees, & quod vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerūt illi Magi, qui eum prædixerunt, de nde saluati sunt. Item de natura Dæmonum, & qualiter futura prænoscant, ostendit.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicandi, docetur quod sic, extra de sortileg per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extruere altaria & spinis honorare, vel missas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi ostendit, qui omnes sunt reprobati à iure.

Secunda quæstione quæritur, vtrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui, probatur quòd non, nisi a summo Pontifice, vel metropolitano. sed excommunicari à presbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens quod reconciliatio publica, refectio chrismatis, & virginis cõsecratio ad episcopos pertinent, & benedictio solennis in missa, in necessitate tamē presbyteri excommunicatos à quolibet absoluunt, de officio ordinat pastoralis, & capitulo conquerente, de sententia excommunicationis per totum.

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sit pęnitentia morientibus iniungenda: docetur quòd non: sed innotescenda, & quòd pęnitentiæ sunt arbitrariæ vbi canon nō imponit eas. de his etiam quas canon imponit, potest presbyter ex causa relaxare per cap. te mpora pœnitudinis, & c. sequenti. Prohibens ne die Dominico ieiunetur, nam qui die Dominico studiose ieiunat, non creditur esse catholicus, ostendens quod cum magno gaudio & affectu debent recipi pęnitentes, nec debent eis imponere onera grauia, per c. alleg. de hoc extra de pœnit. omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit quod dies ægyptiaci, & calendarum non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa vigesimaseptima.

Quidam votum castitatis habens desponsauit sibi uxorem, illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima, causa, hucusq. de negotiis, de cætero de sacramentis, & quia matrimonium est magnum in Christo & in ecclesia sacramentum, & est antiquius cęteris de eo quotidie quæritur in iudicijs, in his decem causis sequentibus de matrimoniis tractat: & iste tractatus a causis non separatur, &c. tractans de impedimento voti contra matrimonium.

In prima quæst. & secunda, de sponsalibus tractat, & habet in se duas quæstiones in quarū prima quæritur, an coniugium possit inter vouentes contrahi, probat quod non, de hoc clarius extra qui cle. vel uo. per totum. Item inter uiduas & moniales, quæ vouent solemniter, & postea contrahunt. prosequitur. de hoc extra de reg. vidua, & punit eadem pæna eos, qui cum eis contrahunt, vel qui eas rapiunt, de hoc in præalle. titulo, qui cle. vel vouen.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum puellæ alteri dispensata possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere, tractat primo vtrum inter sponsos sit matrimonium & probatur quod sic per diffinitionem matrimonii, & per multa alia capitula, & sic soluitur quod matrimonium est, sed non ratum, immo non simpliciter coniugium, interserens quot bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quod unus coniugatorum, post carnis copulam sine cōsensu alterius nō potest ad religionem transire. de hoc melius extra de conuer. con. per totū, sponsi vero sic, extra de coniug. lepro ex parte. Item tractat ibi de frigido & maleficiato per totum, sed de hoc melius in vltima causa. Item tractat ibi, de eo qui cogno. consan. vxoris suæ, & de rapto. cap. fin. Item quæritur ibi, quare incontinenti post sponsalia non traduntur sponsæ sposisis, & soluitur, quòd vt eas habeant chariores ad finem soluit quæstio. quod sponsa de futuro possit nubere alij, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa vigesimaoctaua.

Quidam vir infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est; uxor uero eius fidei odio Christianæ, &c.

HAec est uigesimaoctaua Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione primo quæritur, an coniugium sit inter infideles, & soluitur quod sic, & vtrum si vnus infidelis conuersus fuerit ad fidem Christi, possit dimittere aliam, & respondetur quod non, nisi in casibus de diuor. quanto, & eodem titulo gaudemus, quod intelligitur de paganis, qa si vxor Iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudæum, vt in capitulo Iudæa, & in capitulis ibi positis. Item docet ibi, quod filii, qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quod cum Iudæis non licet comedere, nec bibere, nec balneari, quamuis cum paganis possumus, II. quęstione prima, ad mēsam, quia illi cibos nostros non discernunt à suis, sicut isti Iudæi maledicti. docet etiam, quod si fidelis cum infideli contrahat matrimonium, quòd non ualet nisi infidelis conuerti voluerit ad fidem, designans differentiam inter ratum legitimum & non legitimum matrimonium, & illam auctoritatem ponit, Quod nō est ex fide, peccatum est, & optime exponit quu præmissa sunt, quod inter infideles sit matrimonium admirari videtur.

Secunda quæstio. qua quæritur, vtrū viuente vxore infideli aliam ducere possit, conuersus ad fidem catholicam, & videtur quod non, nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ, quia tunc habet locum illa auctoritas, si infidelis discedit de hoc in prædictis capitulo, quanto. & capitulo gaudemus, circa finem, secus si unus fidelium transeat ad infidelitati errorem.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum tatis bigamus sit, qui vnam ante baptismum, & aliam post baptismum habuit. respondetur, quod sic. de hoc extra in præallegato capitulo, gaudemus ad finē, & supra uigesimasexta distinctione per totum.

Causa vigesimanona.

Cuidam nobili mulieri indicatum est, quòd à quodam filio cuiusdam nobilis in coniugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quæ tractat de errore, & habet sub se duas quæstiones.

In prima quæstione quęritur, vtrum sit matrimonium inter eum & eam. quem mulier credit liberum & nobilem, & tamen est seruus, respondetur quod non, assignans differentiam inter errorem personæ & fortunæ, conditionis, & qualitatis, & qui consensum con iugii non admittat, & super hoc multa bona argumenta inducit de isto errore.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quem putabat primo liberum. Respondet quod sic, nisi ex quo sciuit eum seruum cum eo habitare consensit de hoc extra de coniugio ser. per totum.

Vltimo probatur, quod si seruus cū ancille contrahit matrimonium, stabat, & tenet & nihilominus tenentur reddere seruitia dominis suis.

Causa Trigesima.

Quidam vir populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere; vxor, &c.

HAec est trigesima Causa, tractans de spiritnali proximitate & legali, qualiter impediant matrimonium, addit etiam de ætate, & de clandestinis matrimoniis, & habet sub se quinque quæstiones.

In

In prima quæstione tractatur, & quæritur utrum uxori suæ debitum reddere ualeat, qui propriũ filium de sacro fonte suscepit, & docetur: quod sic, nisi propria vtriusque uoluntate abstineant, de uno extra de cogn. spi. capit. super eo probans in cap. 1. quod sicut 7. sunt dona spiritus sancti, sic & septẽ sunt dona baptismi, & in quolibet contrahitur cõpaternitas, de hoc ext. de cog. spi. Item probatur, ꝙ nõ solum per baptismum, sed per confessionem, contrahitur compaternitas inter presbyterum & omnes illas personas, quas ad pœnitentiam recipit, & quod grauiter puniri debent, si cum eis commisceantur. de hoc extra de cogn spiri. in c. fi.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum spõsalia cõtrahantur per infantes & tenetur quod non, si sunt intra septennium quod expressum est in c. litteras. & ca. accessit. de spon. impuberum.

Tertia quæstione, qua quæritur. vtrum filii spirituales ualeant copulari naturalibus in matrimonio. docetur quod non, extra de cognatio. spirit. & legali. per totum.

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum quis possit ducere in uxorem commatrem uxoris suæ: docetur quod si uxor mea postquã ego eam cognoui fecit eam commatrem, non possum eam ducere, sed si antequam esset uxor mea, fecit eam commatrem, possum de hoc extra de cogn. spiri. Martinus, alio modo uidetur soluere Gratianus in §. notandum sed ad idem tendit.

Quinta quæstione, qua queritur, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet: & certe præiudicat, dummodo sit legitime probare: sed prohibentur ideo clandestina matrimonia, quia si alter negaret, & probari nõ posset, negans posset prohiberi a primo matrimonio, quia de incertis iudicare, uel diffinire non possumus de hoc extra. de clan. desp. c. 1. per totum probans hac occasione, quod iudex antequam sententiet, debet cuncta rimari, per capitu. nullus. namque iudicantem oportet cuncta rimari: nec in re dubia certa potest fieri sententia.

Causa trigesimaprima.

Quidam vir vxorem alterius stuprauit, & eo mortuo vxorem duxit: filiã ex ea suscepit, cuidã in cõgiugẽ se daturũ iurauit, &c.

HAec est trigesima prima Causa, tractãs de criminis enormitate impediente matrimoniũ & de coactione, & de fide sponsalium.

In prima quæstione quæritur, an possit duci in coniugem, quæ prius est polluta per adulterium & probatur quod sic, nisi alter fuerit machinatus in mortem ui ri, uel nisi fidem dederit uiuente uiro de ea ducenda de hoc extra de eo qui duxit in matrim q̃ pol. per adult. capi. 2. & ultim. & per totum. dicas quod bis uel ter potest quis nubere. & deinceps mortua prima, per ca. quod dormierit, de quo extra de secundis nuptiis per totum.

Secunda quæstione, qua quęritur vtrum filia possit tradi inuita in matrimonium, uel per merũ, docetur quod nisi libera uoluntate alicui non est copulanda, de hoc extra de despon. impu. c. 1. & ca. veniens & c cum locum.

Tertia quæstione, qua quæritur, an filia impubes desponsata per patrem, possit alii nubere, docetur quod non, si ipsa desponsationi consentit, alias sic, ut in præallegato c. 1.

Causa Trigesima secunda.

Quidam vir, cum non haberet uxorem, quandam meretricem sibi in coniugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui filia originalij: quam cum, &c.

HAec est trigesima secunda Causa tractans in sui principio, Vtrum cum meretrice possit esse matrimonium eo, quia supra proxima causa tractauit utrum quam polluit quis adulterio, possit habere uxorem, & ponit octo quæstiones.

In prima quæstione quæritur, utrũ meretrix licite ducatur in uxorem docetur primo ꝙ non, quia nõ liceat alicui retinere, nec ducere corruptam. Sed in contrarium soluitur, quod meretrix duci potest in uxorem, extra de spon. cum inter opera, dum tamen spes sit de ea quod corrigatur & in solutione illa de bonis matrimonii tangit aliquid etiam de bono uirginitatis in c. nuptiæ quæ suaderi potest, imperari nequaquam, ut in c. integritas.

Secunda quęstione, qua quæritur, an ea sit coniux appellanda, quæ causa incontinentiæ ducitur, docetur primo, quod non, Sed in contrarium. solutio est, dummodo aliquid de his, quæ sunt contra substantiam matrimonii, non opponatur, de hoc extra de condi. appo. c. fin § his ita respondetur: ubi probatur vbi primo fuit institutum matrimonium, & de bonis matrimonii tangit ibi in capi. quidquid. & in c. connubia ubi est optima nota de isto coniugio, ubi dicitur, quod in coitu etiã coniugali non adest, nec est gratia sancti spiritus, incidenter tractat, qui abortum committunt seu procurant, vtrum sint homicidæ. & docetur quod sic, si puerperium formatum est, uel erit, per cap. Moyses, quod est expressum, extra de homici. si aliquis. & iterum redit ad probandum solutionem suam prædictam & an consensus parentum requirẽdus est in copulandis filiis, per c. honorantur.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum neptis ingenui habens patrem suum teneatur sequi arbitrium aui ingenui, dicit q̃d aui.

Quarta quæstione, qua quæritur, an uiuente uxore sterili, liceat alicui filios ex ancilla quærere. probatur quod nõ, non obstante multorũ patrum exemplis Abrahæ. Loth, & Iacob. dicens: quod fornicatio non solum adulteriũ hodie est prohibita. in fin. docet quod partus uentrem sequitur, de hoc, extra de seru. non ordin. cap. fi.

Quinta quæstione, qua quæritur, an ea, quæ uim patitur peccatum admittere comprobetur. docetur quod non, quia reuera non antea caro potest corrumpi, nisi mens fuerit corrupta. uerum tamen est quod corruptæ sunt per capitu. si paulus. Item probatur quod nõ peccat, quæ sic uim passa est, nec propter hoc potest a viro dimitti.

Item probat, quod ex quo uir, & vxor coniugali affectu sunt copulati, non licet eos ab inuicem separari per ca. horrendus excepta causa fornicationis extra de spons. ex parte & quod excommunicandi sunt qui dimittunt uxores suas, supra cap. proximo. q. 1. & quod eodem modo puniendi sunt uiri, si adulterentur, & probatum fuerit, sicut & mulieres: aliter si non probatur, contra eos procedi non potest, quia occulta peccata non habẽt uindictam, & probationẽ cessante, vindicta cessat, per capitu. Christiana.

Sexta quæstione, qua q̃ritur, utrum adulter possit dimittere adulteram probatur quod non, de hoc extra de adult. capit. primo & fi.

Septi-

Septima quæst. qua quæritur vtrum ille, qui dimisit uxorem suam causa fornicationis, possit ea viuente aliam ducere. probatur quod non de hoc in d. ca. ex parte. de spons. probans quod adulterium magnum est peccatum, & fornicatio, & incestus & peccatum contra naturam. & quod sunt in ca. non solum, & ca. quid adulterio grauius & cap. flagitia. de his extra de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ, per totum. Item quod post matrimonium contractum, si alter fiat furiosus vel stultus, semper remanet matrimonium: quia illud vinculum matrimonii, in nullo casu rumpi potest. extra de conuer. coniug. ex parte.

Octaua quæstione, qua quæritur, utrum liceat ei, qui dimisit uxorem ducere aliam infidelem, ut eam ad fidem deducat, & respondetur quod non. extra de conuer. in fi.

Causa trigesimatertia.

Quidam maleficiis impeditus uxori suæ debitum reddere non poterat, alius interim clanculo eam corrupit, a uiro suo separata, &c.

HAec est 33. causa, tractans post multa impedimenta matrimonii de impotentia coeundi, de criminis enormitate, de feriatum tempore, quibus de pœnitentia, longum interserit tractatum, & ponit de ipso themate quinque quæstiones.

In prima quæstione quæritur, utrũ propter impossibilitatem coeundi mulier sit separanda a uiro? Respondetur quod sic, si naturale fuerit impedimentum, ante carnalem copulam, quod si ille postmodum cum alia coerit, priora connubia reparentur. Si autem propter maleficium, numquam priora reparantur per capitu. si per sortiarias. de hoc apparet hic, & extra per totum tit. de frigidis.

Secunda quæstione, qua quæritur an a uiro suo separata possit nubere illi, qui eam durante primo matrimonio cognouerat; Respõdetur quod sic peracta pœnitentia, si per iudicium ecclesiæ separata fuerit, aliter non: quia nullus debet dimittere uxorem suã sine iudicio ecclesiæ: quia hoc esset pænam apponere, quę imponi non debet nisi per iudicem, ut extra de diuor. porro, quod si dimissa fuerit, ante omnia restituenda est uxor. extra de restitu. spol. ex conquestione & c. litterat. Item quod non licet uiro suam uxorem interficere, etiamsi inueniat eam adulterantem, quod est verum secundum canones, quia gladio materiali. nemi nem puniri uolunt, sed spiritualiter: quia propter fornicationem dimitti potest, non occidi a uiro suo secundum Euangelicam ueritatem, & de pænis eorum, qui vxores suas interficiunt ponit, & quod clericis licet si uxores eorum peccauerint, eas in custodia detinere ligatas, non usque ad necem eas affligere. de hoc extra de iureiur. quemadmodum. Item soluit quare post 7. annos pænitentes ad pristinum statum reuertentur vel recipii iubentur, sed pænitens ad matrimonium, vel malitiam non recipiuntur regulariter ext. de pænit. & remi. c. 2. nisi ex dispensatione, iusta causa suggerente, & nisi haberent uxores isti pænitentes: quia tunc eis uti possunt: quia quos Deus coniuuxit, homo non separet.

Tertia quæstione, qua quæritur, utrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere.

TRACTATVS DE pœnitentia.

Hic incipit tractatus de pœnitentia, qui in septem partes distinguitur, quæ usu aliter distinctiones appellantur, in quorum qualibet diuersa quæstio tractatur.

Distinctio prima.

Prima distinctio tractatur, quod supra positum est. & primo nititur probare quod sola cordis contritio, & secreta satisfactio sufficit, & multorum sanctorum auctoritatibus & legibus super hoc inductis. Sed in contrarium soluitur: an tamen sola cordis contritio sufficit ad remissionem pænæ æternæ, ubi duo reliqua necessitatis excludit, & quid de hac quæstione sit dicendum, tene quod pluribus in locis ibi adnotatum est.

Distinctio secunda.

Secunda distinctio qua tractatur, an charitas semel habita possit amitti. probatur quod sic, de imperfecta dum est homo in uita ista, de qua tractat post c. occasione cuius, de tertia. in secunda incipit facere mentionem, & occasionaliter, & incidenter uenit ad hanc quõnem, pp eos, qui negant pænitentiam reintegrari posse, asserentes, quia charitas semel habita numquam amittitur, ita pænitentia semel celebrata uere nulla sequente culpa maculatur, docens in sui principio quid sit charitas & effectus eius, & quot gradus sint in charitate, & post baptismum homo peccare potest & de præscitis, & de prædestinatis. docens quod præsciti nunquam ueram charitatem habere possunt, sed fictam quæ aliquam se esse demonstrat, probatur, ut in fine dist. & ibi de creatione, & casu Satanæ ponit, & de confirmatione Angelorum, qui remanserunt in cælo.

Distinctio tertia.

Tertia distinctione quæritur, an pænitentia iterari possit, probatur quod sic, ponens multas diffinitiones pænitentię. sed primo asseritur quod non. Item tractat an pluribus criminibus irretitus de uno tantum possit pænitentiam agere. Solutio istius est extra de pænitentia, & remissio, quod quidam.

Distinctio quarta.

quarta distinctione dicitur, an peccata dimissa per pænitentiam redeant, & allegat pro & contra & tandem declinat in eam partem quod redeant saltem quod ad hoc quod non proficiet ei prima pænitentia quo adquiram æternam, sed tunc proficiet, cum de aliis egerit pænitentiam, ut in capitulo finali.

Distinctio quinta.

Quinta distinctione quæritur, qualiter peccatorem considerare oporteat in pænitentia, & probat per multa, scilicet qualitatem criminis, locum & tempus commissi criminis, & multa alia quæ continentur in capitulo in ista distinctione per totum & qualiter confiteri & pænitere debeat docet.

Distinctio sexta.

Sexta distinctiones duas facit quæstiones, prima est, cui confessio est facienda, & docetur quod pro-

proprio sacerdoti, & ex iusta cau sa alii cuicunque, sed cum licentia proprii sacerdotis, de hoc extra de pœnitentia & remissio. & etiam laico in necessitate. Nota qualis debeat esse, qui de aliorũ criminibus iudicat, & docetur quod sapiens, & discretus, & ab omni crimine mundus.

Distinctio septima.

Septima dist. qua quęritur, usque ad quod tempus recipiendus est peccator ad pænitentiã, & respõdetur, ꝙ vsque ad ultimum exitum vitæ suę: quia de nemine desperandum est, dum est in hoc mortali corpore constitutus, & ita nunquam pænitentia est neganda, & de prædictis 5 dist. tractatur plene in quarta quęstione huius 33. causæ, in qua quæsitum fuit vtrum orationis tempore coniugali opere uacare liceat, docetur quod non, n si in fine iusta de causa, puta si scandalum inde nascitur, uel fornicationis inde uitandæ causa, aliter peccatur mortaliter secundum quosdam. Alii dicunt, ꝙ de consilio loquuntur canones, qui hoc prohibeat, vt ibi in summa super principio quæstionis hoc statutum fuit quod tempore orationis & abstinentiæ nuptiæ nõ celebrantur, vt in capitulo, vir cum propria. in fi. de hoc extra de fer. Cappellanus, & quod dicit, quod commistioni vacandum non est tempore ieiunii, verum est de consensu viri & uxoris, alioqui semper requisitus tenetur reddere, sed non exigere, & ex hoc formatur sequens quæstio

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum viri sine consensu uxoris vouere possint continentiã, docetur quod non, sed de consensu vtriusque possunt ambo uel alter continentiam vouere, & in capitulo, quod Deo patri, de hoc extra de conuer. coniuga. per totum, & de bono uirginitatis, & continentiæ, docetur in capitulo tunc saluabitur, & docetur quod si uir consenserit vxorem vouere, vel econtra, oportet similiter quod ipse uoueat, de hoc ext de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet, quod mulier semper debet esse subdita uiro, propter hoc, quia uir est factus ad imaginem Dei, mulier uero non, extra de probationi proposuisti, & de despõ. impube probat per capitulum, mulierem, quia mulieri iudicare non licet, uel testimonium ferre, quod uerum est in criminali.

Causa trigesimaquarta.

Quidam uir in captiuitatem ductus est, postea uxor eius audiens illum mortuum, nupsit alii. Demum ille de captiuitate, &c.

HAec est 34 Causa, habens sub se duas quæst.

In prima quæstione qua quæritur, utrum sit rea adulterii, quæ absente uiro in captiuitate alteri nupsit, & respondetur quod nõ, si ignorat ipsum uiuere.

Secũda quæst. qua quæritur utrum reuertente primo uiro a captiuitate sit ei restituenda, & respondetur, quod sic, & de utraque quæstione apertius, extra de secundis nuptiis, dominus.

Item utrum vxor teneatur sequi virum, & quando quis malæ fidei possessor videatur, docet de hoc extra de præscriptione capitulo finali, & de eo, qui ignoranter adulterium committit tractat in fine.

Causa trigesimaquinta.

Quidam uir uxore sua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat sibi in matrimonio copulauit, quæ uxori defunctæ, &c.

HAec est 35. Causa, habens sub se decem quæstiones, tractans de consanguinitate & affinitate, & gradibus cognationis.

In prima quæst. qua quæritur, vtrũ liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in uxorẽ, docetur quod non, & causa in qua re hoc fit hodie cum in veteri testamento seruaretur contrarium, ostendit, de hoc extra de consanguinitate, & affinitate.

Secunda & tertia quæst. quę simul examinantur, in quarum prima quæritur, vtrum consanguinea vxoris alicuius duci possit in cõiugium, & vsque ad quem gradũ oportet abstinere a propriis consanguineis, & causam quare hoc fit, probat, immo aliqua capitula uidentur innuere, quod dum in memoria potest retineri consanguinitas, durat prohibitio, quæ copulas de affinitate innuere uideantur vsque ad quintum gradum, sed hoc soluitur in §. fi. sed totum hoc est hodie correctum per constitutionem ca. non debet. de consanguinitate, & affinitate.

Quarta quæstione, qua quęritur, quare ad 7. gradum matrimoniũ prohibetur, ostendens rationem supra: quia sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finiri debet.

Quinta quæst qua quæritur, quibus accusationibus matrimonia sint dirimenda, sed de hoc extra qui ma. accus. possunt, per totum, & de spon. cum in tua. & forma iuramenti quod testes super matrimonio inducti præstare debent, & testes etiam synodales, & de illis, qui ex aliqua iusta causa ab uxoribus separantur, uel coniunguntur inuiti, docens, quod si sciat quis consanguineã uxorem suam, non debet ipsam dimittere sine iudicio ecclesiæ, extra de diuor. porro. nec uni testi. super hoc impedimento matrimonii credi debet, de hoc extra de testibus, licet.

Sexta quæst. qua quæritur, vtrum illi, qui de incestuosis nascuntur sint legitimi filii reputandi, docetur quod non: nec debent in aliquo succedere patri, extra qui filii sint legitimi, per totum, & de eo, qui duxit in ma. cum haberet.

Octaua quæstione, qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti sunt in prohibito gradu affinitatis, uel consanguinitatis ex dispensatione in tali matrimonio remanere possint, & docet, quod sic de hoc extra de consanguinitate & affinitate, & de pœna seu pœnitentia ipsorum incestuosorum, docet de hoc extra de eo, qui cognouit consanguine. capit. primo, & ca. tua. & in multis c. ibidem.

Nona quæst. qua quæritur, si ecclesia fraude testium, uel ignorantia aliquos separauit per sentẽtiam, si postea deprehensa fuerit falsitas testium, uel calid tas, utrum possit primam sententiam reuocare? docetur quod sic, de hoc extra de re iud. lator & ca. consanguinei, tractatur ibi, quod non tantum sentẽtia matrimonii potest reuocari, ex causa: immo etiã contra alias sententias ecclesia venit ex causa multoties, ut ext. de test. spo. litteras.

Decima quęst. vtrum soboles suscepta ex primis nuptiis possit copulari cum consanguineis secundi uiri defuncti, & utrum affinitas dissoluatur per mortem uiri uel mulieris, & respondetur, ꝙ non, primum corrigitur per constitutionem. ext. de consan. & affini. ta. non debet.

Cau-

Causa trigesimasexta.

Filiam cuiusdam patre ignorante quidam muneribus illexit, & ad conuiuiũ inuitauit. finito conuiuio iuuenis virginem oppressit, quo comperto, &c.

HAec est 36. Causa & vltima, & habet in se duas quæst.

In prima quæritur, vtrum quidam, qui per vim puellam corrupit, raptum commiserit, & probatur quod sic.

Secunda quęstione, qua quęritur vtrum raptori nubere possit, probatur quod sic, si prior dissensus transeat in consensum. de hoc extra de raptoribus, cap. fin. & penultimo.

De consecratione aliisque ecclesiæ sacramentis.

Expleto de matrimonio, quod omnium nationum commune est, tractat hic de sacramentis, quę solis Christianis præstantur. additur de quibusdam aliis sacramentis, & quæ in ecclesia pręstantur sacramenta.

Primo agit de ecclesiarum consecratione, & altarium, & reædificatione earum, & missarum celebratione, & solennitatibus, quæ celebrantur ob reuerentiam sanctorum & sanctarum rerum.

Secundo, de sacramento Eucharist.

Tertio, de festiuis diebus.

Quarto de baptismo.

Quinto, de confirmatione, & de officiis diuinis & ieiuniis.

In fine de Sancti spiritus processione. De primo, de conse. & per totum. De secundo de celebr. miss. cum Marthę, & quasi per totum. De tertio ext. de reli. & ue. san. p totum. De quarto de baptismo, & per totum. De quinto extr. de consuetudinibus, quanto. Et sic iste tractatus in v. dist. est distinctus, differens a modo tractandi a superioribus, quia utitur solũ auctoritatibus in toto isto tractatu, nec apponit de suo Gratianus, nisi duos §. vnum in prima dist. allum in quarta, qui nolebat aliquid nouum inserere in hac materia, in qua non solum uerborum, sed sententiarum nouitas est profana. Primo ostendit, quod ecclesiæ sunt consecrandę. Secundo qualiter. Tertio de non iteranda consecratione. Quarto de ordine Missæ, & quoties sit celebrandum in die.

Finis Flosculi, seu Summarij totius Decreti.

ADDITIONES SVPER DECRETO, D. PROSPERI CARAVITAE PATRICII EBOLITANI, & iureconsulti celeberrimi,

PRINCIPATVS PROVINCIÆ CITRA, & Basilicatæ, Regij Aduocati fiscalis.

Quæ quidem quàm sint in Theorica, & Practica vtiles, imò verò & necessariæ, facilè ex eo cognosci potest, cùm in eis ferè omnia quæ desiderari possent, summa quadam, & breui compendio, contineantur.

Vnde etiam clarè patet, qualis & quanta fuerit huius Nobilis viri doctrina, labor, et studium, cùm hæc talia, nisi à peritissimis, & sapientissimis viris, scribi non solcant.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, *Apud Iuntas.* MDCV.

ADDITIONES D. PROSPERI CARAVITÆ Patricii Ebol. super Decreto.



PRIMA PARS DECRETI.

IN DISTINCTIONE I.

In can. ius naturale versic. liberorum successio.

AD intell. vide Minad. in constit. in aliquibus. in princ.

IN DISTINC. IIII.

In can erit autem in princ.

Vide M. Mant. Dial. 103. lex.

An autem debeat esse generalis. vide Afflict. constit. priuilegia. nu. 40.

In eodem can. vers nullo priuato circa finem.

Vide Iser. constit. pęna eorum. colum. 5. versi. vtrum autem, & qui succ. tene. el 1. nu. 15.

In can in istis temporalibus. in princip.

Vide M. Man. dial. 104. de lege non disputata.

IN DISTINCTIONE V.

In can. ad eius vero. in glo in verb. quod vni.

Adde Iser. qui succ. feud. dar. ten. n. 11. versic. quando specialia.

IN DISTINCTIONE XV.

In canone sicut Sancti. in glo in verb. præsumit.

Et vide Gram. consi. 2. post dec. nu. 16.

IN DISTINCTIONE XXII.

In can. de Constantinopolitana. in gl. in verb. nescio. versi sic videtur.

Vide Afflict. decis. 168.

IN DISTINCTIONE XXIII.

In cano. in nomine Domini. in glos. audientiam. in verb sic habes casum.

Alios casus vide per Afflict. in constit. pœnā eorum. n. 142.

In eadem gl. in verb. non possit petere restitutionem:

Vide Cap. deci. 69 nu. 10.

In can. communis filius in glo. suorum infirmitate. in verb. nota quod in princ.

Et sic necessitas adiuuandi carnem suam facit licitum, quod alias erat illicitum, vide ad hoc per Afflic. multa decis. 289. num. 3. cum seq.

IN DISTINCTIONE XXXI.

In can. tenere debet. in glo. tenere debet. in verb ergo, & nos. circa prin.

An liceat alicui laudare se ipsum. vide Afflic. in procem. constit. regni. nu. 7.

In can. habuisse te concubinam. versi. sed quia.

Adde Afflict. decis. 252. in fi.

IN DISTINCT. XXXIIII.

In can. curandum in princ.

Vide Bart. Brix. quæst. 17.

In can si cuius vxorem. in gl si cuius. vers. dic ergo.

Vide Bart. Brix. quæstio. domin. 16.

IN DISTINCTIONE XL.

In cano. si Papa in glo. a nemine in verbo. nisi ipse.

In quib. casib. possit Papa accusari, & qs sit iudex. vi. Dec. cōs. 151. vbi plene de materia.

In gl in verb. a fide. versi. item nunquid.

Dec. consil. 15.

IN DISTINCTIONE XLVII.

In can sicut a. in glo. in verb esurientium.

Pauper implorat iudicis officium contra diui-

tem,vt ipsum alat.vide Affl.constitut lege præsenti.nu.6

IN DISTINCTIONE L.

In can ponderet.

Vide Iac.Menoch.de arbi.iud.lib.2. centu.4. casu 373 nu.1.

In can fidelior.in glo.

Quomodo procedat glo.vide Affl. in constit. iudices vbique nu.5.

IN DISTINCTIONE LXIII.

In can cum Adrianus in gl in verb & ad salutem versic quod quisquis.

Adde Dec.consi.64.nu.6.

IN DISTINCTIONE LXXVII.

In cano Monachus in glo in verb.quorum. ver. hoc,quod tantum.

Sequitur Dec consi.109.nu.5.

IN DISTINCTIONE LXXXI.

In ca Maximianus in ver dotali remoueantur.

Vide Petr.Duen reg.105.clerici propter.

In can.clerici.in gl.in uerb.aliqui uersi sed quid si duo.

Vide Petr.Duen.reg.313.4.limi.

IN DISTINCTIONE LXXXVI.

In can qui uenatoribus el 1.uersi.qui donant.

Add.ad intel.Iser.quib.mo.seu am. el j.n.11.

IN DISTINCTIO. LXXXVIII.

In can fornicari uersic.negotiari.

In casu licito.Dec.consi.111.nu.2.versi.nec prædictæ conclusioni.

In can eyciens Dominus uersic quicunque rem.

Vide omnino pro declaratione Dec.consil. 111.nu.7.

IN DISTINCTIONE XCIII.

In can præcipimus in uerb tunc enim.

Vide M.Mant.Dial.106.vicegerens.

IN DISTINCTIONE XCVII.

In can nobilissimus.

Vide M.Mant.Dial.107.cui creddenum.Ant. Gabr.consi.3.lib.1.

SECVNDA PARS DECRETI.

I. QVAEST. I.

In can.sicut urgeri in uerb sic,& ego.

Vide Mar.Mant.Dial.109.

In can.Marcion.uersi.nec putemus.

Vide M.Mant.dialo.110.

In can sunt nonnulli.in glo. in uerb.ab obsequio. uersic & sic uidetur.

An famulo prælati licitè possit conferri beneficium sine suspitione simoniæ. vide Fran. Marc.dec.1121.

I. QVAEST. IIII.

In can turbatur nauicula in glo in uerb.omnis. uersi.ignorantia proprij facti.

Vide Affl constitu.quisquis.in fi.lib.3.

I. QVAEST. VII.

In can. didici in princip.

Ad intelligentiam vide Iaco.Men. de arbitr. iud.casu 272.nu.8.

II. QVAEST. I.

In can nos in quemquam in fine.

Vide Mar.Man.dialo.111.

II. QVAEST. III.

In cano si quis iratus.in summario.in fine.

Vide M.Mant.dial.112.deliberatio.

II. QVAEST. V.

In ca.quanto a nobis uersi.quia sicut.

Adde Afflict.decis.287.

II. QVAEST. VI.

In ca præsul.in glo.uersi.imo duo.

Soc.consi.190.i pri.alta.aure.i verb.testis.col.5

II. QVAESTIO VII.

In can. nullus.

Vide Moder int.oper Bar. de Cap. constitut. prosequentes in prin.

In can laici.

Vide Mar.Mant.dialo.113.laici.

III. QVAEST. I.

In can reintegranda.

An remedium huius cap.detur contra singularem successorem,& pro quibus rebus detur,corporalibus, & incorporalibus,& an competat male fidei possessori. vide Rip. in cap.sæpe.n.19.& seq.extra de rest.spo. vbi plene de materia huius canonis. vide omnino. nigrum ad materiam in c.regni subditorum.n.43. & seq. vbi etiam habes nu.48. an possit appellari a sententia lata super remedio huius cap. & multa de remedio huius canonis, vide per Robertum Maran.in 4.par.suæ pract.7. dis.iudicio.n. 50.& per Affl.decis.364. & Nigrum d.c. subditorum.n. 69. an autem hoc remedium competat hæredi spoliati si intentator ex persona defuncti. vide Cag.o.l hæredem n.22.ff.de re.iur.& de materia.vi. M.Man dialo.114.spoliatus.& Aff.i. in præl.consti. regni quæst.22.in fi.constit. violentias,& constitu. circa violentiam, & in omnibus Affl.& an competat possidenti ex l.decreto,

to. vide Affl. constit. contumace nu. 2. vide Dec. consi. 57. contrarium Dec. consil. 252. dicens com. esse opi. quod remedium huius capituli competat laicis pro rebus etiã p ophanis. quæ autem sint necesse probari ad obtinendum in hoc remedio. vide eundem ibidem nu. 2. & consil. 62. & an competat remedium huius cap. si quis fuit spoliatus aliqua iusta causa, & quid si aduersarius possidet cum titu. & bona fide vide Dec. consi. 57. alia remedia quæ competũt spoliatis pro recuperanda re, ponit Afflic. in rubr. constitu. violentias, de violen. circa poss. an autem spoliato sit vtilius intentare remedium huius cap. vel remedium capit. sæpe de restit. spol. vide Rip. ibi nu. 10. quę autem sint probanda ad obtinendum in hoc remedio, & an detur hoc remediũ contra titulo possidentem, vide Affl. decis. 361. & quod competat laicis remedium huius cano. tenet Rip. in l. rem, quæ nobis nu 25. ff. de acqu. poss. dicens ita communiter teneri, & Barto l. si coloni in fi. & ibi additio de agricol. & censit. lib. 11. & de materia vide Dec. consil. 62. in prin. & pro limit. vide Capit. decis. 77. nu. 11. & de remedio huius cap. vide Paris. consil. 31. nu. 52. 4. vol. & consi. 1. nu. 167. cum plur. seq. 1. volum. & an requiratur in hoc remedio probatio doli. vide Dec. consi. 136. nu. 2.

III. QVAESTIO IIII.

In can Engeltru. am. in gl. in uerb. anathemate. uersi anathema.

Pro declaratione qui dicatur anathema, vnde dicatur, & quomodo fiat? vide Petrus Duen. reg. 272. 1. limit.

III. QVAEST. IX.

In can indicas Hermanum uersi uos uni parti.

Nota non adhiben. iam fidem in alterius preiudicium concord. vide per Luc. de Penn. Cap. reg. 56. item caueant. n. 7.

In ca. testes. § de his in uerb. & pro confessione.

Vide Aff. decis. 105. in fi.

IIII. QVAESTIO I.

In can. quidam. in glo uersi. quis enim diceret.

Ad intell. glo. vide remit. Afflict. in constit. pęnam eorum nu. 4.

In cano. quod autem. in glo ab ecclesia uersi nota.

Qualit. r intelligatur hoc dictum vide text. cum sua gl. & ibi adde Io. And. in c. cũ contumacia, & cap. vt inquisitionis. in fi. de hęret. in 6. gl. in c. fi. de poen. & per Correr. pleniſſime in tract. de hær. nu. 11.

VI. QVAEST. III.

In can. scriptum est. in summario. in fi.

Vide M. Mant. dialo. 116. falx.

VII. QVAEST. I.

In can præsentium. in glo. in verb. in aliam. ver. quod spoliatus.

Vide Dec. consi. 125. vbi etiam an petat restitutionem spoliatus a iudice incompetenti?

In can scire debes.

Hoc c. alleg. Iser. qui succ. ten. el 1. n. 16. in fin.

In can quam periculosum.

Vide Mar. Mant. dialo. 117. renunciat.

In can in apibus. in summar in fine.

Vide Mar. Mant. dialo. 118. vnus.

In prin. dicti c in apibus.

Vide Andr. in prælud. feud. quæst. 2. per totũ.

VIII. QVAEST. I.

In cano. Apostolica vers hæreditario iure.

Prælatus fit electione nõ successione And. qui succes. feud. dare tene. nu. 1.

In cano qui vos. in glo. in verb. qui præstantior. versi dicunt.

Vide Petr. Duen. reg. 236. eligere.

IX. QVAESTIO III.

In can. cuncta in princ.

Vide M. Mant. dialo. 119. ordinarius.

X. QVAESTIO I.

In can. quia versi qua fronte.

Vide Dec. consil. 148. in 3. dubio.

In can hanc consuetudinem. versi. vnquam vllo tempore.

Vide pro declar. Dec. consi. 148. in 3. dubio.

XI. QVAEST. III.

In can si quis à proprio versi nec eum.

Imo poterit priuari beneficio, quod in alia ecclesia obtinet. Barto. Brix. quæstion. domin. 44.

In can si quis vero in princ.

Vide Mar. Mant. dialo 120. in bonam.

In can rursum. versi si vero.

Intel. vt per Cepol. caute. 80. volo tibi.

XII. QVAEST. II.

In can. siue exceptione.

Vide M. Mant. dialo. 112. alienatio.

In eod. can. siue.

Ad materiam, & pro intellig. huius text. & c. Terrulas. vide plene Pe. Reb. in compend. alien. renun. eccles. vbi plene vide et Io. de Anch. q. 52. & seq. 2. p. & an possit fieri alienatio in coniunctum cum solemnitate huius c. vide Iser. qui succes. feud. da. te. n. 12.

Adde Dec. consil. 124. num. 3. & Bartol. Brix. quæst. domin. 78.

In

In can. cum Redemptor. versicu. tribus presbyteris in fin.

Allegat. hunc tex. Iser. succes. ten. el 1. numero 16.

XIIII. QVAEST. III.

In can. plerique. in glo. in verb. negotiatoribus.

No. quod reprobatur societas, in qua partem lucri, & de damno nihil quis sentire velit, & consulendo late prosequitur Decius consi. 116. nu. 1.

XIIII. QVAESTIO IIII.

In can. quid dicam versi hoc autem iure.

Adde Isern. qui succ. ten. 1. nume. 13. versicu. vnde dic.

XV. QVAESTIO VIII.

In can cum multa. in versi accipiet. circa fi.

Eccl. hodie non vtitur hoc iure, imo in contrarium Iser. in constitut. sicut accipimus in fine.

XVI. QVAEST. I.

In can ecclesia habet in princ.

Vide M. Mant. dialo. 124. Senatus.

XVI. QVAEST. VII.

In can. quod autem. in gl. in verb. ecclesiae. ver. nisi authoritate Papa circa fin.

Papa potestatem conferendi beneficia etiam laicis committere potest. add. Dec. consilio 134. nu. 2.

In can. omnes. in prin.

Adde dec. consi. 152.

In can. decernimus. vers. quod si spretis.

Collatio facta in preiud. eius, qui est in possessione iuris patronatus non valet. adde Dec. consil. 126. nu. 4. vsque ad fin.

XVII. QVAEST. III.

In cano. si quis incogoitus. versicu. cum omnibus. in medio.

Vide Bart. Brix. in quæst. domin. 18.

XVII. QVAEST. IIII.

In can. si quis suadente.

Roman. in rubr. ff. de arbit. numero 56. quem sequitur Hippol. sing. 204. percutiens per tex. in cap. sciant cuncti de elect. in 6. dicit ampliando dispositionem huius textum, quod percutiens laicum consanguineum clerici respectu clerici incidit in excommunicationem huius capitu. pro cuius dicti veritate. vide addit. ad Dec. in l. omnibus causis in versic. clericus. & pro limita. vide Cepoll. l. 1. §. sed sciendum nume. 48. de ędil. edict. & Hippol. de Marsil. singul. 188. capitulum. an autem clericus vulnerans se ipsum incidat in pœnā huius text. vide Ias. in l. 1. numero 8. Ç. de seru. fugit. quid autem si aliquis includat clericū in aliquo loco, nec cum manibus tangat. vide Paul. in l. sed eximendi numero 3. ff. ne quis eum, & Ias. in l. 1. §. quod prætor numero 6. eo. titu. An autem occidens clericum in facinore deprehensum incidat in hanc pœnam. vide Aretin. institut. de his qui sunt sui, vel alio, §. in potestate. nume. 5. & de materia vide M. Mant. dialog. 115. clericus, & quomodo compescantur alij ne communicent cum tali excommunicatio. vide Cępoll. cautel. 80. volo. an autem apostata perdat priuilegium huius text. vide Iser. in constitut. apostatantes & multas limit. ad hunc tex. vide per Nigr. in clemen. de vit. & honest. cleric. in verb. priuilegio numero 7. folio 4. & pleni an officialis carcerans clericum incidat in canonem latę sententiæ vide per Steph. Aufre. in repetit. clemen. 1. de offic ordina. in addi. post repetit. versi. 3. reg. vbi etiam multa de materia, & pro ampliatione, & limit. huius tex. vide Petr. Duen. regu. 99. clericum percutiens, & an pœna huius tex. habeat locum cōtra iniuriantem verbis tantum vide Petr. a Plaz. epito. delict. lib. 1. cap. 1. in fi. & an pater percutiens filium incidat in canonem. vide Bart. Brixi. quæst. vener. 86.

In can. quicunque vult. in summario. in fin.

Vide Mar. Mant. dial. 126.

In text. in princ.

Vide pro intell. Paris. consi. 72. nu. 26. & consi. 73. nu. 21. 3. vol.

XX. QVAEST. III.

In can eos qui.

Pro intell. vide Iser. in constitu. apostatantes post prin.

In can. constituit.

Ad declar. vide glo. fin. in ca. præterea. el 1. de offic. deleg. & ibi Abb. nu. 5.

XXII. QVAEST. I.

In can. si quis per capillum. in add accusant.

Adde Nig. in c. reg. 227. contingit nos.

XXII. QVAEST. II.

In cano faciat homo. versi. non haberet.

Princeps non dicitur posse illud quod cum peccato potest. Cap. deci. 166. n. 12.

XXII. QVAEST. IIII.

In can in malis.

Adde Iser. qui succ. feud. da. ten. numero 13. versi. in malo.

In

In can vnusquisque.in glo.in versi quod ebrius. ver ergo promissio ebrij

An valeat contractus ebrij. vide Dec.consil. 112.in prin.

XXII. QVAEST. V.

In can ille qui.

Procedit in persona priuata, non in persona publica.Socin.reg.210. iurare faciens,sed contra facit.Affl.constit.partes in iudicio. numero 9.

In can iuramenti. in summ.insi.

Vide Mar.Mant.dialo.127.simplex. & Affli. constit.quæstiones iurisperitorum. nu.3.

XXIII. QVAESTIO I.

In can.noli existimare.in glo in verb. Hosti.

Vide Pet.Duen.reg.16.prima & 49.limit.

In can quid culpatur.in versi vt suscipiendi.

Adde Iser.qui succ.ten. el primo,numero 18. & quibus caus.feud.amit.in principio numero 3.

XXIII. QVAESTIO II.

In can.Dominus noster.in gl.in verb. Dominus. versi.idem dicas.

Et ratio potest assignari quia malitijs est obuiandum l in fundo ff.de rei vend.capitu. sedes de rescript.& ideo aduersus malitiā quis cum malitia resistere potest vt dicit glo.in cap.cupientes in versicu.malignantium de elect.in 6.allegat tex.in l.cum pater §.Titio in fin.de leg.2. quoniam ad idē allegat Angel.in l.maritus ff.de vsur.& ad hoc bene faciunt not.per Bal.in rubr.cap. de fide instrumen. numero 30. vbi tenet, quod si in veritate mutuum reddidi, possum cum iuramento affirmare mutuum non habuisse,sed postea intellige dummodo falsitas non oriatnr,vt Bald.ibi dicit,& Andr.Barb.ad eun. Prædictis etiam adde Dec.l.ea est natura ff.de reg.iur. & quæ addidi ad §. si quis rem suam insti. de legat. rem suam instit.de leg.& Affl. in constitu. regni Aduocatos numero 3 & faciūt not. per Nigr.in capit.reg.ad hoc numero 106. cum sequen.sed ad illud dictum Bal. vide Cepoll.caut.60.si mutuaui,& caut.76. numero 3.nota secundum.& pro intellig. prædictorum vide Affl.in constit.Comes, Baro num.2.

XXIII. QVAEST. V.

In can cum homo.in glo in ver.supplicium. versicu.sed si dolo.

Qua pœna puniatur fideiussor sub cuius fideius.relaxatus est carceratus,qui aufugit.vide Iacobus Menochus de arbitr.iudic. casu 304.

XXV. QVAESTIO I.

In can sunt quidam.in summario insi.

Vide M.Mant.dialo.130.lex diuina.

XXV. QVAESTIO II.

In can.quod autem.in glo.versi.& potest.

Vide Dec.consil.152.nu.1.& 3.

In can.dicenti.in glo.in verb.cognoscatur.versic. & si mista.

Vide Diaz.reg.270.& 271.

XXVIII. QVAEST. I.

In can Iudæorum in glo.in versi.Iudæorum. versic.Iudæis

Plene de hoc vi.Affl.decis.151.

In can.nullus.versi aut aliquem.

Limita non procedere in iudęo medico eminentis scientiæ Bart.de.capt. constit.quia nunquam lib.3.& addit.ad Affl. constitut. quisquis eo.lib.

In can.sæpe malorum.in glo.in verb publicis.corporaliter multari.

Ad declar.glo.vide consi.79.nu.25.& 29.2. vol.cons.criminal.

XXIX. QVAEST. I.

Quod autem.versi.error fortunæ.

Adde Dec.consil.112.in prin.

XXX. QVAEST. V.

In can iudicantem.versic.cuncta rimari.

Vide M.Mant.dialo.131.iudicantes.

XXXI. QVAESTIO II.

In Palea.in §.item sacratio.

Couar.Var.resolu.cap.11.lib.4.

XXXII. QVAESTIO I.

In cano.quod autem.in glo. in vers.pœnitentijs, versi sed post baptismum.

An possit quis puniri pro delicto commisso ante baptismum.vide Dec.cons.130.

XXXIII. QVAESTIO II.

In can.inter hæc.in glo 1.versic. ergo occidendo peccant.

Ad decla.glo.vide Iaco.Menoc. de arbit.iud. lib.1.quæst.90.nu.6.

DE PAENITENTIA Distinct. I.

In can si quis. in gl.1.sed quid de eo.

Vide Diaz.reg.94.

In cano.si peccatum.in glo.1.versi. declinare a bono.

Innocentius tertius in lib.de contemp. mundi

di capitu.3. dicit, quod delictum est non facere faciendum, & peccatum facere non faciendum.

DISTINCTIO III.

In can. qui vult. versi & eam.

Vide Not. per Affl. decis. 290. in fin.

DISTINCTIO VI.

In can sacerdos. in glo. 1. ver. pone quod.

Quid in laico vide Afflict. constit. Domini a vassallis. num. 15.

XXXIII. QVAESTIO V.

In can. voluit. versi si antequam persoluerit.

Quid si homo antequam nuberet vouit, & cum vult persoluere, vxor contradicat, vide Bar. Brix. quæst. domin. 40.

XXXV. QVAESTIO I.

In can. cum igitur.

Vide pro intell. Parisien. consilio 68. numero 344. 4. volum.

TERTIA PARS DECRETI.

DE CONSECRAT. DISTIN. III.

In can paruuli. versic. qui fidem.

NOn distinguit, & ideo generaliter intelligendum est vt paruuli baptizentur in fide cuiuslibet offerentis, siue pater carnalis, siue spiritualis, vel quilibet alius fidelis offerat. Afflictus decisione 151. numero quinto, & 8.

F I N I S.

MARGARITA DECRETI,

SEV TABVLA MARTINIANA,

Edita per F. Martinum Ordinis Prædicatorum, D. Papæ Pœnitentiarium, & Capellanum.

Numeros columnarum vbi distinctiones, causæ, quæstiones & earum capitula sunt, supra in tabula capitulorum inuenies.



INTER alia, quæ ad fidelium Christi doctrinam scripta sunt, magnam ipsis Decretorum liber consolationem præstat: huius enim doctrinis & Clerici & Laici reguntur. Et per ipsas tum in sacramentis, tum in scripturis repulsa falsitate, perfectam qnilibet cognitionem habet de veritate: nec frangitur in aduersis, nec dissoluitur in prosperis. Præteritorum memores, & de futuris cauentes, & quoslibet ad sanctam imitationem bonamq; operationem Decretorum lectio accendit. Sed quia tam salutaris doctrina uidebatur diffusa: Ego frater Martinus Ordinis Prædicat. Domini Papæ pœnitentiarius, & Capellanus, pro eius faciliori inuentione dictiones præcipuas per alphabetum non sine magno labore ad meam potissime utilitatem disposui. Non tamen decreui sententias determinare, sed ipsius libri materias intimare. Nec capitulorum ordinem allegationibus obseruaui: multaq; ob prolixitatem omisi. In Christo ergo omnium auctore bonorum, per quem (teste Hieron. 35. dist. cap. ab exordio) ω, reuolauit ad α, spem ponendo, hoc opus à prima litera usque ad extremam deduxi, ipso adiuuante, qui est principium & finis.



AARON. Quod charitas Aaron multipliciter insinuatur. c. vt cognouerunt. de pęnit. dist 2. §. opponitur, ante med.
Item ipsius sacerdotium approbatur. 22. dist sacrosancta.
Item quod in suo sacerdotio status summi Pontificis repræsentatur. 21. dist c. 1. §. 1.
Item ponitur in exemplum terroris contra vsurpantes prælaturas. 7. q. 1. denique post med.
Item ponitur in exemplum ꝙ nemo honorem prælationis assumat nisi à Deo vocatus. 8. q. 1. in scripturis. in princip.
Item ponitur in exemplũ, ꝙ nullus homo pōt esse sine peccato. de pænit dist. 2. § opponitur, circa med.
Item ponitur in exemplum lapsis post pænitentiam ad prælaturę restitutionem. 50. dist. si post ordinationem. §. econtra exemplis.
Item cum filijs suis in exemplum ponitur episcopis & clericis de mutua inuicem honeratione, 95. distinct. esto.
Quod oblationes ecclesiarum solis sacerdotibus debentur, pręfigurat, 10. q. 1. hanc.
Quod est in argumẽtum quod Deus dat gratiam subditis per orationẽ sacerdotum, 1. q. 1. dictum est 1.
Quod virga Aaron. deuorauit virgas magorum, 26. q. 5. nec mirum, ante med.
ABBAS. Quod abbas non ab episcopo ponitur, sed à monachorum congregatione eligitur, 18. q. 2. abbas. & duobus c. seq.
Quod in abbatem eligi debet qui sit dignus moribus atq; actibus monasticę disciplinæ, 18. q. 2. abbatẽ cuilibet.
Quod in abbatem electus debet esse cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, & sobrius, 18. q. 2. si quis abbas.
Quod abbate exemplo irrequisito nil debet episcopus in monasterio eius exercere, 18. q. 2. luminosa.
Quod subest correctioni & dispositioni episcopi non exemptus. 18. q. 2. abbates, & cap. abbas pro, & cap. si quis abbas.
Quod solus abbas habet potestatem in monasterio suo, 18. quæstio 2. nullam.
Quod potest consecrare duos ordines primo sacerdos existens, dist. 69. quoniam.
Quod non debet regere plures abbatias, 21. q. 1. clericus.
Quod dispensat cum monacho, vt habeat specialem collam, 18 q. 2, nullus. 20. q. 3. monachum.
Quod sine suo consensu monachus vouere non potest, 20. quæstio. 4. monacho.
Quod sine sua licentia nō licet monachis aliquid habere, dare, uel accipere, 12. q. 1. non dicatis.
Quod abbas criminosus potest deponi

poni ab episcopo etiam inuito cõ sentu. 18 q 2 si quis.

Quod non licet abbati alienare vel obligare res ecclesiæ absque consensu episcopi. 12. quæst. secunda abbatibus.

Quod confessiones audire, vel pęnitentias iniungere non possunt nisi suorum subditorum, 15. q 1. peruenit. & duobus c. sequentibus.

Quod non licet episcopis, & aliis regularibus aliter quam cathedralis ecclesia diuina officia decantare. 12. distinct. de his.

De hac materia habes vbi agitur de monachis.

ABBATISSA. Quod in abbatissam non eligatur nisi sexagenaria. 20. q. 1. iuuenculas.

Quod nullam monialem velare potest. 20 q 2 statuimus

Quod uolens loqui cum aliquo debet associari per vetulam monacham, 18. q. 2 diffinimus colum 2. &c in decima.

ABEL. Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 14 q. 5. scriptum de pœn distin 4 c. 1. §. semper offerat. vltra med

Quod ponitur in exemplum patientię. 7 q. 1. aduersitas, circa medium § cum autem à vitis.

ABORTVS. Quod abortus procuratio æquiualet homicidio. 2. q. 3. consuluisti. 32. q. 2 quod vero non. & in c. seq. & c. sicut

ABRAHAM. Quod Abraham ponitur in exemplum quod sepulturæ prædecessorum suorum nisi ex causa non sunt relinquendæ. 13. q. 2. Ebron.

Item est in exemplum decimarum dandarum sacerdotibus, 16. q 7 decimas. D. c.

Quod excusatur à mendacio. 22. q. 2. c. vtilem in fine, &c quæritur.

Item in filii prompta immolatione ponitur in exemplum obedientię. 24. quæstio. 5. si non licet, vltra medium, &c. lex æterna, & q. 8. occidit.

Item ponitur in exemplum sanctimoniæ coniugatis, de pœn distin. 1. § opponitur ante finem.

Quod ideo de pluralitate fœminarum non culpatur, quia tunc Dei populi multiplicatio quærebatur. 32 q 4 recurrat. ante finem.

Item ponitur in exemplum quod ex bonis patribus mali filij generantur. 32. q 4. recurrat, & 47 di. sicut hi, § necesse in si. & c. seq.

Item quia in hospitalitate acceptor personarum non fuit, angelos recipere meruit 42. dis. quiescamus.

Item quod lac non vinum angelis hospicio acceptis exhibuit, 35. dis. sexto die, in fi.

ABROGATIO. Quod abrogatio legum vel constitutionum fit cõtraria cõsuetudine, quarta distinctio. in istis, & § proximo.

Item contraria constitutione, trigesima prima distin. ante triennium.

Item locorum varietate 31. distinct. aliter, § proximo.

Item temporum disparium successione, 34. distinct fraternitatis.

Item malorum emergentium occasione, 63. distin. quia sancta Romana, §. verum. Exemplum ibi de serpente æneo, quem Moyses bona intentione fecit, & ezechias bona intentione destruxit.

ABSOLVTIO. Quod est absolutio peccatorum, 11 quæst 3. ipse ligandi, & cap. sequen. & cap plerumque.

Item quid excommunicati, 11. quæst. 3 debent, & tribus cap sequen.

Item quid iuramenti illiciti, 15. q 6. auctoritatem.

Quod solius Papæ est à iuramento licito absoluere, 15 quæst. 6. alius, &c seq.

Quod absolutio cum discretione est facienda, 23 q. 4 si qui.

Quod minor maiorem nec ligare, nec absoluere potest, 21. distin. inferior, 24 q 1. audiuimus in fi.

Quod hæreticus vel præcisus ab ecclesia nec ligare nec absoluere potest, 1. q. 1. remissionem.

Quod malus sacerdos quamdiu toleratur, absoluit, 1. q. 1. ita fit, & duobus cap. seq.

Quod episcopus vel sacerdos pronior debet esse ad absoluendum quam ad ligandum, 26 quæst 7. alligant.

Quod non licet aliquid accipere pro absolutione, 1. quæst. 2. nullus episcopus.

Quod archiepiscopus potest absoluere excommunicatum ab episcopo, 2. quæstio prima nemo.

Quod vera est absolutio sacerdotis quando fit claue non errante, 11. q 3 tunc vera est, &c. plerumque.

Quod ligatus à canone, potest absolui ab infirmitate, 17. q 4 si quis suadente.

Quod excommunicatus sacerdos, nec ligare potest, nec soluere, 24. q. 1. audiuimus.

Quod mortuus in excommunicatione non debet absolui si viuus non pœnituit, 24. q. secunda. nec quisquam.

Quod debet fieri per manus impositionem, 26. q 7. his qui. & cap sacerdos.

Quod absoluendus debet flectere genua, 26. q 7. sacerdos.

Quod ille qui ligat debet absoluere 24. q. 7. sacerdos.

ABSTINENTIA. Quod abstinentia vera est à peccatis abstinere. de conse. dist. 5. ieiunium. cap. nihil enim, & cap. sequen. de pæn. distin. 3. cap. incassum. §. sed verba in fine.

Quod boni à licitis abstinent, 33. q 4 Christiano, &c. vir cum propria.

Quod duplici de causa boni à licitis abstinent, 27. quæstio. 2. sunt qui, §. duobus enim modis.

Quod non sufficit à malo abstinere nisi bonum fiat, 22. quæstio. 5. de forma, 35 dist ecclesię in fin.

Quod abstinentia ciborum multipliciter commendatur, & persuadetur, 35. dist. sexto die, per totum cap. de conse. dist. 5. non dico, vsque ad c. legimus.

Quod errores Gentilium in abstinẽtia sectantes, anathematizantur, 39 distin. si quis presbyter.

Quod abstinentia respicit personæ valetudinem, temporis opportunitatem, ciborum qualitatem, 41 distinct quod dicit.

Quod discreta commendatur distin. 41. quisquis. de consecr. dist. 5. non mediocriter.

Quod maxime conuenit episcopis, & prædicatoribus, 35. distin. ecclesię.

Quod non requirit nisi corporis sustentationem, 44 distin. conuiuia. de consec. dist. 5. ne tales.

Quod auiditas ciborum quantumcumque vtilium in abstinente arguitur, 41. distinct. delicias, & cap. quod dicit.

Quod tempore quadragesimæ maxime presbyteri, & clerici abstinere debent a cibis, 4 distinct. statuimus. cum duobus capitulis seq.

Quod abstinentia morbos corporales curat, de consecrat. distinct. 5. ne tales.

Quod cum à carnibus abstinemus, a sementinis etiam carnium abstinere debemus, quarta distinct. denique.

Quod dies abbati abstinendum est à carnibus, nisi in infirmitate, & festis de consec. dist 5 quia dies.

Quod monachis præcipue abstinentia carnis est apta, & vtilis. de consecra dist 5 carnem.

ABOMINATIO. Quod abominatio est Dom no eleemosina de rapina, vel simonia, vel de vsuris, q. 1 non est putanda. 14. q. 5. scriptum est.

ABLVTIO. Quod ablutio peccatorum fit per aquam lacrymarum de pęn dist 1. medicina.

Item per fidei feruorem, 24. quæst 1. si Petrus.

ABVSVS. Quod abusus priuilegii punitur. dist. 74. vbi ista didicisti 11. q 3. priuilegium.

Quod abusus clauium sacerdotalium damnabilis est, 11. q. 3. ipse, & ca plerumque.

ACCELERATIO. Quod acceleratio reprobatur in episcopi, & clericorum ordinatione, 28. distin. de Syracusanæ, 61. dist. miramur. 59 distinct. si officia, & duobus c. sequen.

Item in sententiæ prolatione, 2. q. 1. Deus.

Item in noui honoris collatione, 23. dist. communis.

Item in baptismi dubia reiteratione, de consec. distin. quarta, cum itaque,

Item in clericorum quilapsi sunt con-

condemnatione.50. distinct.ponderet.
Item in condemnatorum restitutione: quia properata nimis remedia aliorum ruinæ non sunt profutura.50.dist.ablit. & c.seq.
Quod acceleratio commendabilis est in malorum exercenda vltione 33.q 4. si ea.
Item in lucri animarum promotione 2 1.q.1 relatio de consec dist.4. ne, quod absit.
Item in eleemosynarum pro defunctis oblatione. 13. quæstio. 2. qui oblationes.
Item in ecclesiarum vacantium prouisione.65.dist. de persona. & 50. dist. postquam.
Item in ecclesiasticarum rerum recuperatione 12 q.2. Augustino.
ACCEPTIO. Quod acceptio personarum non est apud Deum. 32. q. 4. sicut. de consecr. distin. 4. nec quemquam, circa med.
Quod etiam non debet esse inter homines.49 dist.c.vlt.63. dist.sacrorum.21.q.5. si quis cuiuslibet.11. q.3.summopere.
Quod prohibetur acceptio personarum in pœnitentiæ impositione. 26.q.7. sacerdos.
Item prohibetur in sententiæ diffinitione 3.q.9. necesse.
Item in fidei prędicatione de conse. dist.1. nullus episcopus.
Item in hospitum receptione.distin. 42.quiescamus.
Item in facienda pro omnibus (& maxime pro defunctis) oratione. 13.q 2. non existimemus.
Item in eleemosynarum largitione. 16.q.1. si cupis.
Quod munerum acceptio pro oblatione orationum vel aliorum spiritualium damnabilis est. 1. q. 1. eos qui. & c seq.
Quod regulares aduocati munera (quæ sæcularibus aduocatis licet accipere) non debent exigere. 15. q.2. obseruandum.
Quod quandoque scelerate accipitur quod à volentibus datur 14. q. 5. non sane.
Quod gratuito & ex deuotione causa munera oblata cuilibet licet accipere.15.q.2. obseruandum.
ACHAB. Quod Achab sacerdotibus peccantibus ponitur in exemplum, quod post humilem pœnitentiã remaneant in statu suo. de pœniten distin 1.§. econtra.dist. 3.capitu.illud vero.§. ecce, & distinct prima, voluissent, §.ex his, & §.Achab.
Item ponitur in exemplum, quòd malo prælato quamdiu sustinetur est obediendum. 1. quæst. 1. sicut Christus.
Quod quinquagenarios eius ad preces Helię ignis cœlestis consumpsit.23 quæstio. 4. si illis. §.sed obijcitur.
ACHOR. Quod Achor propter furtũ anathema incurrit, & Israel hostibus tradidit.1 q.4. ecclesia.
Quod quia non statim furtum fuit, innocens populus pro ipso punitus fuit. 23 q 3 si ea.
ACOLYTHI. Quod acolythi Græce, Latine ceroferarij dicuntur.21.dist.cleros, & clericos, circa fin.
Quod acolythi officium est præparare luminaria, & ipsa coram ministris altaris deportare.dist.25. perlectis 33.d.c si quis §.deseruiẽtes.
Quod acolythi possunt ɔ̃here matrimonium 15.quæst.3.sane §.seq.
ACTIVA. Quod actiua vita & contemplatiua commendatur.8.quæstio.1 in scripturis. & cap.qui Episcopatum.
Quod à rectoribus ecclesiarum, & maxime ab episcopis est exercitanda 88 dist.decreuit.
ACCVSATIO. Quod accusatio non debet admitti, quæ non procedit ex charitate. 4. q. 4. nullus introducatur.
Quod eam debet præcedere admonitio charitatiua. 1 q. 1. si peccauerit, post medium. & quæst.7. accusatio quoque.
Quod accusationem contingit fieri, vel criminaliter, vel ciuiliter 2. quæst. 3. Euphemium, & § seq. quæst.11. non est credendum, per totum cap.
Quod debet fieri in scriptis 2. q.1. legum q 3 si quis iratus. & q.8. accusatorum.
Quod debet fieri præmissa inscriptione 3.q.9.qui accusare.4.q.4. nullus introducatur.
Item in quibus casibus potest fieri sine inscriptione, notatur 4 q.4. §. abæci.
Quod inscriptio accusatoris debet cõtingere criminis magnitudinẽ, & tempus commissi criminis.4 q: 4. si quis se iniuriam ab aliquo, §. in alijs autem.
Quod in accusatoris libello nomen accusati est ponendum. 2. q. 8. c. præscripta. §. quæ vero.
Quod vtraque parte præsente debet fieri accusatio.11.q 3. eorum.
Quod accusatio non admittitur contra absentem, nisi sit contumax. 3 q 9 per totum.
Quod persona illustris in crimine iniuriarum per procuratorem põt accusare.3.q 9.absens per alium.
Quod tribus modis falsa accusatio detegitur; aut calumnia, aut præuaricatione, aut tergiuersatione. 2.q.3. si quem pœnituerit.§.1. ver. accusatorum.
Quod modus accusationis qualis esse debeat, ponitur. 2. quæst.8. per totum.
Quod accusare non possunt hęretici, pagani, & c.2.q. 6.alieni.& cap. seq.& 4.q.1.c.1.& seq.
Item criminosi 6.q. 1, qui crimen, & 3.q.5.constituimus, & duob.c.seq.
Item nec conspiratores. 3. q. 4. conspiratores.
Item nec incestuosi.3.q.4.consanguineorum.
Item nec malæ opiniones.3.quęst.5. suspectos.
Item nec litigiosi, nec calumniatores.3:q 5.nullus.
Item nec inimici. 13. quæstio 4. detractores.
Item nec excommunicati 3 q 4 nullus, & c.omnes 4.q. 1. per totum. 2.q 7. in sancta Nicena.
Item nec infames.3.q.5. nullus.
Item impuberes, mulieres, & pauperes & huiusmodi personæ excluduntur ab accusatione 2.q.1 prohibẽtur.12.q.2. episcopus qui mãcipiũ & cap.seq.15.q.3.§ 2. & tribus cap.seq.
Quod sortilegi, & diuinatores non possunt accusare. 3 quæst.5. constituimus.
Quod qui sacerdotes fieri nequeunt, sacerdotes accusare non possunt. 2.q.7.ipsi apostoli 6.q.1.omnes vero.& c.sacerdotes.
Quod episcopum laici passim accusare non possunt 2.q.7.c.1.& c.clericos & c. laici.
Quod episcopus reaccusatus damnari non potest, nisi per duodecim episcopos, vel per lxxij testes Idoneos conuictus.2.q.5. nullam.
Quod nec clericos possunt laici passim accusare. 2. q 7 nullus laicus. c.seq. & c.sicut.
Quod accusatus accusare nõ potest, nisi primo præcessisset purgatio, & nisi accusaret de maiori crimine. 3 q 1. neganda, §. neganda.
Quod accusator debet esse bonæ vitæ, & liber genere, non seruus 2. q.7. quærendum est.
Quod in accusatione requirẽda sunt qua conscientia: quo merito: qua intentione: vtrum scilicet pro Deo vel inani gloria accuset. 2.q. 7. si qui sunt, & c. si quis episcopus.
Quod nullus accusare, vel se defendere potest in causa criminali per procuratorem. 5.quęst.3.in criminalibus.
Quod episcopum clerici accusare possunt 2. q. 7. Paulus Dyaconæ, & c.seq 2 q.7 quapropter.& cap. si quid in ecclesia.
Quod etiam laici quantumcumque infames propter simoniam, & hæresim accusare possunt. 6.q.1.nos sequentes, & c seq.
Quod monachi ex charitate possunt episcopum accusare 2. q 7. c. nullus monachus, §. sed aliud est.
Quod libertis licet accusare patronum in certis casibus 12.q 2. Episcopus qui mancipium.
Quod criminosus criminosum domi num potest accusare. 2.q 7. pagani. & §.seq.
Quod ad accusationem hæreticorum etiam infames vtriusque sexus admittuntur.2.quæst 7. præsumunt, §.seq.
Quod mulieri licet accusare simoniam, crimen læsæ maiestatis, & quodlibet crimẽ publicum. 15 q. 3. sane.

Quod secundum leges mulier non potest virum accusare de adulterio 32. q. 5. apud.§. hoc in mulieribus.

Quod secundum canones vir & mulier mutuo se accusare possunt, licet non æqualiter 32. quæst. 5. Christiana.

Quod gradus consanguinitatis, vel affinitatis non debent accusare nisi propinqui vel antiqui. 35. q. 6. c. 1.& seq.

Quod qua forma debent iurare qui accusant parentelam, habetur 35. quæst 6. in capitu. de parentela. 1. & c. episcopus.

Quod accusator obligatur ad pœnam talionis 2.q.8.quisquis. & c. qui crimen 2. q. 3. calumniator, & qui non probauerit 6. q. 6. qui calumniam

Quod zelo iustitiæ accusans præmiatur 6.q 1.c sunt plurimi,§.verum.

Quod accusans ex malitia punitur. 45.dist accusatores. 2.q 3. si quem pœnituerit.

Quod accusans episcopũ calumniose infamis efficitur 3.q.4. clericus vero qui. & c. hi qui episcopos 2. q 3. si quis episcopum.

Quod falso accusantes vel in probatione deficientes vlterius accusare alios prohibentur 3. q. 10. placuit,& c accusatorum 4 quæst. 6. c. 1.& vlt.

Item a communione vsque ad exitum vitæ suspenduntur 3.q 10 eos qui 5.q.6 Epiphanium 2. q.3. si quis episcopum.

Quod ab accusatione pretio vel promissione desistens punitur 2.q.3 si quem.

ADAM. Quod Adam propter peccatum a facie Dei se abscondit, de pœn.dist.1.c & venit.

Quod in hoc quòd ipse qui melior erat muliere, extra paradisum factus est, mulier intra ponitur, in exemplum quod non homo melioratur à loco, sed locus ab homine 40.dist. illud. & c.seq.

Item in hoc quod propter peccatum de paradiso eiectus est, ponitur in exemplum; quod homo ignobilis effectus propter culpam, meretur a loco dignitas expelli. 40.dis. Adam.

Item quia non de terra, sed ipsius costa facta est mulier, innuitur, quod ab ipso sicut a principio tota deriuatur humani generis propagatio 33.quæstio. 5. nec illud otiosum.

Quod Adam in virili ætate factus est de pœnit.distin.2. cap.tolle.§. Adam vero.

Quod asserẽs ipsum mortalem creatum siue peccaret, siue non, anathematizatur de consecr.distin.4. placuit igitur.

Quod Adam in paradiso charitatẽ & alias virtutes habuit, de pœn. dist 2.tolle §.colligitur.

Quod in hoc quod quamdiu solus erat non peccauit solitaria & cõtemplatiua vita commendatus, de pœn distin 2 non est,§.Romanos. § Adam vero.

Quod ideo Adam plus peccauit, quia omni bono plus abundauit, de pœ.dist.5.consideret.§.defleat.

ADINVENTIO. Quod adinuentio quæ ius nouum impedit, vt est iudicium ferri candentis, vel aquæ feruentis, est superstitiosa 2.q 4 consuluisti

Item quæ vetus ius male interpretatur 37 dist. relatum.

Quod adinuentio quæ circa constitutionem aliquid mutat errorem corrigendo, est vtilis 8. distin. veritate.

Item quæ detrahit nimio rigori, vt est dispensatio 1.q.7. exigunt.

Item quæ addit vel religioni vel grauamini 40 dist.nullus.

Item nouorum experimentorum, & causarum est necessaria 50 dist. vt constitueretur.

ADIVTORIVM. Quod adiutorium non est ferendum maxime a sacerdotibus in alterius detrimentum. 14. q.5. denique.

Quod qui in fraudem alterius quemquam iuuat, socius est criminis. 14.q.6 c 1. post medium.

Quod patriam vel socios ad defendendum iuuare iustitiæ est 23 quęstio 3. fortitudo,& capit.non inferenda.

Quod viri ecclesiastici ne à maledicis calumniatoribus opprimantur sunt adiuuandi 3. q. 1. Deus.

Quod misericordius homini ad peccandum adiutorium subtrahatur quàm feratur 14 quæst.6. si res, & cap. hi qui.

Quod prælati subditorum suorum præcipue debent esse adiutores & vltores 25. quæstio 8 scire 8.quæst. 1. Clemens.

De qua materia habes vbi agitur de auxilio.

ADMONITIO. Quod admonitio debet præcedere accusationem vel excommunicationem 16 quæstio.1. quidam 2. quæst 7. accusatio. post med.

Item debet præcedere vindictam 12. q.2 indigne.

Quod admonendi sunt primo hæretici ab errore discedere, quàm tradantur pœnæ 23. q 4. non inuenitur. in fi.

Quod administratores sæcularium dignitatum admonẽdi sunt ab episcopis super pauperum, & viduarum defensione 23. q 5. administratores.

Quod iudices admonendi sunt per prælatos ad opera pietatis 14.q.6. hi qui.

Quod viduæ admonendę sunt ad studia castitatis 27. q.1.de viduis. sub nulla.

ADOLESCENTIA. Quod adolescentia in malum prona est. 12. quæst.1. cap.1.

Quod adolescentes monachi vel clerici ab approbatissimo magistro debent informari. 12 q.1.c.1.

Quod nil incertius, quàm vita adolescentium 12. q 1. c.1.

De hac materia habes vbi agitur de ætate.

ADORARE. Quod adorare cogebantur iusti simulachrum a Rege Nabuchodonosor, & accusatores mittebantur in ignem 23. q 4. non inuenitur.

Quod adorando imagines, non picturam, sed picturæ repræsentationem veneramur, de consecrat. dist. 3. prælatum.

ADRIANVS. Quod Adrianus Papa primus Carolum magnum pro defensione ecclesiæ de Francia in Italiam vocauit. 63. distin. c Hadrianus.

Quod Hadrianus Papa secũdus octauam synodum vniuersalem procurauit celebrari 63.di.c Hadrianus.

ADVENTVS. Quod aduentus spiritus sancti per Petri Apostoli prædicationem multorum hominum corda sacrauit, de consecrat. dist 4. proprie.

Quod ab aduentu domini vsque ad octauam Epiphaniæ non est iurandum 22.q 2. decreuit.

Quod nec eo tempore nuptiæ sunt celebrandæ 33.q 4. non oportet.

ADVERSITAS. Quod aduersitas iustorum non est signum reprobationis, sed exercitium virtutis 7. q.1. aduersitas.

Quod pie aduersatur qui corripit vitiosum 23.q.5.c 1.circa medium.

Quod vtiliter latroni membra præcidit qui ipsum ex hoc a malo retrahit 3.q 3. si quis fortitudinem.

Quod malum malo reddit qui inimicum suum ad præcipitium euntem non impedit 23 q.4. nimium, § primo.

Quod pie molestat medicus lethargicum excitando, & phreneticum ligando 23 q.4 quid faciet.

Quod amicus vtiliter verberãs præponitur amico inutiliter blandiẽti 23.q.4. nimium, circa medium.

De hac materia habes vbi agitur de correctione.

ADVLATIO. Quod adulatio peccatori exhibita dat audaciam peccata augumentandi 46. distin. sunt nonnulli 50 dist. si quis diaconus, & duobus c seq.

Quod adulatur qui alicui tribuit bonum quod nõ habet, hoc est mortale quando ex certa scientia fit. 22.q 2 primum est. ver.5.

Item adulatur qui superiorem vt ei placeat in eo, quo habeat extollit. hoc est veniale 25. distinct. vnum orarium.

Item adulatur qui approbat malum quod est in aliquo, & hoc est mortale 46.dist clericus qui.

Quod

Quod parietem lenire dicitur, qui peccantibus adulatur, 46. dist. sunt nonnulli.

Quod pastor qui luporũ quærit laudes, oues negligit. 83. dist. nihil.

Quod clericus adulationibus vacãs debet degradari 46. distinct. clericus qui.

Quod melius est pro veritate pati supplicium, quã pro adulatione beneficium, 11. quęst. 3. nemo peritorum.

Quod insidiator alienarum hæreditatum adulatur regibus, 57. distin. nonne.

ADVLTERIVM. Quod adulterium proprie est vbi celebrati coniugii iura temerãtur, 32. quæstio 4. nemo.

Quod adulterium est alieni thori violatio, 36. q. 1. lex §. cum ergo ver. adulterium vero.

Quod grauius puniendi sunt viri quam fęminæ pro adulterio, 32. q. sexta, indignantur.

Quod adulter vxorem adulteram, non potest dimittere, nec accusare, xxxii. q. sexta, per totum.

Quod plus peccat qui vxorem habens cum alterius nupta adulterat, quam solutus alterius vxorẽ violando, xxxii. q. 7. quemadmodum, §. sunt.

Quod permittitur potius adulteriũ quã vxoris adulteræ homicidiũ xxxii. q. secunda, si quod verius.

Quod violenter oppressæ non põt opponi adulterium, 32. q. 5. puto

Quod secũdum canones vir, & mulier pari ratione.i adulterio cõdemnatur, 35. q. 5. Christiana.

Quod vir vxorem de adulterio accusare non potest, si ipse pariter fuerit fornicatus, 32. q. 7. capitulo primo.

Item si dedit ei adulterandi occasionem, xxvii. q. secunda, si tu.

Quod si credebat ipsa virum mortuum cum altero contrahendo. 34. q. secunda, si virgo.

Item si fuerit vi oppressa, xxxii. q. 5 proposito.

Item si alius sub mariti specie concubuit cum ea, 34. q. 2. in lectũ.

Item si post adulteriũ commissum eam ex consensu retinuit, xxxii. q. prima, si quis vxorem.

Quod suæ vxoris amator ardẽtior, fędus adulter iudicatur, xxxii. q. 4. origo.

Quod patronus est turpitudinis q̃ adulterium celat vxoris, xxxii. q. prima, apud. &c. 1.

Quod vir innocens adulteram recipere non cogitur, 32. quęst. 1. de benedicto.

Quod qui post adulterium vxorẽ suam cognouit, impeditur ab ordinum promotione, 34. distinct. si cuius.

Quod Abraham, & Iacob excusantur ab adulterio cognoscendo ancillas, 32. q. 4. dixit Sara. & capit. obiiciuntur.

Quod potest esse matrimonium cũ persona quam polluit per adulterium, 31. q. 1. denique.

Quod transgressor voti castitatis peior adultero iudicatur, 27. q. 1. q. 1. & per totum.

Quod sacerdoti adulteranti cum filia sua spirituali grauior, & perpetua pœnitentia imponitur, 30. q. 1. si quis sacerdos.

Quod sicut vir dimittens vxorẽm suam efficitur adulter, sic episcopus relinquens ecclesiam suam, 7. q. prima, sicut vir.

Quod nasci de adulterio nõ est culpa nascentis, sed ipsius qui generat, 56. dist. nasci.

Quod nati de adulterio, nec sunt in fide stabiles, nec in bello sęculari constantes, 56. distin. si gens Anglorum.

Quod virgo nõ reputatur adultera, quæ ignoranter viro nubit alieno 34. q. 2. si uirgo.

Quod adulterium committens presbyter, aut diaconus si in eo deprehensi fuerint, reparari non possint, 50. distinctio. si quis diaconus.

Quod clericus de adulterio conuictus, aut confessus ab officio depositus communione concessa toto tempore uitæ suæ in monasterio retrudatur, 81. distinct. si quis clericus.

Quod adulteræ, & incestæ sunt uirgines, quæ post consecrationem nupserunt, 37. dist. capitulo ult.

ADVOCATVS. Quod aduocatus non debet ex suo sensu scripturæ aliquid proponere, 37. dist. in relatum.

Quod non debet opprobriis, sed ratione allegare. 3. q. 7. infames. §. si quis adeo procax.

Quod miti relatione non tumultuosa uoce factum debet proponere. 5 q. 4. duodecim in fine. &c. seq. §. debet ergo.

Quod non debet lucro, sed iustitiæ intẽdere, 2. q. 7. infames. circa medium, & §. apud urbem Romanã.

Quod aduocatus sæcularis potest uẽdere iustum patrocinium, & iurisperitus consilium 14. quæst. 5. non sane.

Quod regularibus aduocatis non licet ꝓ aduocatione minima accipere. 15. quæstio secunda, obseruãdum, §. hoc autem.

Quod monachi possunt esse aduocati de abbatum suorum licentia in causis monasterii, 16. q. 1. monachi a monasterio.

Quod ob uerecundiam sexus, mulieri non licet coram iudice aduocare. 15. q. 3. §. 1. uer legibus.

Quod clerico in causa criminali nõ licet aduocare coram iudice sæculari, 23. q. ult. c his à quibus.

Quod clericus aduocans contra ecclesiam suam, uel episcopum, uel patronum: amittere meretur beneficia, 15. quæstio 6. nos sanctorum, 22. quæst. 5. de forma, 96. dis. si Imperator.

Quod contra inhibitionem ecclesiasticam aduocans, non solum rerũ amissione, sed etiam exilii relegatione punitur. de pœn. distinct. 1. quinque ausus.

Quod princeps, & quilibet illustris potest litigare per aduocatum in crimine iniuriarum. 3. q. 9. absens per alium.

Quod Christus est aduocatus noster apud patrem, de pęn. dist. 2. cap. si enim inquit, ante med.

AFFECTVS. Quod affectus plus placet Deo offerentis quam munus oblationis. 3. q. 7. in grauibus. 24. q. 1. odi, & proieci.

Quod illa oratione flectitur Deus, quæ non consistit in multitudine uerborum, sed in effectu cordis. de consecr. distin. 5. non mediocriter.

Quod oratio quæcumque cum barbarismis, & solęcismis uerborum proferatur, Deo placet, si affectu animi procedit, 38. dist. sedulo.

Quod qui Deo perfecte seruire desiderat, oportet quod carnalẽ affectionem consanguineorum postponat, 12. q. 1. cui portio.

Quod qui nihil affectat, perfectior est illo qui multa possidens auare dispensat. 1. q. 2. si quis propter.

AFFINIS. Quod affinis in testẽ contra affinem non accipitur, 3. q 9. absens per alium.

Quod nec ad accusationem aliorũ admittitur, quia affinis affinem accusare non potest. 3. quæst. 5. similiter.

Quod uno coniugũ defuncto, in superstite affinitas non deletur, nec alia copula affinitatem prioris copulæ soluere potest, 35. quæst. ult. fraternitatis. post medium. & q. 3. per totum.

Quod qualiter affinitas sit computanda, habetur, 25. quæst. 3. porro duorum.

Quod affines in quinto gradu copulari possũt defuncto uiro uel uxore in quarto, si iuncti fuerint, non separentur. In tertio autem non licet, 35. quæstio. capit. de propinquis.

AGATHO. Quod Agatho Papa quis fuerit, qua natione, & quid fecerit habetur 63 dist. c. Agatho.

AGNVS. Quod per agnum Christus Iesus repræsentatur, non tamen debet agnus in cruce depingi; sed secundum imaginem humanam. de consecrat. distinct. 3. sextam.

quod agni sanguis quid sit, iam non audiendo, sed bibendo didicimus, qui super utrumque postem ponitur quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. de consecr. distin. 2. quid sit.

ALCHIMIA. quod alchimia uidetur esse ars reprobata: quia qui credit unam speciem posse transferri in aliam, uel similem nisi ab ipso creatore, infidelis est,

A 3 &

& pagano deterior 26.q.5 episcopi circa finem.

Quod alchimistæ sunt discentes, & ad veritatem scientiæ numquàm peruenientes. ead caut. & quæst. nec mirum. circa med.

Quod multæ virtutes insitæ sunt in herbis, & lapidibus xxi q vlt.c.si.

Quod insunt in rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ, seu manifestæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, & causalis, prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus, xxvi. quæst 5.nec mirum. circa finem.

ALEA. Quod alea ludere si non dimiserit episcopus, vel presbyter, & etiam inferioris gradus clerici, grauiter punientur, xxv.dist. episcopus.

ALIENATIO. Quod alienatio rerum ecclesiasticarum potest fieri per episcopum tempore necessitatis vel meliorationis causa, xij. q.ij placuit, &c. sine exceptione. ibidem, &c terrulas.

Item pro redemptione captiuorum. xii.quæstio secunda, Apostolicos. & tribus.c seq.

Quod abbatibus non licet res monasterii sui sine episcopi sui licentia alienare. xii. quæst. secunda. abbatibus.

Quod in alienatione rei parochialis sufficit consensus episcopi, & pastoris, xii.q.secunda abbatibus.

Quod etiam consentiente episcopo abbas nisi sit pro fabrica monasterii, non potest res ecclesiæ alienare xvii. q. quarta, in venditionibus. §.etiam.

Quod cum res ecclesiæ non sint episcopi, sed communes: non licet ei sine consensu capituli res notabiles alienare. xii. qu. sine, &c. seq.

Quod serui ecclesiæ qui retineri nō possunt, ab episcopo alienari possunt xii.qu 11.fugitiui.

Quod ecclesia alienas res non debet inuadere, xii.q. 11.sicut ecclesia.

Quod alienum nō est quod iure possidetur, xiiii qu.4. quid dicam.§. hæc enim certe.

Quod peccatum non dimittitur nisi res ablata restituatur, 14.q.6.si res de pen.dist.5.falsas.

Quod alienas res inuadunt qui decimas, quæ pauperibus fiunt, auferunt, 16.q.1.decimæ.

Quod omnis alienæ rei illicita vsurpatio, nomine furti in decalogo prohibetur. xxxii.q.4.meretrices.

Quod episcopus dicitur aliena rapere cum totum sibi retinens egenis clericis nil impertitur, 93. dist. diaconi sunt. post medium, 1.q.ii.si quis propter.

Quod alienas res ecclesiæ compelli tur restituere, 12 q 11. mouemus.

Quod episcopus vel presbyter contra constitutum alienans res ecclesiæ, deiicitur de honore. 17.q.4. quicumque episcoporum.

Quod moriente episcopo non licet metropolitano res defuncti, quæ sunt successoris occupare, vel alienare, xii. q.ii.non licet alicui metropolitano.

Quod cuiuscunque gradus clericis, qui defuncti episcopi res, quæ sūt successoris, occupauerint, vel alienauerint, anathema, & proprii, gradus periculum incurrunt. xii. q ii. hæc huius placiti, &c. non liceat clericis.

De hac materia habes infra de Ecclesia.

ALIMENTA. Quod alimenta olerum, & leguminum plus prosunt corpori, & animæ quam deliciosa de consecrat. dist. 5. ne tales accipiamus.

Quod episcopus vel presbyter si vxorem habet superstitem tenetur ipsi in alimentis prouidere, 31. distinct. omnino.

Quod clerici vxorati ecclesiæ deseruientes, ab ea alimenta percipiāt. xxxii dist. si qui vero.

Quod ecclesia tenetur illi in alimentis prouidere qui sua quæ habuit dedit ecclesiæ, 16.q 7. quicumque fidelium.

Quod matri, & aliis propinquis nō obstante iuramento tenetur quilibet in alimētis prouidere, xxii. q 4. inter cætera.

ALTARE. Quod altare nisi sit lapideum, non consecratur. de consecratione, distinctione prima altaria si non.

Quod altare non debet erigi sine licentia episcopi. de consecr dist. 1. nullus presbyter.

Quod consecrari debet chrismate, & benedictione de consec. dist. 1. altaria placuit.

Quod presbyter consecrare altare non potest, xxvi. quæst. sext. ministrare.

Quod altaria inutilia, quæ consecrata non sunt vel in locis indebitis facta: debent dirui, de consecrat. dist prima placuit.

Quod oblatio, & fructus altaris ven[...] prohibentur, 1. quæst. ii. audiuimus.

Quod altare ad cuius honorē ecclesia est consecrata si motum fuerit cum ecclesia debet consecrari. de consecr dist. 1. si motum.

Quod in altari in quo celebrauit episcopus, non debet eodem die celebrare presbyter, de cons. dist. 2 cap. vltimo.

AMOR DEI. Quod amare Deū debemus plus quam nostros proximos, xii. q. 1. cui portio.

Quod si Deum amaremus, omnia difficilia, & aspera perficeremus de pœnit. distinct. 2. charitas est. § ergo si.

Quod amor Dei nutritur per verbū Dei, & omnium cupiditatum ligna consumit. de pen. dist. v. si sermo meus.

Quod illi Deum amant plus quam se, qui pro eius amore saluti suæ parcunt: & ipsam mortem corporis libenter accipiunt. de pœnite. distin. 2. cap. charitas, § illi vero. in fine.

AMOR PROXIMI. Quod amamus proximum sicut nos quādo non propter aliud, sed propter naturæ participationem eum tantum diligimus, de pœn. dist. 2. charitas. § proximos.

Quod non omnis qui parcit, est amicus; nec omnis qui verberat, inimicus, 5. quæst. 5. non omnis, & cap seq. 23. q. quarta, quid faciet.

Quod amor proximi habet plagas suas: quæ dulciores sunt cum amaritudine infe576 [...] 5. q. 5 no [...] latur, 23. q. 1. paratus. in fi. & q 5. non putes.

Quod proximum sicut nos amamus cum ad bonos mores, & ad vitam æternam consequendam sicut nobis eius salut: consulimus de pœn. distinct 2. charitas est, §. proinde.

Quod sic debemus affici charitatis affectu ad proximos, vt velimus omnes saluos fieri, 24. q 3. corripiantur in fi.

Quod melius est proximum cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere, 5. quæstio quinta, non omnis.

Quod non est amor, sed languor, vbi mali mores non corriguntur, 23. qu quinta. non putes.

AMBITIO. Quod ambitio est honores mundi sine suffragio, & temporis sine merito laboris velle promoueri, 4. distin. miramur. in fi.

Quod quæ per ambitionē malo inchoantur principio: etiamsi mores & actus boni fuerint, difficile est ut bono peragantur exitu. 1. quæstio. 1. principatus. & ca. nullus itaque.

Quod ad honoris suffragia nō ambitiosi, sed probatæ uitæ sunt assumēdi, 1. q. 7. per illicitam §. seq. 40. dist. multi 49. dist. qui ecclesiasticis, &c. hoc ad nos.

Quod boni prælationis honorem non ambiunt, sed alios sibi tamquam digniores præponūt, 8 q. 1. illud 16. q. 1. uos autem.

Quod episcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorem sedē suam deserit, utramque sedem perdit. 7. q. 1. si quis episcopus, & cap seq. 8. q. 1. Apostolica.

Quod casum quærit qui per ambitionem ad honoris fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum, 48. distinct. sicut. 1. q. 1. sicut is.

Quod obedientiæ meritum non percipit, qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit. 8. q. 1. sciendum.

AMBROSIVS. Quod Ambrosius hortatu Valentiniani imperatoris in Mediolanensi episcopum eligitur. xxxxiii. distin. Valentinianus.

Item

Item de cõstantia eius respectu Imperatoris, & de patientia respectu aduersitatis, habes 23. q. 8. conuenior.

AMENS. Quod amens qui in furiam versus est, vel diabolica afflictione vexatus est, non debet promoueri. 33. distin. maritum, & cap. seq.

Quod malum ex dementia factum, & tempore dementiæ non imputatur. 15. q. 1. aliquos, & duobus cap. seq.

Quod mala non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant sicut est in dementibus. 15. quæst. 1. illa.

Quod an peccata, quæ dementes committunt, qui nolentes, & non scientes committunt, excusentur. 15. q. 1. merito.

AMPLEXVS. Quod amplexus personæ indebitæ præsumptionem inducit lasciuiæ. 27. q. 1. nec aliqua. 31. dist. omnino.

ANGELVS. Quod Angelus creatus est in gratuitis de pœn. distin. 2. §. principium enim.

Quod principium eius est dissimile principio hominis propter infirmitatem humanæ conditionis de pœn. distin. 2. §. principium. ante me.

Quod in nouem ordinibus angelorum quantæ sint distinctiones ciuium supernorum, ostenditur de pœn. distin. 2. §. principium. circa medium.

Quod diuersitas Angelorum ordinum Deo obsequentium exemplar est hominibus, vt secundum diuersitate graduum geratur administratio singulorum. dist. 89. ad hoc.

Quod ab angelis qui præsentes sunt nostris operibus, defuncti quandoque aliqua insinuantur. 13. q. vltim. fatendum 50. distin. de his vero.

Quod angelus de cœlo quantumcumque de securo loco peccando cecidit. 40. dist. quęlibet.

Quod homini elato in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum prælatus in cœlo prosternitur de pœn. dist. 2. circa princi. §. quod ergo.

Quod boni angeli ex casu malorum quasi territi, à laude perfecta impediti fuerunt de conse. distin. 1. hi duo.

Quod ad reparandum angelorum ordinem Deus hominem formauit de conse. dist. 1. hi duo.

Quod angeli omnes in creatione æquales fuerunt. de pœn. dist. 2. §. quod autem, aliàs, quod vero.

Quod angeli nisi essent in gratia firmati peccare possent. ibid.

Quod angeli nec primus, nec alij sunt in gratia creati. de pœn. di. 2. citius post med.

Quod angelus primus nõ ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur. de pœ. di st. 2. iuxta fi.

Quod angeli tam boni, quàm mali per cœlum figurantur. de pœn. distin. 2 circa finem.

Quod angeli in cęlis gaudent super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super nonaginta nouem iustis, quia fortius homo resurgit post pœnitentiam. 5. dist. quia sanctitas tua.

Quod angelorum prædicatio, & dæmonum confessio de Christi aduentu, multum dissent 37. distin. si quid veri.

ANANIAS. Quod Ananias propter defraudationem pecuniæ grauiter punitus fuit, ponitur in exẽplum his qui vouendo seipsos Deo, retrocedunt 17. q. 1. Ananias. 12. quæst. 1. dilectissimis, circa medium: 23. quæst. 4 quod Christus, §. potest 22. distin. quod interrogasti in fine.

ANASTASIVS. Quod Anastasius Papa secundus propter fauorem hæreticis exhibitum diuino nuto percussus est. 19. dist. Anastasius 1. q. 1. dictum est in fine, & vide adnot. ad cap. Anastasius.

ANATHEMA, Quod anathema nihil aliud est quam separatio a Deo, & ponitur pro excommunicatione 24 q. 3 certum est.

Quod anathema sit qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere, & resistere, aut ecclesiam Romanam inuadere, & in gradum filiorum eius prorumpere præsumpserit. 78. distin. si quis ex episcopis, & c. si ex sacerdotibus.

Quod anathema dãti, & anathema accipienti, hoc est simoniaca hæresis. 1. q. 1. quicunque sacros ordines & c. placuit.

Quod anathema non solum a fraterna societate, sed etiam à corpore Christi, quod est ecclesia, & a consortio fidelium repellit 3. q. 4. cap. vlt.

Item sacramentorum perceptione, & sic est maior excommunicatio 5 q 2 præsenti. 17. q. 5 quisquis, §. si quis.

Quod anathema sit si quis omnem traditionem ecclesiasticam violat 1 q. 7. si quis omnem.

Quod anathematizatus clericos accusare non potest 2. q. 7. in sanctæ 3. q. 4. nulli, & 6. quęst. 1. illi qui. & cap. omnes.

ANIMA. Quod anima corpori præponitur 38. dist sedulo. 12. q. 1. præcipimus.

Quod anima sine corpore corporaliter non viuit 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod anima non potest in eo corpore dici, quod sensu caret 32. q. 3. quod vero non formatum.

Quod non infunditur nisi formato corpori. 22. q. 2. quod vero non

Quod non ex traduce, neque cum semine anima infunditur. 32. q. 2. quod vero non.

Quod vt non credatur anima esse in corpore sicut spiritus in idolo: non dicitur in sicco esse, sed in sanguine hominis habitare. 22. q. 2. c. Moyses, in fi.

Quod sicut anima est vita corporis, sic Deus est vita animæ, de pœn. dist. 1. resuscitatus. 6. item si antequam.

Quod anima corpori vnita si baptismate lota non fuerit, æternaliter perit. 24. q. 3. si habes in fine.

Quod magna quæstio est de anima. 32 q. 2. quod vero non formatum.

Quod anima quæ peccauerit, ipsa morietur 34. q. 3. si habes.

Quod animarum saluti episcopus inudere debet 38 dist. Petrus.

Quod animæ salus est aliquãdo mutare locum: dum enim mutetur locus, mutatur mentis affectus 81. dist. valet.

Quod illa anima decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet, de pœn. dist 2. illa anima.

Quod animæ defunctorum quatuor modis soluantur 13. q. 2. animę defunctorum.

ANNVS. Quod annus per quatuor voluitur tempora. 75. distin. cap. 1. & 2.

Quod annus nõie fati aliqñ appellatur. 2. q 6. ei qui, §. appellatore.

Item pro anno dies ponitur 35. q. 2. hoc ipsum.

Item pro anno ponitur tempus.

ANTIOCHVS. Quod Antiocho vendente Iasoni sacerdotium ignis qui septuaginta annis Babylonicæ captiuitatis vixerat, in detestationem simonię extinctus est. 1. q. 1. sicut eunuchus.

ANTIQVITAS. Quod antiquitas a sanctis patribus accepta, a modernis est obseruanda. 12. dist. ridiculum.

Quod antiquitati defertur in multis scilicet in libris corrigendis. 9. distin. vt veterum.

Item in consuetudinibus sequendis 12. dist. consuetudo.

Item in dubijs determinandis. 50. distinctio domino sancto. vigesima distinctio. de quibus.

Item in prælatis eligendis. 71. distin. statuimus.

Item in testificatione. 35. q. 6 notificamus.

Item in eleemosynis largiendis. 86. dist. consideranda.

Item in suspicionis remotione. 34. distin. fraternitatis.

Item in excusationis admissione. 8. dist. placuit.

Item in pœnæ relaxatione, vel mitigatione 86. dist. tanta 26 q. 7. tpa.

Quod antiquitas naturæ ducit ad directum 23. q. 2. ancillam. 20. dist. de quibus.

Quod antiquitas culpæ ducit ad interitũ. 23. q. 1. schisma. 2. q. 7. Paulus.

Quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum sponsi. 61. distinctio. sponsus.

Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus. de consecra.distinct.4.non ex quo.

Quod antiquitas diaboli ducit ad pronosticandum: multa enim dæmones sciunt ex antiquitate. 26. q. 4. sciendum.

ANTICHRISTVS. Quod antichristus vt facilius Christianos, & Iudęos ad ritum suum attrahat, diem dominicum in fauorē Christianorum, & in fauorem Iudæorum sabbathum custodire faciet, de consecr.dist.3.peruenit.

ANNVLVS. Quod sponsus sponsam annulo debet desponsare. 30. q.5 nostrates.

Quod annulus sponsæ a sponso, & econtra datur in signum mutuæ dilectionis,& fidei coniugalis.30. q. 5.fœminæ, circa finem.

Quod ideo annulus quarto digito a sponso sponsæ inseritur, vt sicut vena in illo digito cordi coniungitur, sic eorum corda coniungantur,30.q.5.fœminæ,in fine.

APPELLATIO. Quod appellatio est remedium quo causa vitiata subleuatur.2. q.7. c.1.

Quod appellatur a minori ad maiorem gradatim dist. 99. prouinciæ. 2.q.6. omnes. & cap.si quis putauerit, cap.placuit. cap. decreto. & cap.anteriorum.§.illo.9. quæst.3. conquestus.

Quod ad Roma. sedem indistincte appellatur.2. q.6. si quis vestrum, & sex c seq & c.quoties episcopi.

Quod appellationi ad sedem apostolicam interpositæ ab omnibus est deferendum 2.q.6. decreto. & ca. quoties episcopi.

Quod appellationis tempus decem dierum assignatur.2. q.6. anteriorum.c.omnino.

Quod tempus exequendi appellationem est annus, vel ex causa biennium 2.q.6 si quando,§.temporis.

Quod appellari potest post datam vel ante datam sententiam.2 q.6. qui scit, § patet c. quoties episcopi.& c.si quis iudicem.

Quod ab eo a quo appellatum est debent dari literæ dimissoriæ, quæ dicuntur apostoli, ei qui appellauit.2 q.6. post appellationem.

Quod ea pendente nihil innouatur. 2. q. 6. appellatione interposita, & cap.seq.

Quod appellationi non deferens punitur.2. q.6. decreto, & c.quoties episcopi.

Quod processus post appellationem factus eneruatur. 2. q. 6. quoties episcopi.

Quod post secūdam appellationem tertio appellans super eadem causa non auditur 2.q.6. si autem prouocatum, §. si quis in quacumq;.

Quod appellationi licet renuntiare. 2.q.6.si quando, §. si vero is.

Quod forma vel modus appellationis ante vel post sententiam ponitur.2.q.6.appellatione.§.forma.

Quod appellare possunt quorum interest, vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum est 2. q. 6. non solent.

Quod si vnus appellat, prodest alijs in eodem crimine cum eodem condemnatis 2. q.6.c. si quando, §.quandoque.

Quod iudex à quo appellatur, non potest esse testis in causa appellationis 2.q.6. statutum.

Quod ab executore sententiæ non potest appellari nisi modum excedat executor 2.q.6.si quādo, §.ab executore.

Quod possessore appellante bona sequestrantur.2.q.6.quoties post auditam.

Quod qui per appellationem non quærit nisi tempus redimere, non est audiendus.2 q.6.quicunque.

Quod a iudicibus de communi consensu electis non licet appellare. 2.q 6. a iudicibus.

Quod iniuste, & frustra appellans punitur in quadruplum expensarum 2. q.6. omnino.

Quod nullius debito modo citati,& per contumaciam se absentantis appellatio recipitur. 2.q. 6.si quando,§.sunt etiam.

Quod nec notorij malefactoris de crimine conuicti, vel confessi appellatio admittitur 2 q.6.si quando, §.sunt etiam. vel.nullus etiam.

Quod propter plura facinora condēnatus: si a maiori appellauerit prætermissis alijs, est audiendus. 2 q.6 appellatione,§.si quis ex.

APOCHRYPHA. Quod apochrypha scripta dicuntur, id est,secreta: quia in secreto, & non in publico sunt legenda. 15. dist.& 17. per totum.

Quod apochrypha sunt quorum auctor secretus est: & quandoque si non ignoratur, tamen ab ecclesia non recipitur ibidem.

Quod apochrypha dicuntur quæ in ecclesia recipiuntur, sed in canone scripturarum non computantur,ibi.

APOSTATA Quod apostata est trāsgressor legis suæ, eiusque violator.3.q 4. beatus.

Quod obseruans diuinationes, & sortilegia, sciat se a fide Christi apostatam. retro abeuntem.26.q.vlti.non obseruatis.

Quod fideles sub Iuliano apostata constituti obediebant sibi his quæ erant pro republica, non contra fidem. 11.q 3. Iulianus.

Quod enormitas criminis huius apostasiæ inuenitur ex pœna Ananię. 17.q.1. Ananias. 32. q. 7. quid in omnibus.

Quod apostata a fide nō admittitur in testimonium contra aliquem. 2 q.5 .non pō t.3.q.4 alieni.& duobus c. seq.

Quod talis omnibus infamibus, & in infamia præponitur. 6. q.1. infames.3.q.4 alieni.& cap. si quis.

Quod apostasia religionis fit in post positione tonsuræ,& sæcularis vestis assumptione.20. quæst 2. si in qualibet.

Quod canonicus regularis si animi leuitate motus sine sui superioris licentia monachus efficitur, tamquam apostata redire cōpellitur, & punitur.19.q.3.mandamus.

Quod vouere Deo religionem, & castitatem,& retrocedere damnabile est.17.q.1.qui bona.27.distin. virgines 20.q.1 puellæ. 32. q.5.si Paulus post medium.

Quod tales apostatæ priores efficiuntur alijs peccatoribus. 47. distin, quantumlibet. 16 q 1.

Quod apostatis qui professi sunt, nō redduntur bona quæ ad ordinem portauerunt.27. q. vlti. quicunque vult, §.vlt.

Quod apostatæ cogendi sunt ad redeundum.27 distin.quod interrogasti 20. q.1. quem progenitores, & q 2. si qualibet, & quæst.3.procliuus.

Quod reuersus, in habitu, & stallo, & in alijs punitur.19.q.3 mandamus.

Quod redire contemnentes excommunicantur.20.q.2. si in qualibet.

Item incarcerantur.45.dist.cum beatus,§.Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vagatio.

APOSTOLICA. Quod apostolica sedes prælata est omnibus ecclesijs. 63. dist. quanto.

Quod ipsa est prima auctoritate, & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore.21. distin.nunc autem,24 q 1.rogamus.

Quod apostolicæ sedi Constantinopolitana ecclesia subsit, nemo dubitare debet.22. dist.de Constantinopolitana.

Quod ipsius in iudicijs est maior auctoritas 9.q.3.pater, & c.ipsi sunt.

Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare 17.q.4 nemini 21. dist. nunc autem.

Quod immediate apostolicę sedi subiecti, maxime qui propinqui sunt annue se debent præsentare, circa idus Maij.93.dist.iuxta,& §. præcedenti.

Quod in apostolicam sedem neuter illorum qui ex concertantium temeritate fuerit ordinatus, est permittendus per mansurus 79. distin.si duo.

Quod apostolica sedes peccatores, & contumaces ad salutem quoquomodo attrahere debet. 17. distin. nec licuit.

Quod sine apostolicæ sedis licentia compagnis, idest sodalibus diaconis, & clericis mappulis vti non licet 93 dist peruenit.2.& §. præcedenti, & c illud.

Quod apostolicæ sedis auctoritate concilia vniuersalia sunt congreganda.17 distin.multis,& c regula, & cap.concilia.

Quod

Quod ad apostolicam sedē sunt dubia, & ardua referenda, 17.distin. nec licuit 19.q.1.frater.24.q.1.rogamus, & duob.c seq.

Quod apostolica auctoritate doctorum opuscula approbantur, & reprobantur. 19.dist.si Romanorum.

Quod apostolicæ sedi specialiter reseruatur iudicium episcoporum, 3.q.6. dudum.

Item restitutio depositorum, 2.q.6. ideo huic.

Item congregatio cōciliorum. ibid.

Item restitutio hæreticorum, 1.q.7. conuenientibus, circa princ.

Item exemptio episcoporum, 16.q.1. frater.

Item determinatio quæstionum in fide, 24.q.1.quoties.

Item mutatio episcoporum, 7.q.1. mutationes.

Item diuisio & vnio episcopatuum, 16.q.1. & temporis.

Item absolutio excommunicatorū ab eodem.21. dist.inferior.

Item interpretatio antiquorum canonum & scripturarum. 17.dist. nec licuit.

Item pallij datio.100.dist.quoniam.

Item simoniacorum dispensatio, 2. q.3 Paulum.

Item nouarum & difficilium quæstionum diffinitio, 17. distinctio. multis.

Item famæ restitutio, 2.q.3.Euphemium, §.hinc colligitur.

Quod Christianus peccatum infidelitatis, seu paganitatis incurrit, qui sedi apostolicæ obedire contemnit, 81.dist.si qui sunt presbyteri, in fi. 93.dist. qui cathedram, 22.dist.omnes siue.

Quod apostolicis nolens obedire præceptis, à pontificalibus sit alienus officijs, & sit ruinæ suæ dolo prostratus, 9.dist.nulli fas.22.dist. c.1. & 19.dist.ita dominus.

Quod apostolicis præceptis non est superbè resistendum, sed eius iugum est piè tolerandum. 12. dist. præceptis apostolicis.19.distin. in memoriam.

Quod ab apostolicis non licet institutis recedere, 11.dist.hoc, & cap. consequens.

Quod apostolica sedes ab omnibus est honoranda, & ei obediendum est in memoriam B Petri apostoli. Et quamuis iniustum videatur quod mandat intolerabile: tamē pia deuotione tolerandum est. 19. dist. in memoriam. & 31.dist.ante 23. 23.q 1. quid culpatur.

Quod ex apostolica tuba sonora prędicatione salus omniū in vniuersum mundū exiuit.19 dist.in memoriam.43.dist.sit rector.

Quod quæcunque emanant ab apostolica sede, aut dicuntur decretales epistolę, 19.dist.cap.1.& cap.in canonis.

Aut sanctiones ea.dist.c.sic omnes.

Aut iugum vocatur. ead.dist.in memoriam.

Aut instituta & constitutiones, eadem dist. enimuero, & 20. distin. de libellis.

Aut præcepta.19.dist nulli fas est.

Aut concilium.27.dist regula.

Aut synodus, eadem dist.nec licuit. & c.multis.

De hac materia vide vbi agitur de ecclesia Romana. & de Papa, & de Dispensatione, & de Sede Apostolica.

APOSTOLVS. Quod apostolos, idest, episcopos & presbyteros Dominus elegit: diaconos autē post ascensum Domini in cœlum apostoli sibi constituerūt episcopatus sui ministros, 93 dist.dominus noster, cap.pen.

Quod Apostoli prius docti sunt à Christo, & postea ab ipso ad prędicandum missi in exemplum, quod prædicatores prius sacris literis debent insistere, ne tunc quęrant discere, cum ex officio alios debent docere. 36.dist. §.ecce.

Quod apostoli fuerunt pares Petro in apostolatu, sed non in administratione; & ipsum primum principem voluerunt: & septuaginta duos discipulos elegerunt: loco quorum successerunt episcopi.21. distin.in nouo.& 22.distin.sacrosancta.

Quod apostolorum princeps Petrus factus est post peccatum in exemplum, quod quantumcūque magnus peccator post pœnitentiam non est repellendus à dignitate, 50. dist. considerandum.

Quod apostoli patres ecclesiæ fuerunt: pro quibus nati sunt ei filij, scilicet episcopi. 60.dist. quorum.

Quod apostolorum tempore Spiritussanctus visibiliter operabatur in sacramentis, 1.q.1.multæ.

Quod apostolorum tempore multitudinis credentiū erat cor vnum: & nihil erat eis proprium, sed erant eis omnia communia: & omnia ante eorum pedes ponebantur: quia instante persecutione ea possidere eis non licebat. 12. q.1. dilectus.

Quod apostoli vxores suas quas ante apostolatum duxerunt, sine carnali commistione circūducebant, vt mercede prędicationis sustentarentur ab eis. 31. dist. omnino.

Quod Apostoli prædia in Iudæa minimè possederunt, sed vendiderunt, & pretia eorum tantummodo ad fouendum egentes seruabant: quia futuram ecclesiam in gentibus præuidebant. 12.q.1.futuram, & c.seq.

Quod apostolos dominus ad prædicandum misit sine auro & virga, vt ab eis incentiua litis, & instrumenta tolleret vltionis, 11. q.3. ita sæpe.

Quod ipsis omnibus sacramētorum dispensationem commisit, 19 dist. ita dominus.

Quod Christus ipsis vindictam prohibuit: quoniam eos volentes Samaritanos per ignem consumere, compescuit. 23. quæst.4. quod Christus.

Quod regulares imitatores Apostolorum sunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere, meum vel tuum est.12.q.1. dilectissimis, 16. quæst.1.ex auctoritate.

Quod episcopi & superiores quantum ad dignitatem, & omnis presbyter quantum ad Eucharistiæ confectionem, & ligandi & soluendi potestatem habent, distinc. 12.in nouo. 11. quæst.3. absit, vt quidquam.

AQVA. Quod aqua cum sale omnibus sacerdotibus benedici præcipitur, de consecr.dist.3. aquam.

Quod in sabbato sancto ante chrismatis immissionem propter aspersionem debet accipi, de consecra. dist. 4. in sabbato sancto.

Quod eius, qui huius virtute aspergitur, venialia delentur, & insidiæ diaboli cum phantasmatibus fugantur, de consecr.dist.3.aquam.

Quod huius institutionis efficacia in veteri lege est multipliciter pręfigurata, de conserat.distin 4. nec quemquam.

ARBITER. Quod arbitri sunt qui consensu litigantium in iudices eliguntur, vt ipsorum sententiæ stent. 2.q.6. à iudicibus. § quod de arbitris, 11.q.1. si clericus.

Quod non licet ab ipsis appellare, 2.q.6.à iudicibus, vers.arbitrarij, & c.placuit 2.

Quod nullus potest esse arbiter in ea causa in qua est iudex. 3. q.7. infamis, ante fin. §.si quis vero.

Quod seruus arbiter esse non potest. 3.q.7. infamis, in fi.

Quod infamis in arbitrio non excluditur, nec etiam filius in re patris, 3.q.7.infamis, circa fin.

Quod arbitrij liberi nos condidit Deus, vt nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahamur, de pœn. dist. 2. vt cognouerunt. §. liberi, circa finem.

ARCHIDIACONVS. Quod archidiaconus nemo debet esse nisi sit diaconus, 60. dist. nullus episcopus duobus c.seq.

Quod debet tali cōferri cui ętas debita cum prudentia, & vitę merita suffragantur, dist.60. innouamus, dist.93. degimus, post med.

Quod archidiaconus est coadiutor episcopi in ordinatione clericorum, 23.distinct. subdiaconus, & cap seq.

Quod archidiaconi interest ministros ecclesiæ, & parochiarum, vt officia sua diligenter expleant commonere, 25.dist.perlectis, §. hi sunt.

Quod ipsius est de archipresbytero prouidere, 63.dist.si in plebibus.

Quod nō debet ab archipresbyteris vel presbyteris pecunias, vel alias extorquere, 94.dist dictum.

Quod non debet præbendas, vel ecclesias

clesias cum cura animarum sine consensu episcopi cōferre. 16.q.7. nullus omnino.

ARCHIEPISCOPVS. Quod archiepiscopus Græce, summus episcoporum dicitur Latine, 21. distin. cleros.

Quod archiepiscopus ante pallij receptionem, nec se debet vocare archiepiscopum, nec ea quæ sunt pontificalis dignitatis debet exercere. 100 dist. quoniam quidam.

Quod vltra tres menses consecratio nis suę non debet differre pro pallio laborare. 100. distin. quoniam quidam.

Quod accipiens pallium, primo fidem catholicam debet profiteri, & iurare statuta sedis apostolicæ, & conciliorum principalium custodire. 100 dist. quoniam.

Quod non potest vti pallio nisi intra suam prouinciam, & hoc tantum in missarū solennijs. dist. 100. distin pallium tibi, & cap. contra morem.

Quod archiepiscopus debet primatibus obedire. 99. dist c. 1.

Quod episcopi vocati sunt in partē solicitudinis archiepiscopi. 9.q 3. c. 1 & c seq.

Quod archiepiscopi interest episcopum confirmare & cōsecrare. 64. dist. episcopi, c. extra. 13 dist. non debet.

Quod ipsius est cogere omnes sub eo diœceses, vt in officio diuino decantando à metropolitana ecclesia non discrepent. 12. dist. de his qui.

Quod episcopi prouinciales debent interesse electioni & cōfirmationi archiepiscopi. 63 dist. metropolitano. 66 dist. archiepiscopus.

Quod archiepiscopus nō nisi in sua ciuitate debet à prouincialib. episcopis ibidē conuenientibus consecrari 51. distinct. qui in aliquo, in fine.

Quod excessus suffraganeorum suorum potest punire. 12. dist. de his qui. 10. q. 3. quia.

Quod omni anno semel prouincialem synodum tenetur facere: sed ibi de suffraganeorum rebus nil debet extorquere. 18. dist. quoniā.

Quod ipsius est causas dubias suffraganeorum diffinire, alioquin debet eos sedi apostolicę transmittere, 18. dist de concilijs, 6. q 4. si inter episcopos.

Quod archiepiscopus non debet iudicare causas eorum qui subsunt episcopis, nisi per cōsultationem vel per appellationem ad ipsum fuerint deuolutæ, 17 dist. multis, 6. q. 3. scitote. 3. q 6. per peregrina 9. q. 2. conquestus.

Quod archiepiscopus pōt absoluere quem suus suffraganeus excōicauit ordine non seruato. 11. q 3. si episcopus forte, 2. q. 1 nemo.

Quod de his quæ sunt vtrique cōia, archieps sine consensu epi nō debet se intromittere, 9. quęst. 3. c. 1.

Item nec de his, quæ sunt specialia episcopi, sicut beneficia conferre, deponere, & excōmunicare, & huiusmodi nisi ad ipsum fuerit appellatum 9 q. 2. nullus primas, 6. q. 3. scitote. 9. q. 3. conquestus.

Quod si negligēs esset suffraganeus: prēmissa trina admonitione archiepiscopus potest se de aliquibus intromittere 9. q. 3. cum simus, & c. per principalem.

Quod archiepiscopus suam prouinciam diuidere nō potest, nec possunt esse duo archiepiscopi in vna prouincia, 101. dist. peruenit.

Quod solus Papa suffraganeum à iurisdictione ipsius eximit. 10. q. 1. frater noster.

ARMA. Quod arma victoriæ antiquorum patrum, sunt nobis in exemplum spiritualiū bellorum, & victoriarum, 23. q. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt in ecclesia legi Iudęorum historias, vt per eas ad arma spiritualia informemur, 23. q 1 nisi bella.

Quod contra arma persecutorū clericus debet se munire armis orationū & lacrymarum, 23. q 8 non pila quærent & c. conuenior. ante med dist. 36. c vlt.

Quod Christus in Aegyptum ab Herode fugiens, & lapidibus Iudęorum cedens, docuit non arma armis, sed fugā persequentibus opponi. 23. quæst 3. cap 1. §. 1. per totum.

Quod ideo dictū est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, vt clerici & prælati armis bellorum non vtantur, 23 q 8. cū à Iudæis. & tribus cap seq.

Quod ecclesia cum à paganis impugnatur, non corporalia arma, sed Christum patienter expectat. 10. q. 3 porro.

Quod inicis ecclesiam, patriam, & socios defensando, licet arma sumere, 23 q. 3. per totum.

Quod prælatis & clericis licet laicos hortari cōtra inimicos fidei, & contra oppressores, 23. q. 8. igitur, & cap. seq.

ARGVMENTATIO. Quod argumentatio quandoq; fit de minori ad maius, 38. dist. si in laicis.

Item à maiori ad minus, 32. q 5. si Paulus.

Item à toto ad partem, 13. q. pęnale, circa princ.

Item à parte ad totum, 32. q 4. meretrices.

Item à nominis interpretatione, 16. q. 1 placuit.

Exemplum ibidem in interpretatione monachi.

Item ab auctoritate 32. q. 1 dixit.

Item à simili, 2. q. 6. qui se scit. 2. q. 1. multi, in fi.

Item ab oppositis vel contrarijs, 8. q 1. sciendum.

ARROGANTIA. Quod arrogantes dicuntur qui garrulitatem auctoritatem putantes, humiliter nesciunt inferre quod docēt. 46. distin. c. 1. & seq. 49. distin. hinc etenim, circa med.

Quod nihil est impudentius arrogantia rusticorum 46. dist. c. 1.

ARS. Quod ars liberalium artium debet diligenter doceri, quia per eam manifestantur diuina mandata. 37. dist. de quibusdam.

ASPERITAS. Quod asperitas immoderata correctionem non inducit, nec salutem. 45. distin. cum beatus. & cap recedite, & cap. qui syncera 23. quæst. 1. paratus, post medium.

Quod neque multa asperitate exulcerandi sunt subditi, neque nimia benignitate dissoluendi. 45. dist. disciplina.

De hac materia habes vbi agitur de correctione, & austeritate.

AVARITIA. Quod auaritia, quæ instituit meum, & tuum, est iuri naturali contraria, quod dictat omnia communia, 8. dist differt. 47. dist. sicut. 12. q. 1 dilectissimis, & c. duo.

Quod ipsa in terrenis rebus ad sufferendum aduersa fortes facit, in cœlestibus debiles, 47. distinctio. c. inities.

Quia excœcat rationem, & gratius intuetur aurum quàm solem. 48. dist. sicut, & 37. dist. nonne.

Quod auaritia dicitur idololatria, vel fornicatio. 28. q. 1. idololatria, 1. q. 1 cum omnis.

Quod auaritia facit adulari regibus vt hæreditates captent aliena. 37. dist nonne.

Quod hereticus inscius auaro scienti coæquatur 6 q 1. quæro.

Quod clericis, & maximè prælatis inhibetur. 33. distinct. his igitur. 1. quæstio. 1. cum omnis. 8. q 1. sunt in ecclesia. 10. q 1. relata. 12. q 2. gloria.

Quod clericus aliena rapere conuincitur, qui sibi vltra necessaria retinere probatur. 42. dist. c. 1. & 47. dist. sicut hi.

Quod pœna auarorum innuitur 14. q. 4. ministri, 16 q 1. reuertimini, post medium, & cap. sequen. circa finem.

AVDACIA. Quod audacia humana per leges coercetur institutas, 4 dist facta sunt.

AVCTORITAS. Quod auctoritas regalis, & sacerdotalis tenetur defendere res ecclesiæ. 23. q. 5. res autem omnes.

Quod auctoritate sacra pontificum regitur iste mundus, 57. dist. duo sunt.

Quod plenam auctoritatem habent rectores sedis apostolicæ, 11. dist. consequens, & c. seq.

Quod longæuæ consuetudinis non vilis auctoritas est, dummodo canonibus non sit contraria. 11. dist. consuetudinis.

Quod auctoritati legis cedere debet vsus siue consuetudo praua, maxime

ximę sedis apostolicæ. 11. dist. c. 1. & cap. seq.

AVGVRIVM. Quod augurium quod fit in consideratione auriū ad scientiam futurorum, est ex traditione malorum angelorum. 26. q. 11 qui fine.

Quod hanc artē exercere vanitas est & superstitio 26. q. 11. sed & illud.

Quod idololatriæ cultus est augurij superstitionibus implicari 26. q. 2. sed & illud.

Quod augurijs deseruiens est ab ecclesia separandus. 26. q 5 augurijs.

AVSTERITAS. Quod austeritas indiscreta in vigilijs, & orationib. reprehenditur. de consec. d. 5. non mediocriter

Quod melius est per mansuetudinē peccatores ab errore, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere 45 d recedite.

Quod cum austeritate imperant qui subditos suos non cum tranquillitate corrigere, sed asperè reflecte re festinant 45 dist. cap. vera iustitia.

Quod quia Deus benignus est, dispē sator eius austerus esse non debet. 26. q 7. alligant.

AVRVM. Quod aurum habet ecclesia, vt egentium necessitati, & sibi & captiuorum redemptionibus deseruiat. 14. q. 11. per totum cap.

Quod sicut auri fulgor præualet metallo plumbi, sic pontificalis dignitas præualet regum diademati 96 d. duo. in fi.

Quod ideo Christus sine auro apostolos ad prædicandum misit, vt ipsis subtraheret causam litis 11. q. 3 ira.

Quod cum episcopatus auro emitur, anima perditur. 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem. 47. d. sicut.

Quod auro cito violetur iustitia. 11. q. 3.

AVXILIVM. Quod auxilium ecclesia contra hostes non propter vltionem, sed propter defensionem potest petere a principe 23. q. 3. Maximianus.

Quod vt ecclesia pacem adipiscatur vt aliquis vtilitati multorū seruetur, sicut Paulus Apostolus fecit, vtile est petere auxilium. 23. q. 3. sed differentiæ, post medium.

Quod episcopi tenentur mutuo sibi præbere auxilium pro pace terrarum facienda 90. d. præcipimus, & c. seq.

Quod infirmante episcopo ipsi vicini in his quæ spectant ad officiū Pontificale, auxilium debent ferre 7. q. 1. pontifices. c. 3. & c. quamuis.

Quod sacerdos qui fuerit de collegio, si in aduersitate suæ ecclesiæ ab auxilio se subtraxerit, magis schismaticus quam sacerdos iudicabitur. 3. q. 1. nulli.

Quod in præsenti vita consiliorum, & orationum mutua auxilia possunt fieri. 13. q. 11. in præsenti de pœ. d. 6. §. 1. ante med. de conse. d. 4. quæris

Quod oppressis non ferentes auxilia cum possint peccant, 23. q. 3. ostendit. & c. non in inferenda.

Quod in damnum alterius nulli auxilium est dandum. 14. q. 5. denique.

Quod malefactoribus auxilia non sunt ferenda. 14. q. 5. per totum.

De hac materia require in titulo de adiutorio.

ASTROLOGIA. Quod astrologia, quia nihil confert ad salutem, sed potius mittit in errorem, a quolibet fidei est postponenda. 37. d legimus, §. sed contra, 26. q. 11. illud quod, circa fin.

BABYLON. Quod Babylonis filia anima esse dicitur, quæ pro pter lubricas cogitationes filia Dei esse desinit. de pœn d. 3. in salicibus.

Quod amissio gloriæ virginalis designatur in ignominiosa destructione Babylonis. 32. q. 5. si Paulus, post medium.

Quod ignis qui per septuaginta annos Babylonicæ captiuitatis vixerat Iasone vendente sacerdotium, in detestationem simoniæ extinctus fuit 11. quæst 1. sicut eunuchus.

BALAAM. Quod Balaam qui pro mercede iniquitatis ab asina corripitur, ponitur in exemplum quod prælatus propter culpam a subiecto, & doctus ab indocto potest argui. 11. quæstio. 7. secuti, & cap nos si incompetenter, & cap. Paulus 2.

BALNEARE. Quod balneare se, per fectis, & religiosis licet 24. q 1. omnis.

Quod in die dominico balneū conceditur, dummodo nō fiat per voluptatem, sed pro necessitate. de conse. d. 3. peruenit.

BALSAMVS. Quod balsamus a clericis sicut chrisma, vel baptismus non debet vendi. 1. quæstio. prima, dictum est solere, & cap. quibusdam.

Quod episcopi de facultatibus ecclesiæ balsamum tenentur comparare. 1. q 1. statuimus. 1.

Quod episcopus qui balsamum benedictum vendit, simoniam committit, & damnationem perpetuā incurrit. 1. q 1. placuit, vt nullus episcoporum.

BAPTISMVS. Quod baptismus triplex, scilicet salutaris specificatur, videlicet fluminis, flaminis, & sanguinis de consecra. distinct 4. baptismi. & cap c atechumenum.

Quod tunc prodest sanguinis, & flaminis, cum baptismum fluminis non contemptus religionis, & articulus necessitatis excludit de conse. d. 4. baptismi vicem. §. quanto itaque.

Quod latro baptismo flaminis, & sāguinis baptizatus est quādo Christum in cruce confessus est. de pę. dist 7. nullus expectet. circa prin. §. vlt.

Quod baptismus fluminis sumpsit simpliciter virtutem ex passione Christi. de consec d 4 proprie.

Quod Pharao in aqua submersus designat quod diabolus omnes vires amittit in aqua baptismatis. de conse. d. 4. nec quam quam, antea fi.

Quod baptismi est multiplex prærogatiua. videlicet quia potest suscipi sine alijs sacramentis, sed non alia sine eo. 1. q. 1. si quis per ignorantiam.

Item quia potest dari a quocunque quod non alia. 32 d. ca. præter, §. verum. & §. porro per totum.

Item quia est fundamentum, & ianua aliorum sacramentorum. de conse d. 4. cum itaque. in fi

Item quia sine eo salus non habetur de conse. d 4 firmissime.

Item quia per ipsum originale, mortale, & veniale peccatum remittitur, non sic per alia de consecra. dist 4. regenerante, & c. sine pęnitentia.

Item carens eo non potest quis cōtrahere cū christiana 28. q. 1. caue.

Quod sine inuocatione trinitatis nō est baptismus. de consecr. d. 4. si re uera, & c. in synodo.

Quod verus est baptismus, licet per imperitiam verba substātialia cor rupte proferantur. de consec. d 4. retulerunt.

Quod accedit verbum ad elementū, [illegible] baptismi sacramentum. 1. q. 1. [illegible]he.

Quod non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismo operatur. de conse. d 4. baptismus.

Quod character baptismi non perditur per peccatum. 1 q. 1 ꝙ quidam ante medium. 32. q. 7. liceite.

Quod baptismus paruulis valet ad salutem, etiam si non recta intentione offerantur de conse. d. 4. nō illud.

Quod in baptismo spiritualiter renascitur homo, & membrum Christi efficitur. de conse. distin. 2. quia passus. circa fi. & de conse. d. 4. ad hoc.

Quod nullus pōt saluus fieri, si contemnit baptizari 15. q. 1. firmissime.

Quod in hoc quod Christus mundus a peccato baptizari voluit, exemplum baptizandi nobis in peccato natis dedit. de consecra. d 4. si baptizata est & c. non regenerabuntur.

Quod apostoli fuerunt baptizati tē pore Christi. de conse. d. 4. quando, & c. seq.

Quod verus baptismus non tantum cōstat in ablutione corporis, quātum

rum in fide cordis, & baptismus delet non solum originale, sed et actuale peccatorum, de consec d. 4. regenerante.

Quod excepta necessitate baptismus a sacerdotibus debet dari 93. d. diaconi. de conse. d. 4. constat.

Quod baptizandos cathechizandi, & exorcizandi dēt præuenire officium de conse. d. 4. siue paruuli, vsque ad c. venit sacerdos.

Quod expositio signorum, sufflationum, & vnctionum, & quorumlibet aliorum quæ in exorcismo, & cathechismo geritur, ponitur. de conse. d. 4. postea, vsq; ad c. venit, & c. 1.

Quod interrogatio articulorum fidei debet præcedere baptismum, de conse. d 4. prima in fine.

Quod baptizandis adultis indicatur pœnitentia interior, & non exterior, de conse. d. 4. omnis, & duobus cap. seq & cap. sine pœnitentia. ibi.

Quod excepta necessitate, generalis baptismus non debet fieri nisi statutis temporibus. s. in Pascha, & Pentec. de conse. d. 4. non ratione. vsque ad c. constat.

Quod in primitiua ecclesia non licebat nisi prædictis temporibus baptizare: modo in necessitate licet omni tempore, & in omni aqua, de consec. dist. 3. celebritatem.

Quod antiquitus baptizandus dabat votum suum in scriptis. 2. q. 1. legum.

Quod paruuli si ante baptismum decedunt, propter originale peccatū damnantur. de conse. dist 4. firmissime.

Quod ordinatus antequam baptizatus nihil accipit, 1. q. 1. si qui per ignorantiam.

Quod baptismus non tollit irregularitatē bigamiæ, 34. dist. si quis viduam.

Quod sacerdos vadens ad baptismū semper chrisma debet portare secum, de consec. d. 4. nullus ministrorum.

Quod, adulti fidem suā ante baptismum debent profiteri. de consec. d. 4. prima.

Quod paruulis prodest fides offerentium, de conse. d. 4. illud perscrutari, & c hi, qui apud.

Quod perfidia parentum non obest baptizandis sicut fides prodest, de conse. d. 4 quæris a me.

Quod monachi in suis monasterijs baptisteria habere prohibentur, 18. q 2 pridem.

Quod nō licet monacho baptizare, vel pueros de baptismo suscipere. 16. q. 1. placuit communi, & ca. ex auctoritate.

Quod nō licet abbati, vel monacho de baptismate alios suscipere nec commatres habere, de consec. d. 4. non licet, & c. seq.

Quod in necessitate licite recipitur baptismus a quocunque, 24. q. 1. si quem. 32. q. 4. iste & c. seq. de consec. d. 4. constat.

Quod etiam si in necessitate a patre conferatur carnali, non ideo pater in matrimonio suo impeditur 30. q. 1. ad limina.

Quod a Pagano vel Iudæo si in forma ecclesiæ datur, verus est baptismus. de conse. d 4. Romanus.

Quod a schismatico hæretico si in forma ecclesiæ datur, similiter recipitur. 1 quæst. 1. dictum est a domino, §. quod vero. cun duobus c. seq.

Quod a quocunque malo, & peruerso homine, dummodo non peruerse detur, recipitur. 19. d. secundum de conse. d 4. si inter, & duobus. c seq.

Quod quandoque baptizatur quis in fide dantis, cum. s. fidelis adultus baptizat infantem, de consec. d. 4 constat.

Quod baptizatur quis in fide tātum accipientis, vt cum adultus contritus recipit ab infideli. 1. q. 7. qui in qualibet.

Quod baptizatur quis in fide tantū patrinorum cum paruulus fidelium præsentatur hæretico baptizandus, 1. q. 4. placuit.

Quod qui ab hæreticis scienter baptizantur, quia tunc nihil gratiæ receperunt, per impositionem manus sunt ecclesiæ reconciliandi. s. q. 1. quod quidam dicunt, de consec. d. 4. quamuis.

Quod baptismus simulatorie, vel pro vanitate temporali acceptus verus est, nec reiteraretur, de conse. d. 4. solet etiam, & duob. c. seq.

Quod talis baptismus nō prodest ad salutem nisi simulatione cessante, de consec. dist 4. tunc valere incipit.

Quod Simoni mago qui simulatorie baptizatus fuit, & post non pœnituit, baptismus non profuit, 27. d. quod interrogasti.

Quod baptizans, & de baptismo suscipiens dicitur pater spiritualis. 30 q. 1. ad limina. § filia.

Quod baptizandus potest ter vel semel immergi secundum diuersas consuetudines terrarum, de cōsec. d 4. de trina. & 5. d. c. seq. & c. propter vitandum.

Quod totum corpus est in baptismo immergendum, de conse. d. 4. prima igitur.

Quod baptizata muliere prægnante fœtus in ea non baptizatur, de cōsec. d. 4. si ad matris, & duobus c. seq & c. si baptizata.

Quod in dubio quisque baptizari debet de conse. d. 4. paruulos.

Quod non baptizatus baptizandum non potest de fonte suscipere, de conse d. 4 in baptismate.

Quod baptizatum non debent plures accipere quam vnus, de conse. dist. 4. non plures, & c. in catechismo.

Quod non decens est, licet non sit prohibitum coniuges simul alterius puerum de baptismo leuare, 30 q. 4. quod autem.

Quod vno coniugum suscipiēte puerum alterius in baptismo, vterque fecisse iudicatur, & vterque compater efficitur, 30. q. 4. sciscitatur, & c si quis.

Quod an valeat reddere debitū mulier, quæ proprium filium leuauit de baptismo, vide 30. q. 1. per totum.

Quod in baptizatis manet concupiscentia licet attenuata. de consec, d 4 per baptismum.

Quod paruuli adulti facti tenentur ad fidem quam pro ipsis offerentes sponsponderūt, de conse. d. 4, paruuli.

Quod hi qui pro baptizandis in baptismo spoponderunt, tenentur omnes symbolum, & orationem dominicam, & alia bona informare. de consc. distin. 4. vos ante omnia.

Quod adultus in infirmitate baptizans, quia ex necessitate videtur fecisse, non debet ordinari. 57. d. si quis in ægritudine.

Quod qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & per multam pœnitentiam reformātur, de conse. d. 4 eos quos.

Quod catholicum rebaptizare scienter, manifestissimum scelus est, de conse. d. 4 rebaptizare.

Quod præcisi siue aliter apostatantes in fide, non sunt rebaptizandi ne fiat iniuria characteri imperatoris, 23. q. 7. quemadmodum mēbrum.

Quod rebaptizatus irregularis efficitur, & punitur, de consecr. d. 4. qui bis, & c seq.

Quod rebaptizatus etiam ignoranter non debet promoueri. 51. dist. qui in aliquo, 50. d. confirmandū est, in fi.

BEATITVDO. Quod beatitudo paradisi cœlestis a nemine extra ecclesiam posito percipitur, de consecratio. distinct. 4. ecclesia paradiso.

Quod beatitudo est reuelatio gloriæ magni Dei, & Saluatori Domini nostri Iesu Christi, de consec. d. 5. ieiunium.

Quod beatitudo æterna solummodo membris Christi paratur, de pœn. d. 1. omnis qui non diligit.

BELLVM. Quod bellum in hac vita duplex exercetur, scilicet carnale, & spirituale. 23. quæst. 1. nisi bella.

Quod a perfectis bella carnalia non sunt peragenda, sed animæ certamina contra spirituales aduersarios dissuadēda. 23. q. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt legi in ecclesia historias Iudæorum, vt per bella ipsorum quæ gesserūt ad bella spiritualia informemur, 23. q. 1. nisi bella.

Quod ideo bella carnalia plerumque geruntur, vt ad pietatis iustitiæque societatem victis facilius consu-

carnaliter à primo cognitam. 34. dist. Valentino.

Quod bigamus reputatur qui vxorem suam post adulterium scienter cognoscit. 34. distin. si cuius, & c. seq.

Quod qui contrahit cum corrupta de facto licet cōtrahere non possit de iure, tanquam bigamus reputatur, 28 dist. presbyter.

Quod qui credens se cum virgine contrahere, inuenit eam cognoscendo corruptam, bigamus reputatur, nec debet promoueri, 51. distin. qui in aliquo.

Quod cum bigamo potest dispensari, & facilius in ordine suscepto, quam in suscipiendo, 50. dist. quicumque pœnitens.

Quod clericus per bigamiam irregularis effectus retinet priuilegium clericale, 34. dist. lector.

De bigamia require vbi agitur de ordine, & vbi agitur de dispensatione.

BLASPHEMVS. Quod blasphemās Deum debet pœnis debitis subiacere 23 quæstio 4 non inuenitur, 11. quæst. 3. Imperatores, 25. distin. qualis.

Quod ille in spiritumsanctum blasphemat, qui sacris canonibus derogat 25. q 1. violatores.

Quod verbum domini tunc blasphematur, cum contemnitur, 33 q. 5. cum caput.

Quod Michael angelus qui diabolo noluit inferre blasphemiam, ponitur in exemplum quod à maledictione puri esse debemus. 34. q. 3. si igitur.

Quod blasphemantes baptismum Christi, per potestates debent puniri, 23 q. 4 quoniam.

Quod blasphemantes exemplo Apostoli per excommunicationem sathanæ debent tradi, 24. q. 3. apostolicæ, 23. quæstio. 4. qui peccat, ante medium.

BOS Quod bos & asinus tunc simul ad arandum coniunguntur, quando diuersæ professionis homines in vno officio simul sociantur, 16. q. 7. in nona.

Quod Deo ideo cura non est de bobus: quia facta brutorum Deus non discutit. 15. q. 1. c. firmissimè, § ex eo.

BRVTVM. Quod brutis animalibus eo quod ratione carent, peccatum non imputatur, 15. q. 1. c. firmissimè, § ex eo.

Quod in lege bruta animalia peccatis hominum sordidata iubentur interfici, non propter peccatum, sed quia replicant memoriam facti, 15. q. 1. mulier.

CAIN. Quod Cain quia præuaricationem propter fratricidiū incurrit, sententiam maledictionis reportauit, 24. q. 3. cum ergo, §. sed qui.

Quod Deus despiciēdo munera Cain ante damnauit fratricidium mente conceptum quasi opere adimplesset, de pœn dist. 1. nunquid.

Quod Cain qui peccatum fratricidij negauit, indignus temporali pęna fuit, de pęn dist. 3. Iudas.

Quod Abel esse renuit quem Cain malitia non exercet. 23. q. 4. hæc autem vita.

CHAM. Quod Cham qui ex eo ꝙ patris verenda non operuit, maledictus est: ponitur in exemplum quod maiorem damnationem incurrunt qui spiritualibus patrib. non deferunt, 2. q 7. sacerdotes, & reliqui, & c. sententia, & c. plerūque, 15. q. 5. de crimine.

CALCVLVS. Quod calculus est carbo, quo purgatus est Elaias propheta. 8 quæstione 1. in scripturis, in fine.

Item calculus est determinatio sententiæ, 6. q 4. si inter.

CALIX. Quod calix, & patena nullo modo debent esse de ligno, sicut in primitiua ecclesia, sed ex auro & argento, vel saltem stanno, de consecr dist. 1. vasa. & cap. vt calix.

Quod ideo prohibetur, ne fiat calix de ligno, quia porosum est, ead. distin.

Item nec de vitro, quia fragile est.

Item nec de cupro, quia prouocat vomitum.

Item nec de aurichalco quod contrahit rubiginem, de conse. dist. 1. vasa. & c. vt calix.

Quod sacerdotibus solenniter cum ministris celebrantibus non licet calicem tollere nisi ipsis per diaconos porrigatur, 93. dist. diaconi sunt.

CALVMNIA. Quod calumniari est falsis criminibus intēdere, 2. q. 3. si quem, § notandum.

Quod inconsultus calor ex impetu mentis proueniens calumniæ vitio caret. 2. q 3 si quem, § notandum, post medium.

Quod calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicij, 2 q. 8. quisquis, 5. q. 6. qui calumniam, & c seq.

Quod vestis quæ non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur elationis habet calumniam, 21. q. 4 c. 1.

CANON. Quod canon Græce, Latine regula nuncupatur, distin. 3. canon.

Quod sancti patres canones diuino instinctu sanxerunt, 33. q. 2. hoc ipsum, 25. q. 1. violatores.

Quod liber canonum apostolorum inter apocryphos ponitur, 15. distinct. sancta Romana, 16. distinc. canones.

Quod violare canones patrum, est spiritum sanctum blasphemare, 25. q. 1. violatores.

Quod secundum canones ecclesiæ Romanæ tenentur viuere aliæ ecclesiæ, quia ab ipsa habent priuilegium, 19. dist. nolite.

Quod infantes cum consensu parentum ad religionem debent suscipi. 20. q 2. oportet.

Quod parentes filiam duodecim annos habentem de monasterio extrahere non possunt, si per annū, & diem eam ibi esse consenserunt. 20. q. 2 puella.

CONSILIVM. Quod consilia euangelii non sunt in præcepto, sed in hominis arbitrio. 14. q. 1. quisquis. &c. seq.

Quod consilium est voluntatis. præceptum autem necessitatis. 14. q 1. §. quod præcipitur.

Quod qui consilio domini non vtitur, minus boni adipiscitur, 14. quæst 1. quisquis.

Quod homines in dubiis requirere debent consilia. 16. q 2 visis, & 20. dist. c. vlt 11 q. 3 excellentissimus.

Quod experti, grauesque moribus pro consilio sunt requirendi. 1. q. 1 estote.

Quod malorum potius consulendum est vtilitati, quàm volūtati, 23. q. 1 paratus. post medium.

Quod merito arguitur qui consilia sapientum, & recta suadentium non vult suscipere. 84. dist c.

Quod qui dat bonum consiliū, præsentis vitę habet subsidium, & æternę remunerationis consequitur præmium 12. q. 2. bonæ.

Quod propter malum consilium cōsiliari puniūtur. 85. dist. tanta. in fi.

Quod pro consilio dato potest recipi temporalis remuneratio 1 1.

q. 3. non licet. 14. q 5. non sane.

Quod homicidæ dicuntur per quorū consilium homines extinguūtur de pæ. di. 1. piculose, &c. noli.

Quod archiepiscopus in diœcesi suffraganei absque eius consilio nil agere debet. 11. q 3 fere per totum.

CONSPIRATIO. Quod omnis conspiratio (præcipue clericorum, & religiosorum) damnatur. 11. q. 1. coniurationum.

Quod conspiratio notata est in coniuratione.

CONSTANTIA. Quod constantia seruanda est in iuramentis, & promissis. 22 q. 4. innocens in fi.

Quod omnibus in Christo viuere volentibus necessaria est constantia in persecutionibus 7. q. 1. suggestum.

Quod tanta debet esse fidelium constantia, ut prius auferatur vita quàm fides. 23. q. 8. conuenior. ante finem.

Quod vbi non prælatus, sed fides quæritur, cōstantia prælatis præcipitur. 7 q 1. aduersitas ante med.

Quod qui suis meritis constans. & firmus est, non turbatur alienis. 24 quęst. 1 non turbatur.

CONSTANTINVS Quod constantinus Imperator Christianus factus publice dedit licentiam christianos fieri, & ecclesias fabricari 12. q. 1 futuram.

Quod ipse Constantinus ecclesiam beati Petri apostoli construxit, & sedem Imperialem successoribus beati Petri reliquit 12. q. 1. futuram. 96. dist. Constantinus.

De reuerentia ipsius maxime ad clericos, & presbyteros. 96. distin. in scripturis 12. q. 1. futuram. 96 dist. Constantinus 11. q 1. continua. §. Imperator constantinus, &c. sacerdotibus.

Quod Palatium Lateranense, & Romanam vrbem omniumque Italiæ, & occidentalium regionum prouincias successoribus B. Petri assignauit 96. distin. Cōstantinus.

Quod Beatus Gregorius ostendit eum feliciter vitam terminasse, dicens piæ memoriæ, contra illos qui mendaciter asserunt ipsum rebaptizatum. 11. q. 1. sacerdotibus 12. q. 2. futuram. vbi dicitur religiosissimus fuisse.

Quod dedit priuilegiū, vt sicut Romanus Imperator esset caput totius mundi, sic & Romanus pōtifex esset caput omnium ecclesiarum 96. distin Constantinus.

CONSTITVTIO. Quod constitutio est quod Rex vel Imperator constituit 2 dist. constitutio.

Quod constitutio debet esse honesta tempori, & loco conueniens 4. di. erit autem lex.

Quod constitutionis causa est humanam coercere audaciam, & nocendi facultatē refrenare. 4. di. §. i.

Quod tenenda est pro lege vbi sacra scriptura non contradicit. 11. dist. in his 10. dist. lege,

Quod illicita est, quę est contra Apostolos, & Euāgelia, vel alias sacras scripturas. 10. dist. non licet.

Quod triplex est origo constitutionum ecclesiasticarum 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod constitutiones ecclesiæ, maxime Romanæ, sunt seruandæ. 11. dist. nolite, &c. hoc vestræ 38. dist. nulli.

Quod earum trangressores puniuntur. 12. distin. præceptis 55 distin. nullus. 6. quæst. 1 infames.

Quod constitutiones regum, & principum obsequi debent ecclesiasticis institutis 10 dist. lege. &c. seq.

Quod pro loci temporis & personarum qualitate mutatur constitutio. 50 dist vt constitueretur. 61. dist. § his. 10. q. 3. priscis & c. seq. 11. dist. catholica.

De hac materia habes vbi agitur de Statutis,

CONSVETVDO. *Quod consuetudo est ius moribus institutum, quod lege deficiente pro lege suscipitur.* 1. dist. consuetudo.

Quod longæua consuetudo, quæ nō est contraria canonibus, est seruanda. 11 dist. consuetudinis. 11. dist scit sancta Romana, & quinque. c seq. 10. q 3 decreuimus.

Quod consuetudo peruersa ex diuturnitate non leuigat crimen sed auget 24. q. 1. schisma.

Quod binus actus consuetudo dicitur 25. q. vlt. ita nos.

Quod ratio & veritas consuetudinē semper excludunt. 8. dist. veritate, & duobus capit. seq. 11. dist. capit. 1. & sequen.

Quod quando consuetudini veritas suffragatur, nil ea firmius dēt teneri. 8 distin frustra. 11. distin. illue vsque ad §. hoc autem.

Quod diuersitas consuetudinum p loco. & tempore (dummodo non sint veritati contrariæ) non est reprobanda 12. dist. scit sancta, & ea. nouit & c. seq.

Quod consuetudo illorum cum quibus conuersamur, si nō est peruersa, obseruanda est 12 dist. illa.

Quod consuetudo mala non minus quàm perniciosa corruptela est vitanda 1. dist mala 12. distin. omnia talia. 16 q. 3. licet.

Quod consuetudines Romanę ecclesię maxime sunt seruandę 11. dist. quis, in fi 12. dist c. 1. in fi.

Quod in ecclesia multa sacramenta ita sicut atque aspersio, ad orientem adoratio, & huiusmodi, consuetudine magis quàm scripto sunt roborata. 11. distinct. ecclesiasticarum.

Quod in portionibus ecclesiarū dādis obseruanda est consuetudo 10 q 3. nec numerus.

Quod contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi. 11. distinct. in his rebus.

Quod episcopi sunt sola cōsuetudine maiores

maiores presbyteris 95. dist. olim.
Quod an consuetudo faciat mortale quod est in se veniale. 25. distinct. vnum. §. alias, ante med. Vide quę ibi notantur in gl in ver. criminale ex B. Thoma.
Quod consuetudo ordinaria confert iurisdictionem 9 q. 3. conquestus.
Quod iure consuetudinis hoc meū, illud alterius iudicatur. 8. dist. §. 1.
Quod qui maledicendi consuetudinem habent immunditiam labiorum contrahunt. 24. quæst. 3. qui negligunt.
Quod sub prætextu consuetudinis, nec ante, nec post, pro sacramento est aliquid accipiendum. 1. q. 3. si quis præbendas.

De hac materia habes vbi agitur de Moribus.

CONTEMPTVS. Quod contemnere debet suos, & sua, qui seruire Deo eligit. 12. q. 1 cui portio, & c. præcipimus.
Quod nihil miserius est, quam propter nummum Deum deserere. 12. q. 1. duo sunt, in fine.
Quod capitis rasio, & clericorum corona designant, quod ipsi debent contemnere temporalia. 12. quæstio. 1. duo.
Quod Socrates qui ad philosophandum pergens auri pondus proiecit, ponitur in exemplum, vt si virtutes possidere volumus, temporalia contemnamus. 12. q. 2. gloria episcopi, in fine.
Quod stultus est qui in dignitate primum se existimans bona quæ viderit discere contemnit 22. distin. de Constantinopolitana. 18. distin. non oportet. 38 dist. nullus episcopus. 24 q. 3. si habes.
Quod peccatum paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contemnit. 81 dist si qui sunt, in fi.
Notent hoc diligenter tyranni, qui nedum inobediētes sunt ecclesiæ, verum etiam eam vi opprimere, & patrimonium eius eripere conantur. 23. q. 8. hortatu. & 63. dist. Hadrianus.
Quod contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita. 1. q. 1 multi 37. dist. sedulo.
Quod manum filio iteratur cum liberti ecclesiæ alij adhærentes eam contemnunt. 12. q 2. liberti.
CONTENTIOSVS. Quod contentiosus prohibetur ordinari. 46. dist. §. 1. & c. seditionarios.
Quod diuersitas cultus maxime contentiones & æmulationes inducit 90. dist. perlatum.
Quod clerici vel monachi in synodo, vel cap. accusando, vel referendo non debēt perstrepere vocibus contentiosis. 5. q 4. in loco.
Quod cōtentiosus monachus à priori suo secundum qualitatem culpæ est puniendus. 90. distin. si quis monachus.
Quod perfectus in iudicio sæculari non debet contendere. 14. quæst 1. episcopus.
Quod res ecclesiæ non per contentiones, sed iudicio debent defendi. 16. q 6. consuetudo.
CONTESTATIO. Quod contestatio litis quomodo fieri dēat, & infra quod tēpus facta valeat, habes 3. q. 3. induciæ. vsque ad finē quæstionis.
Quod ordine iudiciario primo libellus porrigendus, deinde debet fieri litis contestatio. 3. q. 3. induciæ. §. libellum.
Quod iudex reo libellum non debet auferre nisi actor promittat se intra duos menses litem contestaturū. & expensas in duplum restituturum. 3. q. 3 induciæ, §. libellum.
Quod contra absentem per contumaciam procedetur cum lis est contestata, & liqueat de causa 3. q. 9. decernimis 4 q. 6. c 1.
Quod si lis non est contestata, nec liquet de causa, tunc absens per contumaciam solum est excommunicandus, & sic intelliguntur illa capitula. 11. q. 3 rursus. & cap. quicumque.
Quod litis contestatio recusari non pōt. 3. q. 3 induciæ, §. libellū. in fi.
Quod in causa criminali, vel ciuili criminaliter mota ante litem contestatam testes non sunt recipiendi, nec sententia diffinitiua ferenda. 3. q. 9. per totum. in summa.
Quod plures sunt casus, in quibus sine litis contestatione testes possunt recipi, scilicet in hæresi post mortem. 24. q. 2 sane & c. seq.
Item in quæstione electionis episcopi, & in causa matrimonij, ne propter moræ periculum ecclesia dilapidetur, & mulier fornicetur.
Item prælatus ex officio procedit per inquisitionem ex excessibus subditorum.
Item quando testes ad perpetuam memoriam recipiuntur.

De his & alijs pluribus casibus habes extra, vt lite non contest quoniam frequenter, & c seq.

CONTINENTIA. Quod continentia non ferro, sed religione q̄renda est. 33. q 5. tunc saluabitur.

De hac materia habes in titulo de Castitate.

CONTRITIO. Quod contritio contemptis alijs partibus pœnitentiæ non delet peccatum. de pœnit. dist. 1. resuscitatus. §. alij. econtra ibi, & c. mensuram.
Quod dū confessio nō contemnitur, per contritionē peccati venia indulgetur de pę. dist. 1. mensuram.
Quod quantumcunque adsunt alia, sine cordis contritione nullum peccatum dimittitur. de pœn. distin. 1. §. econtrario.
Quod lachrymæ, quæ ex vera contritione fluunt, æterni ignis incendia extinguūt. de pœ dist. 1. porro.
Quod vbi non est contritio, sed cordis duritia, Deus orationem pro talibus non accipit. de pęn. dist. 1. quamobrem. in fi.
CONTVMAX. Quod contumax dicitur qui post vnam, vel trinam peremptoriam vocationem coram iudice comparere contemnit. 24 q. 3. de illicita.
Quod qui ex contumacia iudicibus non obtemperant, per episcopos extra communionem poni debēt. 2. q 6. quisquis.
Quod qui ad synodum vocatus venire, aut ibi constitutus obedire contemnit, aut ante finem recessērit, est excommunicandus. 11. q. 3. certum est.
Quod contra absentem per cōtumaciam tanquam contra præsentem conuictum procedi potest per diffinitiuam sententiam 4. quæst. 9 absens. & c. decernimus. 24 q. 3. de illicita.
Quod si excommunicatus intra annum suam causam purgare contempserit, post nullatenus audiatur. 11 q. 3. rursus. & c seq.
Quod qui iubēte sacerdote pro quacūque culpa ab ecclesia exire contempserit, tardius recipitur ad veniam 11 q 3. qui iubente.
Quod contumaces prælati præter dignitatis subtractionem puniuntur. 74. dist honoratur. in fi. 34. dist in. quorumdam.
Quod contumaces clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent. 50. dist. contumaces. 7. q. 1. si quis presbyter. 11 q. 3. petimus. & q 3 si quis presbyter.
Quod sicut in contumacia persistentibus seueritas est ostendenda, sic humiliantibus per pœnitentiam venia non est deneganda. 2. q 4. quanto.
CONVENTICVLVM. Quod conuenticulum dicitur congregatio subditorum sine consensu prælatorum. 17 dist multis.
Quod clerici (maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debent 24 q. 3 clericus, & c. cum quibus.
CONVERSATIO Quod conuersatio cum Iudæis in conuiuijs & balneis clericis, & laicis inhibetur, nec etiam medicinas ab eis debent recipere 28. q. 11. nullus
Quod etiam cum parentibus, vel propinquis conuersari non debemus, si per ipsos fidem Christi perdere timemus 28 q. 1. si infidelis.
Quod sæpe malorū conuersatio corrumpit bonos mores 28. q. 1 sæpe.
Quod neophyti, vt in fide, & moribus proficiant, cum Christi fidelibus debent conuersari 28. q. 1. Iudæorum.
CONVERSIO. Quod conuersio dicitur quasi vndique cordis versio de pœ. dist. 1. §. hoc idem. & distin. vlt. nullus expectet. § quod quamuis. circa princ.

Quod si cor nostrũ vndique à malo conuertitur, fructus conuersionis meremur. de pœniten. distinct. 1. §. hoc idem.

Quod conuersio cordis requiritur in adulto baptizando. de consec dist. 4. baptismi.

Quod vera conuersio ad Deum in vltimis positorum mente potius est æstimanda, quàm tempore 26 q 6. agnouimus.

Quod qui cum potuerunt conuerti noluerunt, in fine nõ facile acquirunt quod volunt, de pęn dist. vlt. nullus expectet. circa princ.

Quod conuersio in extremis licet raro iusta sit, desperandum tamen non erit. de pęn. dist. vlt. nullus expectet. §. quod quoniam 26 q 6 si presbyter. & capit. seq. 50. distinct. ponderet.

Quod Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat 26 q. 6 agnouimus.

Quod Iudæorum pueri ad fidẽ Christi conuersi, ne parentum inuoluantur erroribus, sunt fidelibus monasterijs committendi. 28. q 1. Iudæorum.

CONVIVIA. Quod conuiuia laudantur dummodo detractionibus & fabulis, & ludis turpibus non misceantur 44. distin. conuiuia. & cap. sequen.

Quod conuiuium clericorum debet præcedere mensæ benedictio, inter mensam lectio, post mẽsam gratiarum actio. 44 dist. quando autẽ.

Quod non cibus in conuiuio, sed cibi auiditas reprobatur. de consec. dist. 5. sint tibi.

Quod præcipue clerici hæreticorum & schismaticorum debent vitare conuiuia. 24 q. 3. clericus.

Quod cum sacerdotibus census tenuis esse debeat, prohibentur eis conuiuia, ne pinguis venter grossam mentem generet 34. dist. c. vl. & §. seq. 34. dist. presbyteri.

Quod nec episcopus, nec clericus absque necessitate debet in ecclesia sapere conuiuia 42. distin. non oportet & in c seq.

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

CORRECTIO. Quod correctio debet fieri quantũ pro vniuscuiusque gradu atque salua pace ecclesiæ fieri potest. 23. q. 4. ecce quisquis quidam cum quisque sicut ipsa pietas, quid faciet. circa medium.

Quod correctio debet fieri animo medendi, non sæuiendi 86. distin. odio 23. q. 4. ita plane. circa med.

Quod cum correctio districtius agitur, ex charitate agenda est, non ex furore. 12. q 2. fraternitas.

Quod correctio debet ex charitate prouenire, & secundum diuersitatem culparum extendi. 24. q. 3. corripiantur.

Quod correctio debet esse mista cũ benignitate, & asperitate. 45. dist. disciplina. & c. sunt namque.

Quod qui iuste iudicat, stateram in manuu gestans in vtroque pẽso iustitiam & misericordiam portat. 45. dist. omnis.

Quod non frustra hæc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere. 23. q. 4. duo.

Quod correctio quandoque plus debet habere mansuetudinis, quã rigoris 45. dist. qui syncera & c. licet.

Quod asperitas nimię increpationis, nec correctionem recipit, nec salutem. 45 dist. cum beatus. & cap. disciplina.

Quod castigatus leuiter reuerentiã exhibet castiganti. distin. 45. cum beatus.

Quod correctio quandoq; plus debet habere de asperitate, quam de benignitate. 12 q 2. fraternitas 24. q. 3. ecce, & c. seq. & c. illud.

Quod ferro necesse est, vt abscindantur vulnera, quæ fomentorum nõ sentiunt medicinam 82 dist. quia aliquanti.

Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere 5. quæst. 5. non omnis. & cap nõ osculantur.

Quod non est charitas, sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes. & c seq.

Quod non corripere malos, sed fouere, est eos occidere. 23 q. 5. qui vitijs. 45. dist. sed illud.

Quod falsa & periculosa misericordia indulgetur vbi propter asperitatem, vel blandimenta linguæ delinquentium correctio postponitur. 50. dist si quis diaconus.

Quod licet Dei sit principaliter corrigere, tamen prælatus suam correctionem non debet negligere. 23 q. 4 sicut non est.

Quod facientis culpam habet qui cũ possit corrigere, negligit emẽdare facientis culpam 83. dist error.

Quod licet sciamus neminem vltra terminum a Deo præfixum esse victurum, tamen omnibus languentibus non incongrue medemur: sic quamuis nemo saluetur nisi prædestinatus, omni tñ delinquenti adhibenda est correctio. 23. q 4. Nabuchodonosor. §. item qui.

Quod episcopus, qui crimina non corrigit, non episcopus, sed canis dicitur impudicus 73. dist. nemo.

Quod primo seipsum corrigat, qui alios nititur corrigere. 25. dist. primum 41. dist. in sacerdotibus. 81. dist. nemo.

Quod prælatus si culpas subditorũ impune dimittit, grauiter offendit. 11. q. 3. si is qui. 23. q. 5. qui vitijs, & alia capitula, quæ sequuntur vsque in fine quæstionis.

Quod synodi prælatorum ad hoc debent esse, vt deprauata quæ emerserunt corrigantur. 16. dist. peruenit. & cap. seq 16. q. 2. visis, in fin.

Quod prælatus quando in correctione excedit, non tenetur a subditis veniam postulare. 86 dist. quando necessitas.

Quod a subditis senior non est increpandus, cum culpa sua non trahit ad interitum corda iuniorum. 2. q 7 Paulus dicit.

Quod laudabile est in subditis correctionem prælati nulla dissimulatione postponere. 2. quæst. 7. sicut inquit.

Quod contemptores mandatorum superiorum sic puniendi sunt, vt alij talia committere timeant. 23. q. 3 iustum.

Quod prælati à subditis, docti ab indoctis de publicis excessibus corrigi possunt 2. q 7. secuti sunt viam Balaam. & capit. episcopi. §. item Ioannes.

Quod priuatum crimen publice non est arguendum: sed vbi contingit crimen, ibi moriatur. 2. q 1. si peccauerit in fi. 6. q. 2. si tantum.

Quod publicam correctionẽ debet præcedere admonitio 2. q. 7. accusatio. 1. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Percussione.

CORONA. Quod coronam in capite clerici habent ab institutione Romanæ ecclesiæ. 12. q. 1. duo.

Quod ratio coronæ in capite signat temporalium depositionem ibid.

CORPORALIA. Quod corporalia altaris non debent esse de serico, sed de puro panno lineo ab episcopo consecrato. de consecrat. dist. consulto omnium.

Quod non debeant lauari per fœminas nec tangi. 23. dist. sacratis.

CORPORA. Quod corpora sanctorum nullus de loco ad locum sine licentia episcoporũ transferre præsumat. de cons dist. 1. corpora.

Quod corpora modernorum hominum sunt debiliora antiquorum, & ideo ipsis est compatiendum. 34. dist. fraternitatis.

CREATVRA. Quod creatura quælibet in se bona est, & dicitur esse vera, de pœn. dist. 2. ante fi.

Quod creatura quæ mutatur, non vera, sed vacua esse probatur de pœ. dist. 2. ante fin.

Quod per creaturas iurare, est blasphemare. 2. q. 1. si quis p capillũ.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

CREDERE. Quod credere in Deum est amando in eum tendere. de pęn dist 2. charitas est.

Quod qui diuinationibus & incantationibus credit, fidem Christi perdit 26. q. 5. episcopi. ante med. & duobus c. seq.

Quod qui credit se cum Diana, vel alijs mulieribus in noctis silentio super bestias, vel aliter multa terrarum spatia transire, fidem Christi

DAL-

DALMATICA. Quod dalmatica nec episcopis, nec archidiaconis antiquitus sine concessione Papæ licebat uti. 23. distinct. communis.

Quod licet modo omnes diaconi utantur dalmaticis ex consuetudine, non tamen debent ipsis uti nisi in solennitate, 76. distin. de ieiunio.

DAMASVS. Quod Damasus Papa primus accusatus de adulterio cu 42. episcopis se purgauit. 2. q. 7. nos si incompetenter, in fine.

DAMNVM. Quod damnum morum multum distat à damno temporalium, 6. quæst. 1. sunt plurimi, in fine.

Quod deteriores sunt qui vitam moresque bonorum detrahendo corrumpunt, his qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. 6. q. 1. ex merito.

Quod nulli in alterius damnum est subueniendum, 14. q. 5. denique, 22. q. 2. primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonū, 23. q. 6. quod erraueràt

Quod piissimi rectores reputantur, qui in graui scelere constitutos damnorum admonitionib. ad bonum redire cogunt. 23 quæstio. 5. si vos.

Quod qui confugientibus ad ecclesiam, vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excommunicati, 17. q. 4. diffiniuit.

Quod inferens damnum non est absoluendus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto, 23. q. vlt. pessimam, 15. q. 6. si res.

DATVM. Quod datum aliquod ex pietate præcipuè ecclesię non potest reuocari. 12 q. 2. sacrorum, 14. q. 6. comperimus, 16. q 2. visis, & q. 6. illud. 18. q 3. sunt qui

Quod dare ecclesiæ propter defectū hæredis, laudabiliter danti redditur habito hærede, 17. quęst. vlt. cap. vlt.

Quod qui res ecclesijs vel monasterijs in testamento datas detinent, pauperum sunt necatores, 13 q. 2. clerici.

Quod non sufficit oratio & lectio nisi adsit & eleemosynę datio. 86. dist. fratrem, & duodecim c. seq.

Quod habenti dari nil aliud est quā perdere 1. q. 2 pastor.

Quod episcopus de bonis ecclesiæ religiosis potest dare, 12. q. 2. si episcopus, & c. seq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non potest, 1. q. 1. qui perfectionem, & c. seq.

DAVID. Quod Dauid qui ex compassione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplum quod patientibus est compatiendum, 7. q. 1. omnis.

Quod ex eo quod doluit mali regis chlamydem se præcidisse, ponitur in exēplum quod subditus quantumcumque sanctus in malum prælatum quamdiu sustinetur nō debet insurgere, 2. quęst 7 plerumque, §. item, de pęnit distin. 2. §. opponitur.

Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus insinuatur, de pœnit distin. 2. §. opponitur, post medium.

Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentum frangere, quam sanguinē humanum fundere, 22 quæst. 4. quod Dauid, & c seq.

Quod in eo quod Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quod sacramenta in deprauato non annihilantur, 1. q. 1. sacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templū ædificare propter sanguinem quem effuderat, de consec. dist. 1. § 1. in princ.

Quod in hoc quod propter adulterium & homicidium per parabolam diuitis sententiā contra seipsum dedit, innuitur quod malus prælatus per sententiā quam profert in subditum seipsum cōdemnat. 3 q. 7. sacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterij, & homicidij peccato consecutus est veniam, de pœnit. distin. 3. § Dauid.

Quod in eo quod post peccatū Spiritum sanctum rehabuit, in honore permansit, innuitur ꝙ lapsi per pęnitentiam in pristinum statum reparantur, 50. dist. si post. §. econtra, & c. ponderet.

Quod occiso Vria propter adulterium Bethsabeæ ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in consequentiam, 31 quæstione 1. cap. si qua fuerit vidua, §. sed obijcitur.

Quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tam magnum prębuit testimonium, innuitur quod & plerique bella exercentes Deo placere possunt, 23. q. 1. noli.

DECANVS. Quod decanus nō debet fieri nisi prius fuerit presbyter ordinatus, 60. dist. cap. 1. & duobus c seq.

Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore suscepto priuatur, 60. dist. innouamus.

Quod nemo in decanum debet eligi nisi qui ætate, & moribus est maturus, 60. dist. innouamus.

DECIMAE. Quod decimę sunt vota fidelium, pretia peccatorū, patrimonia pauperum, 16. quæst. 1. quia.

Quod decimæ sunt tributa egētium animarum, 16. q 1 decimæ.

Quod decimæ iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob. 17. q 7. decimas Deo.

Item iubentur dari lege Mosaica, 16 q 1. decimas a populo.

Item iubentur dari scriptura prophetica. 16. q 1. reuertimini. & quæstio. 7. cap. 1.

Item iubentur dari lege canonica, 16. q. 7 c. 1. & cap. quicumque.

Quod decimę sunt dandæ de grano & de vino, de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione, 16. q 7 quicumque, & c seq.

Quod a laicis fideliter sunt dandæ, & ab episcopis ministris ecclesiarum discrete distribuendæ, 32. distin. præter hoc 16 q 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, est nec plus, nec minus offerre. 16. q. 7. quicumque.

Quod dandæ sunt illi ecclesiæ vbi baptisma, & alia sacramenta percipiuntur, 16 q. 1 quicunque, c. de decim. & c. in sacris, 13. q. 1. ecclesias, § de decimis.

Quod alijs ecclesijs non sunt dandæ præter consensum episcopi, 16. q. 1. statuimus, & c seq.

Quod propter nouas ecclesias priores ecclesię non sunt subtrahendæ, 16. q 1 si quis laicus, & c. de decimis, § si ergo.

Quod decimæ concedi possunt monasterijs & hospitalibus, 16. q 1. quoniam.

Quod monachis de territorijs, quæ proprijs manib. excolunt, concessæ sunt decimæ, 16. q 1. cunctis, § de his, & c. quęsti.

Quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur ecclesiæ decimis suis, 16. q. 1. cunctis, § de his, in fi.

Quod non fructus, sed ius decimæ vendere, vel emere, simoniacum est, 1. q. 1 presbyter.

Quod decimæ à laicis [quia pauperum sunt] possideri non possunt, 16. q. 1. c vlt. & q. 7. c. 1.

Quod non sunt à laicis aliquo munere redimendæ, 16. quæst. 7. decimas quas.

Quod propter malitiam sacerdotis decimæ [quia ecclesiæ sunt] non sunt retinendæ, 16. quæst 6. si episcopum.

Quod non dantes decimas post admonitionem sunt excommunicādi, 16. q. 7. omnes decimæ.

Quod qui decimas non tribuit sacrilegium committit, & æternæ damnationis periculum incurrit, 16 q. 7. c. 1.

Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui decimas dare negligunt, 16. q. 1. reuertimini.

Quod quot pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus est homicidiorum, 16. quęst. 1. decimæ.

Quod qui decimas diligenter dat, non solum sanitatē corporis, sed etiam cum temporali fructu cęlestia promeretur, 16. q 1. decimæ.

Quod quadragesima diligēter in ieiunio obseruata soluūtur Deo decimæ pro tempore totius anni, de consec. dist. 5. quadragesima.

DECRETALES. Quod decretales summorum Pontificum sunt eius-

sunt eiusdē auctoritatis sicut decreta, quæ sunt in corpore canonū 19 d per totum.

Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam. 15. q. 3. §. quod scripsi.

Item quæ dirigitur ad vnam ecclesiam 16 q. 1. hinc est etiam.

Item quæ dirigitur ad vnam personam 7. q. 1. petijsti, & hæc non trahitur ad consequentiam, sicut habes in prædictis cap.

Alia est generalis, quæ omnibus dirigitur 25. q. 1 omnia. & cap seq. & hęc quia diffinit, trahitur ad consequentiam 15. q. 1. hac consona.

Si imperat, vel prohibet, necessitatē infert 14 q. 1. quisquis.

Si indulgetur non trahitur ad consequentiam. 14 q. 5. dixit.

Si permittit, vel consuluit liberā habet obseruātiam. 14. q 1. quisquis.

DEDICATIO. Quod dedicatio ecclesiæ debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione. 1. q 1. statuimus.

Quod episcopi dedicaturi ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere. 1. q. 2 placuit.

Quod prius est ecclesia dotanda quā dedicanda. ibid.

Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula sæcularia. 19. q. 3. quæ semel.

Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis, de consecrat. d. 1. solennitates.

De hac materia require de consecratione Ecclesiæ.

DEFENSIO Quod defensio potest peti a principe contra hostes ecclesię 23. q 3. Maximianus, & q. 2. per totum.

Quod ecclesia pro malefactoribus debet intercedere, non eos defendere, 14. q. 6. hi qui. 12 q. 5. si quis cuiuslibet, & c. seq.

Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria, 23. q 3. non in inferenda, & c. fortitudo.

Quod execrabile est non tueri quos suscipit defendendos, 87. d. irreligiosum.

Quod qui potest, & non repellit a socio iniuriam, tam est in vitio quā ille qui facit, 23. q 3. non in inferenda & c. seq.

Quod qui peccātem defendit, acrius arcendus est quam qui peccauit. 11. q. 3 qui consentit.

Quod qui desinit obuiare cū potest, consentit, 23. q. 3. ostendit.

Quod perfectus iniuriam propriam & suorum non debet defendere, sed diuino examini reseruare. 23. q. 1. §. 1. & c. seq.

Quod defensio cuique conceditur in necessitate, 23. q. 3. per totum, & q 5 de occidendis, vsque ad fi. q.

Quod qui non defendit veritatē, proditor est veritatis, 13 q. 3. nolite.

Quod quilibet semper tenetur ad fidei defensionem, 23. q 8. quicumque, § his ita

Quod qui pro fide vel fidelium defensione moritur, cęleste præmiū consequitur, 23 q. 8. omni.

DEGRADATIO. Quod degradatio, & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur, 81. d sacerdos & c. seq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depositione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cum præsentes esse non possunt, per alium reputantur præsentes. 54. d. valde.

Quod delegatus sicut ille cuius tenet locum, est honorandus 93. d præcipimus 97. d nobilissimus.

Quod debet literas cōmissionis illis ad quos delegatus est, demonstrare 97 d. nobilissimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius, qui impetitur auctoritate superioris, 11 q 1. iudices.

DELIBERATIO. Quod deliberatio omnib est necessaria, quæ indiscussos hominum calores pōt refrænare 2 q 6. anteriorum.

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vēdicat, 11. q. 3 illa præpositorum, & c seq.

Quod non sunt præcipitanda consilia, & opera, tempore enim indigemus ad deliberādum, vt maturius agamus. 50. d. ponderet. circa principium.

Quod maxime ecclesię negotia cum deliberatione sunt explēda, 45. d. licet 1.

Quod iudices diffinitiuam sententiam cum magna deliberatione debent proferre, 11. q. 3. cum apud & c. seq.

Quod intra decem dierum spatium appellatione facta vtrū quiescendum sit ab ea, est deliberandum, 2. q. 6. anteriorum.

Quod qui ex deliberatione ad meliora non proficiunt, ēt ab eis bonis quæ videntur habere cadunt, 17 q. 1. qui bona

Quod intantum quidam moram deliberationis extendunt, quod bonum quod consequi intendebāt, perdunt, 17. q. 1. qui bona.

Quod pro conuitio non est habendum quod sine deliberatione est illatum 2. q. 3 si quis iratus.

DELICIÆ. Quod deliciæ absq; desiderio perceptæ nōn officiunt, 41. d. deliciæ.

Quod deliciæ ciborum computrescere faciunt corpus humanum, de conse. d. 5. nihil & c. seq.

Quod diuites dolere debent si propter consuetudinem non aliter quam delicate possunt viuere 41. d. non cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vius, sed libido culpatur 41. dist. quisquis.

Quod aliquando sine voracitatis vitio pretiosissimo sapiens vtitur cibo, & insipiens vilissimum cum gulæ flamma exardescit cibum 41. d. quisquis.

Quod ignominiosum est prælatis & prædicatorib. delicijs affluere qui Christum pauperem debent prædicare 35 d. ecclesiæ.

Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in delicijs meritorum quam mensarum 41. d. episcopus.

Quod detestabile est in tugurio rusticano natum, & milio nutritum in religione similam, & mella fastidire, 12 quæstio. 2 gloria episcopi.

DEMENTIA. Quod dementia si est perseuerans excusat a culpa in ipsa commissa, 5. q 1. aliquos, 12 q 7 quemadmodum.

Quod si euenit ex ꝓpria culpa: postquam ad sanam mentem redierit, imponenda est ei pro commissa, licet minor quam, alijs pœnitentia. 15. q. 1. si quis insaniens.

Quod non debet promoueri ad ordines maxime in sacerdotem, qui aliquando insaniuit 33. d communiter, & duobus c. seq. 15. q. 1 c. vl. §. sicut.

Quod si sacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit, & postea ad sanitatem redierit celebrare non potest. 15 q vlti. si quis insaniens, in fi. & c. seq.

Quod dementes vel furiosi cōtinue, nec matrimonio, nec religioni possunt obligari, 32, q 7. neque furiosus.

Quod qui sani contrahunt, postea dementes effecti non separantur. 32 q. 7 hi qui.

DÆMON. Quod dæmones acumine sensus, & celeritate mentis omnia quæcumque animalia excedunt 26. q. 4. sciendum.

Quod propter longum tempus vitę, eorū maior est experientia quam hominum 26 q 4 sciendum.

Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænunciantes ab hominib. propter terreni sensus tarditatem videntur futura prædicere. 26. q. 4. sciendum, per totum cap.

Quod dæmones futura, de quibus nullum vestigium haberi potest, cognoscere non possunt. 26. q. 4. sciendum, post medium.

Quod mali modo fiant quæ per ipsos fiunt cum non sint, hominibus videntur signa, & miracula. 26. q. 5. nec mirum, a medio vsque in finem c.

Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dæmonum fallaciam deluditur curiositas humana, dū appetit scire quod non cōuenit inuestigare, 26. q. 5. nec mirum. ante medium.

Quod necromātia, & auguria, & omnis ars magorum, & diuinationes ante

arte dæmonum est inuenta, vt faciant eos suæ damnationis participes. 26. q. 2. qui sine.

Quod an illusionibus dæmonũ quædam mulieres sceleratæ credãt se in corpore multa terrarum spatia transire, vel hoc solum spiritus infidelis patiatur. 26. q. 5. episcopi.

Quod dæmones, vt frequenter sunt ministri, & vltores iræ Dei. 23. q. 5 non solum.

Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri. 33. d. maritum, & tribus, c. seq.

Quod dæmones per signa exteriora citissime cogitationes hominum cognoscunt, 26. q. 4 sciendum in fi. & c. quodam loco.

Quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatem subijcit, illi siue dormienti, siue vigilanti in diuersis speciebus se ostendit, & per illas animam hominis deludit, 26. quæstio 5. episcopi post medium.

Quod dæmones hominibus illudere non possunt nisi Deo permittẽte, 26 q. 5. nec mirum. circa mediũ

De hac materia require vbi agitur de Diabolo, & vbi agitur de Diuinatione.

DEPOSITIO. Quod deponuntur, vel degradantur prælati, vel clerici domicilia fœminarum etiã post admonitionem frequentantes, 81. d. clericus, & c. archidiaconum.

Item aleis & inhonestis ludis, & ebrietatibus sine cessatione deseruientes 35 d. episcopus 34 d. quorumdam in fi.

Item tabernas, & alia inhonesta tenentes, & mercimonia exercentes 44 d nulli, 14. q. 4. c. 1. & 3.

Item vsuras exercentes, 48. d. c. 1. & seq 14. q 4. si quis oblatus.

Item cum moniali, vel incarcerata, vel filia spirituali fornicantes, 27 q. 1. si quis episcopus, & ca si quis rapuerit 30. q. 1. omnes, & duobus c. seq.

Item publica incontinentia laborantes, 50. d. qui semel. 81. d. Maximianus, & c. si quis clericus, & duob. c. seq & c. si quis clericus, & tribus c. seq & 83. d proposuisti. 15. q. 8. hi qui altario.

Item qui sine examinatione promouetur, 24. d. si quis presbyter, 81. d. si quis sine.

Item qui ante promotionem criminosi fuerunt. 24 d. si quis presbyter. 81 d. tantis, & c. seq. 15. q. 8. si quis.

Item qui scienter criminosos ordinauerit, 81. d. tantis, & 41. dist aliquantos in fi.

Item qui ad pinguiores ecclesias sine licentia superiorum transeunt. 7. q. 1. si quis presbyter, & cap. si quis episcopus, & c seq.

Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores contumaciter insurgunt, 21. dist. in tantum. 11. q. 1. si quis sacerdotum, & c. cũ iurationum, & c. seq.

Item deponitur qui peierauerit, aut in homicidio, aut in alio magno crimine inuentus fuerit, 81. d. presbyter, & c. seq.

Item qui publice crimen in apostolicæ totius ecclesiæ scandalum fouerit 11. q. 1. ex merito, 11. q. Teugaldum.

Item qui alium in ecclesia per pecuniam, vel alio modo supplantauerit, 7. q 1. præsentium, & c. factus, & c. seq.

Item qui in aliena diœcesi vel ecclesia officia exercere vsurpauerit, 9. q. 11. nullum.

Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit, 10. q. 11. si quis episcopus. 12. q. 2. diaconi, & c. abbatibus, 17. q. 4. quicumque episcoporum.

Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit, 16. q. 7. si quis deinceps.

Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine vero quẽ solus dedit, solus non potest deponere, 15. q. 7. c. 1. & vlt.

Quod deponendorum ab ordine causa si diaconus est, a tribus episcopis, si presbyter, a sex, si episcopus, a duodecim est discutienda, 15 q. 7. si quis.

Quod episcopus deposito ab ordine vt non viuat sæculariter, locũ vbi agat pęnitentiam debet assignare 81, d. sacerdos 50. d. accedens. circa fi.

Quod depositus ex culpa ab ordine si humiliter decennalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui, 32 d presbyter.

Quod siue iuste siue iniuste depositus in restitutione sua debet recipere ea successiue, quæ cum ordinaretur perceperat, 11 q. 3. episcopus.

Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, sed datur coadiutor sibi, 7 q. 1. c. 1. & tribus c. seq.

Quod deponuntur reges non solum ex crimine, sed propter insufficientia[illegible], 15 q 6. alius.

DERISIO. Quod derisio prælatorũ a subditis facta damnatur. 2. q. 7. sententia 15 q. 5. c. 1 in fi. de pęn. d 2 §. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol derisit, propter quod sterilis facta est.

Quod humilis habitus pie viuentiũ deridetur a peruersis, 21. q. 4. omnis.

DESPERATIO. Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas 26 q 6. agnouimus.

Quod nemo est desperandus, quamdiu est in hoc corpore constitutus 24. q 3. corripiantur 12. q. 11. ancillam de pœn. d 7. nemo.

Quod plerumque cum peccator propter culpam contemnitur, in desperationem labitur. 45. d. recedite.

Quod pœnitentia a confessore est temperanda, ne peccator propter desperationem cogatur facere deteriora, 26. quæst. 7. de his, & c. alligant.

DETRACTIO. Quod detractor dicitur non solum ille qui alijs detrahit, sed etiam qui detrahentes audit, 6. q. 1. ex merito, 11. q. 3. non solum.

Quod bonum est a detractione linguam custodire, quia tales cuncta quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur 6. q. 1. ex merito.

Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum surripiunt, 6. quæst. 1. deteriores.

Quod summa iniquitas est detrahere, quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, 6. q. 1. summa de pę d. 3 homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculum esse alicui detrahendo mentiri, quam sanguinem fundi, 11. q. 3 nemo peritorum.

Quod sacerdotibus, qui populo benedicunt, non est detrahendum, 6. q 6. sacerdotes.

Quod permittit quandoque Deus de bonis detractionem fieri, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur, 6. q. 1. oues § ipsa, & ca. sunt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciũt, nisi in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant, 11. q. 3. inter.

Quod nihil prodest ieiunare, vel orare, vel alia bona facere, nisi mens prius a detractione reuocetur, de conse. d. 5. nihil enim prodest.

Quod qui facilis est ad detrahendũ, nõ admittitur ad accusandum nel ad testificandum. 3. q 4. detractores, & q. 5. nullus.

Quod detractor nisi se correxerit, a vindicibus flammis exuretur, 11. q 7. accusatio.

DEVS. Quod Deus vnus est, licet tres sint personæ in deitate, de cõsec. d 3. c. vlt.

Quod licet tres personę sint vna deitas & vna essentia, tamen aliquid est quod soli patri attribuitur, aliquid quod soli filio, aliquid quod soli spirituisancto, de consec. d. 3. c. vlt.

Quod Deus animæ, & corporis dicitur creator, & continuus operator 56. d. nasci.

Quod occulta opera Dei iudicio sũt seruanda. 5. q. 1. si omnia.

Quod quãdo scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis, vel alterius creaturæ, per similitudinẽ loquitur, non per proprietatem, 24. q 1. odi.

Quod

Quod Deus specialius dicitur pater Christianorum, quàm aliorum, 11. q. 3 ad mensam.

DIABOLVS. Quod diabolus nō fuit malus creatus: sed in veritate & charitate, de pęni. dist. 2. citius, §. quod vero. vbi inuenies pro & contra.

Quod propter superbiam & præsumptionem, de sui status excellentia cecidit, de pęnit. distin 2. §. quod vero, ferè per totum.

Quod diabolus post casum suū conatur vtilitatē ecclesiæ scindere, & humanum genus euertere, 16. q. 2. visis.

Quod ardentiores in Dei seruitio, & Deo familiarios magis impugnat, 3. q. 1. nulli.

Quod versutus hostis dicitur: quia mille modos nocendi habet, 16. q. 2. visis.

Quod ex subtilitate naturę hoc perpendit de homine, quod ipse homo non perpendit, 26. q 5. nec mirum, post med.

Quod vt mellius decipiat, in angelum lucis se transformat, 26. q. 5. nec mirum.

Quod diabolus adeo debilis est, vt neminem possidere possit nisi se prius peccatorum ære vendiderit. 15. q. 1. non est.

Quod ipse potestatē exercet in malis tanquam in suo pecore 24. q. 1. miramur.

De hac materia require vbi agitur de Damonibus.

DIACONVS. Quod diaconus Græce, Latine minister dicitur 21. distin. cleros.

Quod apostoli post ascensionē Domini diaconos sibi statuerunt in ministros, 99. dist Dominus.

Quod commēdantur diaconi respectu præfigurationis pacis, & vitæ actiuę & contemplatiuę quā debent exercere, 13. distinc. diaconi sunt, quos.

Quod diaconi sunt tanquam oculi episcopi oberrantes, & circumlustrantes, 93. dist. diaconi ecclesiæ.

Quod diaconi debent assistere episcopo prædicanti, ne ab æmulis infestetur, vel verbo Dei detrahatur, 93. dist. diaconi qui.

Quod non debent præsente episcopo vel presbytero, nisi de eorum mādato sacramenta conferre, 93. dist. peruenit, & c. diaconi.

Quod officium diaconorum inuenitur, 25. distin. perlectis, ante med. 93 dist. diaconi ecclesiæ.

Quod episcopus sine diacono non debet solēniter celebrare, nec calicē nisi prius porrigatur per diaconum debet auferre, 93. dist. diaconi sunt.

Quod absurdū est auditu, diaconū extolli super episcopum & presbyterum, 93. dist. legimus.

Quod diaconus in quacumque dignitate constitutus, excepta legatione, si se præfert, à proprio gradu cadere debet. 93 dist cap. vlt.

Quod diaconi debent corporalia, & pallas lauare, de conse. dist. 1. nemo per ignorantiam.

DIALECTICA. Quod qui dialectica arte diebus & noctib torquentur, in obscuritate mentis gradiuntur, 37 dist. nonne.

Quod dialecticorum tēdicula, sunt quædam phantasmata & vmbræ, quæ cito resoluunt, 37. dist. vino.

Quod garrulitas ranarū quibus percussa est Aegyptus, garrulitatem dialecticorum & sophistica argumenta designat. 37. dist. legimus.

Quod non in dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione, 37. dist. omnem.

DIES. Quod dies festinandi exprimuntur, de consec. dist. 3. § 1.

Quod qui dies sunt à iudicijs, & placitis, custodiendi. 15. q. 4. placita.

Quod die dominico nil est agendū nisi Deo, vacandum, de consecra. dist. 3. ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis est venerandus. quia in ipso mundus sumpsit exordium, & per resurrectionem Christi vita accepit principium, 75. dist. quod die.

Quod die dominico consecrantur episcopi. ibid.

Quod episcopus die dominico non debet abesse sua ecclesia, de consec. dist. 3 episcopus.

Quod die dominico, & in festis non debent flecti genua orationis causa, de consecr dist. 3. quoniā sunt. 30 dist. si quis presbyter.

Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finem est audienda, de consec. dist. 1. missas.

Quod nullus episcopus, vel intra positus, die dominico causas audire præsumat. 15. q. 4. per totum, de consec. dist. 3. c. 1.

Quod die dominico nullus super sancta Dei euangelia debet iurare. 22. q. 5 decreuit.

Quod die dominico nō est ieiunandum, de consecr. dist. 3. ieiunium. c. seq 30. dist. si quis presbyter.

Quod die dominico plus solito homines carnis delicijs solent intēdere, 4 dist. denique.

Quod Antichristus diem dominicum, & diem sabbati faciet custodiri, vt ex hoc sibi Iudęos & Christianos cautius attrahat, de conse. dist 3. peruenit.

Quod die sabbati abstinēdum est à carnibus, de cōse. dist. 5. qua dies.

Quod die Iouis non sequamur errores Gentiliū, non est ieiunādum, de consec. dist. 3. ieiunium.

DIFFINITIO. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari. 25. q 2. cum die.

Quod diffinitiua sententia quę condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur, 2. q. 6. ei qui. §. diffinitiua.

DILAPIDATIO. Dilapidatio quando sit bona, & quando non, require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solum suspectus submouetur, & vsque ad discussionem facti detrahetur. 3. q 2. si episcopus, §. quod si. & c seq.

Quod in crimine dilapidationis speciale est, quod sequestratur possessio a possessore, antequā conuictus sit. 3. q. 2. quia.

Quod si episcopus, vel presbyter, qui res ecclesiæ, quæ sunt pro necessitatibus pauperum, & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, est deponendus, 12. q. 2. apostolicos, 17. q 4 nullus res.

DILECTIO. Quod dilectio Dei est perfecta quando ipsum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, de pęni. dist. 2. si quis semel. §. charitas est.

Quod Deum diligere est illi copulari, animo concipere fruendę visionis eius affectū, peccati odiū, mundi fastidium. ibidem.

Quod ordinem dilectionis peruertunt, qui aut mundum qui contemnēdus est diligunt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt. aut proximos suos nō sicut seipsos, aut Deum plusquam seipsos non diligunt. ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facile resistere, bonis operib. abundare, sæcularia blandimenta contemnere, & omnia quę humanæ fragilitati sunt difficilia perficere, dist 2. §. charitas est.

Quod si Deū toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desiderijs seruiamus, de pęniten. dist. 2. §. charitas est.

Quod illi Deum plus quàm se diligunt, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt. de pęnit. dist. 2. § charitas est.

Quod homo proximum sicut seipsum diligit, quando quantum potest laborat vt eum adducat ad Deum colendum. 23. quęst 4. debet homo.

Quod tūc proximos diligimus sicut nos, quando non propter sperata beneficia, vel propter consanguinitatem, sed propter hoc tantum quod nostræ naturæ sunt participes diligimus, de pęn. distinct. 2. §. charitas est.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorū perditione doleamus, & ad eorū correctionem quotidie laboremus, 23. q. 4. non potest, § seq.

Quod non est signum verę dilectionis ad proximum, quādo dimittitur peccatum impunitum. 23. q. 4. quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod diœcesis dicitur vbi episcopus vel episcopatus

tus

tus habetur, 16.q.1.cum pro vtilitate, & q.3.licet.

Quod quædam sunt diœceses quæ certis limitibus distinguũtur, quędam vero non. 16.q.3.licet, §. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta alijs participare, 16.q.3.licet, in fi.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica, 16.q.1.& temporis, & c. seq.

Quod quando excreuit fideliũ multitudo dięceses diuidi, & episcopi multiplicari auctoritate apostolica possunt, 16.q.1 præcipimus.

Quod quædam dięceses per præscriptionem tolli possunt, quędam vero non. 16.q.3.licet, § hoc multipliciter.

DISCERE. Quod discere debet quilibet antequam doceat, 23.distin. his, 16.q.1. sic viue.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, 38. distin. nullus.

Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit, 16.q.1. si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignoremus, aut negligamus, aut repudiemus, 37. dis. legimus.

Quod tales laudabiliter scientias sęculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis conuertunt, 37 dist. turbat.

Quod clerici sacris literis semper debent insistere, ne tunc quęrant discere, cum ex officio alios debent docere, 36. dist. qui ecclesiasticis, §. ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt; quia veritatis discipuli non fuerunt, 24.q.3 quid autem.

Quod discẽdum est à minoribus licentiam verecundia, 38. dist. nullus, 24 q.3 si habes.

Quod stultus est qui se in eo quod primum existimat, bona quæ viderit discere contemnit, 22. dis. de Constantinopolitana, 84. dist. peruenit. 23.q.3. si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA. Quod disciplina vltrix est malę vitę, 23 q.5. ad fidẽ, & c. non putes.

Quod mali vt ad bonã disciplinam perueniãt, per flagella sunt corrigendi, 23 q.4. displicet, circa med. & cap. vlt.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur, 23.q.5. non putes.

Quod qui peccantem coercet aliqua disciplina, eleemosynam facit. 45. dist. & qui.

Quod huic officio hominis inuigilet disciplina, videlicet episcopo regenti plebem suam, pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regẽti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam, 23.q.4 duo.

Quod disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur, 45. dist. disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

DISCIPVLVS. Quod discipulus nõ debet esse supra magistrum, 6.q.1. sacerdotes.

Quod miserum est, eum fieri magistrum, qui necdum didicit esse discipulus, 48 dist. prohibentur, 61. dist. miserum, 16.q 1. si clericatus.

Quod 72. discipuli ab Apostolis sunt electi, 21. dist. in nouo, in fi.

DISCORDIA. Quod discordia mentium tam inter fratres carnales, quàm spirituales inducit frequenter separationem corporis, 56. dis. Ismael.

Quod disciplina perditur desidia, cum prælatus negligit conuitia, 23.q.3. initium.

Quod diuersitas cultus plurimũ est materia discordię, 90. dist. platum.

Quod qui societatẽ fraternitatis discordię peste commaculat, Deum qui charitas est, tamquam Iudas prodit, 11.q 3 abijt.

Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur, quia tales ad concordiam non valent prouocare, 90. dist. c.1.

Quod prælatorũ interest discordantes ad concordiam reuocare, 61. dist. c. vlt. 90. dist. discordantes.

Quod discordantiũ munera, vel oblationes nec Deus suscipit, nec à sacerdotibus sunt suscipiendæ, 90. dist. oblationes, 3.q.7. in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

DISCRETIO. Quod discretio est mater virtutum omnium, 1.quęst.5. præsentium.
Quod sex ætatibus mundus,& status hominis finitur, 35.q.4 capitul.1.
Quæ libet ætas distinguitur per certa tempora propter magnalia, quę illis temporibus contigerunt.
Prima ætas ab Adam propter creationem mundi & durat vsque ad Noe.
Secunda à Noe propter aquę diluuium, & durat vsque ad Abrahā.
Tertia ab Abraham. propter circūcisionem, & durat vsque ad Dauid.
Quarta à Dauid propter regalem vnctionem, & durat vsque ad Babylonis transmigrationem.
Quinta à transmigratione Babylonis propter filiorum Israel liberationem,& durat vsque ad aduentum Domini Christi.
Sexta ab aduentu Christi propter humani generis liberationem, & durat vsque ad finem sæculi.
Septima est in sepulchris quiescentium.
Octaua est ad vitam resurgentium.
EVANGELIVM. Quod Euangelium Christi est audiēdum stando, & cum reuerentia de consec. dist. 1.apostolica.
Quod sine custodia euangelii non habetur spiritus sanctus,1.quæst.1. Marchion.
Quod euangelii custodia non consistit in verborū foliis, sed in sensu, & medulla cordis,1 q.1.Marchiō.
Quod quantum ad perfectionē magna & multa est differentia euangelii ad legem Moysi, 23 q.4 hac autem,§.ex his.
Quod lex Moysi incepit à terrore, Christi euāgeliū à mansuetudine.
Item sub lege peccantibus pœna corporalis statuitur, in euangelio pœnitentibus venia promittitur.
Item in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud, morte moriatur. In euāgelio. Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente.
Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euāgelio populus gratiæ liber effectus filiali amore operatur.
Quod non repugnat euangelio malos ad bonum compelli, 23 q 4 displicet, circa finem.
Quod Papa potest euangelium interpretari, 2.quæst. 5. §.1.33.quæst.2. quos Deus.
EVCHARSITIA. Quod Eucharistia Græce, Latine bona gratia interpretatur, 1.q.1.multi.
Item dicitur mysterium, eo q secretam & recondi.tam habeat dispensationem.ante med.
Item dicitur sacramentum: quia sub tegumento corporalium rerū diuina uirtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatus effectum, de consecrat. distinctione secunda, ego Berengarius.
Quod Eucharistia propter corporis, & sanguinis Christi existentiam excellentior, est omnibus oblationibus, & sacramentis, de consecr. dist 2. nihil.
Quod ex pane, & vino cum aqua misto efficitur Eucharistia. de consecrat dist.2 cum omne, in fin.
Quod forma verborum prolata fit transubstantiatio Eucharistiæ virtute diuina.de consec. dist 2 quia corpus,& cap. panis.&c reuera. in te finem.
Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, de consecr. dist.1.quia corpus.
Quod licet vno & eodem tempore in diuersis immoletur, tamen sicut est vna diuinitas cui vnitur, sic non diuersum, sed vnum idem que corpus conficitur, de consec. distinct.2.quid sit, post mediū. & cap vtrum
Quod in hora consecrationis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis.de consec.dist.2 quid sit.
Quod Eucharistia sit oblatio benedicta, ascripta, & rata. de consecr. dist 2. vtrum, post med.
Quod tres partes de Eucharistia factæ triformem statum corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designant, de consecr. dist.2. singuli.
Quod licet in Eucharistia Christus per partes manducetur, tamen manet integer vbique totus, de consec. dist.2.qui manducat,
Quod in singulis portionibus specierum singuli Christum accipiunt. de conse. dist.2 singuli.
Quod Eucharistia est, idem corpus quod sumptum est de virgine, quod passum est, quod sepultum est, quod resurrexit, & in cœlum ascendit de consecr. dist.net 2.omnia, in fin.
Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idem fuit quod passum est in cruce, quantum ad naturam, sed diuersum quantum ad formam, de consecr dist 2.prima & cap seq.
Quod cum Eucharistia nō sunt vuę, nec aliqua grana leguminis bene dicendi, de conse. dist 2. dicimus.
Quod intincta hostia populo non detur, nec lac pro vino offeratur, & nec ex intincto pane, vinum ad offerēdum exprimatur, prohibetur. de conse. dist. 2.cum omne.
Quod Eucharistia offertur, & datur sub alia specie, ne ab horreamus cruoris & carnis sumptionem. de consec. dist 2.forte,& c panis.
Item vt vitaremus paganorum & infidelium derisionem, de consecr. dist 2. vtrum.ante fin.
Quod eucharistia est pura conscientia offerenda & pura mente. de consecr. dist.2.nihil.
Quod nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur 1. quæstio. 1. multi. post.med.
Quod non consecrationi Eucharistiæ sed affectui bona vita sacerdotis necessaria intelligenda est, 1.q. 1 interrogo, § cum vita.
Quod sacerdoti pranso non licet celebrare, 7 q.1. nihil post medium. de consec dist. 1.sacramenta.
Quod sacerdos hostiam consecrans, & non communicans, per annum à celebratione suspenditur. de consec. dist. 2. relatum.
Quod sacerdos corpus Christi sumens, & non sanguinem grande sacrilegium committit, de consec. distinct. secunda. comperimus.
Quod officium est sacerdotis Eucharistiam dist ribuere, 93. dist. diaconi, cap. peruenit. &c presente.
Quod à laicis personis nullatenus debet contrectari, de consecr. d.st. secunda peruenit.
Quod sacerdos semper Eucharistiam paratam debet habere propter infirmantes, de cōsecratione, distin. secunda presbyter.
Quod sacerdos qui à mure vel ab aliquo animali Eucharistiam non custodierit 40. diebus pœnitebit. de consecr. dist.2. qui bene.
Quod si per negligentiam de sanguine aliquid super terram stillauerit, 40. diebus pœnitebit de cons. dist. 2. d per negligentiam.
Quod tabula lignea super quam sanguis Christi stillauerit, est radenda, & rasura per ignem cinis effecta intra altare est recondenda: pāni propter idem ter sunt super calic m lauandi, & aqua circa altare fundenda, de consec. dist. 2. si per negligentiam.
Quod melius est mori sine Eucharistia, quam de manu hæretici sacerdotis communicari, 24. quæst. prima cœpit.
Quod qualem pœnitentiam ferre debeat qui scienter vel ignoranter de manu hæretici sumit Eucharistiam, 1.q.1. si quis dederit.
Quod Eucharistię digna sumptio est pœnarum relaxatio, de consec. distinctio. 2. cum omne & cap panē de altari.
Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie Eucharistia iteratur. de consecr dist.2.iterum & c iteratur.
Quod quamdiu Eucharistia non recipitur, cor non recipientis induratur, 32 dist. presbyter. circa med.
Quod tribus festis præcipuis, scilicet in Pascha, & Pētecoste, & in natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandum. est de consecr. dist. 2. et si non frequentius.
Quod si quis in prędictis tribus festis non communicauerit, à cœtu fidelium. est separandus, de conse. dist. 2. si quis intrat. & c. seq.
Quod in cœna domini est etiam à fidelibus Christi Eucharistia percipienda.

plenda.de consecr.dist.2.in cœna.

Quod excepta necessitate Eucharistia ieiuno stomacho est sumenda. de consec. distinct. 2. liquido 26. q.6. si quis de corpore, & octo ca. seq.

Quod ante Eucharistiæ susceptionẽ tribus quatuor aut octo diebus ab vxore propria est abstinendum. de consecr.distin.2.omnis homo. q.4.sciatis.

Quod ab illis qui in vnione ecclesiæ sunt, accipitur sacramentaliter.de consec.distin.2. quia passus. in fi. & cap quid est, & cap. seq. & cap. dupliciter.

Quod licet Eucharistia sit bona, tamen in malum conuertitur indigne sumenti. de consecr.dist.2. & sancta, & c. sicut Iudas, & c. quid est,& cap. qui manducant.

Quod indigne sumẽs Eucharistiam plus polluitur quam purificatur. de conse.dist.2. quotidie.& c qui scelerato & c. qui discordat.

Quod homo quantum in se est Eucharistiam polluit cum ad ipsam sumendam indigne accedit. 1.q.1. multi. ante fi.

Quod in hoc quod Christus Eucharistiam Iudæ dedit, innuit, quod occultis peccatoribus cum eam exigunt, non est neganda, de consec.dist.2 non prohibeat & c. sicut Iudas, & 8.q.1. aduersitas in fine. 1.q.1. Christus.

Quod illis qui enormiter publice deliquerunt, Eucharistia non statim est danda,de conse.dist 1.pro dilectione,de pœn.dist.1.in actionem.

Item nec raptoribus rerum ecclesiæ. 12.q.2.indigne. & c.de vino.

Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula, vel cogitatione immunda, ab Eucharistia abstineat 6.dist.testamentũ. & cap.non est.

Quod tempore menstrui & ante purificationem partus fœminæ possunt communicare 5. dist. ad eius vero concubitum.

Quod pęnitentibus in morte Eucharistia non est neganda.50. dist.pœnitentes 27. q.1. virgines.1.q.1. si quis hæreticæ.§.ecce.2.q.1.in primis, post medium 46.dist.accusatores 26.q.6.si quis de corpore,& 4. cap.seq.

Quod excommunicatis satisfacientibus in morte non est deneganda Eucharistia 86. dist.tanta.

Quod his qui in patibulis suspendũtur si pœnituerint,non est eis deneganda Eucharistia,nec sepultura 13 q 2. c.quæsitum est.

Quod abstinens se quandoq; ab Eucharistia propter sacramenti reuerentiam, non est arguendus, neque frequenter sumens est iudicandus 5 dist.ad eius vero concubitum.in fi 12.distin.illa,de cons. dist. 2. quotidie.

Quod communio Eucharistiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione. 2.q p̄ sæpe.

Quod post susceptionem Eucharistiæ, corporalis cibus non statim sumendus est, de consec. distin 2. tribus gradibus.

Quod qui propter ebrietatem vomit Eucharistiam, grauiter punitur: propter infirmitatem, minus; quia infirmus si nauseam se habere sciuit, sumere non debuit, de consecr.distin.2. si quis per ebrietatem.

Quod non minus reus est qui negligenter verbum Dei audiuit, quam qui reuerendum corpus Christi per negligentiam in terram cadere permittit. 1. quæst. 1. interrogo.

EVNVCHVS. Quod eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius amputata sunt virilia, vel per ægritudinem, vel sic natus est, & est dignus, potest promoueri etiam ad episcopatum, quinquagesimaquinta distinct.Eunuchus, & cap.seq.

Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel puluerem semper secum portet 50. distinct. Eunuchus.

Quod non potest promoueri qui vt carnis lubricum vitaret seipsum castrauit. 55.dis.si quis abscidetit. & quatuor cap. seq.

Quod illi Eunuchi placẽt Deo,quos non castrat necessitas, sed voluntas.33 q.5. tunc salubritur §. qui sitit.

EXACTIO. Quod exactio licitè potest fieri in subditum, vt ab ostinatione indebita compescatur, vigesimatertia quæstio. 6. iam vero.

Quod episcopi propter iura sua clericos exactionibus grauare non debent.10.q.3.per totum.16. q. 1. prædicator.

Quod illi qui Romipetas, vel alios peregrinos pedagiorum exactionibus grauant, anathema incurrunt 24. quæstio.3. si quis Romipetas.

Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per excommunicationem sunt reprimendi 24. q 3. illi qui.

EXAMINATIO.Quod examinatio conscientiæ, & bonæ vitæ debet consecrationem episcopi præcedere. 23.dist. qui episcopus. 24 dist. episcopi.

Quod examinandus est de fide quantum ad ea quæ in diuinis Trinitatem, & vnitatem personarum consequuntur.23.distinct. qui episcopus.

Item examinari debet de Christi incarnatione, & de multis alijs articulis, qui in symbolo continentur 23. distinctio. qui episcopus. post med.

Quod nullus clericus sine examinatione est ordinandus. 24. distinct. nullus.

Quod episcopus da latere suo bonos & discretos viros debet eligere, qui ordinandos clericos in vita, & scientia debent examinare 25. distin. quando.

Quod sine examinatione ordinati a clero penitus abijciendi sunt. 81. dist si qui sine.

EXCEPTIO. Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi & probari.3.quęst.6.si quis episcopum & §.seq.

Quod peremptorias exceptiones sufficit in principio litis contestari. 3. quæst 6.si quis episcoporum. & cap. seq.

EXCOMMVNICATIO. Quod excommunicatio dicitur extra cõmunionem ecclesiæ separatio. 11. q.3.nihil. & c canonica 27.q.1.viduas 24.q.3. tam sacerdotes.

Quod omnis impius si non ab ecclesia, tamen a Deo est separatus 24. q.3. certum.

Quod excommunicationem ecclesia traxit ab Apostolo,qui Corinthium satanę tradidit.24.q.3 Apostolicæ.11.q.3.omnis.

Quod tunc traduntur peccatores satanæ, cum per excommunicationem a corpore Christi separantur. 11.q.3. audi & c.omnis.

Quod sicut putridæ carnes sunt resecandæ,& ouis scabiosa,ne cęteras inficiat a caulis est repellenda, sic mali ne bonos inficiãt per sententiam extra ecclesiam sunt ponendi 24. q.3. resecandæ, & octo cap.seq.

Quod nulla pœna maior est in ecclesia quam excommunicatio. 24. q. 3 corripiantur. 11.q.3. absit.

Quod multiplex est damnum quod excommunicatio inducit: videlicet,quia a Deo separat.24. quæst. 3. certum.

Item satanæ tradit.11 q.3.audi.

Item peccatorum absolutionem impedit 24.q.1. quicunque.

Item ab ecclesia fidelium remouet. 11.q.3.omnis.& c.seq.

Item a fidelitate iuramenti absoluit. 15.q.6.nos sanctorum. & cap.seq.

Item omnia bona opera in ea facta mortificat 23.q.4. si quis. & q.7. quemadmodum

Item suffragia ecclesiæ siue in vita siue post mortem tollit.11.q.3.qui cumque intra 24.q 2.de communione, & c.seq.

Item æternam damnationem inducit 11.q.3.nemo episcoporum.

Quod excommunicatio non debet ferri pro leuibus excessibus, sed pro grauibus.11.q.3 nemo episcoporum.

Quod non debet esse mortalis, sed medicinalis. 2. quæst. 1. multi in prin 11.q 3.audi.34 q.3.certum,& c. corripiantur.

Quod excommunicatio non est propriam propter iniuriam ferenda. 23 q.4.inter querelas.

Quod non debet deferri cum impetu,sed cum deliberatione.& causæ cognitione. 11. quæst. 3. si quis

episcopus, & cap. seruetur.

Quod excommunicationem trina monitio debet præcedere. 2. q. 1. Deus omnipotens §. quando autem. 12. q. 2 indigne.

Quod excommunicatio debet ferri in scriptis 2. q. 1 legum. & 4. q. 4. nullus.

Quod ferri debet ab episcopo specialiter, vnde & mucro episcopi dicitur 16. q. 2. visis. in fi. 24 quæst. 3. corripiantur

Quod excommunicatio non est contemnenda 11. q 3. nemo contemnat, & duobus cap seq.

Quod ideo non est contemnenda, quia non homo ligat, sed Christus 11. q. 3. nemo contemnat.

Quod quando non contemnitur, non est eradicatio, sed disciplina 24 q. 3. notandum.

Quod excommunicatio iusta, vel iniusta, est timenda 11. q 3. c. 1. & c. qui iustus.

Quod etiam cum iniusta contemnitur, incurritur 11. q. 3. qui iustus.

Quod iniustæ excommunicationi est parendum vsque ad causæ cognitionem 11. q. 3 si episcopus. §. præmissis, & c. iustus, & §. seq.

Quod iniusta excommunicatio dicitur quæ fit timore terreno 9 q. 3. fratres.

Item iniusta dicitur ex ordine, quãdo videlicet ordine non seruato in sententia proceditur. 11. q. 3. seruetur. §. item sententia.

Item iniusta dicitur ex causa, qñ scilicet nullum subest crimen, sed solum propter odium iudicis vel aliquem alium fauorem iustum, iustus damnatur. 11. q 3 non solũ. §. aliquando, & cap. quatuor, cum quinque cap. seq.

Item iniusta dicitur quæ non lędit eum in quem fertur, sed a quo fertur. 24. q. 3. certum, & c de illicita. & c. si habes § vbi ergo in fi.

Quod iniusta excommunicatio coram Deo non ligat 11 q 3 quomodo, & nouem c. seq

Quod qui patienter, fert iniustam excõmunicationem ecclesiæ, meretur coronam. 11 q. 3. & si.

Quod plures sunt species excommunicationis: quædam enim arcet a liminibus ecclesiæ, & ab Eucharistiæ perceptione, & hæc dicitur minor. Alia vero non solum ab his, sed etiam separat ab omni fidelium communione, & hæc dicitur maior. 11. q 3. ad mensam. §. euidenter 3. q. 4 Engeltrudam. 5. q. 2 præsenti.

Quod excommunicatio lata ab episcopo morte superueniente non remittitur a successore 35. q. 9. quod quis.

Quod etiam roborantur à successore. 35 q 9 loci.

Quod excõicati sunt ipso iure in canone qui sortilegijs, & diuinationibus intendunt 26. q 5 si quis ariolos & c. non oportet, & aliquanti. c. sortes c. si quis clericus, & c augurijs.

Item qui manus violentas in clericum vel aliam personam religiosam, vel ecclesiasticam iniecerit. 17. quæst 4 si quis suadente. 24. q. 3. si quis.

Item violatores ecclesiarum & raptores rerum ecclesiasticarum. 11. q. 3. canonica. 17. q 4. omnes ecclesiæ, & c frater 24. q. 3. si quis de.

Item noua telonia imponentes, & clericos siue Romipetas spoliantes 24 quęst. 3. si quis Romipetas. & cap. seq.

Item literas Papæ falsificantes. 50. dist. si episcopus.

Item omnis hæreticus ipso iure excommunicatus est 4. q. 1. quod autem.

Item omnis mortaliter peccans est extra communionem ecclesię donec pœnituerit 6. q 1 illi qui.

Item ipso iure excommunicatus est qui mortui episcopi res, quæ pro qui successore integraliter reseruari debẽt, diripere præsumit. 12. q. 2. illud, & c. seq. & c hæc huius placiti.

Quod excommunicandi sunt episcopi qui ad concilium vocati non veniunt, vel qui concilium impediũt 18. dist. quoniam. & c. si quis. & 4 q 5. c. 1. 11 q 3. certum.

Item excõmunicandi sunt qui præcepta apostolicæ sedis non custodiunt 19 dist. nulli.

Item qui ecclesiastica priuilegia contemnunt 12. q. 2 qui & diuinis, & humanis.

Item episcopi, vel clerici dissolute viuentes 35. dist episcopus

Item Imperatores, vel Reges delinquentes 96. dist in duo 11. quæst 3. cum apud.

Quod non potest excommunicari, nisi Christianus 24. q. 1. audiuimus, post med.

Quod aliquis episcopus potest excommunicare subditum alterius episcopi ratione criminis quod in eius episcopatu comisit. 6. q. 3. placuit 9 quæst 6. ibi enim. & ca. vlt.

Quod negligenter testamenta exequentes sunt excommunicandi. 13. q. 2 qui oblationes & duobus cap. seq.

Item contumax est excommunicandus. 17 q. 4. si quis deinceps. in fin.

Item incendiarij sunt excommunicandi, & pro pœnitentia per annũ vltra mare transmittendi. 23 q. vlti pessimam.

Item homicidæ, falsi testes. 24 q. 3. itaque.

Item hæretici & schismatici, & quorum scripta hæresim continent, etiam post mortem sunt excommunicandi 24. q. 2 sane pro.

Quod excõmunicatur clericus mortuus in ludis gentilium. 23. q. 8. quicunque clericus.

Item excommunicatur post mortẽ qui hæreticum constituit hæredẽ, 24. q. 2 sane profertur ante med.

Item excommunicantur post mortem qui se voluntarie occidunt, 23. q. 5. placuit.

Quod sacerdos missam inchoatam ex temeritate non finiens, est excommunicandus. 7 q. 1. nihil. in fi.

Quod non vitantes excommunicatos sunt excommunicandi. 11. q. 3. sanctis.

Quod nemo est nominatim excommunicandus nisi de crimine sit cõuictus vel confessus. 2. q. 1. multi.

Quod nullus est excommunicandus antequã causa probetur. 24, q. 3. de illicita.

Quod nomina publice excommunicatorum debent ignorantibus intimari, ne per ignorantiam se possint excusare. 11 q. 3. curæ sit.

Quod qui propter facinus ab hæreticis excommunicantur, a fidelibus propter detestationem criminis non sunt recipiendi. 24. q. 1. si quis, & c. seq.

Quod indebite excommunicans per triginta dies à sacra communione suspenditur. 11. q 3 audi.

Quod excommunicatus non potest esse iudex aliorum. 24. quæst. 1. miramur.

Quod excommunicati non admittuntur ad denunciandum vel ad accusandum. 3. q 4 conspiratores, & duobus c. seq 4. q. 1. per totum 24 q 1. miramur, § his auctoritatibus in fin.

Item infames sunt. 6. quæst: 1. infames.

Quod excommunicatus si intra annum se purgare contempserit, post annum tanquam reus non est audiendus 11 q 3 rursus, & c. seq.

Quod excommunicati non possunt alios excommunicare vel iudicare. 24. q. 1. audiuimus, & c ait, & c. seq. & c miramur.

Quod episcopus excommunicatus non dicitur ordinare quantum ad executionem, quia quod non habet, dare non potest. 1. q 1. quicũque sacros c. qui perfectionem & c. ventum est.

Quod excommunicati celebrantes triennij pęnitentia puniuntur. 11. q. 3 de illis.

Quod excommunicati in sacris constituti, officio interesse non debẽt. 11. q 3 si quis episcopus. in fin.

Quod excommunicati omnino sunt uitandi. dist 93. si inimicus, & cap. seq. 6. quę 1. illi qui 11 quæst. 3 ad mensam. & cap. rogo, & quatuor cap seq.

Quod non est communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo potu, osculo, aut salutatione 11. q. 3. excommunicatos, & c. cum excommunicatio, & c. antecessor.

Quod nun licet clericis communicare episcopo 93. dist. miratus.

Quod nominatim excommunicato non est communicandum, ne sententia transeat in tertiam personam.

nem.12.q.3.si quis laicus, & c excellentissimus. 24.q.2. sane quod.
Quod ideo nõ est communicandum excommunicato, vt confusus citius laboret reconciliari, 93.dist.si inimicus, & 11.q.3.audi.
Quod cum pagano magis licet communicare quàm cum excommunicato, 11.q.3.ad mensam.
Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare, & facere vt à suis vitetur, 11.q.3 curæ sit.
Quod sine culpa communicat excõmunicatis vxor, filius, seruus ignorans, & necessitatem patiens, 11.q.3.quoniam multos, & c. excellentissimus.
Item qui communicat propter spem correctionis, 11.q.3. antecessor; vnde versus:

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse,
Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Quod viatori vel peregrino transeũti in terra excõmunicatorum emere, & pauperi mendicare conceditur, 11.q.3 quoniam multos.
Quod occultum excommunicatum tantum sciens tenetur vitare, ac si sciret publicè eum excommunicatum, 6.q.2 si tantum, & cap.seq.
Quod publice excommunicato intrante ecclesiã omnes debent exire, 23.q.1.omnis qui. & 11.q.3.sicut apostoli.
Quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excõicatum, missam nõ debet relinquere imperfectam, 7.q.1.nihil.
Quod mortuo suffragia a viuis non debent exhiberi, qui propter excõicationem viuis non communicauit, 11.q.3. quicunque intra.
Quod tali excõmunicato possumus communicare mortuo, qui viuẽs petiuit absolui, 24.q.2 de communione, & c.nec qu squam.
Quod communicans excommunicato indebitè, excommunicationem incurrit, 11. quæst. 3. præcipuè, & c.si quis episc opus, & cap. seq & c.sicut apostoli, & c. episcopi, & cap. placuit.
Quod episcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur, 11 q 3 Teugualdum, & c. quicumque contristauerit.
Quod episcopus cõione priuatur, qui soli sibi cognitũ publicat excommunicatum, 6.q.2.placuit.
Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito, & cautelam de futuro, 11.q.3.cum aliquis, & 12.q.2.de viro, in fi.
Quod absoluitur quis ab excommunicatione absens per literas, 24.q.3 comperimus.
Quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiuit, 24. quæst.2. nec quisquam.

Quod de excommunicatione Papæ quam sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere, 16.q.1. frater noster.
Quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur, 11 q.3 debent.
EXCVSATIO. Quod excusatio inferioris non valet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicitè possident, vel principes, vel parentes, se excusant, 16.quæst.1.in canonibus, ante finem.
Quod auctoritas & pręceptum superiorum excusant in quibusdã facta inferiorum, 14. quæst.5. dixit dominus.
Quod auctoritas superioris nõ excusat inferiores in delictis, 11.q.3. si dominus, & c seq.
Quod Iudæi à furto excusant Aegyptiorum, quia iubente Deo paruerunt, 14.q 5.dixit dominus.
Quod ebrietas excusat culpã à tanto, sed non à toto, 15.q.1.sanè, & c. inebriauerunt.
EXECVTIO. Quod executio sententiæ iudicis debet differri vsque ad triginta dies, propter deliberationem, 11.q.3.cum apud.
Quod ab executoris sententia appellare non licet, nisi ipse modũ executionis excedat, 2.q.6.si quando, § ab executore.
Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationis opponatur, 11.q.3. cum excõmunicato.
Quod executores testamentorũ propter negligentiam debent excommunicari, 13.q.2.clerici.
EXEMPLVM. Quod exempla sanctorum tam in scriptis quam in factis perspicaciter sunt recordanda.20.dist. de quibus. 23.quęst.6. vides.
Quod ratio sana est exẽplis ponenda.9.dist.sana.
Quod superiores inferioribus exemplum bonum tenẽtur dare, 8.q.1. qualis, 12.q.1.nolo.
Quod vita pastoris in exemplũ debet esse discipulis, 2.q.7. cum pastoris, 81.dist.nemo.
Quod prælati tot mortibus digni sunt, quot vitiosa exẽpla ad subditos transmittunt, 11.quæstio.3. præcipuè.
Quod senior ibi stricta increpatione est feriendus, vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet, 2 q.7. Paulus dicit, 93.dist. peruenit ad nos, in fi.
Quod in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia status peccator honoratur, 83. dist.nemo.
Quod quilibet quantũcunque magnus subditos & minores se paratus sit in bono imitari, 22.dist, de Constantinopolitana.
Quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit à statu perfectionis quem aggredi intẽdebant, 17.q.1.qui bona.

Quod mali qui emẽdari despiciunt: ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida caro omnibus sunt pręscindendi, 24 q.3.ecce.
Quod ad exemplum domini gratiarum actio post mensam debet dici.44.dist. quando autem.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

EXEMPTIO. Quod exemptio episcopi vel abbatis à suo superiori non potest fieri nisi per solum Papam, 16.quæst.1. frater.18.q.2.luminoso.
Quod exemptus non potest iudicari nisi à solo Papa, 16 q.1.frater.
Quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine consensu abbatis valet exercere aliquã potestatem, 18.q 2 luminoso.
Quod prelatus qui exemptioni Papę insurgere conatur communione, vsque ad extremum vitæ suæ priuatur, 16.q.1. frater, ante med.
EXEQVIAE. Quod exequiæ pompaticę plus sunt solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum, 13. q.2. animæ.
Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequijs diligentia hominum persoluit, 23. q.2 animæ.
Quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt, vel non prosunt exequię, ideo pro nullo debemus eas omittere, 13.quæst.2. non existimemus.
EXHAEREDATIO. Quod exhęredĩtatio aliorum non debet fieri propter ecclesiæ promotionem, 17. q.vlt c.vlt.
Quod successor qui non adimpleuit voluntatem defuncti, debet exhęredari, 11.q.1.Syluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

EXILIVM. Quod exilium est canonica pęna quam ecclesia imponit in malitia obstinatis, 16.q.1. Probinum, 2.q.1.in primis.
Quod sacrilegiorũ pœna est carcer, vel exilium, 17.quæstio.4. attendendum.
Quod ignobiles pacem ecclesię turbantes, in perpetuum exilium relegantur, 24.q.1.qui contra.
EXITVS. Quod exitus malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio quo crimẽ excluditur, innocentia copulatur, 12.q.1.cum renunciatur.
Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit quando à fide & charitate recedit, 24.q.3.cum aliquis.
Quod tunc boni à malis exire dicuntur quando etiã cum ipsis corporaliter conuersatur, mente à factis eorum recedunt, 23. quęst.4. tolerandi sunt, & cap ecce, & cap. à malis.

Quod

Quod à malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripe re, 13.q.4 recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo inchoata sunt principio, 1.q.1.principatus, & c. fertur, §.cum ergo, in fi.

EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunque miseratione collectus post decem dies à domino nō potest repeti, 87. dist. sit expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundū proprietatem linguarum, de quibus sunt translatæ, 38. dist. locutio.

Quod exponēda est scriptura secundum varietatem causarum, personarum, temporum, & locorum, 29. dist. per totum.

De expositione scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod Exorcistæ in Græco, in Latino adiurantes vocantur. 21. dist. clericos.

Quod exorcistę est officium manus super energumenos, & catechumenos in exorcizando imponere, 25. dist. perlectis.

FABVLA. Quod fabulas sæcularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare, 44. dist. conuiuia, & c. seq.

Quod in mensis clericorum lectio diuinarū scripturarum haberi præcipitur, vt fabulosa, & curiosa, & otiosa vitentur, 44. dist. pro reuerentia.

Quod quia oblectamēta fabularum nimium excitant ad incendia libidinum, prohibetur Christianis legere figmenta poetarum, 37. dis. ideo.

FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23.q.4. est iniusta, in fi.

FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est quā quæ de infirmitate vel tenuitate procedit. 22. quæstio. 2. beatus, §. ille ergo.

Quod non mentitur qui animū fallendi non habet, sicut patet de Petro & Paulo, 22.q.2. beatus.

Quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat, 22.q.2. beatus, §. ille ergo.

Quod falli in illis quæ non sunt ad salutē, vel nullum vel leuissimum est peccatum, 22 q.2. in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus quàm falli in articulis fidei, 22. quæstio. 2. in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo cōtra se vel proximum dicere debet 23. quæstio. 5. si non, ante medium.

Quod falsi testes communione priuātur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detruduntur. 24. q 3. itaque. 50. dist. si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatem, sic boni in malis non persequūtur nisi malum, 23.q.4 qui peccat.

FALSARIVS. Quod falsarius dicitur qui literas defert, quæ licet verę fuerint, tamē de consciētia Papę non emanarunt, 19 dist. in memoriam, vbi nota glo. quæ innuit diuersos modos fallandi.

Item falsarius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando falsificat, 50. dist. si episcopus.

Item falsarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat 25.q.2. dicenti.

Quod charta super beneficijs personalib. si non habet datā, falsa iudicatur, 25.q.2. § si qua beneficia.

Quod licet episcopo falsarium domini Papę incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod falsarius literarū domini Papæ si est clericus, est ab ordine deponendus, & in monasteriū perpetuo detrudendus, 50. distinc. si episcopus.

FALX. Quod falx in alienam messem mittitur, quando fructus ecclesię non à vero, sed alieno pasto re tollitur, 13.q.1.c.1.§. in diœcesi, ante medium.

Quod Deus in messem falcem mittit, cum vniuscuiusq; vitam temporalem per mortis sententiā incidit, de pœnit. dist. 2. cum sanctā, circa medium.

FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios, 11. q.3. non sunt audiendi, 12.q.1. nolo, & q.2. quatuor, in fine.

Quod quisquis custodit famā suam, in alijs est misericors, 11.q.3. non sunt audiendi.

Quod clericus, de quo mala fama crebrescit, etiam si conuinci non potest coram episcopo, pręsentibus presbyteris [illegible]purgatur, 15.q. 5. cap. 1.

Quod prædicator bonus officium suum non debet negligere, etiam si currat inter infamiam & bonā famam, 6. q.2. sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mundum mittitur, quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur, 16.q.1. reuertimini, post medium.

Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatum incurrit, 86 dist satis.

Quod qui fame morientem non pauit, quasi ipsum propria manu occidit, 86. dist. pasce.

Quod iudex ecclesiæ licet teneatur te dare panis famem, & sitim aquæ, magis tamen famem audiendi verbum Dei, 8. q. 2. audacter. in fine.

Quod fames pristina sermoni domini præsentia doctrinarum eius & cœlestis panis saturitate compensabitur. 76. distinctio. ieiunium, in fine.

Quod fames curat morbos, quos gula infert, de consecrat. distinct 5. nullus.

FAMILIA. Quod familia debet per dominum suum de malo corrigi, & ad bonum incitari, 47. dist. sicut hi, § necesse.

Quod non culpatur paterfamilias faciens quod debet, si aliquis in familia manet incorrigibilis, 48. distin. quantumlibet.

Quod episcopus debet cauere ne aliquē in familia habeat indisciplinatum, 47 dist. sicut hi, §. necesse.

Quod à principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis, 47 dist. quantumlibet.

Quod propter culpam familiæ negligens paterfamilias punitur, tam temporaliter quàm ęternaliter, sicut patet de Hely. 47. distin. sicut hi, § necesse.

Quod domino excommunicato, indebitē fertur sententia contra familiam. 14. quæst. 3. si habes, §. et ergo.

FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extraneos repellit testem. 3. quæstio. 5. consanguinei, & cap seq.

Quod familiaritas mulierum nimia, omnibus clericis, & religiosis prohibetur, 82 dist. interdixit, & duobus cap. seq. 34. dist. quorundam, 81. dist. clericus, vsque ad fin dist. 18.q.2. cognouimus, & cap seq.

Quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli antiqui hostis non desunt, 81. dist. oportet.

Quod monachi sacrarum virginum custodes, ne propter familiaritatem suspecti habeantur, à frequenti earum accessu, & colloquio arceantur, 18 quæstio. 2. in decima, cap seq.

FATVM. Quod fatum est genus diuinationis, cui qui intendit, damnationem animę suę incurrit, 26. q. 5. non obseruetis.

FAVOR. Quod fauor singularis non debet attendi in electione prælati, 63 dist. porro.

Quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros ordines promoueri, 1. q. 1. pueri.

Quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sacrilegi reputantur, 1. q. 1 sunt quidam.

Quod non corrigere peruersos nihil aliud est quàm fauere, 83. distinctio nemo & cap sequen. 13 quæstio 6. si res post medium, 23.q.4. quisquis.

Quod fauere impietati est non turbare cum possit quis peruersos, 23 q.3. qui potest. & c ostendit.

Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger est in corrigendo, ipse eis in malitia sociatur. 23. quæstio 4. ita. & capitu. à malis.

Quod qui consentit peccantibus, & defen-

defendit delinquentes: apud Deũ, & homines est maledictus, 11.q.3 qui consentit.

Quod fauorē dantes maleficijs sunt excommunicandi, 21.q.5 placuit, & tribus c.seq.

De hac materia require vbi agitur de Consensu.

FAX. Quod sicut fax accensa sibi detrimentum præstat alijs vero lumen in tenebris administrat, sic malus prælatus, vel prædicator, 15 q 8. sollicitantibus.

Quod sicut superuacuis laborat impendijs qui solem cereis facibus adiuuare, sic qui zelum Dei dicit se habere, & in corrigendo exequitur indebite, 6.q.1 si omnia

FOELICITAS. Quod fœlicitate peccantium nihil est infœlicius, 23 q 1 paratus.

FOEMINA. Quod fœmina non debet esse iudex, 3. q 7. infamis, §.tria.

Quod fęmina propter verecundiam sexus nisi in sua, & suorum causa non permittitur pro aliquo aduocare 15.q.3.§.1.& quatuor capit. seq.

Quod fœmina nisi in crimine læsæ maiestatis, & in hæresi, & in simonia non permittitur accusare, 15. q.3.certis de causis, & trib c.seq.

Quod fœmina quantumcunque docta, & sancta in conuentu virorum non debet prædicare, 23.d. mulier 33.q.vlt c.vlt.de conse.d. 3. mulier.

Quod monachæ, vel quantumcũq; sanctæ fęminæ non licet pallas altaris, vel vasa sacra contingere, 23 d sacratas.

An fęmina possit ordinem, & characterem ordinis recipere, 27. q.1. diaconissam.

Quod fœmina sancta mente est diligenda, non corporali frequentia, 32.d hospitiolum.

Quod fœmina extranea non debet clerico cohabitare, 81 d. cum omnibus, & c.seq.

Quod non possunt Deo pleno corde coniungi qui fœminarum accessibus copulantur, 32.d hospitiolum.

Quod clerico prohibetur cohabitatio fœminarum nisi forte sint mater, vel soror, vel consimilis persona carens suspitione 32. d. interdixit 23.d.igitur, 81.d.clericus, & c.seq.

Quod beatus August. etiam cum sorore habitare noluit propter coniunctarum personarum societatē, 81.d legitur.

Quod religio non permittit vt solus cum sola loquatur, 81.d.in omnibus.

Quod vt excludatur mala suspicio, nullus clericus nisi in certis locis, & temporibus debet loqui cum fœmina 81 d.in omnibus.

Quod confabulatio clerici cum fœmina debet esse per modica, & compendiosa verba, 18.q 2.diffinimus & c.seq.

Quod etiam abbati non licet loqui cum fęminis, nisi sub duorũ, vel trium monachorum testimonijs, 18.q 2.in decima.

Quod monachi, & monachæ in vno monasterio non debent cohabitare, 18 q 2.diffinimus.

Quod abbatissa volens loqui cũ aliquo, debet associari per vetulam monacham, 18 q.2 diffinimus.

Quod nõ licet clericis, & alijs Christianis balneare se cum fœminis. d 81.non oportet.

Quod de formis fœminarum non est disputandum 42.dist.hospitiolum.

Quod fęmina in signum subiectionis, & verecundiæ peccati quod induxit, debet velari c 15 q. 3. verbis itaque, 33.q.vlt.c.vlt.& c.hæc imago.

Quod fœmina nec comam amputare, nec veste virili propter luxum vti debet, 30 d.si qua mulier suo, & c quæcunque.

Quod enixæ vel menstruatæ fęminæ non debet prohiberi introitus ecclesiæ 5 d §.1.& c.seq.

Quod deterior est conditio mulieris quam viri quantum ad subiectionem, 33 q.5 hæc imago, & ca. seq.

Item quantum ad uoti fractionem, quia vir votum eius reuocare potest, sed non econtrario, 33 q.5.noluit.

Item quantum ad ordinis susceptionem, 32 d.mulieres, 15, quæstio 3. §.1.

Item quantum ad accusationem, & testificationem, 15 q.3.§.1.

FERIÆ. Quod feriæ legitimæ ad festandum, & non ad placita sæcularia exercendã ponuntur, 15 q. 4 per totum.

Quod feriæ legitimæ ad ieiunandũ sunt secũda feria, quarta & sexta, 82 d.presbyter, 11,q.vl de illis, 22 q.5.qui compulsus, de conse.d.3. ieiunia.

Quod ab Aduentu Domini vsque ad octauam Epiphaniæ, & alia tēpora feriata sunt quo ad celebrationem nuptiarum, 33.q 4.non oportet, & tribus capit seq. Vide quod sanciuit concil.Trid.de hac re.

Quod qui dies, vel quæ tempora feriãda sunt per circuitum anni, de conse.d.3 §.1.

FESTIVITAS. Quod festiuitas sanctorum quando sit festanda laicis est pronuntiandũ de conse. d.3.§.1.

Quod festiuitates per anni circulum sunt celebrandæ, innuitur, de consec.d.3.pronuntiandum, & c.rogationes.

Quod in sanctorum festiuitatib. maxime solent homines vacare comessationibus, 44.d.commessationes.

Quod maxime clerici festiuitatis sanctorum cum deuotione tenentur peragere, 44.distin nullus, 15. q.4 per totum, 16.q 7.& hoc diximus.

Quod in festiuitatibus prohibendi sunt laici per sacerdotes a chorearum saltationibus, de consec. d.3. irreligiosa.

De hac materia habes vbi agitur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod festinantia in quib.sit bona, & in quibus mala, habes vbi agitur de acceleratione.

FINGERE. Quod decuplex inuenitur de canone fictio consona cum decem prædicamentis, nam quandoque fingitur esse qui non est, vt Iacob finxit se esse Esau 22 q 2.quæritur, §. item opponitur, vbi nota prædicamentum substantiæ.

Item quandoque fingitur quis esse minor quam sit, 2 q.7. quamquã. Exemplum de Augustino, & Hieronymo, vbi nota prædicamentũ quantitatis.

Item quandoque fingitur quis talis esse qualis non est, 29 q.1.§ 1.vbi nota prædicamentum qualitatis.

Item quandoque quis fingitur esse pater qui non est. 27.q 2.institutũ, §.iuxta, vbi Ioseph dicitur pater Christi, vbi nota prædicamentum relationis.

Item quandoque fingitur quis agere quod non agit, 22.q.2 cum humilitatis, vbi not.prædicamētum actionis.

Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur, 32.q 5 propositio vbi nota prædicamentum passionis.

Item quandoque fingitur quis esse eo tempore quo non est de pę. d. 1.periculose, vbi nota prædicamētum temporis.

Item quandoque fingitur situm esse quod non est, 13.d.duo & c.nerui, vbi nota prædicamentum situs.

Item quandoque fingitur non habere quod habet, 31.d. lex continentiæ, vbi nota prædicamentum habitus.

Item quandoque fingitur esse in loco vbi non est, 7.q.1.mutationes, vbi nota prædicamentum vbi.

FIDES. Quod fides est de non visis, & ideo habet meritum, de pę. d.4.in domo.

Quod fides est quæ per dilectionem operatur, de pęn.d.2.firmum Dei fundamentum.

Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis, de conse.dist. 4.nihil.

Quod illud apostoli, Quidquid nõ est ex fide, peccatum est, sic accipitur, quod quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, 28.q 2.omnes, §.ex his.

Quod

Quod fides non tantum est liberi arbitrij, sed donum Dei. de conse. d.4 gratias.
Quod fides sine operibus non valet 1.q 1. sicut vrgeri, & c. fertur, de pę d.2.§.non est mirum.
Quod fides meritorum suorum gradibus proficit, & crescit, de pę.d. 2 §.hæc quæ.
Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur, 33 d. qui episcopus, de consec.d.4.prima.
Quod symbolum fidei est in ecclesia publice laicis prædicandum, de cō sec.d.4 symbolum.
Quod symbolum fidei ab electo in archiepiscopum, ante acceptionē pallij est profitendum, 100.d.optatum.
Quod est multiplex effectus fidei, nam fides in vnum cōnectit quos diuersitas meritorum tenet, 43.d. sit rector post med.
Item fides omnia purgat, 15.q vlt.c. vlt 24 q.1.si Petrus.
Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat, 24 q.1.non turbatur in fi.
Item fides rempublicam magis quā sudores corporales gubernat, 23. q.8.tributum, § quamuis.
Item vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehendit, 24. q.1.non turbatur, in fi.
Quod fides supplet vbi baptismus vel aliud sacramentum haberi non potest, de consecra.dist.4 baptismi.
Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium, de conse..d.4.illud.
Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit, 20.q.1.quia.
Item vbi sana fides non est, non potest esse iustitia, 24 q 1 vbi.
Quod sine fide falsa est virtus etiam in optimis moribus, 28 q.1. omnes, §.ex his.
Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum, 21.d §.1 in fi.
Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad fidem apostolicam, tanquam ad magistram recurritur, 11 d palam, 22.d omnes.
Quod omnes Christiani tenentur fidem Christi defendere, 96 d nos, & c.vbi nam.
Quod non habet fidem Christi qui corpus ipsius, idest, membra ecclesiæ nititur detrahere, 24 q.1 aduocauit.
Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerunt 2 q 7. non potest, 61.d.episcopum
Quod qui diuinationibus, & magicis illusionibus credit, fidem [illegible] dit, 26.q 5.episcopi.
Quod ideo permittit Deus magicis artibus illudi hominibus, vt illorum erga Deum fides probetur 26 q.5.nec mirum, in fi.
Quod fides cum promittitur, etiam hosti est seruanda, 23.q.1.noli.

Quod in promissione stulte facta, vel vi extorta fides non est seruanda, 22.q.4.in malis, 15.q.6 c.1. & c.seq.
Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo, 22 q.4. si ad peccatum.
Quod ad fidem suscipiendam nullus est cogendus 45.d quid c.qui syncera, & c. de Iudæis.
Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare, 45. d. de Iudæis, 23.q.5.ad fidem.
FIDELITAS. Quod fidelitas seruanda est domino temporali, 24. q.5 si apud.
Quod propter præceptum ecclesiæ quādoque discolis dominis fidelitas non seruatur, 15.q.6 nos sanctorum, & c seq.
Quod Papa propter excessum Domini absoluit subditos a iuramento fidelitatis, 15.q 6 alius.
Quod imperator tenetur Papæ iurare fidelitatem, 63.dist. tibi Domino
Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, videlicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, 22.q.5. de forma.
Quod inter fideles, & infideles multa debet esse discretio, 2.q 4. alieni.
Quod debet inter eos esse discretio in accusatione, & testificatione, 2. q 7 pagani.
Item in matrimonij contractione, 28 q 1.iam nunc, & c.seq.& c.Iudæi, & c.seq.
Item in ciborum perceptione, 28.q. 1.nullus, & c.seq.
Item in mutua cohabitatione, 28.q. 1 Iudæi, & c.seq.
Item in ieiuniorum obseruatione, de conse.d. 3 ieiunium.
Item in temporis præscriptione, 16. q.3 porro.
Quod non potest homini esse fidelis qui Deo extitit infidelis, 2.q 7. non potest.
Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra, 1 q.1.vt euidenter, 24.q.vlt. de illis, in fi.
Quod talis plus nociuus est ecclesiæ quam directe infidelis, 11.q.3. nolite, in fi.
Item peior est infideli, 6. quæstio. 1. quæro.
Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis, 32.q.4. in eo.
Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quam pœna infidelis, 12 q 1.scimus, 1.q.1 nonne.
Quod talis tolerandus est, non imitandus quamdiu ab ecclesia per sententiam non præscinditur, 23. q 4 forte, & c infidelis.
FILIVS. Quod filius dicitur per carnis propagationem, per morū imitationem, 22.q 2.quæritur, §. item opponitur.
Quod filij Dei dicuntur tripliciter, vel prędestinatione tantum, vel

prædestinatione, & spe beatitudinis æternę, vel merito fidei, & præsentis iustitiæ, de pœ.d.4. si ex bono.
Quod filij spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut a baptismo per leuationem, aut per confessionem 30.q.1 omnes, & c.ad limina.
Quod filij diaboli dicūtur non per carnis propagationem, sed per criminis successionem, 1.quæst.1.cito.
Quod filij liberi dicuntur qui ex libero matrimonio sunt orti. Naturales autem concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugij, 32. quæstio.4.c. vlt.
Quod illi non reputantur filij, nec debent in bonis succedere patris, qui nati sunt de incestu, 35.q.7. per totum.
Quod filii legitimi dicuntur, qui vel ante baptismum, vel post de matrimonio nati sunt, 28.quæst.1.numquid.
Quod filii sequuntur conditionem ventris 32 q.4.cap.vlt.28.quæst.1 Iudæi.
Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere, 30.d. si quis reliquerit.
Quod tenetur filios suos verbo, & exemplo a vitiis ad virtutum studia prouocare, 47.d.sicut hi, §.necesse, vsque in fi.
Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare, 5.q.5. non osculatur.
Quod gloria patris est filius sapiens, 95.d.esto, in fi.
Quod tunc pro patribus nati sunt filii, quando pro apostolis surrexerunt episcopi, 68.d quorum.
Quod filii presbyterorū, si paternæ incontinentiæ sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouēdi, 56.d presbyterorum.
Quod quandoque filius peccata parētum imputantur, quandoque non 61 d per totum.
Quod filii illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum, 14 q.3.cum multæ.
FISCVS. Quod fiscus tollit quod non accepit Christus, 16 q.7.maiores, & quæstio. 1. decimæ circa med.
Quod res conuictorum, & vnitati pertinaciter resistentium, fisco vēdicantur, 23. quæstio 4.nimirum, in fi.
FLAGELLVM. Quod flagellum Domini quandoque est ad vindictam, quandoque ad hominis purgationem, 7.q 1.cum percussio.
Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errātes per flagella sunt reducendi, 23 quæstio.4. nimium, post medium, & c. displicet, per totum, & c.debet.

Quod flagellato non est addenda afflictio. 7. q. 1. cum percussio.
Quod flagellatio, vt proficiat, debet esse discreta, 45. dist. cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de correctione disciplinæ, & vbi agitur de percussione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentiliū, à filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quasi filamines, 21. distinct. cleros, circa medium.
Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines, constituerunt Patriarchas: vbi vero archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines posuerunt episcopos, 8. dist. in illis.
FLETVS. Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortem non amittimus, 13 q. 1. quam prę posterum.
Quod flere mortuum indebitè, prouenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusillanimitate plus quàm ex pietate, 13. q. 2. vbicumque, & §. seq.
Quod dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ærumnas resuscitandum, 13. q. 2. quia diuina.
Quod Petrus fleuit, & flendo peccata deleuit, de pœnit. distin. 1. circa princ.
Quod peccator flere debet cogitando, quia iniuste peccando Deum suum offendit, de pœnit. distin. 5. defleat.
Item fleat qui peccatis se vltro obtulit, & in ipsis perseuerauit, de pœnit. dist. 1. §. 1. circa princ.
Item fleat nō solum quia peccauit, sed quia interim virtute se priuauit, de pœnit. dist. 5. §. 1. vers. dolendum.
Item fleat quod proximū suum malo exemplo corrupit, de pęnit. distin. 5. §. 1. ver animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES. Quod fomes est languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur, 15. q. 1. §. itaque.
Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici potest; sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctæ carnis corruptione, 15. q. 1 itaque.
Quod fomes non est peccatum, sed pœna peccati, 15. q. 1. §. 1.
Quod fomes in baptismo non deletur, sed debilitatur, de consecrat. dist. 4. per baptismum, & cap. non ex quo.
Quod fomes semper repugnat legi mētis, etiam in perfectis, 32. q. 5. si Paulus.
FONS. Quod fons signatus, & puteus aquę viuę dicitur ecclesia, 24. q. 1. omnibus, & cap. quoniam.
Quod sicut à fonte præcisus riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus, 24. q. 1. loquitur ante fin.
Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte quàm de riuulis est quærenda, 76. dist. ieiunium, circa princ.
Quod prælati non vtilia saluti prædicantes dicuntur fontes sine aqua, 2. q. 7. sicuti, in fi.
Quod charitas dicitur fons, 80. q. 1. in scripturis ante fin.
Quod dicitur fons baptisma, 18. q. 2. pridem.
FORMA. Quod forma & exemplū dicuntur esse prælati subditorum, 94. distin. dictum, 95. distin. esto. 16. q. 1. prædicatur, 21. q. 4. præcipimus.
Quod forma ecclesiasticę vitę est in clericorum castitate, 82. dist. proposuisti, in fi.
Quod forma perfecta est, vt non totum sibi arripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur, 86. dis. in singulis.
Quod forma appellationis & apostolorum habetur 2. q 6. post appellationem, §. forma.
Item forma reconciliationis excommunicati, 11. quæst. vlt. quod prædecessor, §. excommunicationis, & c. seq.
Item forma fidelitatis iuratur, 22. q. 5. forma.
Item forma verborum qua transubstantiatur corpus, & sanguis Christi, de consecratio. distinct. secunda, quia corpus, & cap. qui manducat.
Item forma separationis, & reconciliationis coniugum. 35. quęst. 6. ab isto, & c. seq.
FORNICATIO. Quod fornicatio, est duplex, s. spiritualis & corporalis, seu carnalis, 28. q. 1. idololatria, 32. q. 7. non solum.
Quod omnis pollutio immunda est carnalis fornicatio, 32. quęst. 7. per totum.
Quod fornicatio licet videatur esse genus cuiuslibet coitus, tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum, 36 q. 1. lex illa, §. cum ergo.
Quod fornicatio carnalis nulli impunè conceditur, 27. quæst. 1. nubendi.
Quod simplex fornicatio, quę est soluti cum soluta, prohibetur. 32. q. 4. dicat, & cap. meretrices.
Quod propter maius malum vitandum non est multum exaggeranda, 32. q. 2 ancillam.
Quod fornicatio non est diuersa, siue pulchra sit, siue turpis quam quis cognoscit, 14 q. vlt. c. vlt.
Quod fornicatio maximum peccatum est, propter templi Dei violationem, 32. q. 4. in eo, & q 7. non solum.
Quod feminæ fornicantes cum clericis debent in seruitutem redigi, 32. dist. eos, qui.

De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod episcopus vel presbyter fornicans cum sua filia spirituali, si publicum est, debet deponi: si occultum, episcopus 15. annis, & presbyter 12 debet pœnitere, 30. q. 1. omnes, & duobus c. seq.
Quod maritus sic cōtinere debet vt non det vxori occāsionem fornicandi, 27. q. 1. nubendi.
Quod propter solam causam fornicationis vxor dimittitur quantum ad cohabitationem, 32. q. 1. dixit Dominus.
Quod fornicatio spiritualis est idololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio. 28. q. 1. idololatria.
Quod fornicatio animi est seruitus idolorum, 32. q. 7. non solum.
Quod auaritia quę est idolorum seruitus fornicatio spiritualis dicitur, 28. q. 1. idololatria.
Quod fornicatio spiritualis dicitur consensu mentis ad fornicādum, iuxta illud, Qui viderit mulierē, &c 32. q. 7. non solum.
FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis si pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis est, 23. q. 3. fortitudo.
Exemplū de Moyse, qui Aegyptium malignantem occidit, 23. q. 3. non inferenda.
Quod ille prodest furi vel pyratæ, qui fortitudinē membrorum suorum ne peius agant debilitat. 23. q. 3. si quis.
Quod dilectores huius sęculi fortes sunt in ijs quę sunt ad mundū, & debiles in his quę sunt ad Deum, 47. dist. omnis.
FORVS. Quod forus est exercendarum litium locus, sicut innuitur, 11. q. 1. clericus siue.
Quod actor debet sequi forum pulsatis, 11. q 1. si quisquam.
Quod siue clericus, siue laicus pro crimine pulsatus non nisi in foro suo debet audiri, 11. q. 1. clericus, & c. seq.
Quod clericis pulsatis in episcopali iudicio forum competit, 11. q. 1. si quisquam.
Quod excepta sede apostolica nemo potest trahi extra suam diœcesim vel prouinciam pro causæ litigio, 6. quæst. 3. & 21. quæst. 1. ferè per totum.
Quod ratione criminis commissi efficitur quis de foro alieno, 3. quæstio. cap. vlt.
Quod ibi causa agenda est, vbi crimen committitur, 3. q. 6. peregrina. sex c. seq.
Quod si quis mutat domicilium ibi forum iudicij subeat vbi habitationem elegit, 13. quæstio. 2. vbicumque, §. quia ergo.

Quod

Quod qui causam, siue iustam, siue iniustam ad alterius fidei iudicis forum euocat, est excommunicandus, 2.q.6.catholicus.

Quod clericus ab episcopo depositus si principem secularem adeat, amplius non auditur, sed spem recipiendi gradus in futurum amittit, 21.q 5.c.1.& c.vlt.

Quod clericus si extra prouinciam [excepta sede apostolica] iudicia expectat, est deponendus, 3.q.6. non liceat, 11.q.1.si quis clericus, & c.seq.& cap insolita, & cap. de diuersis.

FRATER. Quod dicitur quis frater fide, 2.q.1. multi, circa med. 11. q.3.ad mensam.

Item frater dicitur consanguinitate, 35.q.3.quædam lex.

Item dicitur frater iuris interpretatione, 28.q.1.nunquid.

Item dicitur frater dignitatis communione, 51.dist.preterea, de penit.dist.5 fratres nostros.

Item dicitur frater religione, 16.q.1. vos autem.

Item dicitur frater religionis professione, 10.q.2.episcopus habeat.

Item dicitur frater nomine naturæ, 6.q.1.ex merito.

Item dicitur frater similitudine, de consecr.dist.1.Iacobus frater Domini.

Item dicitur frater facti comparatione, 14.q.5. immolans, in fine.

FRAVS. Quod fraus proprie committitur quando res ad speciales vsus missa retinetur, vel indebitè expenditur, 16.q.1.reuertimini.

Quod amico rapere furtum est, ecclesiamq; defraudare sacrilegium est, 12.q.1. gloria, in fi. 13.q.2.qui oblationes, in fi.

Quod cum pauperibus eleemosyna subtrahitur, Deus qui res ad hoc contulit, de sua parte defraudari conqueritur, 16.q.1.reuertimini.

Quod qui defraudat panem egentium, homo sanguinis est, 14.q 5. immolans.

Quod qui legata morientium retinent: egenos & mortuos consolatione defraudant, 13.quæst.2. qui oblationes.

Quod qui defraudat ecclesię res, in quadruplum debet restituere, 12. q.2.in antiquis.

Quod clericus qui res ecclesiæ, quæ sunt pauperum defraudat, est corripiendus: si vero episcopus est, deponendus est, 10.q.2.episcopus, & cap seq.

Quod qui furem & latronem, vel raptorem aliena cum possit, vt restituat non cōpellit, est socius fraudis vel criminis, 14.q. vlt. si res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

FRVCTVS. Quod fructus digni penitentiæ sunt incipientium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere, de pœnitentia distin.5. circa finem, 50.dist. quia sanctitas.

Quod fructus virtutum sunt proficientium, quorum est de virtute in virtutem progredi, de penit. distin.5.in fi.

Quod fructus spiritus sunt perfectorum, quorum est beatitudinibus insistere, videlicet voluntariam paupertatem diligere, mansuetudinem tenere, pro æterno desiderio lugere, iustitiam esurire, & sitire, misericordiam, & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati, & cęteris fructibus spiritus insistere, de pœnit. dist.2 si quis semel.

FVGA. Quod fuga peccatū est elongare se à terrenis & propinquis, 12.q.1 c.cui portio.

Quod fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi, 8.quæst.1. in scripturis.

Quod si à persecutorib. prelati persona quęritur, debet fugere: si autem fides vel grex quæritur, se obijcere, 7. q.1. aduersitas, §. hoc etiam tunc.

Quod qui iudicium fugit, constat illum de iustitia diffidere, 11. q.1. Christianis, in fi.

Quod heretici & schismatici in prouincia permanentes sunt fugiendi, 24.q.1.omnis.

Quod ecclesiā fugientes sunt ab ecclesia protegendi, 87.dist.eos.

FVROR. Quod furor commotionis tempore iustū putat omne quod facit, 11.q.3.illa.

Quod laudabile est in præpositis si non furentur, sed ratio dominetur in ipsis, 11.q.3.illa.

Quod furor in sapiente talia facit, de quibus post multum solet pœnitere, 11.q.3 cum apud.

Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent præcipitare sententiam, 11.quæst.3. summopere.

Quod qui post sacerdotium furere incępit, sacerdotio nō carebit, nisi in furia sit perseuerans, 15.q.1. si quis non, in fine.

FVRTVM. Quod furtum est omnis illicita alienæ rei alienatio, 14. q.5. pœnale, 32.q.4. meretrices, circa finem.

Quod fur reputatur qui volens furari propter timorem humanum non furatur, de pœnit.distinct.1.si propterea.

Quod non permisit rapinā qui furtum prohibuit.32.q.4.meretrices.

Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo aufertur illicite, in prohibitione decalogi cōtinetur, 14.q.5.pœnale.

Quod quantumcunque parum quis abstulerit, furti nomen incurrit, 14.quæst.6. c.vlt.de pœn. distin. 1. vulgaris.

Quod non furtum, sed mens furantis attenditur, 14 quæstio. vltima, cap.vlt.

Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas, de consecrat. dist. 5. discipulos.

Quod cum pro necessitate vitę alienum tollitur, quia tunc omnia sunt communia, furtum nō committitur. ibid.

Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, furtum committit. 14.quæst.5. forte. 32. quæst.4. sic non sunt.

Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitum. 14. quæst.5. non sanè.

Quod res Aegyptiorum asportando furtum non commiserunt filij Israel, quia Domino omnium iubenti paruerunt, 14.quęst.5 dixit Dominus.

Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere, 14.q.6.c.si.res, & c hi qui.

Quod fures vel latrones, quia infames sunt, nec accusare, nec testes esse possunt. 3. quæstio.5. constituimus.

Quod furtū ex auaritia commissum grauius punitur, quam quod fit ex inopia, 12.q.2 fraternitas.

Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tanquam fur à suo honore est deponendus, 10.q 2.cap. vlt.12.q.2. in legibus.

Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni honore deponitur, 81. dist. presbyter.

Quod prælatus est fur, qui non curat de ouibus, vel intrat per ostiū in officium prælaturę, 13 q.4. tres personas.

Quod furtiua vsurpatio præiudiciū non generat, 93.dist.illud.

FVTVRVM. Quod futura scire expedit: & modo debito sunt inquirenda, 1.quæst.7. conuenientibus, in princ.

Quod futura non sunt per sortilegia inuestiganda, 26. q.2. non statim, & duobus c seq.

Quod curiositas est per constellationes futura inuestigare.26.quęst.7. sors, §.his ita.

Quod futura non sunt inuestiganda per auguria, vel per aliarum artium magicarum documenta, 26. q 2.illud.

Quod omnia prædicta futura inquirere est idololatriæ deseruire, 26. q.2. sed & illud

Quod auspicia & augurationes oracula, & necromantia per quę homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca, 26. q.3. qui sine Saluatore.

Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quęrenda, 26.q.5. aliquanti.

Quod dæmones cum ex acumine sensus & celeritate motus, & ex diuturnitate temporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prædicere, 26.q 4 sciendum, per totum capitulum.

G L N E-

GENERATIO. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est a patrib. per successionem, & spiritualis, quæ fit per baptismi generationem 32. q.4.recurrat.de con sec.d.4.regenerante.

Quod in generatione carnali quandoque de malis nascuntur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32. q.4.recurrit, 47.dist.quantumlibet,56.dist. nasci.ante fi.

Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed eius qui generauit.56 dist.nasci.

Quod vndecumque generentur homines, honesti & salui erunt, si parentum vitia non sectantur. 56.di. vndecuque.& c.Dominus noster.

Quod multi summi Pontifices & episcopi sunt ex presbyteris generati.50.dist.c.1.Osius.

Quod ideo quidam vsque ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multipliciter successio generationis aboleat.1.q.1. cito.

Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionē omnium peccatorum.de conse.d. 4.regenerante.

Quod bapt.smus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationem.de conse.d.4.non regenerabantur.

Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit.de conse.d.3. non regenerabantur.

GENVA. Quod genua a festo Paschæ vsque ad festum Pentecostes inclusiue in signum resurrectionis dominicæ ad horas non sunt flectenda 76.distinctio.ieiunium, §.non autem, & capit. scire 30. distinct.si quis.presbyter.§. similiter.

Quod nec in die dominico, nec in alio festo sanctorum genua flectēda sunt orando.30. d. si quis presbyter.de consec.dist. 3. quoniam sunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent. 26.q.7. sacerdos.

GESTVS. Quod gestus exterior, corporis qualitatem indicat mentis.41.distinctio. clericus, §. sicut ergo.

Quod gestus reprehensibilis, si dissolutus, vel mollis est, indicat lasciuiam, si fractus, indicat superbiā, si citus, indicat impetuositatem, si tardus, indicat pigritiā 41. d. parsimoniam, & ca.clericus, §.sicut ergo.

GLADIVS. Quod gladius est duplex, scilicet materialis, & spiritualis 23.q.8.§.1.15.q.6.auctoritatē circa fi.

Quod Christus non venit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem.33.q.interfectores,§. in hoc.

Quod ecclesia non habet nisi spiritualem gladium, quia nō occidit sed viuificat.33.q. 2. inter hæc, 16. q. 2. visis.in fi.24.q. 1.si Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, spiritualis vero qui est verbū Dei exerceri præcipitur.23.q.1.§.1.& q.8.§.1.

Quod ecclesia criminosos non materiali, sed spirituali gladio feriri iubet.33.q. 2. interfectores.§. in hoc.

Quod prælati ecclesiæ de mandato Papæ possunt res ecclesiæ materiali gladio defendere.15.q.6.auctoritatem.circa fi.

Quod potestates sæculares ideo non sine causa gladiū materialem portant, quia in malefactores iræ Dei existunt ministri 23.q.5.non solū & c.sunt quædam, & q. 4.quæsitū. & c.sicut, in fi.

Quod sæcularis potestas cum gladium vindictę respuit, occasionem peccandi tribuit 23. q. 4. est iniusta.

Quod ille gladium materialem cum culpa accipit, qui sine potestate cōcessa a superiore in sanguinem alterius armatur. 23. q. 4. ille gladium.

GLORIA. Quod gloria episcopi est pauperibus subuenire, 12.q.2. gloria.

Quod prędicator gloriam suam euacuat quando non pro ęterno, sed pro fructu temporali laborat.1. q. 3.sacerdos, in fi.

Quod in lata gente est gloria regis, in diminutione plebis est contritio principis, 1.q.4. ecclesię,§.itē Dauid post med.

Quod nihil est illo pastore deterius qui luporum laudibus gloriatur, 83.distin.nihil.6.quęst.1.sunt plurimi.

Quod melior est male factis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio, 11.q.3.iniustum.

GRATIA. Quod gratia dicitur eo quod gratis datur, vel recipitur, gratia aliter non est,1.q. 1. c. 1.

Quod gratia non generis nobilitate, sed virtute paratur 40.distin. illud.

Quod nullus nisi purgetur a vitiis, gratiam Dei potest accipere, de pœnit.d.1.non potest quisquam.

Quod sicut sol ęquali luce super omnes radiat, sic gratia Dei sine acceptione personarum equaliter omnibus infunditur. de conse.dist. 4. nec quemquam.

Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit cōmendationis augmenta.6. q.1. si omnia.

Quod quantumcunque occulta loca animam sine gratia saluare non possunt, quia de paradiso homo, & angelus de cęlo peccando cecidit 40.d.quęlibet.

Quod gratia Dei dat fidem, & facit remissionem peccatorum.de consec dist.4.gratia quę.

Quod gratia Christi non solum facit malum vitare, sed etiam bonū facere.de consec. dist. placuit. &c. seq.

Quod gratias Deo, & hominibus pro beneficiis agere debemus, 16. q.1. reuertimini.

Quod de aduersitatibus & passionibus Deo gratias referre debemus. 21.q vlt cap.vlt.

Quod sine gratia mandata Dei adimpleri non possunt.de consec.disti 4.c.vlt.

GRADVS. Quod gradus in ecclesia diuersi, & status vnitatem ecclesiæ conseruant distin. 89. ad hoc 93.dist.a subdiacono.50.disti. in capite.

Quod in singulis gradibus ordinum conferendis dilationis tempora sunt obseruanda.77.dist in singulis.& c. seq.

Quod ad singulos gradus ordinum recipientium ętas est seruanda 77. dist. per totum.

Quod ad gradum diaconatus & supra, nemo est promouendus, nisi præeunte continentia fuerit approbatus, 77 dist.quicumque.

Quod ad superiorem gradum sacerdotii nullus debet exponi nisi ab inferiori ordine gradatim ascendendo.99 dist. per totum.

Quod apud Deum non gradus altior, sed vitæ melioris actio comprobatur.23 quæst.sicut excellentiam.

Quod gradus sunt non solum inter virtutem & virtutem, sed etiam in vna eademq; virtute de pęn.di. 1.§. ego sum panis, §.hæc quæ. & c.cum sanctam.

Quod non solum sunt in virtute gradus, sed etiam in peccato de pęn. distin. 2.sicut tribus & non est mirum.

Quod tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensu de pœn. dist.2.sic ē dum & c.sicut tribus.

Quod olim vsque ad septimum gradum consanguinitatis, & affinitatis matrimonium contrahi impediebatur.35.q.3 contradicimus, & q.8.per totum.

De computatione consanguinitatis, & affinitatis habes 35. q.3. contradicimus & q.4. q.5. per totum.

GRAMMATICA. Quod grammatica ad meliores vsus assumpta animę saluti non infert detrimentum, 37.d.si quis artem.

Quod episcopo, vel alii pręlato est reprehensibile omisso Euangelio, vel alia sacra scriptura populo grāmaticam exponere, 37.d.turbat, § cum ergo, 86.d.cum multa.

Quod epi, vel presbyteri si cadunt in gram-

grammaticam, non sunt a sapientibus irridendi, quia plus sunt pensanda vitia morum, quam verborum 38.d. quamuis, § sed licet, & c. sedulo.

Quod si aliquando sancti viri loquũtur ꝑ barbarismos, & solęcismos, non sunt propter hoc despiciendi 38.d. sedulo, & c. seq. de conse. d. 4. retulerunt.

Quod indignum est verba cœlestis oraculi restringi sub regulis Donati. 38.d. indignu, 1.q.1. Marchion.

GREX. Quod sicut grex ex vna morbida oue pollitur, sic ex prælato immundo plures inficiuntur 45.d. sed illud in fi.

Quod prælati tamquam arietes ducatum gregi præbere debent. 7.q.1 scilicitatis.

Quod languente pastore grex insidiis totum dentibus laniandus exponitur. 7.q.1. quamuis.

GVERRA. Quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata, 23.q.5. remittuntur. per totum, 56.d. si gens.

De hac materia require vbi agitur de Bello.

GVLA. Quod gula est mater luxuriæ, quia venter, & genitalia sunt vicina membra 44 d. §.1. cum autem. de conse d.5. nihil.

Quod gula sic in vilibus, vt in pretiosis attenditur. 41.d. quisquis, & c. delicíæ.

Quod quinque sint species gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautiora excogitare, in cibo tempus præuenire, ob cibum nimium æstiuare, de cibo plus sumere. de conse. d.5. quinque.

Quod gula de paradiso primum hominem expulit 35.d.

Quod gula grossum sensum generat. 44.d. non liceat, §. si ergo.

Quod gula morbos facit, molestias ingerit, & ægritudines generat, de conse. d. 5. nihil, & c. ne tales.

Quod gulosi non aliter festa sanctorum putant celebrare, nisi gulę deseruiant, 44.d. §.1. in fi.

Quod ægritudines quas gula infert, fames curat. de consec. dist 5. legimus.

HABERE. Quod habere potest ecclesia proprium, exemplo domini, 12 q.1. exemplum, & ca. seq.

Quod perfecti proprium non habēt nec habere concupiscunt, qui non suorum, sed cōmunium sunt possessores, 1.q.2. sacerdos.

Quod religionem professi proprium habere non debent, 12 q.1 scimus & tribus c. seq. & c. habebat, & c. seq. 18.q.2. quam sit § nullus.

Quod habentibus eleemosynam dare nihil aliud est quam perdere, 1. q 2. pastor.

HABITATIO. Quod habitatio vera Christi est ecclesia, quæ fidem ipsius seruat. 24.q.1. quæ dignior.

Quod Deus non habitat in illis qui per superbiæ singularitatem se a melioribus diuidunt, 24 q.1. audiuimus, ante med.

Quod sicut filii Israel disperdere nō potuerunt Iebusæos qui in medio ipsorum habitarent, sic boni non possunt euadere falsos Christianos 11.q.3. nolite recedere, per totum cap.

Quod non possunt cum Deo toto corde habitare, qui fœminarum accessibus copulantur. 32.d. hospitiolum.

Quod nullus clericus cum extranea fœmina debet habitare. 81.d. clericos, & duobus c. seq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco non debent habitare 18. q 2. in nullo loco, & quatuor cap. seq.

Quod habitatores præponuntur extranis in pluribus in constitutione archidiaconi 93.d. legimus.

Item in constitutione œconomi. 89. d. quia.

Item in episcopo eligendo, 7.q.1. remoto

Item in abbatis electione, 17. q.2. quam sit.

Item in episcopi accusatione, 2.q.7. quærendum.

Item in defuncti episcopi rerum cōseruatione 12. quæst. 2. non liceat alicui.

HABITVS. Quod habitus clerici non in vestibus, nec in calceamētis decorem debet prætendere, 41. d. clericus, & §. seq. & cap. parsimoniam.

Quod clerici in habitu suo, nec sericis, nec aureis intexturis, nec in summitate vestimentorum variorum colorum ornamentis vti debent 21 q.4. omnis iactura, & quatuor c. seq.

Quod religiosorum habitus non debent esse notabiles, nec diuersi coloris, sed conuenientes pœnitentiæ, & deuotioni, 20.q.1. vidua.

Quod religiosus habitum professionis suæ tam in lecto, quā in aliis locis debet deferre 20.q.1. vidua.

Quod mulier quæ propter ludum habitum hominis virilē assumit, anathema incurrit 30. dist. si qua mulier.

HELI. Quod Heli sacerdos sanctus fuit, sed quia filios non erudiuit, supinus cecidit, 37.d. legant.

Quod sicut propter filiorum Heli peccatū homines a sacrificio Dei detrahebātur, sic prauis exemplis prælatorum quotidie peiores fiūt 50 d. de his vero.

Quod sicut ex peccato filiorum Heli in manu hostiū populus corruit, sic plebs peccata prælatorum luit 1.q 4. ecclesia.

HELIAS. Quod Helias, vt ostenderet illum verum Deum esse quē colebat, orauit igne cœlesti quinquagenarios cōsumi, 23.q.4, si illic, §. sed obiicitur, & capit. quod Christus, & c. ea vindicta.

Quod precibus Heliæ cœlum clausum fuit annis tribus, & sex mensibus 23.q 4 sic illic, §. quod tunc

Quod Helias culturam Baal vindicauit, sacerdotes eius occidendo, 23 q 4. Guilisarius, circa fi.

HELISÆS. Quod Helisæus aspersione salis sterilitatem aquæ sanauit, de conse. d. 1. aquam sale.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum vadens, boues & omnem curam domesticam reliquit, 86.d. dominus.

Quod misit lignum in aquam, & ferrum securis contra naturam natauit, de conse. d. 2. reuera, post medium.

HÆREDITAS. Quod hæreditas secundum leges ab indignis successoribus potest auferri, 15.q. Siluester.

Quod hæredi non licet sine causa venire contra factum sui prædecessoris, 12.q. 1, Siluester, 16.q 6, illud.

Quod nullus exhæredato filio ecclesiam debet facere hæredē 17.q. vl. c. vlt. 23.q.2 si qui irascitur.

Quod episcopus res quas habuit hæreditario iure, libere potest conferre 12 q. 1. episcopi.

Quod clerici sunt funiculi hæreditatis Christi, 12.q.1. clericus.

HEREMITA. Quod sunt heremitæ qui vere, & pure solitariam vitam ducunt, 16.q. 1. qui vere.

Quod Ioannes baptista fuit de vita heremitica, 2.q.7. cap. vlt. §. item Ioannes.

Quod eremitica vita vera ac pura digna honore iudicatur, 16.q. 1. qui vere.

Quod heremitæ ne videātur esse acephali, debent subesse episcopis, 93 d. nulla, & capit. seq. 11.q. 1. si autem.

Quod heremitæ vtuntur priuilegio clericali sicut alij religiosi, 16.q.1 qui vere.

Quod heremita potest habere proprium, & condere testamentum, 19.q 3. perlatum, § econtra.

Quod heremitæ ratione proprij imperfectiores sunt monachis, quibus proprium non licet habere, 19.q 3 perlatum, § econtra.

HAERESIS. Quod hæresis Græce ab electione dicitur quòd s. eā disciplinam quam sibi vnusquisque elegit, putat esse meliorem, 23.q.3. hæresis.

Quod prima hæresis occasione corporis Christi, & sanguinis orta est in discipulis, de conse. d. 2. prima.

Quod post illa Arriana quę ponebat maioritatem gradus in personis, orta est in clericis, 16.d. sexta synodus, §. prima.

Quod tunc Christianitas in diuersas hæresis scissa est, quando propter fidei persecutores epi ad concilia celebranda in vnum non poterāt conuenire, 15.d. canones.

Di-

Diuersitatem hæresum & multiplicitatem earum, habes 24 q. 3. quidam autem hæretici, per totum.
Quod inter hæresim & schisma est illa differentia, videlicet quod hæresis est in peruersa doctrina, sed schisma in separatione ab ecclesia, 24. q. 3. inter hæresim.
Quod largo modo simoniaca prauitas dicitur impia hæresis, 1 quæstio 1. quisquis, cap. cum liqueat. & c. eos.
Quod simoniaca hæresis ortum habuit tempore apostolorum, 1. q. 1. fertur.
Quod diuina prouidentia diuersi erroris hæreses esse permittit, vt fideles astutiores reddantur, 24. q. vlt. c. vlt.
Quod nullum peccatum est grauius hæresi, 32. q. 7. quid in omnibus. 24. q. 4. quid autem. 22. quæstio. 2. primum.
Quod an grauius peccat q hæresim incurrit ignorans, an qui sciens auaritiæ deseruit, 6. q. 5. quæro.
Quod pro nullo alio quarto pro hæresi Papa potest conueniri, 40. di. si Papa.
HÆRETICVS Quod hæreticus est qui falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur. 24. q. 2. hæreticus.
Item hæreticus est qui aliter scripturam sacram intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, 24 q. 3. hæresis, 38. dist. quamuis.
Item hæreticus est qui præcisus est ab vnitate ecclesiæ, 4. quæst. 3. c. 1. & seq.
Item hæreticus est qui in vnam hęresiam damnatam incidit, 24. q. 1. Achatius.
Item hæreticus dicitur non qui errat, sed qui errorem contumaciter defendit, 24. q. 3. qui in ecclesia.
Item large simoniacus dicitur hæreticus, 1. q. 1. quisquis.
Item qui Romanam ecclesiam negat esse caput ecclesiarum, & qui auctoritati eius derogat, est hæreticus, 22 dist. omnes circa fin.
Item ille qui hæreticos defendit, nõ solum hæreticus, sed hæresiarcha dicendus est, 24. quęst. vlt. qui aliorum.
Quod pręsumptio sensus proprii via est ad hæresim. 24. quęst 3. quid autem.
Quod qui in expositione scripturæ locum, tempus, & personam non attendit, de facili in erroris labyrinthum cadit, 29. dist sciendum.
Quod non sunt inter hæreticos cõputandi qui errorem ab aliis recipientes parati sunt postponere, 24 q. 3. dixit.
Quod sicut ipsi hæretici damnandi ab ecclesia, sic & scripturæ eorum, 15. distin in primis. § Montanus.
Quod hæretici excommunicati sunt ipso iure, 24. q. 1. Achatius, & duobus c seq.
Item post mortem excommunicatur, 24. q. 2. sane profertur per totum cap.
Quod consortium & communio hęreticorum sunt fugienda, 24. q. 1. aduocauit, & cap. seq. & quęst 3. clericus.
Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula sunt appellanda. 24. q. 3 clericus.
Quod sacramenta hæreticorum in forma ecclesię tradita sunt bona, quia non sunt humana, sed diuina. 23. q. 4. quid faciet.
Quod scienter non debent ab ipsis (etiam in necessitate) sacramenta recipi, 24. q. 1. si quem forte, & duobus cap. seq.
Quod nec danda sunt ipsis à catholicis sacramenta, 24. q. 2. nec quisquam.
Quod hæretici non habent salutem in se, nec potestatem in alios, 14. quæstio, 2. quandocumque, & cap. vbi.
Item quod non possunt contra fideles testificari, 2. q. 7. non potest. & c pagani.
Item nec ipsos accusare possunt, nec iudicare, 4 quæst. 1. cap. 1. 25. quæstio 2. omne.
Item nec excommunicare possunt, nec condemnare, 24. q. 1. ait. & duobus c. seq.
Quod hæreticos accusare etiam infames personæ possunt, 6. q. 1. nos. § sed licet, & c. seq.
Quod hæreticus hæreticum excommunicare potest, non catholicũ, 24. q. 1. miramur, §. 1.
Quod hæreticus excommunicatus ab hæretico propter crimen à catholicis propter detestationem culpę non est recipiendus, 24. quæst. 1 quisquis, & c. seq.
Quod reges & principes terræ debent hæreticos persequi, & habent ecclesiam tueri, 23. q. 4 non inuenitur, & c. sicut excellentia.
Quod hæreticus sunt cogendi & cõpellendi ad fidei quam relinquerunt receptionem. 23. q. 4. nimiũ. vsque ad fin. quæstionis.
Item possunt compelli, per rerum tẽporalium spoliationem, 8. distin. quo iure, post medium, 23. q. 4. ipsa pietas, & c. qui peccat.
Item sunt cogendi vel dominandi per corporalem punitionem, 23. q. 4. displicet, & c. seq. & q. 5. c. 1. & duobus c. seq.
Quod in persecutione eorum non ad res eorum, sed salutem respectus est habendus, 23. quæst. 4. ipsa pietas, in fin.
Quod inuentor hęresis & imitator pari damnatione plectuntur, 24. q. 1. c. 1.
Quod redeuntes debent recipi cum scriptura, quę continet detestationem præteriti erroris, & veræ fidei confessionem, 1 quæstio 7. si qui voluerint, c. quoties, & c maximum, & cap. seq. 26, q. 6. his qui tempore in fi. de consec. dist. 2 ego Berengarius.
Quod redeuntes ad pristinam dignitatẽ non admittuntur de iuris rigorem, 1. q. 7 c. 1.
Quod humiliter redeuntes ad pristinam dignitatem restituuntur de benignitate ecclesiæ, 1. quæst. 7. conuenientibus, & c. didici, & c. maximum, 23. q. 4. ipsa pietas.
Quod redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem, duodecima distinctio. 1. quæst. 7, saluberrimum.
HENRICVS. Quod Henricus primus Imperator priuilegio renunciauit quod Romani pontifices propter schismaticos & hæreticos contulerant Imperatoribus super prouisione & super inuestitu ris episcoporum, 63. distin. constitutio.
HISTRIO Quod histrio ad accusandum non admittitur, quia infamis est, 4 q 1. diffinimus.
Quod clerici maxime in sacris constituti, in conuiuiis vbi histriones sunt, non debent interesse, 34. dist. presbyteri.
Quod histriones prohibentur ad ordines promoueri, 33. distinct. maritum.
Quod nec Eucharistia in tali statu manentibus dari debet de consecr. dist. 2 pro electione.
Quod histrionibus propter suum officium res suas dare, peccatum est immane, 86. dist donare.
HOLOCAVSTVM. Quod holocaustum spirituale est ieiunare, eleemosynam dare, pudicitiam polliceri, 24. quæstio 4. odi. & proieci.
HOMICIDIVM Quod homicidium tres habet species, sunt enim homicidæ interfectores, & odium habentes de pœnitentia. dist. 1. homicidiorum, & quattuor cap. sequen.
Quod primæ speciei homicida est, quia non tantum de facto sed etiam de concilio vel fraude aliquẽ occidit, de pæn. distn. 1. periculose. & cap. noli.
Quod omnes vulnerantes tandem mortuum, vel consilium, vel auxilium prębentes, homicidę iudicantur, 23. q. 8. c. vlt. 21. q. 2. aliquando.
Quod non habens publicam administrationem, si maleficium, vel qualemcumque criminosum interfecerit homicida iudicabitur, 23. q. vlt. quicunque percutit. & q. 4. ille gladium.
Quod ille minister est homicida qui sponte sua illum occidit, quem scit etiam à iudice occidendum. 23. q. 5. cum minister.
Quod homicida est qui abortum viuentis animæ procurat. 32. quæst. 2. quod vero.
Item qui sibi voluntarie membrum virile absciderit. 55. dist. si quis absciderit.

Quod quicumque qualicumque modo se occiderit, homicida iudicatur, 23.q.4.displicet, post med.q.5 si non licet. per totum cap.
Quod videtur, quod propter periculum castitatis licet seipsum occidere. 23.q.5 non est.
Quod Samson qui seipsum occidit cum aliis. per instinctum spiritus sancti, de crimine excusatur, 23.q.5. si non licet, ante fin.
Quod pro illis qui suipsius homicidæ sunt, non est orandum: nec sunt cum fidelibus sepeliendi, 23.q.5 placuit vt hi.
Quod ad homicidium miscere se cũ aliis quilibet debet formidare 23. quæstio. 8. si in morte Longobardorum.
Quod nulla lex innocentem occidere concedit, 23. quæstio. 5 si non licet.
Quod homicidia maxime clericorum per iudices sæculares sunt vindicanda, 23.q.5. sunt quædam.
Quod principi uel iudici iuste officium exercenti; homicidium ad culpam, non imputatur, 23.q.1. noli, & c. seq. q.5. de occidendis, & c. miles, & quatuor c. seq. & c. non frustra. & quinque cap. seq.
Quod reum non iudex sed lex occidit, & si parcit, contemptor est legis, 23.q.5. miles. & c iudex, & cap seq.
Quod perimere malos auctoritate principis, non est committere homicidium, 24 q vlt. quicunque percutit, & q.5 miles.
Quod sancti patres zelo iustitiæ occidendo merebantur, 23 q 4 ca. ea vindicta, & q 5 remittuntur, & q. 8 legi, & c. seq.
Quod cum impius interficitur, Christus dilatatur: quia abominatio aboletur, 15 q.1 nec is qui.
Quod excommunicatos zelo iustitiæ occidendo homicidium non incurritur, 23.q 5. excommunicatorum.
Quod ad depressionem inimicorum Christi licet clerico hortari laicos nec ex hoc homicida reputatur, 23. quæstio. 8. igitur, & nouem c. sequen.
Quod clericus non debet esse iudex in causa sanguinis; quia ex hoc efficitur irregularis, 50 dist. miror & quatuor c seq. & c. de his clericis, & c. studeat.
Quod furioso vel mente alienato homicidium ad pœnam non imputatur, 15.q.1 illud. § itaque in fi. & cap. aliquos, & capit. si quis insaniens.
Quod nec pure casuale homicidium quantum ad pœnitentiam imputatur, 50 distin. hi qui arborem, & c. seq 15.q.1 nec is, & c. si quis, 23. q 5. de occidendis.
Quod nec casuale imputatur homicidium ad irregularitatem, 50. distinctio. clerico, & c. sequen & c. eum qui, & cap. hi qui arborem.
Quod pro homicidio in voluntario vbi sufficiens cautela non adhibetur, secundum magis, & minus, leuior tamen quam pro alio homicidio pœnitentia est imponenda, 50. distinct. studeat, & quatuor capit. sequen. 15. quæstio. si quis non.
Quod vbi per culpam quis in necessitatem homicidii venit, de homicidio non excusatur, 15.q 1. illud § itaque.
Quod ubi sine culpa quis ad necessitatem peruenit homicidii, non imputatur, 50. dist. sæpe.
Item si dedit operam rei licitæ, & omnem cautelam adhibuit. non imputatur, 50 dist hi qui.
Quod cum quis defendendo se, vel socium homicidium committit, minus imputatur, 23.q. 5. non est iniquitatis.
Quod interpretatiue homicida dicitur qui cum possit, tamen morientibus non succurrit, 86. distin pasce, 6.q.1. decimæ. in fi.
Quod pastor cum delinquentes non arguit, ipsos tacendo occidit, 43. distin. Ephesus.
Quod qui res episcopi vel ecclesiæ rapit. homicida iudicabitur 12 q. 2 qui Christi, & cap. qui abstulerit.
Quod negans pœnitentiam morienti homicida dicitur, 26 q.6 cognouimus.
Quod ille qui aliquem ad peierandum scienter compulerit, dupliciter est homicidia, idest sui ipsius, & alterius, 22.q.5 ille.
Quod qui alium occidit, & qui alii detrahit, seipsum occidit, de pæn. dist. 1 homicidiorum.
Quod homicidæ per ecclesiam cogendi sunt ad pœnitentiam agendam 24 q.3 itaque.
Quod quia diuersi sunt modi homicidii, iuxta hoc & diuersitas culpæ debet pensari, 23. quæst. 5. cum. homo.
Quod voluntarie vel furore laicum occidens septem annorum pœnitentia est puniendus, 50. distinct. si qua.
Quod clericum vel religiosum occidens punitur pœnitentia grauiori 17.q.4 qui occiderit.
Quod occisor patris vel matris pœnitentia punitur ampliori, 33.q.2. latorem.
Quod pro vxoris homicidio pœna grauissima imponitur, 33.q.2. admonere.
Quod occidens vxorem absque lege vel sine causa. non debet nubere, tamen cum adolescente potest dispensari, 33 q.2. interfectores. & duobus c. seq.
HONOR. Quod honor non est suscipiendus, nisi prius is qui adipisci desiderat, vires suas cum onere mentiatur, 1.q.1 non est putanda, & c fertur in fi.
Quod si ad honores mundi sine merito laboris non peruenitur, multo fortius ad honores cœlestium dignitatum, 61. distinct. miramur. in fine.
Quod honor etiam à digno cum metu est suscipiendus, 1.q.1. non est. in fi 63. dist. Valentinianus.
Quod nemo debet sibi honorem assumere nisi a Deo vocatus, 8.q.1. in scripturis.
Quod honor contemnenti, & fugienti est offerendus ibid.
Quod honor per ambitionem susceptus vergit ad culpam, & ad pœnam. 40. dist. multi. 1.q.6. sicut 8. q 1. sunt.
Quod prælatus non suum sed honorem ecclesiæ debet cupere, 99. dis. ecce.
Quod qui honore est maior, in sanctitate, & in solicitudine debet esse perfectior, 100. distinct. rationis. 1 q.1. uilissimus.
Quod non qui maior fuerit in honore, est iustior, sed qui iustior est, ille est maior, 40. distinct. multi. in fine.
Quod tunc prælatus honoratur quãdo à suis subditis honor quilibet debitus non negatur, 99. dist. ecce. in fi. & c. nullus.
Quod quanto quis in maiori honore constitutus peccat, tanto plus est puniendus 5. quæstio. 6. quis: § presbyteri.
Quod honor indebite oblatus est respuendus, 99. distinctio. nullus.
Quod honor sic singulis exibendus est, ut ex hoc nulli derogetur, 99. dist ecce 11 q 3 qui resistit, 25.q. 2. de ecclesiasticis.
Quod sacerdos in persona Dei cuius minister est, honorantur, 3.q.4. habet, in fine.
Quod sacerdotes sunt honorandi, quos Deus, dicens ipsos Deos: & Angelos honorauit, 11. qu 1 sacerdotibus.
Quod dilectores huius sęculi pro honore terreno multa tolerant, pro honore cœlesti pauca, 47. dist. omnes, in princ.
HOSPITALITAS. Quod hospitalitas per ipsum Christum cõmendatur, 42 dist. §. 1.
Quod hospitalitas exercenda est ad omnes indifferenter, 42 dist quiescamus.
Quod hospitalitas omnibus exemplo sanctorum patrum persuadetur. 42. dist. §. 1.
Quod zelandum est pro hospitibus quia hospitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis custoditur, 32. q.7. offerebat.
Quod res clericorum debēt esse cõmunes, maxime ad susceptionem peregrinorum, & hospitum, 16.q. 1 quoniam quidquid.
Quod hospitalitas maxime à prælatis, & religiosis est seruanda, 89. distin. volumus 12.q.1. quia circa finem. & q.2.
Quod prælatus domum suam hospitibus claudens non potest esse hospi-

c. si quis presbyter 76. distin. ieiunium de consecr. distinct. 3. ieiunium, & cap. ne quis.
Quod nec ieiunandum est tempore Paschali vsq; ad Pentecosten. 76. distin. ieiunium, §. non autem, & cap. seq.
Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, non sunt arguendi. 76. distinct. post, & c. vtinam.
Quod hora meridiana in ieiunijs est comedendum, de consec. dist. 1. solent.
Quod in quadragesima ieiuniū soluit qui antequam vesperas dicit, vel audit, comedit, de cons. dist. 1. solent.
Quod in ieiunijs quatuor temporum, & in vigilia Paschæ circa vespertinam horam est celebranda, & postea comedendum, de consecra. dist. 1. solent.
Quod ordinans, & ordinandus debent esse ieiuni 75. dist. quod a patribus, & c. seq.
Quod excepta causa infirmitatis nō debent cōmunicari ieiuni. de consec. dist. 2. liquido 50. dist. presbyteros 26. q. 6. si quis. de corpore 4. distin. denique. in fi.
Quod moderantia cibi est in ieiunijs habenda, de conse. dist. 5 non dico, & c. seq.
Quod in ieiunijs (maxime quadragesimæ) est a magnis piscibus, & cibis laicis, & potibus abstinendum. 3. dist. denique.
Quod ieiunium debet esse mūdum. 18. distin. habeatur 86. distin. quid prodest.
Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo 35 dist. 6.
Quod ieiunium delinquentis vulnera curat, & curatos sanctificat, de cons. dist. 5 sint tibi ieiunia.
Item satisfacit pro commissis 76. distin igitur.
Quod viuentium ieiunia sunt defunctorum auxilia 13. q. 2 animæ.
Quod ieiunium ex causa redimitur eleemosyna 82. dist. presbyter. ante finem.
Quod duorum vel plurium dierum absque cibo ieiunia prohibentur. de conse. dist. 5. non dico, & duobus c. seq.
Quod an melius ieiunat qui sæpius parum, quàm qui ingurgitando lautius rarius comedit, de consec. dist. 5. non dico, & duobus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Abstinentia.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat stupro sui corporis ad immolandum idolis 23. q. 4. si illic. §. quod tunc.

IGNIS. Quod est ignis intensæ deuotionis, qui inflamat sacrificia deprecantium. 1. q. 1 cum scriptura.
Quod est ignis veræ contritionis, quo igne decoquuntur, & purificantur pœnitentes 27. quæst. 1. impudicas.
Quod est ignis indebitæ vltionis, à quo prohibiti sunt Apostoli ne exurerent Samaritanos 23. quæst. 4. quid faciet in fin. & c. seq.
Quod est ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus coniugatus positus nescit ardere 33. q. 4. vir cum propria, in fine.
Quod est ignis ambitionis, & cupiditatis: qui tamquam ignis alienus exurit, & mundat de pœ. dis. 2. inter hæc.
Quod est ignis diuinæ consolationis, qui culpam exurit, non hominem, & sanat pure confitentes, de pœn. dist. 3 inter hæc.
Quod est ignis futuræ purgationis, qui excedit omnem præsentem pœnam 25. distin. qui in aliud. de pœn. dist. nullus expectet.
Quod ignis purgatorius post hanc vitam credendus sit 25. dist. qualis, in fi 33. q. 2. admonere, circa med. 1. q. 3. peruenit. de pœn. distin. vlt. nullus expectet.

IGNORANTIA. Quod ignorantia est triplex, videlicet bona, mala, & indifferens. 38. dist. quamuis. & §. seq.
Quod bona est ignorantia eorum qui dant occasionem ad peccandum, quę nescire melius est quam scire 38. dist quamuis.
Quod mala est ignorantia quando ea quæ Dei sunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur. 38. dis. qui ea.
Quod indifferens ignorantia est in his in quibus nihil interest ad regnum Dei vtrum sciantur an non. 22. q. 2. in quibus.
Quod alia est ignorantia facti, alia iuris 1. q 4. turbatur, §. notandum. 22 q 4. innocens.
Item ignorantia facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa, & supina.
Ignorantia simplex est vera, & non simulata, in qua peccantibus est parcendum. 11. q. 3. excellentissimus, & c. sequen. 26. q. 2. c. vlt. 1. q. 4 §. vlti. vbi agitur de idololothytis.
Ignorantia probabilis est, quæ probari potest ex hoc, ꝙ excusabilis est pro tanto 1 quæst. 1. si qui a simoniacis.
Ignorantia crassa, & supina est quando factum omnibus publicū ignoratur: quæ neminem excusat sicut Iudæi non excusantur, quia Christum aduenisse ignorant. 1. q. 4 c vlti. 12. q 2. qui, & diuinis. 23. q. 1. paratus, circa med. 11. q 3. curæ. 8 quæst. 1. licet ergo. 20. distin si decreta. 16. distin. quod dicitis.
Ignorantia iuris alia est iuris naturalis, quæ omnibus adultis & discernentibus est damnabilis: iuris ciuilis, & canonici, quæ quibusdam permittitur ignorare quibusdam non 1. q. 4 §. vlt, in fine.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excusat a tanto 34 quæstio. 1. si quis dederit 32. quæstio. 6. quemadmodum. 6. quæstio. 1. quæro.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici non excusat a toto. 1. q. 4. §. vlt ante fin. 28. distinct presbyterum.
Quod filij Israel circa promissionē Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, sed non iuris 22. q 3. innocens, §. 1.
Quod ignorantia inuincibilis, quæ est ex fauore vel dementia, si est ex casu, non imputatur: si autem venit ex culpa, noxia est, 15. quæstio. 1. si quis insaniens, & cap. proxi. & cap. illud relatum. §. itaque.
Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excusat a tanto, sed non a toto. 32. q. 7. quemadmodum.
Quod affectata ignorantia est quando quis non vult intelligere vt bene agat. 37. dist. c. vlt.
Quod ignorantia est mala, & periculosa, quia mater est cunctorum errorum. 38. distinctio. ignorantia.
Quod licet laicis sit noxia, sacerdotibus tamen qui ducatum præbere debent alijs, est periculosior. 37. dist. c. vlt. §. itaque, & 38. dist. c. 1. & sex cap. seq.
Quod ignorans non semper errat. 38. dist quamuis.
Quod dicitur quis ignorare quando nō cognoscit illud esse peccatum quod facit, vel non tantum quantum est, talis excusatur pro tanto, sed non pro toto 8. distinct. consuetudo.
Quod qui ignorat modum, & qualitatem facti, ipse tunc peccat quando de ignorantia iuris laborat 8 distinct. consuetudo exemplum de Paulo, sed tunc non peccat quando facti ignorantiam habet. 34. q. 1. in lectum.
Quod qui dando operam rei licitæ ignorans quid ex facto suo sit secuturum, vt ille qui volens pātrē suum a Leone liberare, sagittam mittit, & patrem occidit, non peccat 23 quæst. 5. de occidendis. 50. dist. sæpe.
Quod licet aliquis ignoret se debere continere recipiendo ordinem, ex eo, quod recepit ordinem, tenetur continere. 27. distin presbyterum.
Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad sacros tamen ordines nō potest promoueri, de consec. distin 4. quis bis.
Quod qui patre procurante ecclesiā simoniace licet ignoranter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit. 1. quæstione. 5. eos qui, §. ex hac.

IMITATIO. Quod imitatio Christi necessaria est nobis, ne ab ipsius

sint corpore separemur 56. dist. dominus, 82. dist. proposuisti.
Quod filii Dei sumus, & ipsum imitari debemus, 56. dist Dominus.
Quod Christus dedit exemplũ imitationis in patientia & humilitate, 93. dist. Dominus.
Quod superiores nostros in bono imitari parati esse debemus, 22. distin. de Constantinopolitana, 63. dist. Valentinianus.
IMITATOR. Quod imitator debet se totius virtutis imitatorem ostendere, 63. dist. Valentinianus.
IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in litera y.
IMPERATOR. Quod imperator catholicus filius est non p̄sul ecclesiæ, 96. distinctio. si Imperator.
Quod nihil honorificentius quam ꝙ imperator filius ecclesiæ dicatur, 23. q. 8. conuenior, ante fi.
Quod Imperator Constantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Roma na & in Italia & in partibus occidentalibus concessit, 96. distinct. Constantinus.
Quod nulli Imperatori licet decernere de electione summi Pontificis, & de rebus ecclesiasticis, 96. dist. §. 1.
Quod Imperator aduocatus, & defensor debet esse ecclesiæ, 97. dist. ecclesiæ meæ.
Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ, & bona ecclesię defendere, 63. dist. tibi Domino.
Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vsurpare, 96. dist. cum ad verum.
Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio, non Papa ex Imperatoris. 10. dist. Domino sancto.
Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare, 63. distin. Valentinianus. 96. dist. duo sunt.
Quod Imperator potest interesse cõcilio pontificis pro confirmatione fidei alias nõ, 96. distin. nos ad fidem, & c. vbinam, & c. satis.
Quod nec spectat ad Imperatorem pręlatos ecclesiæ iudicare, 96. dist. si Imperator, & c. in scripturis.
Quod imperiali iudicio nõ possunt ecclesiastica iura dissolui, quia Imperator subest ecclesiæ, 10. distin. per totum.
Quod ab Imperatore non potest peti cognitio publicorum iudiciorum clericorũ: sed episcopale põt peti, 11. q. 1. placuit vt quicunque 11. q. 5. si quis a proprio.
Quod Papa potest Imperatorem excommunicare, quia Gelasius Papa Anastasiũ Imperatorem excõmunicauit, 96. dist. duo sunt. Vide quod ibi not.
Quod Papa Zacharias, deposito rege Francorum, tradidit regnum Pipino patri Caroli imperatoris, 15. q. 6 alius.
Quod Ludouicus Imparator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerunt priuilegio super ꝓuisione Papę, quod summi Pontifices propter schismaticos contulerant Imperatoribus, 63. distinct. per totum. & cap. præcipuæ. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

IMPOSITIO. Quod impositio manus quia non est aliud quam oratio super hominem repeti potest, 1. q. 1. manus.
Quod hi qui baptismum ab hęreticis susceperint, non sunt rebaptizandi, sed tantum per impositionem manus sunt confirmandi, 1. q. 1 hi qui baptisma.
Quod cum episcopo benedictio super caput e funditur omnes episcopi præsentes, manus imponendo debent ipsius caput tangere, 23. di. episcopus.
Quod episcopo presbyterum ordinante, & manum super caput eius ponente omnes præsentes presbyteri debent manus suas iuxta manum episcopi tenere, 23. distinct. presbyter.
Quod diaconus & sacerdos quando ordinatur accipiunt manus impositionem. 5. q. 6. quia iuxta, 23 dist. diaconus.
Quod episcopo manus imponente super ordinandum, & alio orationem. dicente nihil agitur. 22. dist. quorundam.
Quod subdiaconus, quia in ordinatione sua impositionẽ manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. dist. subdiaconus.
Quod absque impositione manus episcopi, etiam si tonsuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publice in ecclesia legere, 69. dist. quoniam.
Quod abbati cui imposita est manus per episcopum, & est presbyter; licet in proprio monasterio conferre duos minores ordines, 69. dist. quoniam.
INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artibus, siue ex caracteribus proueniens, siue ex consultationibus dęmonum, damnabilis est, 26. q. 2. illud.
Quod attendere inanem signorum in cœlo fallaciam, in coniugiis sociandis, in domibus ędificandis, & in arboribus plantandis, incantatio illicita est, 26. q. 5. non liceat.
Quod infideles reputantur matres, quæ pueris suis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noster, & Credo in Deum, quærunt ligaturas sacrilegas & incantationes 28. dist. quoniam non ante med.
Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedii præstãt, 26. q. vlt, admoneant,
Quod gemmę vel herbæ ad infirmos possunt portari sine incantatione, 26 q. vlt. c. vlt.
Quod incantationes ab ecclesia sũt reiiciendæ, 26. q. 5. non oportet. & c. auguriis. & c. vlt admoneant.
Quod incantatores sunt infames, 6. q. 1. infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. Quod incendiarius dicitur non solum qui facit, sed qui iubet & consentit. 23. q. vlt. si quis membrorum.
Quod incendiarii nocturni pręcipue rerum ecclesiasticarum sunt grauius puniendi. 11. q. 2. cum deuotissimam.
Quod incendiarii sunt à communione fidelium quousque satisfaciant separandi, 23. q. vlt. si quis membrorum.
Quod incendiarij ex odio vel malitia, & ipsis consentientes sunt excommunicandi, 23. q. vlt pessimã.
Quod incendiarii cum satisfactione præteritorum, & iuramento de vltra non committendo, debent absolui, 33. q. vlt. ad pessimam.
Quod quia forma absolutionis incendiariorum concors est cum forma absolutionis excommunicatorum, videtur, quod à canone ipso facto sunt excommunicati, 23. q. vlt. pessimam.
Quod episcopus qui pęnitẽtiam incendiariorum, quæ est per annum esse vltra mare, relaxauerit, ab officio episcopali per annum abstinebit. 23. q. vlt. pessimam.
Quod incendiarius si sine satisfactione & pœnitentia mortuus fuerit carebit ecclesiastica sepultura, 23. q. vlt. pessimam.
INCÆPTIO. Quod incœptio siue inchoatio bonæ vitæ non potest fieri nisi cum charitate. de pœnit. dist. 2. §. non autem.
Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pęn. dist. 2. si enim inquit.
INCESTVS. Quod incestus est consanguineorum vel affinium abusus, 36. quæst. 1. lex illa, §. cum ergo.
Quod virgines quę post consecrationem nupserint, non tam adulteræ quam incestæ sunt, 27. distinct. virgines.
Quod incestum committit, qui spõsam fratris sui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem, 27. quęstione secunda, si quis desponsauerit.
Quæ sunt personę consanguineę vel affines cum quibus incestus committitur, habes, 35. q. 3. de incestis & c nec eam.
Quod incestus quantum ad peccatum grauior est adulterio, 32. q. 7. adulterii.
Quod incestuosus nec testificari, ne

accusare potest, quia infamis. 3. q.4.consanguineorum.6. quæst.1. infames.

Item incestuosi à communione fidelium sunt separandi. 25. q. 8. cap.vlt.

Item incestuosi non debent matrimonium contrahere. 32.q.7.quædam,& quinque c.seq.34. q.vlt.in lectum.

Quod incestum committens ex sua culpa, post mortem viri non debet contrahere, 34.q. vltim.in lectum,& c.seq.

Quod possunt contrahere matrimonium quorum incestum excusat ignorantia, 34 q.vlt.in lectum,& c seq.

Quod filii de incenstu procreati non reputantur filii quantum ad paternam successionem, 35. q 7.cap. 1.

INCONSTANTIA. Quod inconstantia animi perpenditur quãdo episcopus vel presbyter dimissa sua ecclesia propria temeritate, sine causa alibi vagatur, 7.quæst. prima non oportet, vsque ad §. quod vero.

Quod inconstans prælatus indicatur, qui propter tribulationem à grege sibi commisso se elogat, 7. quæst.1.suggestum, & duobus ca. sequen.

Quod inconstantia in vouentibus castitatem, & non seruantibus reprobatur, 17.q.1.vouentibus.

Item à monachis à professione sui nominis,& religionis, & à religione recedentibus, 16.q.1. si cupis, & c. placuit,& c iuxta.

Quod incõstantes sunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipiant, 17.q.1.qui bona.

INCORRIGIBILITAS. Quod incorrigibilitas in episcopo est detestabilis, 34 distin. quorundam.

Quod qui sacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab ecclesia sunt separandi, 16.q.1.in canonibus,in fi.

De hac materia habes vbi agitur De Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitentiam. 1.q.7. si quis omnem.

Quod bonus est Dominus in omnibus, & aperta viscera eius omni homini pænitenti, prima quæst.7. si quis omnem,post.med

Quod Deus peccatori conuertenti se, præstat indulgentiam,de pæniten.distin.1.facilius,§.hoc idem.

INDVCIÆ. Quod induciæ tam actori quam reo dandæ sunt a iudice, ne à quacumque parte propere agatur,vel per surreptionem. 3.q 3.induciæ.

Quod induciarum tempus quantum ad testium vel instrumentorum productionem. si in eadẽ prouincialis agitur tres mẽses: si uero in alia vicina, tantum sex: si uero in vltramarina, nouem menses indulgentur, 3 quæstio. 3.induciæ.§. primo.

De aliarum rerum iudiciis habes. 3.q.3. iudiciæ accusatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione,& vbi agitur de acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia non de facili debet credi, sed probata citius vlcisci, 11.q 3.in cunctis.

Quod duplex est infamia, videlicet iuris canonici, quę est crimẽ mortalis peccati vel excommunicationis, hęc tollitur quantum ad culpam per pœnitentiam,& absolutionem 6.q.2. illi qui.sed quantum ad infamiæ notam,si sunt clerici, non tollitur, nisi per Papã 2. q.3. Euphemium, § hinc autem.

Alia est infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogatur Aliquando enim contrahitur genere delicti. Aliquãdo genere pœnę.Aliquãdo genere vtriusque. Aliquando genere facti, 3. q 7 infames,in fi. & §. porro. Huius infamiæ notam non potest delere nisi ciuilis iudex,cuius interest legem condere. 2.q.3.Euphemium,§ proximo.

Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina dispositione, vt purgentur vel probentur 6.q 1. sunt plurimi.

Quod in infamia ad cõstantiã recurrẽdum est,& si non inuenitur malum quod dicitur in lætitiam debemus prosilire, 11.quæst. 3.inter verba.

Quod in infamia si nobis testis, est in cœlo, & testis in corde, dimittendi sunt stulti foris loqui quod volũt, 11 q.3.inter verba,& c seq.

Quod non omnes leges, canonum sunt infames quos leges sæculi infames pronunciãt, 2.q.3. Euphemium,§.proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, secundum leges sęculi sit infamis, secundum canones non est infamis,2.q 3.Euphemium, § proximo.

Quod multa, & varia sunt crimina quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur 3. q. 5. constituimus,& 6.q infames.

Quod fidei Christianæ & auctoritatis apostolicæ status, præuaricatores sunt infames.2 q.7 alieni.

Item omnis hæreticus, & infidelis est infamis,2.q.7. alieni.6.quæst.1. infames.

Item simoniacus.11 q 3.sane.

Item omnis apostata qui à tramite propositi sui recessit.2 q.7 alieni, 3 quæst.4 si quis a uero.

Item omnis incestus macula pollutus,3 q 4.consanguineorum.

Item infamis est clericus qui ex sua culpa irregularis efficitur, sexta. q.1.omnes vero.

Item infames sunt qui superiores suos calumniose impetunt,3.q 4. consanguineorum,

Item omnes patrum inuasores 3. q.5.omnes.

Item omnes episcoporum, vel abbatum calumniosi accusatores, vel conspiratores 3. q.4. clericus, & c.seq.11.q.1. conspirationum

Item omnes qui malitiose aduersus sacerdotes armantur. 6.q.1.sacerdotes.

Item histriones, & omnes turpitudinibus deseruientes, 4 quæstio.1. diffinimus.

Item sepulchrorum violatores 6. q. 1.infames.

Item ecclesiasticorum prædiorum direptores.17.q.4 attendendum.

Quod nõ est communicandum malis, ne infamiam male agentium in nos transferamus.14. q.vltim. hi qui.

Quod infames nec aduocatus, nec procurator esse potest. 3. q.7. infamis.

Item nec accusator,nec testis esse potest 3.q 4 nulli, & q.5. omnes 4. q.1 diffinimus. 6.q.1. beatus, & c seq.

Quod infamia maxime clericorum propter scandalum aliorum inducit purgationem.2. q 4 presbyter, & duobus cap seq.

Quod accusans de crimine,& probare non valens infamis efficitur. 2. q 4 c 1 & 5 q vlt.omnis qui.

Quod infamatores hominum sunt peiores direptoribus rerum.6.q.1. ex merito.& cap.deteriores.

Quod infamatores hominum sunt etiam corporaliter affligendi. 5. q. 1. c.1.& q. 6.delatori. & cap.si quis.

Item infamatores sunt excommunicandi, 5.q 1.quidam,

Quod infamis dicitur locus vbi crimen committitur,31. quęst.5.tolerabilius.

Quod lupanaria non infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.

INFIDELITAS. Quod an infidelitas est credere se cum multitudine mulierum per multa terrarum spatia noctis tempore super quasdam bestias equitate vel huiusmodi phantasmata à malignis spiritibus mentibus, & non corporibus irrogentur, 26. quęst.5.episcopi.

Quod sacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia non talia patitur corpus, sed infidelis animus, 26.quæst.5. episcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS. Quod infirmitas duplex, est, videlicet corporis, & animæ 15.q.5.§. 1.& c.illud §. itaque 49.distin. hinc etenim,per totum.

Quod mentis siue animæ infirmitas duplicatur, vna est quæ vitium appellatur, quia infirmitate anima à Deó

a Deo separatur, vt est iræ, & odium, & huiusmodi.

Alia autem infirmitas animæ non est peccatum: sed pœna peccati, vt obliuio, & ignorantia 15 q 1. illud, § itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur. est enim ut langbor naturæ, quæ carnis concupiscentia siue fomes dicitur. Alia est quæ proprie corporis infirmitas appellatur, quia elementorum, seu humorum concordia turbata caro ipsa affici tur, & tandem dissoluitur. 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas sine causa à Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur 7. q. 1. percussio 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas corporalis excusat a pęna iudicis 17. dist. placuit, vt quemcunque.

Quod non posse comparere reputatur qui infirmitate detinetur. 5 q. 3. si ægrotans 18. distinct. si episcopus.

Quod infirmitas mentis, quæ est dementia; excusat à culpa in ipsa perpetrata & à pœna 15. q. 1. illud, §. itaque, in fi. 3 q. 9. indicas.

Quod episcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur episcopatu, sed datur ei coadiutor 7. q 1 fere per totum.

Quod propter infirmitatem mentis, seu dementiam potest alter ei substitui 7 q. 1. quamuis.

Quod episcopus, vel presbyter laborans morbo caduco suspenditur à sacrificio missæ, 7. q 2. in litteris.

Quod cessante infirmitate debet restitui qui propter infirmitatem est destitutus vel suspensus 7. q. 2. in litteris.

Quod vrgente infirmitate resignans beneficium, vouens intrare monasterium, & vltra non processit, si non intrat, restituitur ad beneficium 17 q 2 c. 1.

Quod proprium debet esse prælatorum compati infirmitatibus subditorum 24 q. 1. quæ dignior in fi.

Quod in infirmis non est pęnitentia iniungenda, sed innotescenda & amicorum orationibus, & eleemosynis subleuanda 26. q. 7. ab infirmis.

INGRATITVDO. Quod ingratitudo est reddere malum pro bonis 23. q. 3. sex.

Quod hoc vitium incurrunt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes à Deo recedunt. de pęn. dist. 5. considerct, §. dolendum.

Quod ingratitudo auctoritate canonum, & legum culpatur 12. q. 2. octaua.

Quod ingratitudo retrudit manumissum in seruitutem 12. q. 2. episcopus qui mancipium c. liberti ecclesiæ, & c seq.

Quod pro ingratitudine potest quis a suo domino priuari beneficio. 22. q. 5. de forma, circa finem.

INIVRIA. Quod iniuria pensanda est non ex opere, sed ex voluntate 15. q. 1 si quis non iratus.

Quod bonis dispensatione diuina infertur iniuria, vt purgentur 1. q. 1. sunt plurimi.

Quod iniuria propria patienter est sustinenda, sed Dei, vlciscenda 33. q 4. inter querelas & § seq.

Quod tempore Heliæ ignis non fuit pro iniuria prophetæ, sed Domini, cuius cultus spernebatur 23. q 4. si illic. §. sed obiicitur, & cap. Guilisarius.

Quod nostras, & nostrorum patienter exemplo sanctorum debemus tolerare iniurias 23. q. 1. per totū. & q. 4. qui secundum, & q 5 non est nostrum.

Quod iustus patienter tolerant iniuriam cęlestem meretur coronam. 11. q. 3 & fi. & c. qui iustus.

Quod à perfectis licite non verberibus, sed verbis moderatis iniuria propulsatur 23. q. 1 paratus.

Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur 11. q. 1. si quis sacerdotum.

Quod iniuria episcoporum est iniuria Christi, cuius legatione funguntur 2. q. 7. accusatio quoque, in fine.

Quod species eleemosinæ est iniuriam dimittere 45. distin. & qui, & duobus c seq.

Quod iniuria semel dimissa non debet amplius ad animum reuocari 23. q. 4 si illic.

Quod iniurians satisfacere tenetur læso, nec cogitur quis superbo indulgere prius quam humilietur. 23. q 4. si illic.

Quod nolens pro iniuria satisfactionem accipere inedia punitur 95. dist. si quis contristatus.

Quod secundum varietatem iniuriarum debet esse respectus pœnarū, de pœn. dist. 1. vulgaris, & c. penę. 50. dist quia.

Quod qui aufert sua ab inuito, non iniuriam infert 14. quæst. 5. non sane.

Quod cum alterius iniuria nulli est subueniendum 14. q. 5. forte, & ca. denique.

Quod nec Deo gratū est obsequium cum iniuria aliorum 14. quęst 5. c 1. & 2.

INIVSTITIA. Quod iniustitia iniquitate culpatur commissa in rebus proximiorum 14. q. 5. immo lans, & tribus c. seq.

Quod culpatur iniustitia relatorum commissa respectu subditorum. 23. q. 4. si quos post med.

Quod inculpatur iniustitia diuitum commissa respectu pauperum 42, distin. si quis. ante fin.

De iniustitia habes vbi agitur de Iustitia.

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, dignum est, vt alia castigatio non affligat 2. q. 4. Mennam 3. q. 9. dignum.

Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus esse arbitratur 22. quæstio. quarta, innocens.

Quod ad officium innocentis pertinet non solum malum non inferre, sed etiam mala cohibere, 23. quæstio. quinta, non est innocentiæ.

Quod qui non ex odio, sed amore corripit delinquentem: non solum castissimæ innocentiæ, sed diligentissimæ seueritatis impleuit officium 23 quęst. 4 ita plane.

An innocentes debeant præferri in prælatis lapsis pœnitentibus 12. dist. nos consuetudinem 16. q 1. legi. circa princ.

Quod videtur quòd exemplo Petri lapsus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis subditis nouit compati 50. distinctio. considerandum, & cap. fidelior.

INOBEDIENTIA. Quod inobedientia est peccatum ariolandi, & scelus idolatriæ nolle acquiescere 81. distinct. si qui sunt 32. distinct. præter hoc. §. porro.

Quod qui præcepto Papæ non obedit, peccatum idolatriæ incurrit. 81. distin. si qui sunt.

Quod omnes clerici, qui non sunt sub obedientia episcopi, sunt acephali 93. dist. nulla, & c. seq.

Quod vbi duo superiores mandant opposita, inferiori non est obediendum 11. q. 3. qui resistit, & cap. sequen.

Quod inobedientes paternis iussionibus, sæuioribus debent corrigi vindictis 23. q. 3. iustum est.

Quod inobedientia punitur per excommunicationem 18. distin. decernimus. 34. distin. quorundam. in fi. 11. quæst. 3. si autem, & trib. cap. seq.

Item punitur per depositionem vel degradationem 11. q. 1. si quis sacerdotum q 3 absit 34. dist. quorumdam in fi.

Item punitur per corporalem afflictionem 11. q. 1. si quis sacerdotum 7. q. 1. denique.

Quod propheta ad schismaticos missus propter inobedientiam à leone occiditur 7. q 1. denique.

IMPOTENTIA. Quod impotentia coeundi si post carnalem copulam superuenerit, non soluit matrimonium, si ante venit liberum facit alterum matrimonio alii copulari 27. quæstio. secunda, quod autem. §. ecce impossibilitas. 33. quæstio. prima, quod autem.

Quod propter impotentiam à copula coniugali separatus libere potest ad ordines promoueri. 27. q. 2. quod autem, §. 1.

Quod naturalis siue perpetua impotentia soluit matrimonium, acciden-

cidentalis vero quæ fit per maleficium: si cessauerit, solutum restituit 33. q. 4. quod autem, in fi. & duobus c. seq.

Quod impotens coram iudice apparere non cogitur, qui infirmitate detinetur. 5. q. 3. si ægrotans.

IMPVNITAS. Quod impunitas, culpæ viam facit alijs delinquendi 35. q. 9. loci. & 2. q. 7. quapropter 93. dist. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione, & de Pœna.

INQVISITIO. Quod inquisitio facienda est de conditione clericorum prius quam confirmentur 47. dist. de Petro 23. dist. illud.

Item facienda est de infamijs subditorum antequam credatur 2. quæstio 1. Deus omnipotens 30. q. vlt. nullum.

Item facienda est de culpa puniendorum prius quam puniantur 28. dist. quia sunt 86. dist. si quid. & cap. tanta.

Item facienda est inquisitio tam super statu clerici, quam populi ab episcopo, bis in anno concilium celebrando 18. dist quoniam.

Quod episcopus in synodis sub iuramento debet pericula inquirere animarum, & inquirenda cōmittere 35. q. 6. Episcopus.

Quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarum, quam de lucro temporalium rerum. 18. quæst. 3. cauendum est.

Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirantur 23. q. 8. occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari: & ordinem rerum plena inquisitione discutere 30. q. vlt. cap. vlt.

Quod confessor debet esse sapiens, & diligens inquisitor de loco, tempore, & de alijs circum stantijs peccatorum, de pœn. distin. 6. §. 1. post medium.

Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem 35. q. 9. c. graue.

Quod iudici magis necessaria est leuis inquisitio, quam atrox punitio 23. q. 5. c. in fine.

INSANIA. Quod insania continue laborans si quid commiserit, non imputatur 15. q. 1. si quis insaniens, & cap. illud, §. cum itaque, in fine.

Quod sicut insani mente nō res sed phantastica rerū vident, sic mens auari semper aurum, & similia videt 47. dist. sicut.

Quod qui infirmitate, vel feruore passionis pressus si quid vouerit, vel promiserit, nisi ratum postea habeat, non tenebit 17. quæst. 2. Gonsandus.

Quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem, licet quantum ad culpam innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit 15. q. 1. si quis non iratus.

Quod ad sacros ordines non promouetur qui aliquādo insaniuit; sed promotus post insaniam suam sanatus celebrauit 15. quæstio. 1. si quis non, in fine, & 33. distinct. maritum.

Quod episcopus insanus renunciare non potest nisi habeat lucida interualla 7. q 1. quamuis.

De hac materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inspiratio spiritus sancti soluit a lege statutum 19. q 2. duæ.

Quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente, ad meliorem vitam potest quis transire. 19. q. 2. duæ.

Quod sancti patres ea quæ videntur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt 23. q. 5 si non liceat per totum cap.

Quod dominus per occultam inspirationem reuocat a malo 23. q. 6. quod errauerat.

Quod inspiratione diuina castitas habetur 28. dist. de his.

Quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur 8. distinct. qui contempta.

Quod qui post inspirationem diuinam, & reuelationem in quo errauerat perseuerat, obstinatus est. 8. distinct. consuetudo 21. distin. nunc.

INSTRVMENTVM. Quod instrumenta chartarum debent sacerdotes conficere, de rebus proprijs & ecclesiarum, quas de nouo intrant 12. q. 4. c. 1.

Quod quia sæpe proprietati originis obsistit longinquitas tēporis stipendia de rebus ecclesiarū quæ recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis 12. q. 2. sæpe, & c. longinquitate.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, a canonicis debent conscribi 12. q. 5. sicubi.

Quod instrumenta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris 15. q. 6. c. 1. & c. auctoritatem.

Quod seruus non potest instrumentum condere testamenti 13. q. 2. illud etiam.

Quod vbi tabellio sine manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur trium testium sufficit subscriptio 13. q. 3. placuit. & §. is autem.

Quod sacerdotes pro negotijs sæcularibus non debent poni in instrumentis pro testibus 14. quæstio. 2. quamquam.

INTENTIO. Quod intentio operis indifferēti finem imponit. 41. dist. quisquis. c. deliciæ. & cap. quòd dicit.

Quod bona intentio non excusat opus malum 1. quæst. 1. non est per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere 25. quæst. 5 cum minister.

Quod Deus plus respicit intentionem & voluntatem quam actus, 15. quæst. 6. si quandoque a sacerdotibus, in fi. 22. quæst. 5. qui peierare.

Quod iuramenta secundum intentionem præstantis non recipientis a Deo iudicantur 12. q. 5. humanæ, §. 1.

Quod nemo debet considerare verba, non enim intentio verbis, sed verba intentio debent deseruire 22. q 5 humanæ.

Quod ream linguam non facit nisi rea intentio 22. q. 2. homines, & duobus c. seq.

Quod ea quæ post intentionem contingunt, non imputantur 23. q. 5. de occidendis, & c cum homo.

Quod officia vindictæ possunt implere boni, bona intentione 23. q. 5. officia.

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene dispenset: aggrauatur potius quam iuuatur. 1. q. 1. non est, & 14. q. 5 forte. 32. quæst. 4. sic non sunt.

INTERCESSIO. Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorū, est superiori porrigenda 23. q. 5. prodest.

Quod cum hic displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. 3 q. 7. in grauibus 49. dist. §. 1.

Quod sacerdotes in præiudicium aliorum non debent intercedere: quia quiuincitur, intercessoris beneficio se victum arbitratur 14. q. 5. denique.

Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere: quia hoc non est malos defendere, sed humanam sæuitiam reprimere 14. q. 6. si res. 17. q 4. reum. 23. quæst. 5 reos 14. quæstio. vlt hi qui.

INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonum spectat ad eum qui habet ius condendi eos, 25. q 1. ideo, § his ita.

Quod Romana ecclesia sic canones condidit, vt ipsorum interpretationem sibi retinuit. 25. q. 1. ideo §. his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrarium inuenimus, vel mendosum Codicē debemus credere, vel nos interpretem non intelligere. 9 dist. ego.

Quod ecclesiæ interpretatio si habet eloquentiæ venustatem est dissimulanda, & fugienda. 38. dist ecclesiastica.

Quod omnis lingua habet quædam propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda. 37. distinctio. locutio.

Quod qui scripturam sacram aliter inter-

interpretatur quam Spiritus sanctus flagitat, hæreticus est, 23.q.3. hæresis, 37.dist. vnio.

INTRVSIO. Quod intrusus episcopus non est habendus pro episcopo, nec habet executionem. 62.distin.c.1.& 63.dist.si per.

Quod intrusi prælati, vel schismatici tēporaliter & æternaliter à domino puniuntur, 7.q.1. denique, per totum cap.

Quod intrusus priuatur dignitate, 63. dist. omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore.

INVASOR. Quod inuasor sedis apostolicæ anathematizatur, 79. dist. si quis ex episcopis, & cap. si quis pecuniam.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, episcopus non est dicēdus secundus: sed nullus episcopus, 7.quæstio. 1. factus.

Quod inuasor alterius sedis scienter à ministerio ecclesiastico est repellendus & incarcerandus, 2.q.1. in primis, circa principiū. & 7.q.1. præsentium.

Quod prælati suis ecclesiis post positis alias inuadentes, sunt adulteri, & infames, 3.q.2. audiuimus.

Quod inuasor alterius ecclesię, si admonitus dimittere contempserit, sęculari brachio est excludendus, 11.q.1 petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine. & supra de Intruso.

INVENTARIVM. Quod inuentarium dicitur scriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter conscribuntur, 12. quæst. 2. charitatem.

Quod decedente episcopo omnes œconomi & canonici ecclesiæ illius in mutua pręsentia de omnibus rebus debent inuentarium facere, 12.q.2.charitatem. & 12.q.5. sicubi.

INVIDIA. Quod inuidia est mortale siue capitale peccatum, 25.dist. vnum, §.alias.

Quod inuidia perseuerans habet radicem in interiorib. medullis recond tam, de pœn.dist.2.c.1.

Quod propter prelationis inuidiam Cain fratrē occidit, 35.dist. sexto.

Quod peius malum non est, quàm Christianos suis sacerdotibus inuidere, 6.q.1.sunt, § verum hac.

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis, sed inuidię stimulis exagitatur, 6.q.1. si omnia.

Quod clericis pręcipuè conuenit inuidiam non habere, 23. distin. his igitur.

Quod qui potius consuetudinem q̄ veritatem fratribus reuelatā præsumit sequi, inuidus est, 8.distin. qui contempta.

Quod inuidia curatur per suum contrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus seruiendo, de pœn.dist.2.c.1.

INVITVS. Quod inuitus multa bona præstatur quando eorum consistitur vtilitati.45.dist. & qui.23. q.4. nimium, per totum c. & cap. displicet, per totum.

Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu disputationum de nolente efficitur volens, 23.q.6 vides.

Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus, 45.distinct. de Iudæis.

Quod à fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire, 23.q.4. displicet, per totum & q.6. per totum, 45. dist. de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit: non ipsum persequitur, sed diligit, 23. q.5. non vos, & q.4. ipsa pietas.

Quod nemo potest esse bonus inuitus, 23 q.6.vides.

Quod licet episcopus inuitos non posset ordinare, posset tamen inferiores ordinatos ipsis contemptoribus præferre, 74. distinctio. consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptista Herodem ab incestu prohibens ostendit coniugia fuisse inter infideles, 26.distinct. vna tantum, §. Ioannes.

Quod Ioannes Euangelista verbo & facto schismaticos, & hæreticos docuit vitare, 24.q.1.omnis qui.

IOSEPH. Quod Ioseph qui non cognouerat Mariam, conceptū sentiens in ea, ex benignitate voluit eam occultè dimittere, 2.quæst.1. si peccauerit.

Quod inter Ioseph & Mariam quando commendata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph non cognouerat eam, 27.quæstio.2. quod autem, & §.seq. post medium.

An inter Ioseph & Mariam fuerit coniugium, cum ipsa carnalē non senserit copulam, 27.quęst.2.§.1. & c.institutum, §.potest, c.quod autem, §.proxi. & c.prius quam, & c.inuenta.

Quod Ioseph venditus à fratribus in Aegypto ab eunucho comparatus fuit, significat quod qui gratiam spiritus sancti mercatur, viuum semen non habet siccis genitalibus. 1.q.1. sicut eunuchus.

Quod Ioseph nō tam per creaturam quàm per auctorem creaturarum iurauit, 22.quęst.1.mouet. §.sicut etiam cum.

IPOCRISIS. De ipocrisi require vbi agitur de y litera, circa fin.

IRA. Quod ira Dei est tranquilla iusti supplicij constitutio, de pęn. dist.3 §.1 productor.

Quod dæmones appellantur ira & furor.23.q.5. non solum.

Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus fame & penuria quandoque opprimitur, 16 q 1. reuertimini, post med.

Quod vno peccante ira Dei super multos venit 45. distin. sed illud. 23. q. 5. si audieris.

Quod ab ira peccati, qua naturaliter fuimus filij irę, nō liberatur quis, nisi per fidem Christi, de consecr. dist.4 firmissimè.

Quod ira hominis est concitati animi perturbatio, de pœnit. dist. 3. productior.

Quod ira hominis si longo tempore teneatur, est mortale peccatum, 25 distinct. vnum orarium, §.alias.

Quod apostolus prohibuit vindictā personæ propriæ dicens, non vos defendentes, sed date locum iræ, 23.q.1.§.1.

Quod ira talia facit committere, de quibus post multum, solet homo dolere, 11.q 3. cum apud.

Quod quidquid calore iracundię fit vel dicitur, non est imputandum, non adsit iteratio, vel perseuerantia, 2.q.3. si quis iratus, de pœnit. dist.1. vulgaris, §.cogitatio.

Quod pręsidens iudicio ab ira debet cauere, quia ira viri iustitiam Dei non operatur, 11. q. 3. episcopus presbyter, in fi.

Quod iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit.11. q.3.ira.

Quod in præpositis laudabile est, vt nihil agant prius quàm mens cōcitata per iram, ad tranquillitatem redeat, 11.q. 3. illa.5.q.3. relatum, in fi.

Quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore præcipitare sententiam, 11.q.3. summopere, 5.q.2.relatum.

Quod ira rectorum sæpe innocentes ad peccatū deducit, quia dum iusto amplius irascuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committunt, 11.q.3.ira.

IRREGVLARITAS. Quod irregularitas nomen accipit à regula q̄ statuit apostolus, seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, id est, contra regulam, 48.dist. quoniam, dist.25. vnum orarium, §.nunc autem.

Quod irregularitas multipliciter cōtrahitur, 33.dist.maritum, 33.dist. præcipimus, & cap.seq

Quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta, 32. dist. seriatim.

Item sibiipsi abscindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iusto, vel iniusto timore trūcans, irregularis est. 33. distinctio. maritum.

Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur, 51.dis. qui in aliquo.

Item

Item qui adulteram vxorem cognouit, 34. dist. si cuius, & c. seq.
Item bigamus, 33. dist. maritum.
Item simoniacus, 33. dist. maritum, in fine.
Item hereticus, 51. dis. qui in aliquo.
Item qui publicã, vel solennem pœnitentiam egit, 33. dist. maritum, 50. dist. ex penitentibus, 51. dist. qui in aliquo.
Item rebaptizatus, 51. distinc. qui in aliquo.
Item filij presbyterorum, vel alias illegitimè nati, 50. dist. presbyterorum.
Quod irregularis non debet ad ordines sine dispẽsatione promoueri, 34. dist. præcipimus.

De hac materia satis habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.
IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorũ prohibetur, 42. distin. non oportet, & tribus c. seq.
Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnendas, anathematizatur, 30. dist. si quis per superbiam, & duobus c. seq.
Quod irreuerentia superiorũ reprobatur, 2. q. 2. oues, 7. q. 1. scire, & 23. q. 5. si apud carnales.
Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione, 11. q. 1. si quis sacerdotum, & c. coniurationum, & quatuor cap. seq.
ITERATIO. Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem penæ, 13. q. 8 hi qui.
Quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum, de consecr. dist. 4. si nulla, & quatuor cap. præcedentibus.
Quod iterari oportet illud quod male factum est, 1. quæst. vlt. Daibertum.
Quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur, 68. dist presbyteri.
Quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta, aut sanguinis effusione, aut fornicatione polluta fuerit, 68. dist. ecclesijs.
Quod nec baptismus, nec confirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta. 68. dist. ecclesijs.
Quod iterato baptizatus sciẽter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri, de cosec. dist. 4. qui bis.
Quod quotidianum sacrificium Eucharistiæ non est iteratio passionis, sed cõmemoratio, de consecr. dist. 2 iteratur.
Quod solẽnis pœnitẽtia apud quasdam ecclesias non iteratur, de penitent. distin. 3. nihil prodest, §. ex persona.
Quod de heresi redeuntes permanẽt in suis o din bus, si tamen ab hereticis iterata vnctione baptismi, vel ordinis non fuerint maculati, 1. q 7. saluberrimum.
Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati nõ debent iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari, 1 quæstio. 1. manus impositio.
Quod sacramẽta ab hereticis in forma ecclesiæ data iterari non debent, 1. quæstio. 7 & si illa, §. seq. circa med. & 1. quæstio. 1. quod quidam.
IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officij, ratum fuit, 19 dist. secundum ecclesiæ, 7. q. 1. aduersitas, in fi.
Quod propter Iude perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur, 24 quæstio. 1. non turbatur.
Quod Iudas in cœna Domini cum alijs apostolis corpus Christi sumpsit, 7 q. 1. aduersitas, in fi. de consec. dist. 2. sicut Iudas.
Quod Iudas à venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam à Christo postulasset, de pœniten. distinc. 1. testatis.
Quod nihil profuit Iude egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit, de pœn. dist. 3. in falicibus.
Quod Iudas male penituit, quia laqueo se suspendit, de pœn. dist. 3. inter hæc hircum.
Quod Iudas fuit infelicior omni penitente, quem penitentia non reuocauit ad dominum, sed traxit ad laqueum, de pœnit. distin. 3. in salicibus.
Quod Iudas magis peccauit desperando, quàm Christum tradendo, 23. q. 5. si non licet.
Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitũ incurrunt, 23. q. 5. si non licet, & c. seq.
Quod cum spiritus sanctus consubstantiali sit filio, simoniaci spiritus sancti gratiam vẽdentes, Iudæ qui Christum vendidit, comparantur. 1. q 1. eos.
Quod clerici res sacras subtrahẽtes, Iudæ Scariotis similes æstimantur, 17. q. 4 si forte, 23. q 4. quid ergo, in fi.
IVDAEVS. Quod Iudæi obedientes non sunt à Christianis molestandi, 23. q. 8. dispar.
Quod Iudeis permittitur festa eorũ colere, dũmodo ea non exerceant in contemptum ecclesiæ, 45. dist. qui syncera, in fi.
Quod sacrilegiũ faciunt qui Iudæis publica officia cõmittunt. 17. q. 4 constituit, 54 dist. nulla.
Quod fideles non debent cum Iudeis habitare, nec manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec cõsiliũ requirere in infirmitate, 28. q. 1. nullus, & c. seq.
Quod ne religio Christiana à Iudeis polluatur, empti ab eis Christiani à seruitute liberantur, 54 distinc. mancipia, & c. seq de cõsec. dist. 4. plerique.
Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellendi, 45 dist. qui syncera, & c de Iudæis.
Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi, de conse dist. 4. Iudæi, 28. q. 1. sæpe.
Quod die dominico, vel alio die solenni debent Iudæi baptizari, de consec. dist 4 ne quod absit.
Quod si Iudeus, vel paganus seruus, Christianus fieri voluerit, à seruitute liberatur, 54 distinct. fraternitatem.
Quod Iudeorum baptizatorum pueri ne parentum inuoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasterijs, aut Christi fidelibus ad conuiuendum tradendi, 28. quæstio. 1 Iudæorum, de conse. dist. 4 plerique.
Quod vno parente conuerso, & altero in iudaismo permanente pueri sequi debent illum qui factus est Christianus, 28. q. 1. Iudæi.
Quod ex Iudæis conuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent alijs Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur, 28. q. 1. sæpe.
Quod Iudæi à fide apostatantes coguntur ad eam redire. 45. dist. de Iudæi. de consecrat. distinc. 4. plerique.
Quod Iudæi præuaricatores fidei quantacumq; pena damnati fuerint, perfidia parẽtum etiam quo ad res filijs non oberit. 1. quæst. 4. Iudæi.
Quod si Christianus, vel Christiana iudaicæ preuaricãti carnaliter cõiungatur, à communione ecclesiæ segregentur, 28. q. 1. caue. & cap. si quis iudaice.
IVDEX. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quod iure disceptet. 23. q. 2. c. 1.
Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius, 2. quæst. 6 à iudicibus.
Quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accepit, 2. q. 6. à iudicibus, 11 q. 1 iudices
Quod arbitrarius est qui nullam potestatem habens cum consensu litigantium eligitur, 2. quæstio. 6. à iudicibus.
Quod ad arbitrium rei iudices dandi sunt, 11. quæst. 1. iudices.
Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiam si putantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, fœminæ, serui, impuberes, infantes. 3. q 7. infamis.
Quod ille debet esse alterius iudex, qui nõ habet in seipso quod condemnet. 3. q. 7. iudicet.

Quod

Quod verus iudex nec pretio, nec amore, nec odio, nec furore iudicat, 11.q.3.episcopus, §.si ergo.
Quod iudex munera non debet accipere, quia munerum acceptatio veritatis est praeuaricatio, 11.q.3.qui recte, & ca. non licet, 14.q.5.non sane.
Quod iudex etiam recte iudicando, si temporale praemium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11.q.3.recte.
Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur, 11.quaest.3.illa, & tribus c.seq.
Quod Papa est iudex omnium, sed nemo ipsius, 9.quaest.3 patet, & c.seq.
Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges, & iura pronuntiat.3 q.7.iudicet.
In quo capitulo ponuntur plura quae debet habere bonus iudex, 30.q.vlt.iudicantem.
Quod non est iudex in quo non est iustitia, 23.q.2.iustum.
Quod criminosus iudex cum sententiam in alterius crimen profert, seipsum condemnat, 3.q.7.sacerdos, § item in euangelio.
Quod iudex, cuius vita cum loco iudicii non concordat, saepe immeritos damnat, 11.quaest.3.plerumque.
Quod iudex, cupidus cito vendit iudicium, 11.q.3.pauper.
Quod naturale est suspectorum iudicii insidias declinare.3.q.5.quod suspecti.
Quod iudex labyrinthum impingit qui ante indicat quam intelligat, 29.d.sciendum.
Quod iudex circunstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30.quaest.5 iudicantem, 2.q.1.in primis, de poenit.d.5.§.1.post med.
Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86.d.si quid.11.q.4 quamuis, 15.q.7.si quid.
Quod iudex sine accusatione damnare non debet, 23.q.4.si quis potestatem.
Quod idem non debet esse iudex & accusator, vel testis, 2.q.1.multi, 4.q.4 c.1.
Quod iudex non debet esse suspectus, 3.q.5 c.vlt.
Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari, 32.q.6. iniquum.
Quod iudex plus legibus quam suae voluntati obtemperare debet, 3.q.7.iudicet.
Quod iudex in loco iudicii debet conscientiam quam de domo portauit deponere, & secundum allegata, & probata procedere, 3.q.7.iudicet.
Quod nullus iudicum sine licentia superioris debet aliquem clericum condemnare, 11.q.1. nullus iudicum.
Quod iudex reum puniendo reddit bonum pro malo, 23.q.3, sex differentiae.
Quod iudex secundum leges damnando iniquum non peccat, quia non ipse damnat, sed lex, 23.q.5.iudex, & c.seq.
Quod humanum est illum vereri iudicem, qui deprimere, & erigere potest, 16.quaestio.1.cap.1.circa med.
Quod nemo debet dedignari iudicem habere contra se, cuius approbauit arbitrium, 2.q.8, accusatores, §.cuius.
Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet, 21.distin.inferior, & quinque capitu.seq.
Quod ad saecularem iudicem non licet clerico confugere, 21.q.5.placuit.
Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico, praecipue de sacerdote iudicando, 96.d.in scripturis, & cap.seq.16.q.7.in noua actione.
Quod licet iudici subditum alterius defensare, & fouere, sed non iudicare, 6.q.3 scriptum.
Quod iudex potest alterius subditum iudicare ratione criminis commissi in sua potestate, 6.q.3.placuit, & c.seq.
Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam praeter iudicis sententiam inuadit, 16.q.6.c.1.in fin.
Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere manus scientiae, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare, de pe.d.6.c.1.post medium.
IVDICIVM. Quod iudicium duplex est, videlicet diuinum, & humanum, 6.q.1.si omnia 15.q.6 si quandoque a sacerdotibus, circa medium.
Quod diuinum iudicium valde est timendum, quia ipse iudex est & testis, 9.q.3.aliorum.
Quod diuinum iudicium vsurpat qui incerta, & dubia iudicat, 2 q.1 nomen presbyteri.
Quod secretorum cognitor, & iudex est Deus 32.d.erubescant.
Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum, 2.q.4 consuluisti, post medium.
Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forsitan quae nos laudamus, ipse reprehendit, & quae nos reprehendimus, ipse laudabit, 11.quaest.1.sacerdotibus, in fi.
Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur, 56.d.si genus, in fi.
Quod Dei iudicio homines in praesenti vita flagellantur, vt in futuro non puniantur, 23.q.4.quid ergo, per totum cap.
Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, vt ex hoc magis humilientur, & mereantur, 6.q.1.§.pia.
Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23.q.4.Nabuchodonosor.
Quod non potest humano condemnari examine, quod Deus suo reseruauit iudicio, 15.q.6.si quandoq; a sacerdotibus.
Quod facta Papae, solo Deo iudicantur.9.q.3.facta.
Quod Deus aliorum causas voluit per homines terminari, sed summi Pontificis causam sibi ipsi examinandam, & terminandam reseruauit, 9 q 3.aliorum.
Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit, 11.q.sacerdotibus, in fi.
Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repraesentatur, 15.d qualis.
Quod qualem inuenit dominus cum vocat talem pariter, & iudicat de poe.d 1.numquid Cain.
Item in futuro Dei iudicium locum non haberet si in hoc saeculo omnia iudicanda essent, 6.q.1.si omnia 15.q.6.si quandoque a sacerdotibus.
Quod quem sacerdos iudicat, Deus dicat, cuius personam gerit, de poenit.d 3.in talibus, §. auctoritatibus, ver.sed quem.
Quod qui semel a sacerdote pro peccato punitur, non iterum a Deo pro peccato iudicabitur, ibi.
Quod Deus non bis iudicat in idipsum quod iuste in praesenti est punitum, de poe.d.2.sunt plures, §. auctoritas.
Quod humanum iudicium est duplex, videlicet priuatum, & publicum, siue contentiosum, 3.q.7.postulatus.
Quod priuatum iudicium exercet, quando seipsum iudicat, de pe.d.1.in actionem.
Quod verum iudicium est iudicare prius conscientiam propriam, demum culpam alienam, 3.q.7.postulatus, & c.seq.
Quod non est curandum iudicium hominum, vbi est bona conscientia, quia tale iudicium est temerarium, 11 q 3 temerarium, & duobus c seq.
Quod temerarium iudicium est quod procedit ex suspicione, 2.q.1.multi, ante fi.
Quod lapsi a baptismi innocentia proprio iudicio se accusantes per poenitentiam restituuntur, de pe.d 1.c.multiplex.
Quod homo debet seipsum iudicare dum potest, in melius mores commutando, ne cum posse amiserit, a domino iudicetur, de pen.d.1.in actionem, §.seq.
Quod publicum iudicium siue contentiosum institutum est, vt innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2.q 1.quae Lotharius.
Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorum sententiis confirmatur 64.d.extra.

Item

Item debet secundum auctoritatem decretorum, & sanctum patrum diffiniri, 20.d.de libellis.

Item debet esse sine tumultu contentionum, 5.q.4.in loco.

Item hoc iudicium debet poni in loco tuto, & communi, 3.q.9.hortamur 33.q 2 siue.

Quod in omni tali iudicio debent esse quatuor personæ, videlicet iudex, accusator, defensor & testis, 4.q.4.c.nullus vnquam, & c.nullus introducatur.

Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri conuentionalis libellus, 3.q.3.induciæ, §.offeratur.

Quod spoliati non debent ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituãtur, 2.q 2 nullus episcoporum, & tribus c seq 3.q 2.electis, & c.seq.5.q 2.si primates.

Quod de suspicione, vel extorta cõfessione pessimum est iudicium, 15.q.6. si quandoque a sacerdotibus.

Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo culpa sit notoria, ꝙ se omniũ oculis ingerat, 2.q.1. quæ Lotharius, & duob.c seq.

An in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus, 1. quæst. 1. per totum.

Quod absente reo in iudicio nõ est procedendum, 3.q.9.accusatori vique ad fi.quæst.

Quod diuinæ, & humanæ leges ꝓhibent vt absens quis iudicetur, 3.q.8.accusatores.

Quod contumax absens iudicetur, 3 q.9.decernimus.

Quod iudicium refugit qui de iustitia diffidit, 11 q.1.Christianis.

Quod quatuor modis humanũ peruertitur iudicium, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore, 11.q.3.quatuor, & duob.c.seq.3.q.5.accusatores 2.

Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti, 23.q.4.est iniusta.

Quod candentis ferri, & aquæ feruẽtis iudicium a sanctis est prohibitum, 2.q.4.consuluisti.

Quod in dubiis absolutum non dẽt esse iudicium, 33.d.habuisse, 2.q.4 consuluisti.

Quod iudicium mistum debet esse rigor, & lenitate 45.d. disciplina c.omnis, & c.sunt.

Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium, 12. quæstio. 2. episcopus, §. si sine venia.

Quod ecclesia nõ iudicat nisi de publicis in ordine iudiciario probatis, 2.q.4 consuluisti, & c.vlt nec illud, §.is itaque, & c.seq.2 q.1. in fi.

Quod ecclesia quandoque in suo iudicio decipitur, vt ille qui intra ipsam est, per eam excluditur, & qui foris est, intromittitur, 24 q 3.q5, & c.cum aliquis.

Quod monachi, & monachę spectãt ad iudicium episcopi, 11.q.1.de persona.

Quod clerici suum episcopum contemnentes traduntur iudici sęculi, 11.q.1.si quis sacerdotum, & duobus c.seq.

Quod clericis prohibetur iudicium sanguinis, 23.q 8 sæpe, & c.seq.

Quod diebus feriatis, & die dominico non sunt exercenda iudicia, 15.q.4.placita, 22.q.5.decreuit de conse.d.3.§.1.

De hac materia habes vbi agitur de sententia.

IVRAMENTVM. Quod iuramentum legitur Deus crebro fecisse, 2.q.4.incommutabilis.

Quod iuramentum homini non prohibetur tanquam malum, sed eius assuefactio, vel libido prohibetur, 22.q.1.non est contra.

Quod iurare Dei, est a seipso ordinata nullatenus conuellere, 12.q.4. incommutabilis.

Quod dum vsus iuramenti habetur de facili periurium incurritur, 22. q.1 non est contra.

Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed a malo esse, s. infirmitatis eorum quibus aliquid suadetur, 22.q.1.ita ergo.

Quod in scripturis non est prohibitum ab alio recipere iuramentum 22 q 1.quamuis.

Quod iurare non est peccatum, 22.q. 1.§.1.& c.vt noueritis.

Quod iuramentum non est institutũ vt esset iniquitatis vinculum, vel cuiuscumque criminis, 22.q.4. inter cætera.

Quod hæc causa institutionis iuramenti, vt omnis iurans ad hoc iuret, vt quod verum est loquatur, 22.q.5.iuramenti.

Item alia causa est iuramenti institutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere, 22.q.1. si peccatum.

Item est alia causa, detestatio idolorum, nam ideo conceditur per Deum iurare, ne per idola iuretur, 22.q 1.considera.

Quod in iuramento non debet intẽtio verbis, sed verba intẽtioni deseruire, 22 q.5.humanæ.

Quod iuramẽtum debet habere tres comites, videlicet veritatem, iudicium, & iustitiam, 22 q.1.& iurabunt, & quæst 2.animaduertendum.

Quod iuramentum veritatem habet vbi non aliter corde quam ore iuratur, 22.q.5.iuramenti, & c.quacumque.

Quod iustitiam habet, quando licitum, & iustum est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatũ, 22.q.4.innocens.§.illicitum.

Quod iudicio iuratur quando cum discretione, & cautela iuratur etiã in licitis, 2.quæst.4.sacramentum 22.q.4.innocẽs, §.illicitum. circa med.

Quod iuramentum sit dupliciter, videlicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem, vel per creaturas, 22.q.1.cõsidera, & duob. c.seq.

Quod per creatoris capillum, vel caput iurare est blasphemare, 22.q.1 si quis per capillum.

Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum, quàm per verum Deum iurare falsum, 22.q. 1.mouet. circa med.

Quod per ea quæ respectum habent ad creatorem, sicut est Crux, Euangelia, & sanctorum reliquiæ, & similia, falsum iurare, est peierare, 22.q.vlt.qui compulsus, & capit. seq.

Quod electus in episcopum repellitur a confirmatione, quia publice iurauerat super Euangelia Dei. 85.distin. archidiaconum Florentinum.

Quod sacerdos ex leui causa iurare non debent.2.q.5. si quis presbyter.

Quod qui per lapidem, vel aliã creaturam iurat falsum, periurus est, 22.q.vlt.ecce.

An iurans super lapidem, putandum super Euangelia iurare, obligetur, 22.quæst.5.humanæ, §.proximo.

Quod periurium est nequiter decipere credentem.22.q.2.c.1.

Quod sophistice iurans, periurus est, 22.q.5 quacumque, & duobus c. seq.

Quod Deus accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur, intelligit, 22. q.5.quacumque.

Quod qui paratus est ad peierandũ, antequam iuret, periurus est, q.5. qui peierare.

Quod qui dicit iurando pluit, & scit non pluisse, periurus est, 22.q.2. homines.

Quod Saul, quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus non fuit. 22.q.2.c.vlt.§.item opponitur ante si.

Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit, 11.q.1. antecessor.

Quod qui alium cogit peierare, etiam si dominus iurantis sit, reus sit periurii, 22. quæstio.4. inter cætera, & quæst.5.qui compulsus & cap. si quis coactus, & quatuor c.seq.

Quod illud est deflẽdum quod quis commisit illicite per iuramentum coactum. 22. quæstio. 4. inter cætera.

Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, s.quantum ad damnum, quia ille damnificat animam, iste corpus, 22.q.5.ille.

Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quã periuriũ incurrere, 22.q. 4. vnusquisque.

Quod

Quod iuramentum, factum contra præceptum domini, culpatur, & non tenet, 22.q 4. inter cætera.

Quod omne iuramentum est seruandum, nisi in priorem vergat exitum, & salutis detrimentum, 22. q.4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.

Quod nemo ante ætatē legitimam, id est ante annos quatuordecim cogēdus est iurare, 22.q.5.paruuli, & duobus c.seq.

Quod in diebus dominicis à Septuagesima vsque ad octauam Paschę, & ab aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in Litania maiori, & in diebus Rogationum, nisi pro concordia, & pace, nullus solenniter iurare præsumat. 22.quæstio. 5.decreuit.

Quod decens est vt iuramentū à ieiunis præstetur, 22.quæstio.5.honestum.

Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.

Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea, 22.q.1. & iurabunt.

Quod in primitiua ecclesia iurabāt, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea, 22. q.1. si peccatum.

Quod modernorum est iuramentum, sic me, vel te Deus adiuuet, & istæ reliquiæ sanctorum: vel consimile, 32.quæst. 6. de parentela, & quatuor capit. sequentib. 1.quæst.7. quoties, 22. quæstio. 1. habemus.

Quod forma iuramēti ab hęresi vel à schismate redeūtium est specialis, 1.q 7 quoties, de consec.dist.2. ego Berengarius.

Quod in forma iuramēti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.

Quod ab episcopo, vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent, 2. quæstione 4. si quis presbyter.

Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas, 22.quæstio. 1. & iurabunt.

Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet per contemptum creaturarum peieraretur, vel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur, 22.q.1.mouet. §.item Christus

Quod illicitū iuramentum non est complendum, 13.distinc. duo. & cap. seq.

Quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet. 22. quæstione 5. paruuli, & capit. sequens.

Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet, 22.q.5.c.nullus.

Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur, non est sacra, 22.quęstione prima, clericum.

Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionē, & ante electionem, 8.q 3 Artaldus.

Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente, exemplum de Herode & saltatrice, 22.q.4.vnusquisque.

Item ex modo est illicitum, vt si temerè vel indiscretè, vel sine necessitate, exemplum de Iepte, qui indiscretè iurauit, 22. q. 4. vnusquisque, & q. 1.ita ergo.

Item ex tempore est illicitum, vt si dominicis diebus, vel alijs prohibitis iuratur, 22. quæstio.5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis.

Quis, quid, cui, per quid, ad quid, cui, quomodo, quando.

Quod licitum iuramētum fit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione, 22. quæst. 1. capit. 1.

Item pro infamiæ expurgatione, 2. q.4 presbyter. & tribus c seq.

Item pro fide, & fidelitate, de consecrat.distin.2. ego Berengarius, 15. q.6. alius.

Item pro obedientia siue reuerentia. 23.dist.quamquam.

Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in alijs, 14. q. 2. quamquam, 22 q.1.omne.

Item pro damno dato, vel dando, 2. q.1. in primis, circa medium. Vnde versus.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni,
Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari possunt, videlicet à Papa. 15.q.6. auctoritatem.

Item seruorum à domino suo, 54. distin. si seruus sciente.

Item vxoris à marito suo, 33. q. 5. manifestum.

Item monachi iuramētum à suo abbate. 20.q.4. monachum.

Quod solus Papa à iuramento licito absoluit, 15.q.6.alius.

Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium à iuramento fidelitatis, 15.q 6.nos.

Quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur, 23.q. vlt pessimam.

Quod grauior infligitur pęna peieranti, quàm consentienti, 22. q.5. si quis conuictus.

Quod eadem pęna est pro periurio, & homicidio, 22. quæst.1. prædicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum & episcoporum, quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda, 16.q.1. interdicimus.

Quod nec metropolitanus, vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius, 9. quæst.3. nullus primas.

Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos, 9. q.3. conquestus.

Quod extra propriā iurisdictionem nullus debet iudicari, 3. quæst.6. peregrina. & quatuor cap. sequentibus.

Quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneum, 3. q.6. ibi semper. & c.vlt.6.q.3. placuit, & c.seq.

Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem, 11. quęstio. 1. experientiæ tuæ.

Quod laici habuerunt quandoque, habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionē, habuerunt enim electionē summorum pontificum, & inuestituras episcoporum, 63.distinctio. Hadrianus, & §. principibus, & capitu. in synodo.

Quod possunt in concilio interesse præcipuè vbi agitur de fide, 96. distin. nos ad fidem, & cap. vbinam, & cap. satis.

Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi, 32.dist. eos qui.

Item datur eis iurisdictio in fidei, vel episcoporū cōtemptores morte affligendi, 23.q.5 principes, 16. dist. nec licuit. 11.quæst.1. si quis sacerdotum.

Item in eos qui schisma faciunt, vel excōmunicationem contemnunt. 23.q.5.de Liguribus.

Item datur eis iurisdictio vbicumque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam, 23.q.5. principes.

IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est, 1.dist. ius generale. Isidorus lib. Etym.c.3.

Quod ius in duo, scilicet in ius naturale & ius positiuum diuersificatur, 1.dist. humanum genus.

Quod ius naturale innuitur in Euāgelio, vbi dicitur, Quæcumque vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis, & ecōnuerso. ibidem.

Quod ius naturale iuri positiuo antefertur, videlicet quia prius & dignius, 6 dist. §. primo, 8.dist. quo iure, §.dignitate vero.

Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel constitutio. 9.distin. per totum.

Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio, nisi ad maius malum vitandum. 13.dist. §.1. &

& 7. dist. non est peccatum, § his itaque.
Item quod ius naturale vult omnia esse communia: positiuum vero restringit ad meum & tuum, 7. distin. c. 1. & c. seq.
Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, id est Romanorũ, de quibus 1. dist. per totum.
Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23. q. 7. cap. 1.
Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, id est ciuili.
Quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium, 2. q. 3. Euphemium, §. seq.
Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11 quęst. 1. sicut enim, §. ex his omnibus.
Quod iudex dictus est ex eo, quod ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23. q. 2. c. 1.
Quod qui ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam committit. 22. distin. omnes.
IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonum colere, ac vnicuiq; iura seruare, 12 q. 2. cum deuotissimam, post med.
Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia, 41. distinc. quod dicit.
Quod iustitia est patriam, & socios defendere, 23. q. 3. fortitudo.
Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest, 24. q. 1. vbi.
Quod iustus miseris compatitur, 45. dist. vera iustitia.
Item non odio, sed bono zelo est exercenda, 23. q. 5. sex.
Quod semper est misericordia temperanda, 45. dist disciplina, c. omnis, & c. vera, & c. seq.
Quod iustitiam aurũ & munus violant, 11. q. 3. qui rectè, 1. q. 3. vendentes.
Quod cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turbo confundit, 5 quæst. 4. in loco.
Quod iustus quoties cadit, toties resurgit, de pęnitent distinctione 3. septies.

KALENDAE. Quod Kalendæ Ianuarij iuxta ritum gentilium prohibentur Christianis obseruari, 26. q. vlt. non licet, c. non seruetis, & cap. si quis Kalendas Ianuarij.
Quod presbyteri cum per Kalendas conueniunt, quasi semipienũ ventrem habeant, & lucris honestioribus intendant, 45. dist quoniam presbyteri, & cap. nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur &.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire, 11. q. 1. sacerdotibus, 43. distin. sit rector. ante med.
LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus, & spiritualibus exercitijs, 23. quæstione 4 quis non potest.
Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccati. 23. quęst. 7. quemadmodum.
Quod labor indifferẽs est in necessitatibus corporis, de consec. dist. 5. numquam.
Quod merces fęlicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis, de consec dist 5. ieiunium.
Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono, dist. 47 omnes.
Quod apostolus ne quemquam grauaret proprijs manib. laborabat, 1. q. 2. sacerdos.
Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quęrunt fructum recipere, 1 q. 1. sacerdos.
Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7. q 1. c. vlt 8. q. 1. olim.
Quod iustum est vt illi consequantur stipendium qui laboris impendunt obsequium, 1. q. 2 sacerdos, in fi. 12 q. 2. charitatem.
Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia, 12. q. 2. ecclesiasticis.
LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit, 35. distinctio. sexto die, in fine.
Quod sicut incongruum est non pascendum gregem lac gregis vsurpare, sic est militantium stipendia non militando subripere, 13. q 1. c. 1. ante fin.
LACHRYMA. Quod lachryma amarissima Petri peccatum deleuit negationis, 50. distinctione, ponderet.
Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio legitur, de pœnit. dist. 1. Petrus doluit.
Quod lachrymę lauant delictum, ꝙ pudor est confiteri: quod non est intelligendum sine confessione: sed peccatum, si adeo graue est vt cum pudore cõfiteatur, non ideo est desperandum, quia lachrymæ lauant, de pęnit. dist. 1 mensuram, §. proxi.
Quod non est mundus, qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit, de pœn. dist. 3. irrisor est. & tribus cap seq.
Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno, & nõ potest habere pro peccato defiendo, de pœniten distin. 3. sunt plures.
Quod lachrymas multi indesinenter fundunt, & tamen peccare non desinunt, de pœnit. distin. 3. irrisor est, ante fin.

Quod lachrymæ debent esse arma clericorum, 23. q. 8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus ecclesię non debet se intromittere, nec sibi sunt committendę, 89. distin. indicatum.
Quod episcopus q decimas & alias res ecclesiæ cõsanguineis vel alijs laicis distribuit, tanquam simoniacus & inter præcipuos hæreticos vt Antichristus habeatur. 1. q 3. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione, & vbi agitur de Iudicio.

LAPSVS. Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet à fide, qui fit per hæresim, & à moribus, qui fit per mortale peccatum. 1 quæst. 7. si quis omnem.
An episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter. 1. quæst. 7. fere per totum.
Vtrum episcopus, vel clericus post peccati lapsum per dignam pęnitentiam reparari possit, & qualiter. 50. distin. per totum, vsque ad §. quod vero.
Quod cũ magna discretione & consilio lapsi sunt restituendi, 50. distin de eo autem.
LARVA. Quod laruas dęmonũ ante se ferri presbyteri non consentiant. 44 distin nullus presbyterorum, de consecr dist. 5. nullus.
LATRO. Quod latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso, 26. quæst 6. presbyter.
Item idem latro in cruce pendens pręmium æternum amisisset, si ipsum vnius horæ pœnitentia non iuuasset, 26 q. 6. agnouimus.
Quod latro nõ est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus, crucifixus, sed dum patitur, credit. de consecr. dist. 4. baptismi.
Quod latronis de pœnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera cõuersio in vltimis positorũ mente potius æstimanda est, quàm tempore, 26 q 6. agnouimus.
Quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi suppleuit, ita supplet fidem in pueris tempore baptismi, quam profiteri non possunt, de consecrat. dist. 4. baptismi, per totum cap.
Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur, 10. quæst. secunda, cap. vltimo.
Quod licet latro suspendendus crudelem iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 25 quæstio 5. non est crudelis.
Quod qui latronem in membris debilitat,

bilitat, prodest latroni, qui a ipsius malitiam pro tanto compescit, 23 q. 3. si quis fortitudinem.

Quod latroni ad latrocinia asperanti parcere non est misericordia, sed iniustitia, 23. quęst. 4. est iniusta.

LAVACRVM. Quod lauacrum commune christianum, & præcipue clericum, non conuenit habere cum mulieribus, 81. d. non oportet.

Quod sicut lixiuium per cinerem fluens lauat, & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat a sordibus peccatorum. 83. d. nihil illo pastore, §. quamquam.

Quod exemplo Ioannis Euangelistę possumus vti lauacro corporali, 24. q 1. omnis.

Quod corporalia, & pallæ a diaconis, & ministris debent lauari. de consecr. dist. 1. nemo per ignorantiam.

LAVS. Quod laus Deo pro suis beneficiis a nobis est impendenda. 16. q 1. reuertimini. circa fi.

Quod non bene conueniunt in vno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86 d cum multa.

Quod de verbis laudantium nos nō multum debemus curare, 11. q. 3. inter verba

Quod velle laudari, & dare histrionibus vt laudemur, vitium est, 86 d donare.

Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur, & solummodo de hoc retributionem quærunt, 11. q. 1. sunt nonnulli, & q. 3. non solum.

Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus, 83 d nihil.

Quod periculum est indignum laudare, quia dum malefacta laudib. efferunt, augmentantur, 46. d sunt nonnulli.

Quod qui scienter indignum laudat Christum cuius membra sumus violat, 11. q. 3. si quis hominem, & c. seq.

Quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab aliis permittit in accusationē venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6. q 1. sunt plurimi.

LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non fabulæ debet inseri in mensis clericorum, 44. d. pro reuerentia, & cap. conuiuia.

Quod clerici, & prælati debent insistere lectioni, 36. d. qui ecclesiastici, §. ecce.

Quod episcopus debet intendere lectioni, orationi, & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitę, nisi adsit, & scientia doctrinæ, 36. dis. qui ecclesiasticis, §. ecce, & 87. d. cap 1.

Quod sicut stellam obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38. distinct. sicut.

Quod qui amat scientiam sanctarū scripturarum, carnis vitia non amabit, de consec. dist. vlt. numquam.

Qui libri sint in quibus episcopus præcipue, & sacerdotes legere debent, habes 38. d. nulli, & quatuor cap. seq. de consecr. dist. vlt. numquam.

Qui libri, & quæ lectiones, & homiliæ in ecclesia legi debent, habes 15. distinct. sancta Romana, & §. seq.

Quod clerici, & præcipue episcopi in gentilium libris, & maxime qui ad luxuriam, & vanitatē prouocant, non debent legere 37. distinct. per totum, & 86. dist. cum multa.

Quod cum beatus Hieronymus libros gentilium legeret, ab angelo est durissime correptus, 37. d. legimus.

LECTOR. Quod lectores dicti sunt a legendo 21. d. cleros.

Quod lectorum officium est lectiones pronunciare 25. distinct. perlectis.

LEGATVS. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur, 93. distinct capit. vlt.

Quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscumque, literas debet secum portare legationis suæ, 97. d. nobilissimus.

Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet eneruare, 11. q. 1. peruenit.

Quod legatus a latere Papæ missus intra terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationē deuolutas audire, & terminare 2. q. 6. decreto.

An legatus Papæ potest generale concilium celebrare, 17. dist. synodum.

Quod plura cōcilia generalia per legatos Papæ, mandante Papa sunt celebrata, 63. d. Hadrianus, & 1. q. 7. conuenientibus.

Quod subdiaconi possunt esse legati domini Papæ a latere missi ad omnia negotia perpetranda 10 q. 1. relatum.

Quod omnes episcopi, & sacerdotes sunt honorandi, quia legatione Christi funguntur, 7. q. 1. omnis.

Quod legatus secundum locorum legationis suæ exigentiam debet expensis esse contentus, 10. q. relatum.

LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubentur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari. de pę. d. 1. §. Moysi.

Quod leprosum, qui descendit de monte Christus sanauit, & prius quam sanaretur clamauit, significatur, ꝙ in sanatione spirituali cō fessio non debet contemni. de pę. d. 1. §. Christus quoque.

Quod in hoc, quòd Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit, 1. q. 1. nonne.

Quod in hoc, quòd leprosi antequā ad sacerdotes peruenirent, mundati sunt, inuenitur, quòd peccator in sola contritione mundatur, vbi confessionem necessitatis articulus excludit, de pę. d. 1. § hoc idem.

Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram, & lepram, 20. d. § 1.

Quod in hoc, ꝙ Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur, & post pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. d. si post, §. econtra.

Quod in hoc, ꝙ Maria propter murmur in Mosen lepram incurrit, innuitur quod insurgens cōtra pręlatum grauiter delinquit, 2. q. 7. plerumque, §. item obiicitur. Et de accusatione pręlatorum ibi tractatur.

Quod in hoc ꝙ rex Osias sacerdotū officia vsurpans lepra in templo percutitur, sacrilegorum culpa, & pęna exaggeratur, 2. q. 7. nos si §. sed notandum.

Quod qui simoniace aliquem ordinat, lepram non officium confert 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod sicut Gizei propter pecuniam lepram incurrit, si pecunia male conquisita corpus, & animam cōmaculat, 1. q 1. cito.

LEVITA. Quod leuitæ ex nomine auctoris vocati sunt de Leui enim exorti sunt. hi græce diaconi, latine ministri dicuntur, 21. d. cleros.

De purificatione leuitarū, & domus purificatione, habes de conse. d. 4. nec quemquam.

Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50 d. & purgabit.

LEX. Quod lex multiplex est, videlicet diuina, quæ natura constat, dist. 1. omnes leges, Isidor. l. 2. etym. c. 5.

Item lex humana est quæ moribus constat, d. 1. omnes leges, Isidorus ibidem.

Item lex vetus, quæ dicitur testamē tum, 6. d. testamentum.

Item lex naturæ quæ facit omnia cō munia, quæ lex humana facit singularia, dicens meum, & tuum, 8. d. quo iure, & 12. q. 1. dilectissimis.

Item lex spiritus, quæ instinctu spiritus sancti cordi inseritur, 19 q. 2. duæ.

Item lex carnis, quæ absq; culpa est in corpore non consentientis, 16. q. 1. si concupiscentia, 32. q 5. si Paulus.

Item lex priuata, quæ idem est, ꝙ lex spiritus, 19. q. 2 duæ.

Item lex publica, quæ a sanctis patribus est tradita, vt est lex canonum, 19. q. 2. duæ.

Item

Item lex coniugij, quæ in baptismo non soluitur, 26.d.vna.
Item lex est constitutio scripta, 7. d. Moyses, Isidor l.5. Etymol.3. luo p.4 c.20.
Item lex est omne quod ratione cõstat, dumtaxat quod religioni cõgruat, quod saluti proficiat, 1. dist. consuetudo.
Item lex est constitutio populi, quã maiores natu sanxerunt, 2. distin. lex.
Quod leges humanæ, vel publicæ secundum dispositiones terrarum variantur, 1. dist. omnes, & 31. dist. aliter.
Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt, quæ nomina à suis auctoritatibus traxerunt, 2. dist. quædam.
Quod diuersi inuentores legum, & nomina eorum ponuntur, 7. dist. Moyses.
Quod leges factæ sunt, vt humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia 4. d. factæ sunt, 23.q.5. non frustra, & c. ad fidem.
Quod lex aut permittit, aut vetat aut punit, aut præcipit, 3. d. omnis autem.
Quod lex non debet statui pro priuato commodo, sed pro vtilitate communi, 4. d. erit autem.
Quod leges instituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. distinct. in istis, §. proxi.
Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, vtilis, loco, temporique conueniens, distinct 4. erit autem lex.
Quod licet conditor, legis solutus sit legibus, tamen honestum est, vt præ cæteris, secundum leges quas statuit, viuat 25.q.1. confidimus, & c. ideo.
Quod Christus qui legem dedit, legem impleuit, 25.q.1. ideo, §. his itaque.
Quod sancta ecclesia non constringitur legibus, 11.d. catholica.
Quod leges sæculi nõ dedignantur, canones sequi, 2.q.3. Eufemium, § 1. in fi.
Quod lex, quæ obuiat sacræ scripturæ, & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momenti, 10.d. non licet, & quatuor cap. seq.
Quod lex diuina, & canonica superior est lege ciuili, 10. distinct. lege.
Quod illud quod legibus præcipue ecclesiasticis est diffinitum, in iudiciis est tenendum, 6.q.4. si inter 11.q.3 summopere.
Quod non conuenit iudicare de leg ibus, 4.d erit, § prox. & c seq.
Quod illa quæ contra legem facta sunt, pro infectis debent haberi, 25.q 2. imperiali.
Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis, 23 q.5. non vos.
Quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt a publica lege constringatur, 19.q.2. duæ.
Quod lex est a domino, præuaricatio legis a diabolo, 35. distinctio. sexto.

LIBELLVS. Quod libellus famosus est qui in infamiam alicuius conscribitur, 5.q.1.c.1. & 2.
Quod libellum famosum quicũque scripserit, & publicauerit, anathematizandus est, 5.q.1. si quis, & c. præcedenti.
Quod secundum leges Imperatoris famosum libellum inueniens, & non statim eum deuastans, sed publicans, tamquam auctor capite punitur, 5.q.1. si quis.
Quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3 q 3 induciæ.

LIBER. Liber vitæ quid sit, & qd sit scribi in ipso, habes infra vbi agitur de scriptura.

LIBERALITAS. Quod liberalitas pro sancta fide tam loco, quam tempore commendatur. 86. d. non satis.
Quod approbanda est liberalitas, quæ circa proximos, & consanguineos pro necessitate exercetur, 86. d. non satis, § est etiam.
Item liberalitas pulchra est, quæ indigentibus temperate, & non superflue impenditur, 86 distin. non satis, §. item perfecta, & supra §. dominus.
Quod episcopus debet esse libellus, alioquin vacuum portabit nomẽ episcopi, 86.d. non satis, §. liberalem.
Quod dare histrionibus, & prohibitis venatoribus, & personis turpibus non est largitas, sed vitium, 86 distinctio. donare, & ca. seq.

LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcussa antequam vinum inueniretur, quia hanc Noe primus per ebrietatem violauit, 35.d sexto.
Quod pium est, & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine 12. quæst.2. cum redemptor.
Quod bonum propositum non est prohibendum, quia vbi Spiritus sanctus est, ibi libertas, 19.q.1. duę in fi.
Quod mala voluntas non est permittẽda suæ libertati, vbi potest prohiberi. 23.q 4 displicet. Exemplũ de Paulo.
Quod nemo ex praua consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere, 12.d. omnia.
Quod serui ecclesiæ non debent ordinari, nisi prius per episcopum habeant libertatem, 54 d admittu tur, § de seruis
Quod abbas, vel monachus seruum monasterii liberum facere non potest, qui enim proprium non habet, rei alienæ libertatem pare non potest, 54 d. abbati.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

LIBERTVS. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est libertati. 12.q.2 de libertis.
Quod libertus manumissus a principali patrono non singulis debet reuerentiam exhibere, 12.q.2 episcopus qui, § si vero.
Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest 12.q.2. episcopus qui, §. libertus, & § in patronos.
Quod liberti ecclesiæ tempore suæ manumissionis debent per scriptã profiteri se esse de familia ecclesię, & de obsequio eius numquam velle recedere, 12 q. 1. de libertis, § ne vero.
Quod nouo episcopo surgẽte liberti ecclesiæ, & ab eis genitisuam conditionem pręsenti episcopo in chartulis debent protestari, 21. q.2. longinquitate.
Quod liberti ecclesię ad sacros ordines promoti, a seruitiis ecclesię nõ debent separati, 12.q.2. de libertis.
Quod liberti ecclesię si negotia ipsius facere contempserint, vel contra ecclesiam insurrexerint in pristinam seruitutem reuocantur, 12. q.2 diaconi, & cap episcopus qui mancipium, & c. liberti, & octo c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

LICENTIA. Quod est licentia præsumptionis, vt cum quis propria auctoritate a superiore commissa dimittit, 11.q. 2. placuit.
Quod est licentia dispensationis, vt quando simoniacus ignorãter ordinem recepit, exequendi officiũ sibi licentia datur, 1.q.5.c. vlt.
Item est licentia occasionis, vt cum ex continentia viri vxori datur licentia fornicandi, 27.q.2. si tu abstines.
Item est licentia permissionis, vt quando Iudęi celebrandi, cęremonias licentia datur 45. dis. qui syncera.
Item est licentia approbationis, sicut est licentia nubendi data ab apostolo 18.d. de his in fi.

LIGNVM. Quod de lignis ecclesiæ habes vbi agitur de ecclesia materiali.

LINGVA. Quod lingua quęlibet habet quędam locutionũ propria genera, quę cum in aliam transferuntur, videntur absurda, 38 d locutio.
Quod super apostolos Spiritussanctus in linguarum specie sedit, qa quos repleuit, de se loqui facit. 38.d. locutio.
Quod opera sacerdotis siue prędicatoris cum linguę sonitu concordare debẽt, 43. d sit rector, post med.
Quod in cęlum os ponere, & linguã in ter-

In terra transire est prelatis suis de rogare, 21. dist. in tantum.

Quod propter detrahentes linguas correctio peccantis à prelato non debet omitti, 45. dis. sed illud 50. dist. si quis diaconus ante fi.

Quod nihil prodest ieiunare vel orare nisi lingua à detractionibus cohibeatur, de consecr. distinct. 5. nihil enim.

Quod non refrenans linguam suam huius vana est religio 5. quæst. 4. in loco:

Quod cuicunque non sufficit oculos castos seruare, sed, & linguã: quia qui de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur, 6. q. 1, ex merito.

Quod in condemnatione personæ non minus periculosa est lingua in verbis mentiens, quàm manus sanguinem fundens. 11. quæst. 3. nemo petitorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatem nutrit 41. distinct. §. 1.

Quod litigiosus ideo ordinari prohibetur, quia talis seminare discordiam numquam cessat, 46. di. hoc habet. §. ecce.

Qđ episcopus pro rebus transitoriis non per se, sed per alium in iudicio litigare debet, 14. q. 1. c. 1.

Quod lite pendente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionẽ, 11. q. 1 c. vlt. 98. dist. si ordinatus, & c. seq.

Quod sacerdotum officium est litem habentes ad pacem reuocare, 90. dist. placuit.

Quod lis iudicialis debet contestari, 3. q. 3. induciæ. §. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

LITERÆ Quod commendatitiæ literæ vacantur, 73. dist. §. 1.

Quod non de facili episcopus dimissorias literas clerico dare debet, 72. dist. episcopus, 19. q. 2. duæ.

Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo ꝓpter hospitalitatis causam non est suscipiendus, nec ordinandus nec in beneficio est instituendus 71. dist. per totum.

Quod extraneo clerico sine commẽdatitiis literis sui episcopi non licet ministrare, 81. dist. extraneo.

Qđ nullus pereginus clericus absq; formata in alia diœcesi suscipi debet, 71. dist. nullum.

Quod iuxta statuta Niceni concilii olim formatę habebant interpositas græcas literas, ne de facili falsificarentur, 73. dist. sanctissimo.

Quod exemplar literæ dimissoriæ, vel formatæ ponitur, 73. dist. in nomine §. 1. & c seq.

LOCVTIO. Quod locutio est duplex videlicet Dei, & hominis de consec. dist. 5. c. vlt.

Quod locutio Dei non est secundum modum locutionum hominis, sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium, de consecr. dist. 5. c. vlt.

Quod locutio hominis ideo est instituta, vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat, 22. qu. 2. is autem.

Quod locutio hominis debet esse sana, vt fidem consolidet. 45. distin. cap. vlt.

Item debet esse cauta, vt ordinate loquens vulnere erroris corda audiẽtium non feriat, 43. dist. si rector. circa me.

Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat, 43. dist. c. sit rector, 22. quæst. vlt, quoties.

Item debet esse ponderosa, vt loquẽdo nullum lædat, 50. dist. pōderet.

Itẽ debet esse vera, vt sicut gerit mente, sic loquatur ore, 22. quæst. 5. iuramenti.

Item non debet esse otiosa, quia de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22. q. vlt. quoties.

Item non debet esse maledicta, quia sæpe maledictio reuertitur in illũ qui eam mittit. 11. q. 3. illud, in fi. ne, 24. q. 3. qui negligunt.

Item non debent esse detractoria, 6. qu. 1. sunt plurimi, & duobus cap. sequen.

LOCVS. Quod locus non sanctificat hominem, sed homo locum, 40. dist. multi.

Quod non sanctorum filij sunt qui tenẽt loca sanctorum, sed qui imitantur opera eorum, 40. distinctio. non est.

Quod qui præsunt non ex locorum dignitate, sed honoris nobilitate innotescere debent, 40. distinctione nos qui.

Quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita, 40. dist. non loca.

Quod miserabilis est rector qui gubernaculi locum occupauit, & remum tenere non nouit, 40. distin. ante omnia.

Quod quid locis, & temporibus cōueniat diligenter est attendendum 41. dist. quisquis.

Quod non ideo approbanda est cōsuetudo mala: quia locus bonus est quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. 12. distinctione nouit.

Quod quantumcumque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt, 40. distinct. quælibet. Vbi nota exemplum de Angelo, & de cęlo, & de Adã, & paradiso, de Loth & de monte.

Quod in hoc, quod in Adam propter peccatum de paradiso electus est, innuitur, quod propter peccatum meretur quis nobili loco priuari, 40. dist. Adam.

Quod quandoque prodest conuersis mutatio loci, quia plerumq; dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 86. dist. fratrem, & 81. distin. valet.

Quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit: ne facti memoria reuocetur, 81. dist. valet. 15. q. 1. mulier.

Quod loca in nomine domini ædificata sunt honoranda, 41. dist. par. simoniam.

Quod locus tutus pro discussione causæ debet assignari, 33. q. 2. siue & 3. q. 9, hortamur.

Quod his qui in peccato mortali decedunt, sacra loca pro sepultura non prosunt 13. q. quibus.

Quod qui pro peccato mortali moriuntur, ad maiorem cumulũ damnationis in sacris locis sepeliuntur, 12. q. 2. cum grauis, in fi.

Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri, 13. q. 2. cum grauia.

LOCVLVS. Quod loculus est diminutiuum à loco, & quandoq; ponitur pro praua bursa, quã, & Christus habuit pro expensis reponendis 12. q. 2. exemplum.

Quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat, vt indigentibus distribueret, 23. quæst. 4. duo ista.

Item ideo loculos habuit, vt innueret ecclesiam suam loculos habituram. 12. q. 1. exemplum.

LODOVICVS. Quod Lodouicus Imperator primus confirmauit Paschali Papę donationem Romanę ciuitatis cum pertinentiis, & totum patrimonium sancti Petri, & electionem summi Pontificis liberam fieri à Romanis 63. di. ego Lodouicus.

Item quod nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere 23. q. 8. secundum.

LOTH. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, Angelos recipere meruit, 42. dist. §. 1.

Quod Loth ideo filias suas pro angelis Sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur, & maius peccatum vitaretur, 32. quæstione 7. offerebat.

Quod filię ipsis Loth patrem inebriauerunt vt ei commiscerentur, 35. dist. sexto die.

Quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerunt, quia totum genus humanum submersum, & se causa propagationis seruatas crediderunt, 34. q. 4. dixit.

Quod non semper solitaria loca prosunt, quia Loth in ciuitate iustus fuit in monte solitarius peccauit, 40. dist. quælibet.

LVCRVM. Quod lucrum non debet ecclesiæ quærere cum damno aliorum 12. q. 2. fraternitas, & q. 5. cap penul.

Quod Christus deflet ecclesiam, quæ facta fuerat domus orationis, & propter turpia lucra facta est domus latronum, 16. q. 7 & hoc diximus, post medium.

Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali conferre, 1.q.1.si quis episcopus.

Quod qui seruit Deo amore lucri temporalis, mercenarius est, 8 q.1.sunt in ecclesia.

Quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere, 8.q.2.dilectissimi.

Quod Christus prælatos oues pascere do , non terrenis lucris delectari, 16.q 1.nulli, & c.seq.

Quod prælati debent lucris intendere animarum, non temporalium rerum.16.q.1.prædicator.

Quod exceptis Iudæis, si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus, 23.q.4.infideles.

Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi, 13.q.4.si quis oblitus, & sex c.seq.

Quod an questus honestus, vel inhonestus sit, qualitas lucri negociantē aut excusat, aut accusat, de pœn. dist.5.qualitas.

Quod res restituuntur hæredibus, quando quis ex circumuentione lucri ad religionem recipitur, 16.q.7.constituit.

Quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plures vendat, 14.q 4. quicumque tempore.

Quod cum peccatis homines aliqua lucrantur, ea pauperibus iuste erogantur, sicut mathematicus futura prædicando, vel meretrix turpia exercendo, 14.q.5.qui habetis.

Quod de malo lucro vbi competit repetitio, eleemosyna, vel oblatio fieri non debet, 14. q. 5.per totum.

Quod medicus vel seruus lucrum ab inuito detentore non iniuriose recipit.14 q 5.non sane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

LVCIFER. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei, de pœnit. di. 2.c.principium.

Item dicitur Beemoth.

Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.

Quod lucifer non ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur, quasi magis ei aliquid tributum sit, vt quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius credeatur expressa, de pœnit. dist.2.iuxta finem, c.multi, §.hinc enim responsum.

Quod Deus fecit eum eminentiorem cęteris angelis.

Item fecit eum speciosum in multis condensis frondibus.

Quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.

Quod omne signum pretiosum para di si Dei non est assimilatum ei & pulchritudini eius.

Quod protegens & extentus in monte sancto Dei fuisse perhibetur.

Quod omnis lapis pretiosus operimentum eius fuit.

Quod omnes angelos quasi vestem, & ornamentum suum habuit.

Quod in medio lapidum ignitorum perfectus ambulauit.

Quod lucifer, quia magnus sine comparatione creatus est ideo peccās, sine venia damnatus est, de pę. di. 2.principium.

LVCTVS. Quod tempus luctus leg s tempore, alij vsque ad tricesimum diem, ali vsque ad quadragesimum obseruabant, 13.quæstione 2.quia.

Quod fœmina intra tempus luctus nubens, secundum leges ciuiles infamis est, sed non secundum canones, 2.q.3.Euphemium, §. proximo, in fi.

Quod fideles mortui non sunt lugendi cum sciamus eos nō amitti, sed præmitti, 13. quæstio.2. quam præposterum.

Quod lugere mortuos non prohibemus ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione, 13 q. vltim. vbicumque & duobus c.seq.

Quod doctrina schismaticis panis luctus dicitur, 1.q.1.dominus declarauit.

LVDVS. quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina officia obstrepens est irreligiosus, de consecra. distinct. 3.irregiosa.

Quod vere pœnitens debet se cohibere à ludis sæculi, & spectaculis, de pęn.dist.5.§.2.in fi.

Quod ad ordines non debent promoueri qui laudis turpibus deseruiunt, 33.dist. maritum.

Quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat, est deponendus, 35.distinct. episcopus, & 46.distinctione clericum.

Quod an ludendo sub certa forma baptizati debeant pro vere baptizatis haberi, 1 quæstione 1. spiritu, §.ecce, de consecra distinctione 4 solet quæri.

LVPVS. Quod lupus dicitur pastor mercenarius, cui non est cura de ouibus, 23.q.4 tres.

Quod lupi dicuntur laici subditi, qui aliquando dicuntur oues, 83. dist. nihil, 2.q.7.oues.

Quod lupi dicuntur dæmones & hęretici, 81.dist. oportet, & 43.dist.1. & c.seq.

Quod lupi arcendi sunt latratu canum, & baculo pastorum, 43.distinctione, §.1.

Quod qui propter timorem recta loqui pertimescit; hic velut mercenarius veniente lupo fugit, 43. distin sit rector.

Quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest, 83.dist.nihil.

Quod illo pastore nihil est miserabilius qui lupor ū gloriatur laudibus, 83.dist.nihil.

Quod sicut lupus frustatim comedit agnū, sic mali pastores successiue consumunt bona ecclesiastica, 13. q 1 c.1.ante med.

Quod ideo ad sedem apostolicam est recurrendum per appellationem, ne lupi, qui sub specie ouium intrant, bestiali sæuitia quosdam lacerare præsumant, 2.quæstione 6.decreto, in fine.

LVX. Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras, de pœnit. distinct.prima, resuscitatus, §.si autem.

Quod lux mundi sunt sacerdotes, 93.di.sacerdotes.

Quod lux veritatis illi subtrahitur, qui arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ, velut albugine oculi, excæcatur, 49. distinctione hinc etenim, circa med.

Quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras, Dei tamen occulos cuncta perspicientes, latere non potest, 18. q. secunda, perniciosam, de pœn. distinct. 1 porro, §. si ante.

Quod cum factum notorium inculpatur, luce clarius constare dicitur, 7.q.1.scilicitatis.

LVXVRIA. Quod luxuria inter alia peccata maxime templum Dei (idest corpus humanum) polluit 32.q.7.non solum.

Quod luxuria fomentum recipit à vino: ideo dicitur, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 35. dist.vinolentum, & duobus c seq.

Quod pauci inueniuntur sine carnis luxuria, 50.dist.quia sanctitas tua, ante.fi.

Quod luxuria sapientes infatuat, exemplum de Salomone, 32 quæstio 4.Salomon.3.quæstio.7.sacerdos.

Item sanctos prosternit Exemplum de Dauid de pœn. dist. 3. septies, §.Dauid quoque, 3.q.5.sacerdos, §.item Dauid.

Item fortes vincit. Exemplum de Sampsone, 23.quæstione quinta, si non, ante fi.

Item iugem scabiem habet, cui carnis luxuria sine cessatione dominatur, 49.distinctio. hinc etenim, post med.

Quod delectationi luxuriæ diuersæ turpitudinis voluptates iunguntur, 31.q.7.non solum.

Quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur, 32.q. 4 in eo.

De diuersis modis & gradibus luxuria, 32.quæstio 7.quemadmodum, §. primo, 27. quæstione, prima, nec aliqua.

Quod solo consensu mentis sine tactu, corporis luxuria exercetur, 32.q.5.nec solo.

Quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione domi-

dominatur. 45. dist. hinc etenim. post medium.
Quod excellentia episcopi vel presbyteri vilificatur. dum voluptatibus luxuriæ coinquinatur, 32. dist.1.c.1.in fi.
Quod episcopus vel sacerdos luxuriosus dignitate officij est puniendus.15.q.8. hi qui.
Quod abusus luxuriæ grauior est cum propria vxore, quàm cum meretrice 32. q.4. origo. & q.7.adulterij.
Quod fœmina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrumpi potest, sicut per oscula, & similia,27 q 1 nec aliqua.
Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptum coitum non admittunt. 32. quæst.7. non solum, & quæstio.4. origo.in fi.
Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriam sterilitatis venena procurantur. 33. quæst. 2. aliquando.
Quod luxuria plus iuris habet aliquando quam castitas.34. dist.fraternitas.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiscentia compescatur, consistit in ieiunijs & vigilijs,& laboribus, & castigationibus,32.quæst.5.fi.Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abstinentia & de ieiunijs.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet a ministerio altaris.49.dist.hinc etenim.1.q.sacerdotes.
Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula. 32. quæstion. 4. recurrat.in fine,& 24.quæstio.1.omnibus.
Quod sicut per vnũ membrum macula in omne corpus diffunditur, sic in omnem ecclesiam videtur diffundere,qui corpus suum maculat.26.q.2.sed & illud.
Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari non possunt.1.q.fit autem.
Quod sedes Romana semper mansit extra maculam hæreticæ prauitatis,24.q.1.in sede.
Quod macula discordiæ vel odij perseuerans nec passione nec morte pro nomine Christi suscepta purgatur, nec sanguine abluitur. 90. dist. neque.
MAGISTER. Quod magister nullus debet esse prius, quam discipulus. 16. quæst.1. si clericatus. 61. dist.miserum.
Quod ideo neophyti prohibentur ordinari, ne fiant magistri antequam fuerint discipuli.48. distinctio.§. primo.

De hac materia habes vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi congruis constituant locis, qui studia literarum,liberaliumq; artium dogmata assidue doceant. quia his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata 37. dist de quibusdam.
Quod magistri imperiti iniuriam faciunt cathedræ. 40. distinctio. multi.
Quod magistris imperiti non sunt præferendi.61.dist.statuimus.
Quod magistro impunitas debetur. si causa correctionis discipulũ verberet.de pœn. dist.1.§.3. & c.aut facta.
MAGVS. Quod magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. 26. quæst. 5. nec mirum.
Quod magi tria munera obtulerunt domino,in quibus tres partes philosophiæ intelliguntur, videlicet moralis naturalis, & rationalis. 37.distinct.legimus.§.hinc etiam filius.
Quod ars magorum inuenta est ex traditione malorum angelorum. 26.q.2.qui fine.
Quod præstigia magorum non possunt turbare mẽtes bonorum, qui talia non credunt,sed mentes infidelium 26.q.5. nec mirum.
Quod & in nouarum formarum & inconsimilium repræsentatione fictionem habent, & non veritatem.26.q 5.nec mirum.
Quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit. 26. quæstion.5. nec mirum. ante medium.
Quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt,probẽtur,& mali qui mẽdacio credunt, per sua desideria seducantur 26.q.5. nec mirum.
quod cum hæc ars prohibita sit, qui ipsam sectantur, vel qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrunt. 26. quæstio. 2. qui fine.
quod absurdum est, Samuelem tam sanctum virum credere magica arte per Pythonissam suscitatum,sed potius Saulum exigentibus peccatis per diaboli fallaciam illusum. 26.q.5. nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus,& vbi agitur de Diuinationibus.

MAIOR. quod maior apud Deũ est ille qui est iustior.40. dist.multi in fi.
quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, acolythi subdiaconibus, vt supra dist.93.a subdiacono.
Item in obediendo, quia nullus est qui non teneatur alicui obedire, alioquin acephalus esset. 93. dist. nulla,& c.seq.
Item in sedendo, & stando, & quia in talibus presbytero diaconus (nisi sit legatus non debet se præferre,93 distinctio. cap.vlt. & supra eod. cap. peruenit, in fi. & c. seq. & c. nonnulli, & c. legimus. in fi.
Item in benedicendo, quia minor à maiore benedicitur 21. distin.denique.
Item in sacramenta cõferendo, quia præsente presbytero diaconus nõ debet sacramenta conferre 93. distin.diaconi,& c.peruenit,& cap. præsente.
Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri. & vxor viro.33.q.5. est ordo.
quod est maioritas respectu dignitatis officij, & sanctitatis meriti, 2. q.7.Paulus Petrum.
quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit. 2.q 7. Paulus,§.hoc & cap puto.
quod Cyprianus martyr quãtum ad martyrium Petro comparatur. 2. q.7 puto.
quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior presbytero: Augustinus tamẽ minorem in se Hieronymo profitetur. 2. quæstio. 7. quamquam.
quod seruus Christi non quærit quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnib. inferior videatur.40.dist.multi.& 93. dist.diaconi sunt, ante medium.
quod iustitia est vt maiori seruiat minor.33.q est ordo.
MALEDICTIO. quod maledictio est duplex,s.Dei, & hominis 23.q.3.Deus quando.
quod Dei maledictio designat meritum eius cui maledicitur. 24. q. Deus quando.
quod solus Deus iuste maledicit, quod ipsum non fallit peccati qualitas nec peccantis affectus. 24 q. 3. Deus quando.
quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines à maledictis puri esse debent. 24. q. 3. si igitur.
quod maledictio in ore clerici vituperatur,& punitur.46. dist. clericus maledicus.
quod illa maledictio prohibetur quæ procedit in zelo vltionis, nõ ex zelo iustitiæ. 24 quæst. 3. cum ergo,8 proxi.
quod criminosus sententia maledictionis est feriendus, 24.q.3. certum,& c.seq.
quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, inquinamentum oris sui incurrunt.23.q. 2.qui negligunt.

Quod maledictum frustra prolatum frequenter in maledicentem reuertitur 11.q.3 illud, in fine.
Quod maledici regnum Dei non possidebunt. 14. q.3. certum.
Quod sancti cum maledicunt, non maledicũt zelo vltionis, sed iustitiæ 24 q.3. cum sancti.
Quod cum maledicimur de quo conscientiam non habemus, non tristari, non potius lætari debemus, 11 q.3. inter verba, & duobus cap. seq.
MALEFICI. Quod malefici, & magi, & incantatores, & diuinatores pro eodem accipiũtur, 26.q.4. igitur, & 5 si quis episcopus.
Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrẽdum. 33. q.1. c. vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus: & vbi agitur de Incantationibus, & de Magis.

MALVM. Quod malum est duplex, videlicet pœnæ, & culpæ. 15. q.1. illa.
Quod malum pęnæ non proprie malum dicitur, mala enim non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut paupertas, ęgritudo, & aliæ pęnalitates. 15. q.1. illa.
Quod ideo Deus malum pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij. de pœn. distinct. 1. medicina. in fi.
Quod de malo pœnæ bonum fit, cũ pauperibus distribuitur, quod cũ laboribus, & sudoribus acquiritur 14. q.5. qui habetis.

De hac materia require infra vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ proprie dicitur malum videlicet peccatum voluntarie commissum 15.q.1. illa.
Quod mala culpæ non sunt faciẽda vt bona sequantur 14 q.5 per totum. 22. q.2. is autẽ, & c. ne quis, & c. faciat.
Quod de malo culpæ bonum fit, quãdo de turpi lucro, vbi non compe tit repetitio, fit eleemosyna. 14. q. 5. qui habetis.
Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnũ perpetrare compulit. 13. dist. duo. & c. seq. in fi. 22. q.4. quod Dauid, & cap. si aliquid. & duobus c. seq.
Quod innocens, nec facit malum, nec approbat factum 23 q.4 ita & c. seq.
Quod sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humore mali in corpore. de consecr. distinct. 4 est vnitas.
Quod duobus modis non te maculat malus, videlicet si non consentis, & si redarguis, 23. quæst. 4. à malis.
Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare, sic in hac vita malos à bonis. 23. quæstione 4. quantus.
Quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur tolerari debent 2 q.1. multi circa prin. 15. q. vlt c. vlt.
Item tolerandi sunt, & associandi quamdiu de ipsorum correctione non desperatur, 23. q.4 c. 1.
Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt, ne forte eradicando zizaniam, eradicetur & triticum. 11. q.3. nolite. 2. q.1. multi, in princ.
Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur, 23. quæstio, quarta, tolerandi, & c. quid ergo, & cap. quiquis.
Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit. 23. q.4. tu bonis.
Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est, quia bonus non est, 23. q.4 hæc autem vita.
Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exẽplo Christi cũ ipsis habitare debemus, 2.q.1. multi.
Quod propter malos boni non sunt deserendi 7. q.1. aduersitas.
Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam ares non est relinquenda: nec propter pisces malos retia sunt rumpenda, nec propter hœdos, in fine separandos grex Domini est deserendus. 24. quæstio. 1. quisquis.

De malo culpa habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cœleste æqualiter singuli colligebant, sic cœlestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi præfigurabat, de consec. dist. 4. nec quemquam.
Quod sicut potior est lux, quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo. de cons dist 1 reuera.
Quod manna fuit de cœlo, corpus Christi super cœlum, de cons. dist. 2. reuera.
Quod manna fuit corruptione obnoxium si in alterum diem seruabatur. istud autem est ab omni corruptione alienum manens in æternum, de cons. dist. 2. reuera.
MANVMISSIO Quod manumissio dicitur, quãdo hi qui sunt subiugo seruitutis, manumittenti beneficio libertati redduntur. 12. q.2. cum redemptor.
Quod manumissio per episcopũ sic debet fieri, vt semp manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. quæstione secunda, episcopus qui mancipium.
Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere 12. quæstio. 2. si quos.
Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerẽtiam singulis de collegio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius vocare. 12. q. 2. episcopus qui § si vero.

De hac materia habes vbi agitur de Liberalitate, & Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.
MARCVS. Quod Marcus Euangelista discipulus beati Petri, Alexandrinam fundauit, & erexit ecclesiam 24. q.1. cum beatissimus. 22 dist. sacrosancta. 95. distin. legimus post med.
MARGARITA. Quod margarita ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur. 11. quæst. 3. nolite recedere. & cap. seq.
Quod margaritæ ante porcos, & canes mittuntur, quando detractoribus & immunis ecclesiastica sacramenta committuntur 44 dist. in mandatis, de pœn. dist. 1. non nulli. § item his.
MARIA. Quod Maria vere vouit virginitatem perpetuã, nisi Deus aliter reuelasset. 17 q.2. c. sufficiat. post modium.
Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed numquam ab eo cognita, 27. q. 2. quod autem. circa fi.
Quod ideo despõsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur & virginitate sua falleret principem mundi. 27. q 2. inuenta. & 32. q 2. 1.
Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit. 27. quæstio. 1. nuptiarum ante fi.
Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominem, sicut dicit Nestorius, qui aliam personam fecit carnis, aliam diuinitatis 16 dist. prima autem, § tertia in Epheso.
Quod tempore passionis Maria commendata fuit Ioanni. 27. q.1. quod autem, § seq.
Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit. 27. q.2. beata Maria.
MARTYRIVM. Quod martyrium pro Christo non a nobis, sed ab alijs libenter debemus suscipere. 23. q non est nostrum. & q.8. conuenior. circa princ.
Quod nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas periclitaretur. 23. q 5. nõ est nostrum.
Quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicumque intentione voluntarie interimunt 23. q 5. tu dixisti, & cap. placuit.

Quod

Quod pœna, sed causa facit martyrē de consec. dist. 4. baptismi. exemplum ibi de latrone.
Quod effectus martyrii pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi de consecr. distin. 3. baptismi, & cap. cathecumenum.
Quod qui nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequuntur. 15. q. 1. merito §. firmissime.
Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrii ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœn. distinct. 1. nunquid Cain.
MATRIMONIVM. Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale, & carnale, 26. quæstione, 2. cum societas.
Quod matrimonium carnale est viri mulierisq; coniunctio indiuiduā vitæ consuetudinem retinens, 27. q. 2. §. 1.
Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum 32. q. 2. sicut, §. 1. & seq.
Quod fuit institutū ante peccatum humani generis propagationem post peccatum infirmitatis remedium 32. q. 2. quidquid.
Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur, quod Dei præcepto perficitur. 26. distinctio. de inde, in fi.
Quod consensus in carnalem copulam facit matrimonium, 27. q. 1. §. 1. & 5. c. seq.
Quod matrimonium aliud est legitimum, & non ratum, aliud ratum, & non legitimum, aliud legitimum, & ratum. 28. q. 1. si quis Iudaicæ, §. sequen.
Legitimum matrimonium est, quod legali constitutione vel prouinciæ moribus contrahitur, hoc est apud infideles, licet non sic ratum, quia soluitur quando placet 28. quæst. 1. si quis Iudaicæ, §. sed.
Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solemnitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest, 28. q. 1. si quis Iudaicæ, §. seq.
Legitimum, & ratum est quando vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur. 8. quęstione 1. si quis, §. sequ. in fi. 30. quæst. 5. per totum, vsque ad cap. nullum.
Quod triplex est bonum matrimonii fides, proles, & sacramentum 27. quæstio. 2. omne 32. quæstio. 2. sicut in fi.
Hoc triplex bonum fuit in parentibus Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum adulteriū sacramentum quia nullum diuortium 27. quæstione secunda, omne.
Quod prima causa matrimonii debet esse intentio prolis. 32. qu. 2. pudor.
Item alia causa vitiatio fornicationis 32. quęstione, 2. sicut. §. seq. & cap. quidquid.
Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonū matrimonii 32. quæstione. 2. solet quæri.
Qđ in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pretia interueniunt. 32. qu. 2. conubia.
Quod ipse Deus est defensor, & custos matrimonii 32. quæstione. 4. nemo in fi.
Quod damnans matrimonium anathematizatur. 30. distin. si qua mulier, & duobus cap. seq & c. si quis nuptias.
Quod secundæ nuptię dissuadentur. 31. q. 1. de his, & duobus c. seq.
Quod secundæ tertiæ, & vltimæ nuptiæ non condemnantur 31. quæstione 1. aperiant.
Quod secundæ nuptiæ non debent benedici. 31. q. 1. de his.
Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante cōtracto stare, sicut & modo apud Græcos stant, & filii eorum reputabantur legitimi 56. dist. Cænomanensem.
Quod ordinatis in matrimonio cōtracto non licuit, nec apud Græcos licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ. 33. dist si quis post.
Quod puellam cū qua per verba de præsenti alter contraxit, alter ducere non potest 27. quęst. vlt. capit. vltimo.
Quod modus contrahendi matrimonium ponitur. 30. q. 5. aliter.
Quod multa sunt quæ in contractu matrimonii sunt attēdenda. 30. q. vlt. aliter, & capi. qualis, & capit. sequen.
Quod velum, annullus, & alia quæ exhibentur dum fęmina maritatur, singula specialem habent significationem 30. q. 5. feminæ.
Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium. 30. q. 5. nullum sine dote.
Quod clandestine non debent matrimonia contrahi: & licet in foro scientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habentur, 30. q. 5. per totum.
Quod matrimonium non potest cōtrahi ad tempus 32. q. 2. solet quęri, & c. seq.
Quod à septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Ioan. Baptistæ, & ab aduentu Domini matrimonia non debent solemniter contrahi. 33. quæst. 4. non oportet. Vide Concil. Trident. de hac re.
Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent à coitu abstinere, videlicet tempore communicationis, 33. quæstione. 4. cap. 1.
Item in die Natiuitatis Christi, & in aliis festiuis diebus, 33. q. 4. quotiescumque.
Item in tempore ieiuniorum. 33. quæstione, 4 si causa, & duobus cap. sequen.
Item tempore conceptus, & ablactationis pueri 5. distin. ad eius vero concubitnm.
Item tempore menstruorum ibi di. uod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu altesius 33. quæstione, 4. apostolus, & cap. sequen.
Quod matrimonium cōtrahendum impeditur per errorem personæ, vt si putatur esse Virgilius, & est Plato, 29. quæst. 1. §. 1.
Item per errorē conditionis: vt quādo putatur esse liber. & est seruus 26. q. 1. §. 1.
Item per iustitiem publicæ honestatis. 27. quæstione, 2. qui dispensatam. 35. q. 3. porro.
Quod non debet contrahi cum hæretica, & infideli persona 28. quęstione 1. caue, & duobus capitulo sequen.
Item nec cum consanguinea, 3. q. 1. cap. 1. §. his ira.
Item nec cum affine, 27. q. 2. qui desponsatam, in fine, & 35. quæst. 2. nullum, & cap. æqualiter, & pluribus cap. seq.
Item nec cum moniali 27. q. 1. hi ergo, & duobus c. seq. 36. quæstio. 1. raptores.
Item nec cum diaconissa 27. quæst 1. diaconissam.
Item nec cum religionem professis, vel in sacris ordinibus constitutis, 27. quæst. 1. ut lex. 27. dist. presbyter.
Item nec cum furiosis, & dementibus nisi habeant lucida interualla vel nisi furiosus vel furioso contraxerit. tales enim non sunt separandi, 32. q. 7. neque furiosus.
Quod uno coniuge viuo quantocūque tempore absente alter contrahere non potest. 34. qu. vlt. si quis ne cessitate.
Quod si credens mortuum contrahit non adulteratur, sed redeuntem tenetur recipere. 34. quæstione 1. cap.
Quod dubitans mortuū, si cōtrahit, licet nō debeat contrahere, debet tamen debitum reddere quousque certificetur, 34 q. 1. c. 1.
Quod si non credens mortuum, & tamen est mortuus, contrahit non separatur, sed pænitentia tamquā pro adulterio imponitur, arg. 22. q. 2. homines.
Quod si post duorum fidelium coniū ctionem, si in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari, 28. quæstione, 2. c. vlt. §. vlt.
Quod separatus ob fornicationem viuente reliquo non potest cum altera copulari 32. q. 6. cap. 1. & octo c. seq. & c. hi vero.
Quod nemo cogendus est ad matrimoniū, & coactus separatur. q. 2.

brorum non legitimus vsus, 32. q. 4, meretrices, in fi.

Quod stricte sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur, 32 q. 4. meretrices.

Item pro consensu peccati: quia qui viderit mulierem, ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo. 32. q. 7. non solum.

Quod mœchus is dicitur qui dimissa vxore ob causam fornicationis, aliam duxit 32. quæst. 7. quemadmodum.

MEDICINA Quod medicina est duplex spiritualis, & corporalis, 29. dist. necesse.

Quod medicorum consilia diuinæ conditioni sunt cōtraria quia nec ieiunare, nec flere, nec consimilia sinunt de consecr. distinct. 5. contraria.

Quod medico corporali salariū non est negandum, 14. quæstione, 5. non sane.

Quod nec clerici, nec religiosi pro medicina, munera debent accipere, 23. dist. his igitur.

Quod medicina spiritualis est pœnitentia, 50. distin. vt constitueretur 33. q. 1. si per sortiarias.

Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta. de pœnit. dist. 1. in actione de consecratione, dist. 2. si quotiescumque 23. dis. his igitur.

Item medicina spiritualis, est misericordiæ opera. de pœn. dist. 1. medicina.

Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies curare, si toties homo per peccatum infirmatus eum requirit de pœnit. 3. Naum prophetam.

Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam, 86 distinctione inferiorum, & cap. seq. 5. quæstione, 5. non vos. 45. dist. recedite 23. q 4. quid faciet.

Quod magis prælatus occidit quam curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit. 50. distinctione, ab sit.

Quod sicut medicus peritus nō vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum hominum vulneribus diuersis doctrinis medetur 29. dist. cesse.

MEMORIA. Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorem futurum incutere debet, ne consimilia attentent. 7. q. 1. denique.

Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur. 19. q. 3. mandamus, de cons. distinct. 2. & dixit.

Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incalescat. 15. q. 1. mulier, 81. dist. valet.

Quod nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continua memoria de pœ. dist. 3. Iudas pœnituit.

MENDACIVM. Quod mendacium est falsæ vocis significatio cum voluntate fallendi, 22. q. 2. be tus, §. ille.

Quod octo sunt genera mendaciorum quorum quia primum grauius est, tanto minus quisque mentiendo peccat, quando à primo recedit. 22. q. 2. primum.

Quod primum genus mendacij est in doctrina fidei cum intentione subuertendi.

Secundum est quod prodest nulli, & obest alicui, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali.

Tertium est quod prodest vni, & obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.

Quartum est quod solum mentiendi fallendique libidine fit.

Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui colloquio, quod est, adulterorum.

Sextum est quod nulli obest, & prodest alicui, vt cum quis se nescire mentiatur pecuniam esse alterius, quam scit iniuste tollendam.

Septimum est quod nulli prodest, & obest alicui, vt cum quis vult hominem prodere ad mortem.

Octauum est quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

Quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione debet quis adduci.

Quod quodlibet aliorum est vel perniciosum. vel officiosum. vel iocosum mendacium, quæ post primū minorem secundum maius, & minus culpam habent. 22. quæstio. 2. ne quis & cap. quod autem ait, & c. si quælibet, 9. distinct. si ad scripturas.

Quod mendacium est graue peccatum: quia os quod mentitur, occidit animam, 22. quæstione, 2. nec artificioso.

Quod omne mendacium cauendum est maxime perfectis, 22. q 2. ne quis. c. omne, c. si quis per vetus testamentum, & 22. q. 5. cauete fratres.

Quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri. 22. quæstio. 2. ne quis.

Quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante. 22. q. 2. primum, in fi.

Quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacob. dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio. 22. q. 2. quæritur, & §. proximo.

Quod mendacium est episcopum vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & contraria suo ordini operari. 22. quæstione, quinta, cauere fratres.

Quod nemo causa humilitatis debet mentiri: quia si non erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. q. 2. non ita.

Quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel ecōuerso. 22. q. 2. homines, & cap. seq.

quod non omnis falsum dicens, mētitur, 22. q. 2 is autem, & c. beatus, & c si quælibet, §. Abraham.

quod facere contra promissum, non semper est mentiri. 22. q. 2 beatus Paulus & c. ne quis, in fi.

quod aliquod iocosum mendacium non videtur esse graue peccatum Exemplum de Ioseph. 22. quæst. 2. quod autem ait.

quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio, & periurio esse non potest dist. 88. eijciens, & c. seq

quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccāt: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. 11. quæstio. 3. quisquis.

quod mendacium etiam in præsenti inuenitur grauiter punitum 12. q. 1. dilectissimis. post medium. Exemplum ibidem de Anania, & Sapphira.

quod mendax debet carere impetratis, & quibus scripta diriguntur, sunt puniendi si precum mendacia non arguunt, 25. quæst. vi. dicenti.

quod circa impetrationem rescriptorum contingit mentiri tripliciter. 25. q. vi. §. & si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. quod mendicitas clericorum est ignominia episcoporum 93. dis. diaconi.

quod in tātum excreuit auaritia quorundam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mendicare.

quod illi qui aliunde habere possunt grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat, accipiunt. 1. q 2. pastor.

quod eleemosyna panis egentium est, & qui defraudat eam, homo sanguinis est. 14. quæst. 5. cap immolans.

MENSA. quod mensæ clericorum non debent abundare fabularum relatione, sed sacræ scripturæ locutione, 44. dist. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. quod menstrua mulierum sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent. 5. dist. ad eius.

quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari 5. dist. ad eius.

quod sicut mulier menstrua patiens Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam menstrua-

ta laudabiliter intrare poterit.

Quod ad mulierem menstruatam quisque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur, 5. dist. ad eius.

MENSVRA. Quod mensura misericordiæ Dei non potest æstimari, de pœn. dist. 1. serpens, ante fi.

Quod apud Deum nõ valet tantum in pœnitentia mensura temporis, quantum doloris, de pœn. dist. 1. mensuram, & c. præced. & c. in actionem.

MERCATIO. Quod mercatio potest esse honesta & turpis, de pœ. dist. 5. qualitas.

Quod qualibet mercatio est periculosa quia difficile est inter vendentis, & ementis commercium non interuenire peccatum.

Quod mercatio sine peccato & periurio esse non potest, 88. dist. eijciẽs, & c. seq.

Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14 q 4 canonum, 16. q 7. & hoc diximus.

Quod qui propter cupiditatem ante tempus granum vilius emit vt carius vendat, turpe lucrum committit, 14. q 4 quicunque.

Quod in sacro loco vbi est orationibus vacandum, mercationes exerceri non debent, 16. q. 7. & hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam si ab inuito detentore recipit mercedem suam, non committit iniuriam, 14. q. 5 non sane.

Quod qui defraudat mercenarium mercede, reus est, ac si ipsius sãguinem funderet, 14 q. 6. immolans.

Quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est, 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Quod ille rector non pascit, sed mercenarij vice deseruit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimescit, 33. dist. sit rector.

Quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ouium, videns lupum, oues relinquit, 7. quæst. 1. aduersitas.

MERETRIX. Quod meretrix est quæ multorum libidini patet. 34. dist. vidua.

Quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibit 32. q 4 meretrices.

Quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit mẽbra Christi, & facit ea membra meretricis. 32 q 4. in eo.

Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore 32. q. 7. adulterij.

Quod contrahens cum meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri, 34. dist. si quis viduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus à mensura ciuitatum quibus præest, dictus est, 21. dist. cleros post prin.

Quod metropolitanus debet decem, vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere, 6. quæst. 3. scitote.

Quod absque metropolitani licentia nullus episcopus curiam Imperatoris debet adire, 23. q. vlt. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

MICHAEL. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo, ponitur in exemplum, vt à maledicto puri simus, 24. q. 3. si igitur Michael.

MILITIA. Quod militia est duplex, videlicet sæcularis, & spiritualis, 59. dist. si officia, 23. q. 8. reprehensibile.

Quod militia sæcularis nõ culpatur, sed abusus, 23. q. 1. per totum.

Quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriam propulsandum & vindictam inferenda, 23. q. 1 c. 1. in fi.

Quod ius militare in multis consistit. 1. dist. ius militare.

Quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi, & cupiditas nocendi, 23 q. 1. quid culpatur in bello.

Quod hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni subleuentur, 32. q. 1. apud, & c. seq.

Quod plerique sancti patres sæcularem militiam laudabiliter exercuerunt, 23. q. 1. noli existimare.

Quod summa laus est militiæ, communi vtilitati intendere, 23. q. 1. summa.

Quod boni milites vltra stipendia sua nil debent vsurpare, 23. q. 1. militare.

Quod miles non est reus homicidij, q legitima auctoritate superioris hominem occidit, 23 q. 5 miles.

Quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo, quàm clericus, 1. quæst. 3. Saluator circa med.

Quod miles sæcularis propter periculosum statum quem habet, absque dispensatione Papæ ad sacros ordines non debet promoueri, 50. dist. si quis post.

Quod si ĩ militia sæculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia spirituali, 59. dist. si officia, & c. seq.

Quod nõ debet esse ligatus alijs qui spirituali militiæ est aggregãdus, 54 dist. nullus.

Quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult. 15. q. 1. non est.

Quod nil beatius quàm vt quomodo Imperator noster Christus iussit, militetur, 40. dist. ante omnia.

Quod militum Christi arma, sunt lachrymæ, & oratione, 23. q. 8. reprehensibile, & c. conuenior. circa med.

MINISTER. Quod minister dicitur qui quod superior mandat, exercet, 23. q. 2. dominus noster 23. q. 5 non solum, & q. vlt. quicumque percutit.

Quod minister iudicis etiam damnatum, si ex libidine occidit, homicida est, 23. q 4. cum minister.

Quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diabolo comparatur. 1. q 1. si iustus fuerit.

Quod Christus ministros suos docuit alijs ministrare, non talibus lucris intendere, 16. q. 1 nulli.

Quod in ministris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministratio, sic & in diacono sacramenti dispensatio. 92. dist. diaconi.

Quod vbi paterfamilias largus est, minister non debet esse tenax. 26. q. 7. allegant, in fi.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculũ est opus arduum & insolitum supra spem & facultatẽ consistens admirantis, sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuisio, & alia plura quæ ponuntur, de consecr. dist. 2. reuera. circa med.

Quod miracula facere est speciale donum spiritussancti, de pœn. dist. 2. o quis semel, §. quorundam.

Quod quantumcunque sunt aliqui sancti, miracula facere nõ possunt quando volunt, nisi quando speciali dono spiritussancti perfunduntur, de pœn. dist. 2. si quis semel, §. quærendum.

Quod miracula sanctorum sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda, 2. q. 7. nos si post medium.

Quod quidam habent prophetæ spiritum, qui non habent vitæ meritum, 1. q. 1. prophetauit, exemplũ ibi de Saul.

Quod multi faciunt miracula extra charitatem constituti, qui in charitate positi facere non possunt, 1. q. 1. teneamus.

Quod magi & dæmones nõ faciunt miracula, & mira, quia non sunt supra naturam, sed sunt hominibus insolita, 26. q 4. sciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vel agitur de Magis.

MIS-

MISSA. Quod missa proprie dicitur Eucharistiæ consecratio, confectio: reliqua omnia quæ sacerdos, vel chorus canit, gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes, de consec dist. 2. vtrum.

Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cęsariensis tradiderunt modum Missam celebrandi, de cons. dist. 1. Iacobus.

Qui tamen modus, nec alius in decreto per ordinem habetur, sed tamen ego plura quæ in Missæ officio exercentur, propriis capitulis assignaui, vt infra patebit.

Quod Missa sine sacratis vestibus non debet cantari, de consec. dist. 1. vestimenta.

Quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare, 23. dist. ecclesiastica.

Quod insolenni Missa ministri, & præcipue diaconus & subdiaconus debent haberi, de cons. 1. episcopus Deo, & duobus c. seq.

Quod in primitiua eccclesia in principio Missæ psalmi legebantur, sed post psalmi cantum sunt conuersi, vnde introitus Missæ, & gradualia, & offertoria, & communio quæ cantantur, pene omnia de psalmis sunt sumpta 92. dis. cantantes, §. ab officio, & c in sancta, in fin.

Quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum, ponitur de conse. dist. 1. de hymnis.

Quod Kyrie eleison, & Pater noster, ponitur, 11 q. 3. cum aliquis.

Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab Angelis sunt cantati, & à nobis in solemnitatibus sunt decantandi, ponuntur, de consecrat. dist. 1 de hymnis, & c hi duo.

Quod hi duo hymni à septuagesima, quando lapsus primi hominis recitatur intermituntur vsque ad Pascha, quando Christus resurgēs ex mortuis tristitiam in gaudium vertens, Alleluia nobis reddit. de conse. dist. 1. hi duo.

Quod episcopus in Missa ante collectam, vt ostendat se uicarium Christi, sicut Christus apostolus, sic salutat populum dicens, Pax vobis, 2. q. 7. non omnes.

Item vt ostendat se de numero aliorum sacerdotum, dicit, Dominus vobiscum, quod ponitur, de conse. dist. 1. hoc quoque.

De orationibus siue collectis dicendis habes de consec. dist. 1. de hymnis, in fin.

Quod post orationes respondendum est Amen habes, 38. dist. sedulos.

Quod epistola & Euangelia legenda sunt in Missa, habes de conse. dis. 1. omnes fideles.

De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de conse. dist. 1. omnia Christianus.

Quod post offertur in calice vinum, & aqua à sacerdote, de cons. dist. 2. in sacramento

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationem Sursum corda dicere monemur, & tunc præcipue mentem ad dominum dirigere debemus, de consec. dist. 1. quando autem.

De præfatione, quæ postea primo sequitur, habes, de consec. dist. 1. in unimus.

Quod pax debet dari ante communionem, habes, de consec. dist. 2. pacem

Quod post missam si non est episcopus sacerdos qui cantauit, debet dare benedictionem, de consec. dist 1. Missas.

Quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recommendari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub generali commendatione orare debemus, de conse. dist. 1. visum & c. de nominibus.

Quod non nisi in sacris locis, vel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari, de consec. distinct. 1. Missarum.

Quod sub dio super tabula consecrata lapidea potest Missa cantari, de cons. dist. 1 concedimus.

Quod episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solemniter celebrare, 19. q. 2. luminioso.

Quod non solum episcopus, sed etiam populus diebus dominicis, & solennibus ab ecclesia sua, non debet se subtrahere, de consec. dist 3. episcopus, & c. seq.

Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare, de consecra. distinct. 1 cap. vlt.

Quod in natiuitate Domini quando tres Missæ sint celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solenniter est celebranda, de consec. dist. 1 nocte.

Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officijs, de consec. dist. 1. solent.

Quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari, de conse. dist. 1. solent pluces §. 1.

Quod post clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiem Missa debet cantari, & præcipue in sabbato sancto. quia tunc versus noctem debet cantari, de consec. dist. 1. solent, §. in ieiunijs.

Quod nemo pransus Missam cantare debet, 7. q 1. nihil.

Quod qui pro pecuniis vel hominum cōplacentijs vnā, vel plures Missas celebrat, æternā sibi dānationē cōparat, de cōse. dist. 1. sufficit,

Quod excepta natiuitate Christi vnam Missam cantare sufficit sacerdoti.

Quod ualde fęlix est qui vnam Missam digne potest celebrare.

Quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsq; ad finem debent audire, de conse. dist. 1. Missas, & c. seq. & c. & hoc.

Quod episcopus solenniter celebrando semper debet habere testes de conse. dist. 1. episcopus Deo, & cap. iubemus.

Quod presbyter nisi duobus ad minus præsentibus Missam non debet celebrare, vt competat sibi dicere, Dominus vobiscum, & orate pro me. de consec. dist. 1. quoque.

Quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit eum sustentare, non possit Missam cantare, 7 q. 1. illud.

Quod presbyter qui Missam incœpit: nisi infirmitas impediat, debet eam finire, de consec. dist. 1. nullus episcopus.

Quod presbyter propter casualem infirmitatem Missam incœptam finire non poterit, alter vbi dimisit perficiat. 7. q. 1. nihil.

Quod laborans morbo caduco, vel consimili Missam non debet cantare, 7. q 2. in literis.

Quod presbyter nunquam Missam cantet nisi communicet, de conse. dist. 2. relatum, & c. seq.

Quod pres byter in Missa de mortali peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest communicare, de consec. dist. 2. quotidie.

Quod Missa mali sacerdotis, vel infamati non est respuenda, nisi sit per sententiam condemnatus, & 15. q. 8. c. vlt. dist. 32. c. nullus, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione, & de Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma virtutem, 86. distinct. in singulis.

Quod duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.

Quod multiplex est misericordia Dei, quæ lapsis hominibus subuenit, de pęn dist. 1. serpens

Quod misericordiæ Dei, nec mensuras ponere possumus: nec tempora diffinire: apud quē nullus patitur moras venia conuersi, de pę. dist. 1. serpens, ante fin.

Quod Deus ex misericordia expectat peccatores. vt conuertantur, 93. dist. diani sunt, ante fi.

Quod assidue peccare volentium, non miseretur Deus 93 dist. diaconi sunt, in fin. de pœn dist. 1. Deus, § potest etiam, & dist. 7. circa fin.

Quod misericordia ad proximū est duplex,

duplex, videlicet corporalis, & spiritualis, 45. dist tria.

Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas, vel iniurias dimittere, 48 dist. tria, & 50. distin. considerandum.

Item delinquentes corrigere, 45. dis. tria.

Item bona docere, & iusta cõsulere, 45. dist. disciplina.

Quod corporalis misericordia consistit in septẽ operib. misericordiæ, quæ in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Quorum plura ex his ponuntur, 86. dist non satis.

De modo habendi, vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad proximum debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinum austeritatis, nec oleum pietatis, 45. dist. disciplina.

Item discreta in docendo, vel consulendo, ne erudiendi in errorem deducantur, 33. dist. sit rector.

Item debet esse prompta offensas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes, 23. quæst. 4. non potest, § prox.

Quod misericordia corporalis debet esse iusta in exhibendo: quia debet esse de proprio, non de alieno, 1. q. 1. non est, 14. quæst. 5. per totum.

Quod debet esse discreta in subueniendo: quia vni omnia non sunt danda, 86 dist. non satis, & cap. dominus.

Item ordinata in distribuendo: quia primo dandum est propinquis, & post aliis, 86. dist. est probanda, & c. in singulis, in fi. excepta necessitate, tunc potius dandum est iustis quàm peccatoribus, 86. distin. fratrem nostrum, §. in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnibus sunt præcepta, 86 dist. in singulis.

Quod qui negant misericordiam faciendam; ipsum Christum qui est misericordia negant, 7. quæstio. 1. omnis.

Quod misericordia maior est omnibus holocaustomatibus, dist. 50. ponderet. in fi.

Quod melius est in causis prætendere misericordiam quàm in clemẽtiam, 86. dist. non satis, 26. q. vlt. alligant.

Quod sententia quæ misericordiam vetat, est effugienda, 50 dist. ponderet, in fi. 1. q. 7. exigunt.

Quod capto hosti debetur misericordia, nisi maior turbatio timeatur, 23. q 1. noli.

Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum, 45 dist. sed illud.

Quod non est misericors qui parcit vitiis, vt non cõturbet delinquentes, 23. q 5. qui vitiis.

MYSTERIVM. Quod mysterium ex illo dicitur, ꝙ secretam & reconditam habet dispensationem, 1. q. 1. multi, circa med.

Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta propriè dicuntur mysteria. 1. q. 1 multi, ante med.

Quod indignis & non intelligentibus secreta mysteria non sunt cõmunicanda, 43. dist. §. vlt. & c. in mandatis.

MOYSES. Quod Moyses qui congregauit omnem synagogam, repræsentat, quod in fideli anima omnis multitudo sensuum, & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet conuenire, 8. q 1 licet.

Quod in hoc, ꝙ non fuit Moysi permissum à Deo de successore ordinare, datur intelligi, ꝙ ad Deum non ad homines spectat electio prælati, 8. q. 1. si ergo.

Quod Moyses negauit se filium filiæ Pharaonis, & ꝙ Aegyptium sabulo obruit, & ꝙ Aegyptum dereliquit, & ꝙ filios Israel de Aegypto eduxit, habes de pœn. dist 3. vt cognouerunt, §. opponitur.

Quod Moyses ponitur in exẽplum, quod prælati non armis, sed orationibus contra aduersarios debent pugnare, quomodo ipse pugnauit contra Amalech. 36. dist. si quis vult.

Quod sicut inter Moysen & Aaron fuit quædã maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos, 22. dist. sacrosancta, & 21. dist. §. 1.

Quod Moyses cum pro peccato populi orauit, nõ statim veniam impetrauit, 50. dist. si quis præpostera, in fine.

Quod Moyses potius voluit de libro vitæ deleri, quàm noxiam populo non dimitti, q 4. quid crudele.

Quod quia Moyses Aethiopissã duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percussa fuit, 2. q. 7. plerumque, c. item obiicitur.

Quod Moyses propter reuerentiam loci calceamentum pedis soluit, de pœnit. distinct. 1. sunt qui arbitrantur.

Quod Moyses quandoque Christum significat, de pœnit. distinc. 2. inter hæc hircum.

MONACHVS. Quod monachus dicitur à monos Græce, quod Latine dicitur solus: & achos, quod Latine dicitur tristis: quasi solitarius & tristis, 16 q. 1 placuit.

Quod monachus ideo singularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem, 16. quæstione 1. si cupis.

Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio vel cella caret vita, 16 quæstione 1. placuit communi.

Quod monachus ad hoc debet intẽdere vt status eius concordet cum nomine, 16. q. 1. placuit.

Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel de regula S. Benedicti, vel de regula Basilii, vel de regula Augustini, 18. q 2. perniciosam.

Quod etiam dicuntur monachi, qui regulam Augustini sunt professi, 18. q. 2. perniciosam.

Quod nullus seruus debet esse monachus nisi à domino suo licentiatus, 16 q. 1. qui verè.

Quod monachi & monachę semper, & vbiq; debent deferre vestes professionis suę, 33 dist. sanctimonialis, 20 q. 1. vidua.

Item excepta infirmitatem nũquam debent carnes comedere, de consec. dist. 5 carnem.

Item debent abbatibus suis obedire: ac res laborib. suis acquisitas, vel qualescumque sine licentia abbatis non debent retinere, 18. q. 2. abbates.

Quod nullus debet monachus spe abbatiæ promissæ fieri, 18. q. 2. per laicos, 18. q 2 peruenit.

Quod vltra tempus in monasterio stantes & nolentes profiteri debent expelli, 16. quæst. 1. peruenit ad nos.

Quod testamentum facere non possunt, 19 q. 3. quia & c. seq.

Quod sine licentia abbatis vouere non possunt, 20. q 4. monacho.

Quod ad arctiorem vitam petita licentia trãsire possunt, 20. q 4. c. 1. & c monachum.

Quod compulsus siue à parentibus, siue ab aliis fieri monachus: nisi prius consentiat, non tenetur, 20. q. 3 præsens.

Quod monachi de licentia abbatis ex causa legitima possunt ad solitarias cellas transire, 18. q. 2. nullus monachus, 20. q. vlt. c. vlt.

Quod non debent causas, nel negotia sæcularia agere nisi ex licentia abbatis pro monasterio, 16. quæstio. 1. adiicimus, in fi. & cap. de præsentium, & c. sunt nonnulli, & c. monachi.

Quod frequenter loquens de pecunia, potius dicendus est institor quàm monachus, 16 q. 1. si cupis.

Quod monachi nunquam debẽt vacare, sed semper vel orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis debent intendere, de consecr. dist. 5. nunquam.

Quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarum se alienare, 18. q 2. peruenit ad nos, & tres c. seq.

Quod nec in vno, nec in vicino monasterio cum monialibus debent habitare, 18. q. diffinimus, & duobus c. seq.

Quod nec sudariolos, nec zonas, nec alia munuscula à mulieribus debent accipere, 27. quæstione 1. monacho.

Quod monachi quamuis recipiendo ordi-

ordinem recipiant officis potestatem, nō tamen executionem: nisi occasione populi licentia episcopi, 16.q.1.monachi, & cap.seq. & cap.sic viue, & cap.si clericatus, & c.seq.

Quod nec pœnitentiā alijs dare, nec prædicare nisi in claustro suo debent, 16.q.1.placuit omnibus, & c.monachus, & c.iuxta, & c.adijcimus.

Quod nec baptizare debēt, nec fieri compatres, 18.q.1.peruenit ad nos de conse.d.4. non licet abbati, & c.seq.

Quod præter cōfratrem in claustro, & præter eum qui elegerit, nullū debent sepelire 15.q.1.c.1.c. Agapitus, & c.placuit.

Quod monachi debēt subesse episcopis, inquantum per papam non sunt exempti, 16.q.1. peruenit, 18.q.2.Abbas, & quatuor cap.seq.

Quod visitādi sunt per episcopos & corrigendi, 18.q.2.visitandi.

Quod iura episcopalia debēt episcopis persoluere, 18.q.2.Eleutherius & c.seq.

Quod non debēt decimas, vel ecclesias a laicis sine cousensu episcopi recipere 16.q.7.decimas

Quod episcopos ex charitate possunt accusare, 2.q.7.nullus, §. proxi.

Quod monachi bonorū operum in clericos, & episcopos promoueri possunt, 16.q.1.si clericatus, & 7. cap.seq. & tribus cap.præcedentibus.

Quod non debent sine abbatum licētia episcopatus recipere, 18.q.2. quam sit, § nullus, 16.q.1. si quis monachus & c.legi.§.seq.

Quod facti episcopi absoluuntur a iugo professionis, 18.q.1.c.1.

Quod facti episcopi non debent mutare habitum, nec ordinis sui ritū quo ad substantialia, 16.q.1.de monachis, & §.seq.

Quod facti episcopi succedūt in bonis paternis, & ecclesiæ suæ requirunt, 18.q.1.c.1.

MONASTERIVM Quod monasterium duplex pro monachis, & monialibus in vno loco fieri ꝓhibentur, 18.q.2.diffinimus.

Quod monasteria construenda sunt in solitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatur, 18 q.2.luminoso.

Quod monachorū monasteria subsunt episcopo in cuius territorio sunt. 18.q.2.monasteria.

Quod monasterium exemptum est a lege diœcesana in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præsentationem, vel præstationem, 10.q.3 inter cætera.

Item quantum ad quartæ partis dimissionem, 16.q.1.cum pro vtilitate.

Item quantum ad grauem exactionem 17.q.2. quam sit.

Item quantum ad publicæ missæ celebrationem, quia sine consensu abbatis episcopus nō debet facere, 18.q.2.abbas, & c.luminoso.

Quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum, 18.q.2. quidam, & quatuor c.seq.

Quod mulieres monasteria religiosorum intrare non debent, 18.q.2 peruenit ad nos.

Quod monasteria religiosorum nō debent conuerti in habitacula sœcularium clericorum, nec debent regi per sæcularem, 18.q.2. peruenit ad nos, ad nos, & c.dudum, 19.q.3.quæ semel, & c.seq.

Quod in parochialibus ecclesiis monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri institui, vel remoueri, 16.q.1.vitis, & c.seq.

Quod abbas sine episcopo, & episcopus per se res monasterij alienare non possunt, 17.q.4.in venditionibus, 18.q.2.quam sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & vbi agitur de religione.

MONIALIS. Quod monialis est quæ professa est se velle viuere secundum regulam Benedicti, vel secundum regulam Basilij, vel secundum regulam S.Augustini, 18.q.2.perniciosam.

Quod moniales non debent habere singularia domicilia, 18.q.2.perniciosam.

Quod puella duodecim annos habēs si voluntarie monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non pot rit, 20.q.1.puellæ.

Quod moniales sub sunt ordinationi, & correctioni episcopi, 18 q.2. cognouimus.

Quod præponendus monialibus primum est per episcopum examinādus, 18.q.2.qui religiosis.

Quod cōuenientius reguntur per viros spirituales quam sæculares, 18 q.2.in decima.

Quod monasteria monialium non debent esse vicina monasteriis monachorum, 18.q.2. diffinimus, & 4.c.seq.

Quod monialis numquam debet loqui cum monacho, vel alio viro si ne bono testimonio, 18.q.2. diffinimus, & c.in decima.

Quod moniales in vno choro cum monachis, vel alijs clericis cantare non debent, 18.q.2.perniciosam.

Quod non debent vasa sacra, & pallas, & corporalia contingere, 23.d.sanctimoniales, §.vasa, ca.sacratas.

Quod non possunt matrimonia cōtrahere, & contrahentes sunt per episcopum compellendæ ad votū redire, 27 q.1.de viduis, & puellis vsque ad si.

Quod moniales in vitium carnis ꝓlapsæ grauiter puniuntur, 27.q.1. impudicas, & fere per totum.

Quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati, 27.q.1.si qua virgo, & c.eos.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

MORS. Quod mors est triplex, videlicet corporalis, spiritualis, & gehennalis, de pen.d.vlt.

Quod mors corporalis omnibus est communis, 15 quęst.2.in ecclesiastico.

Quod in memoria ab omnibus est semper habenda, ibid.

Quod nō videntur esse perfecti qui cum a Domino vocantur, non moriuntur voluntarie, sed inuiti, 13. quæstio. vltim. quam præposterum.

Quod sacramenta morientibus concedi debent, 26.q.1.Aurelius, & c.seq.

Quod si uolentem cōfiteri mors antequam ad sacerdotem perueniat præoccupauerit, non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura, 26.q.6.si aliquis.

Quod qui fame morientem non pascit, occidit, 86 d.pasce.

Quod mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit 53. distinctio.§. primo.

Quod qui mortui sunt in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi, 24. distinctio quorundam.

Quod post hominum mortem animæ locantur secundum, quod meruerunt, 13.q 2 tempus.

Quod mortui iuuandi sunt oblationibus, eleemosynis, & orationib. etiam si dubitatur de eorum salute, 13.q.2.non ęstimemus, & pluribus c.seq.

Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet, ac si pro vno solo fieret, de conse.d.5.non mediocriter.

Quod indignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum, de pęn.distin.7.§.vltim.

Quod in morientibus in peccatis mortalibus, nec oblationes, nec orationes viuorum, nec mortuorum, nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt, 13.q.2.quibus, & septem c seq.

Quod nemo debet cōtristari de morte suorum charorū, cum ipsos nō amittamus, sed præmittamus, 13.q.vlt quam præposterum, & trib. c.seq.

Quod illi qui nimis tristantur de morte suorum, videntur desperare de fœlicitate futurorum bonorum, 13.q vlt habent.

Quod in hoc quod dominus fleit Lazarum non fleit mortuum, sed ad huius vitæ miserias resuscitandum, innuitur, quod pro mortuis plus est gaudendum quam tristandum, 13.q.vlt qui diuina

Quod mortui huius mundi facta possunt scire vel per decedētium relationem, vel per angelorum reuelationem, vel per specialem con-

Item

Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam, 22. quæstio. 4. innocens, credit ex his. vbi de Iosue, & Gabaonitis, 23. q. c. 5. c 1. circa medium.

Quod non sufficit peccatori mores in melius commutare, sed etiam debet de præteritis satisfacere, de pęn. dist. 1. § Christus.

Quod Nabuchodonosor rex non corporaliter, sed mentaliter in bestiam mutatus est: quia credens se bestiam, ab hominibus secedēs cum bestijs morabatur, 23. q 5. remittuntur.

MVTILATIO. Quod mutilatio mēbrorum latronum proficit eis, quia debilitata membra nequeūt exercere consueta, 23. quæst. 3. si quis fortitudinem.

Quod mutilatus vel abscissus per se, vel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri, 33. distinctio. maritum, & 36 distinct. c. illiterato.

Quod qui sibi ipsi virilia mutilauerit, non solum non promouetur, sed etiam sui ipsius homicida reputatur, 50. distinct. si quis absciderit, & c. seq.

Quod qui volens partem digiti sui mutilauerit, ab ordinibus abstinebit, 45 dist. qui partem.

Quod mutilator alterius non debet promoueri, 55. dist. cap. vlt.

Quod si quis per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem, aut à Barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent; si alias inueniūtur digni, possunt promoueri, 55. distinct. si quis à medicis.

MVTVS. Quod mutus per signa baptismum, & pęnitentiam, & alia sacramenta petere potest, 26. q. 6. qui recedunt, & c. seq.

Quod pręlatus qui non redarguit vitia subditorum, canis mutus dicitur, 43. dist. sit rector.

NABATH. Quod Nabath fuit pater Hieroboam, qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit, 7. q. 1. denique.

Quod Nabath vineam suam in hortum olerum commutare noluit, 23. q. 8. conuenior.

NABVCHODONOSOR. Quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum, & persecutionibus liberauit, 23. quæstione quinta, si propterea.

Quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit: qui post propter superbiam mutatus mente in bestiam cum bestijs vixit, 23. quæstione 3. § primo, circa medium, & q. 5. remittuntur, §. & hinc, circa medium.

Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus, 17. q. 4. miror.

Quod quia Nabuchodonosor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur: innuitur, ꝙ medicinæ salutis non operamur in singulis, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

NATIVITAS. Quod natiuitas triplex est, videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud: quod enim in ea natum est, de qua natiuitate, de consecr. dist. 4. firmissimè.

Item alia est naturæ ex eo vtero, scilicet quando puer innotescit, iuxta illud, Natus est homo in mundum, de qua de cons. dist. 4. quisquis, c. qui in maternis.

Quod natiuitas gloriæ est, quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam, de consecr. distinc. 4 post baptismum. Sic mors sanctorum natalis dicitur, 24. q. 2. sanè quod.

Quod natiuitas gratiæ est quādo nascitur per baptismum, iuxta illud: Oportet nasci denuo, de consecr. dist. 4 qui in maternis.

NATVRA. Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris, & fęminæ coniunctio puerorū successio, & educatio, 1. dist. ius naturale.

Quod contra naturam coitus, semper fuit illicitus, & damnabilis, 32. q. 7. vsus. 35. q. 3. nec eam 5. naturę, & cap. seq.

Quod violatur diuina societas cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur, 32. q. 7 flagitia.

Quod naturali iure omnia sunt communia, & quod consuetudo induxit meum, & tuum, 8. dist. differt.

Quod præscientia vel prædestinatio diuina nullā naturę infert necessitatem, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Quod in culpam cadere naturale est doluisse virtutis, de pœn. distin. 3. ille res.

Quod natura dæmonum in pluribus subtilior, & nobilior est quàm natura hominum, 26 q 4. sciēdum.

Quod sancti cum ex naturæ fragilitate corruerint, acriores ad currēdum cursum salutis resurgunt, de pœn. dist. 3. ille tex.

NAVIS. Quod nauis quę propter Ionæ fugam immergebatur, significat, ꝙ propter excessus maiorum contingit afflictio minorū, 1. q. 4. ecclesia, §. his ita, post medium.

Item in hoc quod multa merita apostolorum nauigabant, & proditoris perfid. a nauis procellis agitabatur; innuitur, quod propter vnius malitiam multi boni puniuntur. 24. quæst. 1. non turbatur.

Quod Paulo causa prædicationis in Italiam veniente nauis cōcutitur, innuitur, ꝙ aduersitas bonis votis obijcitur, 7. q. 1. aduersitas.

Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit, constantiam prędicationis in aduersitate innuit, 7. q 1. aduersitas.

Quod periculū est pręlato qui nauē ecclesię regit, & remū tenere non nouit, 40. distin. ante omnia, in fi.

Quod sicut nauigans multis periculis se exponit; sic qui vxorem ducit. 17. q. 2. nos.

Quod sicut nil interest vtrum nauis vno grādi fluctu, aut p rimas paulatim aqua intrāte submergatur, sic parua peccata multiplicata tantum opprimūt, vt vnū grande, de pęn. dist. 1. medicina, circa med.

NECESSITAS. Quod necessitas est duplex, videlicet simplex, vt est necesse omnes homines mori, 23. q. 4 Nabuchodonosor.

Alia est conditionis, vt cū quis scit aliquē ambulare, necesse est ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamē necesse est eum incedere: sic quæ ex nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet, & necesse est eā esse, 28. q. 5. Nabuchodonosor.

Quod necesse est prædestinata adimpleri. ibid.

Quod non est culpabile, quod necessitas infert. 30. q. 1. ad limina.

Quod necessitas non habet legem, 1. q. 1. remissionem.

Quod necessitas facit licitum, quod aliàs non esset licitum, vt patet in translationibus episcoporū, 7. q. 1. mutationes.

Quod translationes episcoporum vel communis vtilitas vel necessitas debet persuadere, 7. quęst. 1. scias, & 4 cap. seq.

Quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia, 57. distin. si quis.

Quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus. ibidem.

Quod id quod ex necessitate cōceditur, cessante necessitate debet solui, de consecr. dist. 5. quidquid.

Quod illud quod ex necessitate fit non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante necessitate debet cessare & id, quod pro necessitate statutum est, 1. quæst. 7. quod pro remedio, 9. q. 1. ordinationes, in fine.

Quod in necessitate extrema pęnitētibus sacramenta non sunt neganda, 26. q. 7. tempora pœnitudinis.

Quod in necessitate patri siue matri siue omnibus alijs baptizare permittitur, 30. q. 1. ad limina.

Quod necessitas facit aliena ꝓpria, quia tempore necessitatis omnia sunt cōmunia, 47. dist sicut, in fi.

Quod clericus raptor est, qui vltra necessaria pauperibus nō erogat, 16. q. 1. c. quoniam.

Quod tēpore necessitatis prius subueniendum est propinquo quàm alieno, 86. distin. non satis.

Item alieno prius iusto quam peccatori, 86 dist. fratrem, §. in ipsa, & c. non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. Quod negatio Christi non

sti non tantum fit in verbis, sed etiam in factis, 11.q.3.existimant.

Quod ille negat Christum, qui (cum sit) se negat esse Christianum, 11.q.3.non solum.

Quod quoties vitijs vincimur, & peccamus, toties Deum negamus, 11.q.3.existimant.

Quod qui veritatem pro pecunia negant, Deum qui veritas est vendunt. 11.q.3.abijt.

Quod qui negant misericordiam faciendam patientibus, ipsum Christum qui misericordia est, negant. 7.q.1.omnis.

Quod quanta vita est cōfiteri Christum tāta mors est negare ipsum, 11.quæst.3.non solum, §.idem timendo.

Quod Petrus negauit Christum, cum se negauit eius discipulū, 11.q.3.non solum.

quod illi errant qui Petrum de negatione Christi excusant, 11.q.3.nō solum, §.idem timendo.

quod de vno negatur, de plurib. conceditur.ibidem.

quod negatiua probari non potest, 6.q.5.§.vlt.

NEGLIGENTIA. Quod negligentia est eruditionis nouerca, 83.distin.nihil.

quod negligentia arguitur in excusatione boni operis, 84 distinctio. peruenit.

Item in subueniēdo miseris, 12.q.2. aurum, & c.seq.86.dist.fratrem.

Item in corripiendis peruersis, 83. dist.error. 2.q.7.sicut inquit. cap. negligere.

Itē in eruditione prędicationis.83. dist.nihil. 43.dist.sit rector.

Item in defensione pauperis, 84 dis. §.1. & c.peruenit, & c.seq.

quod negligentia prælatorum cedit in discrimen subditorum, 40.dist. si papa.

quod negligentia correctionis perdit disciplinam in subditis, 23.q.3 iustum.

quod negligētes rectores multas sæpe nutriunt pestilentias dum dissimulant adhibere disciplinam, 86. dist.inferiorum, 45.dist.sed illud.

qood negligere, & non perturbare peruersos nil aliud est quàm fouere, 83.dist.error.

quod si negligenter quæ male vsurpantur corriguntur excedendi via alijs aperitur, 93.distinc.peruenit ad nos.

quod sufficit clericis turbis negligentibus adæquari, 8. quæstio. 1. cap.vlt.

quod desolatio debet esse prælato vbi clericos videt esse negligentiores in bono quā laicos, 8. q.1. quid autem, 25 q.1 nulli.

quod prælati de negligentia arguuntur, & puniuntur, 22.q.1. si quis, 17.q.1.si custos.

quod negligentia post admonitionē aggrauatur quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, 12. q. 2. indignè.

Quod prælati pœna de negligentia est depositio. 81.dist. dictum, 11. q.3.placuit.

quod negligentia inferiorum suppleri debet per superiores, 8.q.3.Artaldus, 9.q.3.cum simus.

NEGOTIATIO. Quod negotiatio non est in se mala. 88.distin.quoniam non.

quod duplex est negotiatio: videlicet licita, & illicita, 88. distinct. fornicari.

quod negotiatio sine periculo minime exerceri potest, de pœn.dist.5. qualitas.

quod negotiatorem excusat vel arguit qualitas negotij, de pę dist. 5. qualitas.

quod de substantia mali negotiatoris nouissimè non remanet nisi solum peccatum, 88.dist eijciens.

quod negotiatio inhonesta clericis est interdicta, 88. dist.consequens. Nam nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotijs.

quod negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestē fugias, 88.dist. negotiatorem.

quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis, 88 dist. decreuit, 14. q.4. clerici, & cap canonum.

quod negotiatio pietatis vt inde subueniatur viduis, & pupillis, permittitur clericis, 78. distinct. decreuit.

NEGOTIVM. Quod negotia circa maiora cautius, & diligētius sunt discutienda, 42. distinctio. quiescamus.

quod pleraque sunt negotia quæ sine peccato aut vix, aut nunquam exerceri possunt, de pęn.distin.5. negotium.

quod perfectis non est peccatū repetere negotium quod ante sine peccato exercuerunt, de pœn.distin.5.negotium.

NEOPHYTVS. Quod neophytus dicitur qui nouiter est in fide vel religione plantatus, 47.dist.sicut.

quod non debet in episcopum ordinari, ne in superbiam erigatur, quia talis nescit humilitatem obseruare, 48.dist.§.1.

quod simonia neophytorum hæresis dicitur, quia aliquando dabant pecuniam vt citius promouerentur, 1 q quisquis.

quod neophytis expedit plusquam alijs cibis delicatis, & a vanitatibus abstinere, de consecra.dist. 5. neophyti.

NECROMANTIA. Quod necromantia est quando per incantationes videntur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere, 26.q.5.nec mirum.

quod quādo necromantia fit, cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis dęmones inuocati facilius prouocentur.ibid.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

NOBILITAS. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum, 40.distin nos.

quod nec loci nec generis nobilitate, sed virtute Christi acquiritur gratia, 40. dist.illud. cap.seq.

quod quia Adam nobilitatē Dei per peccatum obiecit, nobilitate priuatus fuit 40 dist Adam.

quod nobilitati defertur in pœnæ impositione pro excessu. 24.q.1. qui contra.

NOMEN. Quod nomen aliquando propter facti detestationem deprauatur, 17.dist multis.

quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter est aduertenda. 12 quæst 1.clericus qui.15.quęs.1. cap.1.

quod à Christo Christiani nominantur, de consecrat distinct 4 postquam ascendit.

quod sola nominatio nō sufficit ad condemnationem, quia sæpe innocentes in falso crimine nominantur, 2.q.1. multi, in fine.

quod sophisticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicitur Virgilium, cum sit Plato, dirimit matrimonium, 26 q.1.§.1.

NOTORIVM. Quod notorium nec accusationem, nec probationem requirit.2.q.1.de manifesta, & cap seq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

NOVITIVS. Quod nouitij in fide, siue in religione austeriores alijs debent viuere. de consecr.distin. 5.neophyti.

quod in religionem intrans tempus probationis vnius anni debet habere.17.q.2.Gonsaldus.

quod incognitus ante trienniū non debet recipi ad professionem, & intra hoc tempus si sit seruus, aut vxoratus, debet repeti. 17.quæst.2. si quis, 19.q.3 monasterijs.

quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri, 48. distinc.sicut.

quod in multis deferendum est eis, ne ratione nimiæ austeritatis tanquam minus radicati retrocedant. 25.quæstio.3. cap.quædam lex, §. quod scripsi.

NVPTIAE. Quod nuptiæ dicuntur à nubendo, eo quod puellæ pudoris gratia caput obnubere, vel velare soleant, 30.quæstio.vlt. nec illud.

quod nuptiæ terram implent, virginitas paradisum, 32.quæstione 1. nuptiæ.

quod velle nubere post votum castitatis damnabile est, 27. quæstio.1. nuptiarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, & vbi agitur de Diuortio, & vbi agitur de Bigamia.

OBE-

OBEDIENTIA. quod obediētia est quidquid a superiore vtiliter impetratum fuerit obtemperare, 33.q.1.summa.
quod obedientia sola fide meritum possidet, sine qua quisquis fidelis conuincitur, & infidelis esse iudicatur, 8.q prima, sciendum, in fine.
quod obedientia in scriptis debet permitti. 23.d.quamquam.
quod obediendo in desideratis, & obediendo in contrarijs præter voluntatem, nulla est obedientia. 8.q 1 faciendum.
quod obedientia propria voluntate mactatur, 8 q.1.sciendum.
quod obedientia quia cogit esse sub aliena potestate, nihil debet habere proprium, 8 q.prima, non dicatis.
quod obedientia est fructuosa, quia per ipsam in præsenti meremur gratiam Dei 93.dist.nulla, & cap. seq.
Item futurum per ipsam meremur salutem, 93.dist.si inimicus, 11. q.3. qui ergo.
quod sine ipsa incurrimus æternam reprobationem, 93.d.nulla, & ca. seq.
quod propter obedientiam est bonū omittendum, sed nunquam malum mortalis culpæ committendum, 11.q.2.quid ergo.
quod alijs præpositus non debet ferre moleste aliquem sibi prælatum esse, sed obedientiam quam exigit ab alijs, ipse impendat, 23. distin. quamquam, secunda, quæstio.6. qui scit.
quod vbi duo superiores mandant, vel præcipiunt opposita, non est obediendum, 11.q 3.si is 8.d quæ contra.
quod in dubijs semper est obediendum, 23.q.1.qui culpatur, ante fi.
quod non est semper malū non obedire, quia cum præcipitur aliquid contra Deum, prælato non est obediendum, 11.q.3.non semper, & octo c.seq.
quod seruus obediens domino suo in malo, excusatur pro tanto, quia seruus, sed non pro toto, 22.q.5. qui compulsus, 86.dist. quid prodest.
quod superioribus festinanter est obediendum, 93.distinct.si inimicus.
quod Deo principaliter obediendū, 8.d quæ contra, 11.q. 3.Imperatores.
Item post Deum Romanæ ecclesiæ diligentius, 12.d.præceptis, 93.d. obedientiam.
Item episcopis, 7 q.1.quia frater.
Item sæcularibus potestatibus, 8.dis. quæ contra.
Item abbatibus religiosis, 17.q.2.abbates.
Item cuilibet suo superiori, 93. d.a subdiacono.
quod ideo Deo principaliter est obediendum, quia sicut potestas maior minoribus præponitur ad obediendum sic Deus omnibus hominibus, 8.d.quæ contra.
quod post Deum ideo Romanæ ecclesiæ est obediendum, quia ipsa est caput, & mater omnium ecclesiarum, 12.d.non decet, & ca.seq. 93.d si inimic.
quod episcopo a clericis, & sacerdotibus suę diœcesis est obediendum, & reuerentia debet eis exhiberi, 7.q.1.quia.
quod sæcularibus potestatibus sic est obediendum, vt Deus non offendatur, 8 d.quæ contra, 15.q.6.nos & c.seq.
quod abbati monachi, & alii religiosi specialius suo prælato in his q̄ spectant ad regulam, quàm episcopo tenentur obedire, sicut clericus tenetur plus suo episcopo, obedire, quam archiepiscopo, 18 q.2. sit, §.nullus, & cap abbates, 9.q 3. conquestus.
quod omnibus superioribus, dummodo non sint hæretici, licet sint aliàs mali, quamdiu tolerat eos ecclesia, est eis obediendum, 2.q.7. sacerdotes.
quod iudex obediendo potestati legitimæ si quemquam occiderit, non culpatur 23.q 5.Miles & ca. cum homo.
OBLATIO. quod oblatio est duplex, videlicet spiritualis, quæ est corpus, & sanguis Christi, & temporalis, quæ fit ex rebus mundi. de conse.d 2 tribus, in fi.
quod oblatio Eucharistiæ quæ proprie spiritualis est, omnem oblationem præcellit, de consecr.d.2. nihil.
quod ab omni sorde purgati debēt hanc oblationem offerre, 50.d. & purgabit, 81.distin.oportet, in fine.
quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 82.distinctio.proposuisti.
quod licet hæc oblatio sancta sit, nō tamen indigne offerens eam sanctificatur, sed plus polluitur, 1.q. 1.prophetauit.
quod in oblatione rerum temporalium Deus plus pensat voluntatē offerentium quam oblatum, 24.q. 1.odi. 14.q.5.scriptum, 45.distinct. duæ, 15.q. 6. capitulo primo, §. seq.
quod quilibet Christianus videtur teneri offerre in festiuitatibus, de consecra.dist.prima, omnis Christianus.
quod oblatio iniqui est maculata, & ideo infructuosa, 14.q.5.immolans.
quod oblationes iniquorum non respicit Deus: sicut ad munera Cain non respexit. 3.q.7.in grauibus.
quod quidquid in sacrificio Dei ex scelere offertur: non placat ipsius iracundiam, sed irritat. 1.q.1.non est putanda.
quod oblationes discordātiū, & pauperes opprimentium, non sunt recipiendæ, 90.d.oblationes, & cap. seq. 17.q.4 miror.
quod retinentes oblationes defunctorum, necatores sunt pauperū, 13.q.3 qui oblationes, & duobus c.seq.
quod laici oblationes altarium, & præcipue beati Petri, & sanctæ Mariæ rotundæ accipere sub anathemate prohibentur, 10.q 1.quia & capitulo sequen 12.quæst.prima, nulli.
quod olim de oblationibus fiebant quatuor partes. 12 q.2.vobis, & c. Vulteranæ, & septem c seq.
quod voluntarie oblata possunt accipi sine peccato, 13.q.2 questa, & c.postquam, & c.seq 18.d.de eulogiis.
quod indignū est offerre Deo quod dedignatur homo, 49.d.ca.vlti.in fin.
quod illi oblationes, non debent percipere, qui vix valent pro se, nec pro alio orare, 10.q.1.hanc.
OBLIGATIO. quod obligatio fit propter futuram cautelam, 1. q 7.quoties cordis.
quod obligatio quandoque fit sub pœna excommunicationis 1. q.7. quotiescunque, de conse.d.2 ego Berengarius.
quod coram Deo tantū obligat simplex verbum quantum iuramentum 22.q.5.iuramenti.
quod bona ecclesiarum laicis obligari non debent, 86.distinct. peruenit
quod obligari ad ratiocinia non debent ad ordines promoueri 55.d. priscis.
OBSTINATIO. quod obstinatio est consiliis salutaribus nolle acquiescere, 48.d.quod ad.
quod obstinatus est qui inspirationem, vel reuelationem sibi factam in eo quod errauerat, perseuerat, 8.d.consuetudo.
quod obstinatio in malitia Deus nūquam miseratus fuit, nec miserebitur, 44 q.2.legatur, & c.damnationis.
quod ideo obstinati indigni sunt venia, quia peccant ex certa malitia, 8.d.consuetudo, 82. distin. quia, in fin,
OCCASIO. quod occasio non est danda alicui per malum exemplū, 12. q.1.nolo.
Item nec per fauorem, nec per auxilium, 14.q 6.c.1.circa med.
quod sacerdos dat puero occasionē damnationis cum propter sui auaritiam moritur non baptizatus, 1. q 1.placuit, vt vnusquisque.
quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet dent alicui occasionem mala committendi, culpatur, 23. q.5 de occidendis, & ca.non frustra.
quod qui in ludo licito, vel alio modo alterius fuerit præter intentionem occasio mortis, non culpatur 50.dist.cum qui, & quatuor cap. seq.

OTIVM

OTIVM. Quod otium siue commodum proprium nemo vtilitati ecclesiæ debent præponere: sed vocatus ad regimen miti corde debet obtemperare, 16.q.1.vos

Quod prælatus plus tenetur ouibus commissis quam otio contemplationis intendere, 7.quæst.1.suggestum.

Quod nemo debet loco orationis attendere fabulis otiosis, 25.d. vnu, §.alias, ante fi.

Quod de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22.q.5.quoties.

Quod incongruum est otiosum esse, & de alieno labore victum quærere, 13.q.1.ecclesias.§.proximo, in fin.

Quod semper aliquid operis facito, vt te diabolus semper inueniat occupatum, de consecr. dist.5. numquam.

Quod prodest malefactores truncare quia ab infamia vita ad sanandum otium diriguntur. 23.q.5.c.1.circa med.

Quod non licet Christianis in calendis otij vacare, & superstitionibus intendere, 26.q. vlt.non licet.

OCCIDERE. Quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, de pœn.d.1. homicidium.

Item odio in corde, ibid.

Item detractione in ore, ibid.

Item panis subtractione. 86.d. pasce, 14.q.5 immolans.

Item in delinquentium non correctione, quia cum pastor delinquentes non arguit, tacendo occidit, 43.d. Ephesijs.

OCVLVS. Quod oculus impudicus impudici cordis est nuntius, 32 q 5.nec solo.

Quod non tantum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam, 6.q.1.ex merito, in fi.

Quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis, nec lingua effrani, 23.d.his, circa med.

Quod qui inuriose iustos tangit, 2.q.7.accusatio quoque.

Quod episcopi sunt oculi Dei, 6.q.1. oues.

Quod diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, sunt oculi episcopi, quia vice ipsius debet totam diœcesim perlustrare, 93.d.diaconi ecclesiæ.

Quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotij iure. 55.d si Euangelica.

ODIVM Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicatur, de pœnit.dist. prima homicidium.

Quod odio debent haberi peccata, non homines, 85.distinct.odio, 23 q.4.duo.

Quod clerici maxime debent odiū, & æmulationes fugere, 23.dist.his igitur.

Quod nemo potest veram pœnitentiam agere, nec gratiam baptismi recipere, nisi primum dimittat odium in corde, de pœn.d.5. falsas, de consecra.distin.4. quomodo, in fi.

Quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros, a cœtu fidelium est expellendus, d.90.placuit.

Quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes, 86.dist. interiorum.

OFFICIVM. Quod officium aliud est sæculare, aliud diuinum siue ecclesiasticum, 59.dist. si officia.

Quod officium sæculare aliud est licitum, quod.1.caret peccato: aliud illicitum, quod sine peccato exerceri non potest, de pœn.dis.5. falsas.

Quod officium illicitum est deserendum, quia existendo in ipso, pœnitentia non potest agi. de pœ.d. 5 falsas.

Quod occupantes se illicitis officiis ab ecclesiæ officiis sunt expellendi, 48.d.consequens est.

Quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officij detrimento 91.distinct.clericus, & c.seq.

Quod officium diuinum siue ecclesiasticum est diligenter exequendum, 12.dist. de his 91.dist.presbyter.

Quod officium Metropolitanum ecclesiæ obseruandum est per prouinciam, 12. d.de iis, de conse.d.2 institutio.

Quod diuinum officium, præcipue missa, securius cum pluribus exequitur, 7.q.1.illud.

Quod ordinem officii in matutinis, & in Missa, & in aliis horis conuenit omnibus clericis custodire, de conse.d.5.conuenit, & duobus, c. seq.

Quod post matutinas, & post vesperas semper Pater noster est dicendum de conse.d.5.id semper.

Quod seruitus est clericorum septē horarum officia qualibet die persoluere 91.d presbyter.

Quod septem horæ ibidem enumerantur.

Quod clerici in sacris, & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina 91.d c.vlt.

Quod prælati officium diuinum, aut per se, aut per clericos debent explere, 91.d.presbyter.

Quod clericus diuinum officium non explens debet deponi, 92.d. c.vlt.

Quod officium diuinum plus corde quam voce est exercēdum, & exequendum, 92.d.cantantes.

Quod publicus concubinarius Missam, & alia diuina officia exequi non debet, 32. distinctio. præter hoc.

Quod officium simoniacorum, & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum, 32. d. præter hoc verum, in fi.

Ministros officia ecclesiæ exercētes, sicut lectores, acolythos, subdiacōnos sacerdotes, & archiepiscopos, & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cū suo officio declaratos.

Quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda, 86.d.c.1.

Quod quantumcumque exercitatæ personæ duo officia vno tempore non sunt committenda, 89 d. singula.

Quod ecclesiæ officiis vitanda est reconsanguinitatis successio: ne hęreditatio iure credant se ea vendicare, 8.q.1.Apostolica.

Quod potius sunt danda extraneis bonis, quàm propinquis malis, 8. q.1.Moyses.

De officijs ecclesiæ habes vbi agitur de beneficijs, & vbi agitur de Ecclesia.

De officio diuino habes vbi agitur de Cantu, & celebratione, & vbi agitur de Eucharistia, & vbi de Missa, & de Ordine.

OMISSIO. Quod omissio casu, vel per errorem contingens caute est supplenda, 1.q.1. spiritus, §. prox.7.q.1.nihil, 51.dist. solicitudo.

Quod quando substantiale omittitur, non valet quod agitur, de consec.d 4.in synodo, 22.q.3. animaduertendum, de pę d.4.fratres

Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur non contemptus, sed prouidentia iudicatur, 63 d.Hadrianus.

OPERA. quod opera bona vigilanter sunt facienda, 86.d.fratrem.

quod quotiescumq; bonum agimus, Deum confitemur: sicut econtra malum faciendo ipsum negamus, 12.q.3.æstimant.

quod Deus in operibus, bonū plus respicit animum quam actum, 15 q.6.si quandoque a sacerdotibus, in fi.

quod vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis potest esse ædificium, 1.q.1.ca. cum Paulus.

quod Deus de malis actibus hominum, bona operari consueuit, 23. q.5.relegentes.

quod opera non sunt præcipitanda, sicut nec consilia, 50.dist. ponderet.

quod non solum respicienda sunt opera, sed etiam circūstantiæ operum, videlicet tempus, causa, volūtas, personarum differentia. 23.q. 8.occidit, de pœn.d.2.vt cognouerunt, § opponitur

quantum ad tēpus respicienda sunt, quia multa permittebantur olim, quæ non modo, & modo. quæ nō olim, 32.q.32 q.quis ignoret, & ca. seq 35.q.1.c.1.34 d. fraternitas.

quantū ad causam, sicut quia Phines non occidit propter personæ odiū sed propter legis zelum.23 q.8.legi.& c.seq.& q.6.cum homo.

Quan-

Quantũ ad voluntatem: quia qui pręter voluntatem occidit, non sic culpatur sicut voluntatem habes 50. dist. cum qui, & 4. c. sed 15. q. 1. non est, & tribus c. seq.

Quantum ad personarum differentiam, videlicet vtrum sit persona nobilis vel ignobilis, vtrum sit sapiens vel stultus, 34. distin homo Christianus.

Quod sanctorũ filii non dicuntur qui tenent loca eorum, sed qui eorum exercerent opera. 46 distin. non est.

Quod bona opera ꝓsunt ad dignitatis sublimationẽ, 56. distinctione quia.

Item ad irregularitatis dispensationem 1. q. 7. tali.

Quod mediocre bonum opus maiori non est præferendũ, de cons. disti. 5. non mediocriter.

Q̃ culpa, pia operatione solet purgari, 22. q. 2. si quælibet. Exemplũ ibi de obstetricibus.

Quod aliquando sunt facięda ad quę non tenemur, & illa sunt gratiosiora, 15. q. 1. tam, post medium.

Exemplum ibi de Christo qui tributum soluit cum non teneretur.

Quod bona opera mortificantur per peccatum mortale, de pœn. dist. 4. finis. circa med.

Quod reuiuiscunt per pœnitentiam,

Quod per opera bona teguntur peccata 43 dist. sed illud.

Quod opera facta extra fidem, & charitatem nõ valent ad salutem, 24 quæ. 1 odi & c. seq de consecrat. dist. 5 nihil enim.

Quod licet malis bona opera nõn prosint ad salutem, non tamen sunt ommittenda, quia prosunt ad alia. 14. q. 5. q habetis, & § seq

Quod licet quædam opera sint indifferentia, tamen in ipsis quis demeretis potest & mereti. 23. q. 5. lex. & quatuor c. seq.

Quod opus male inchoatum bonum finem habere nõ potest. 1. q. 1 principatus.

Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit, ita & iustitia ex opere non cõsumatur nisi voluntas affuerit, 32. quæst. 5. sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna.

OPPRESSIO. Quod oppressio dicitur quæ fit in pauperes contra iustitiam & veritatem, 11. quæst. 3. pauper.

Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est de pœnit. dist. 1. omnis

Quod oblatio oppressorum pauperum non est recipiendo. 90. distin. oblationes, & c. eorum.

ORATIO. Quod oratio est pii animi affectus omnia in Deum prætendens, de consecra. dist. 1. quando autem stamus.

Quod non verbis tantum, sed corde orandum est domino. de consec. dist. 5 non mediocriter.

Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quam id de quo deprecatur. de consecr. distinctione, 1. quando.

Quod cum quolibet verbo orationis debet concors esse sensus cogitationis, de conse. dist. 4 nunquam

Quod orationis voces ad aures Dei non diriguntur, nisi cum animi affectu. 38. distin sedulo.

Quod melius est quinque psalmorum cantio cum deuotione, quàm totius psalterij modulatio cum anxietate. de consecr. distinctio. 5. non mediocriter.

Quod versus orientem est orandum, & per consequens oratoria sunt facienda. 11. distinctione ecclesiasticarum.

Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore paschali non est orandum cum prostratione 30. dist. si quis presbyter.

Quod oratio dominica scilicet Pater noster, post alias horas semper est dicenda. de consecratio. distin. 5. id semper.

Quod orandum est sine intermissione conse. dist. 5. numquam.

Quod prælati pręcipue orationi debent esse intenti, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenentur orare. 36. distinctio. si quis vult.

Item clerici & religiosi. 12. q. 1. duo.

Quod prælatis non sufficit oratio nisi & ad sit eleemosynæ largitio. 86. di. fratrem.

Quod oratio est peccatorum purgamentum, 1. q. 1. ipsi sacerdotes.

Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere: quia ea suis orationibus delent atque consumunt, 1. q. 1. ipsi.

Quod oratio est contra visibiles, & inuisibiles hostes efficax iuuamẽtum. 36. dist. si quis vult.

Quod per orationem diuina secreta reuelantur, 8. q. 1. si ergo.

Quod homines, siue mortui siue viui orationibus adiuuantur. 23. quæstione, 2. non ęstimemus, & quatuor cap. sequen.

quod quia à Papa solus dependet omnium, ab omnibus, pro ipso est orandum 40. dist. si Papa.

quod pro illis qui seipsos interficiunt, vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine contritione decedunt non est orandum. 23. quæstione, 5 placuit.

quod quando oratio à meliori porrigitur tanto citius exauditur. 1. q. 2. ipsi 14. q. 5 scriptum.

quod Deum prouocans propriis peccatis non bene potest intercedere pro alienis 1. quæstione 1. fertur. §. vulnerato & quæstione, 6. ego in fi. 3. quæst. 7. in grauibus.

quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, 3. q. 7. in grauibus.

quod orationis tempore ab opere coniugali est abstinendum, 33. q. 4 per totum

quod quia sacerdotibus semper est orandum ideo ipsius à mulieribus semper est cauendum. 31. dist. si laicus.

quod plus aliis ad orandum obligantur qui aliorum eleemosynis vtuntur. 10 q. 1. quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & agitur de Missa.

ORDO. quod ordo est duplex videlicet triumphantis ecclesiæ, & militantis 89 dis. c ad hoc.

quod nullius vniuersitatis gereretur administratio, qua subsistere posset nisi eam magnus differentiæ ordo seruaret 89 dis. ad hoc.

quod triumphantis ecclesiæ nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati de pœn. distinctione 2. principium, §. omnis lapis.

quod in militanti ecclesia nil debet esse inordinatũ 61. dis. miramur.

quod ordo familiæ Dei nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite, 61. distinctione, miramur.

quod nouem ordinum gradus sunt in ecclesia militanti, videlicet psalmista ostiarius lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus presbyter, episcopus, quorum nominum deriuationes, & officia ipsis significantia habes 21. dis. cleros. Et in hoc opere habes vnumquoque positum loco suo. secundum ordinem alphabeti.

quod ordo episcoporum quadripartitus est, vt habes supra vbi agitur de episcopis.

quod omnes prædicti ordines dicuntur sacri, præcipue tres, videlicet, sub diaconatus, diaconatus, & presbyteratus 32 dist erubescant.

quod antiquitus subdiaconatus non reputabatur sacer ordo. vnde in episcopum eligi non poterat nisi cum dispensatione. 40. distinctione, nullus in episcopatũ 21 dis. §. 1. in fi. Vide quod ibi notatur.

quod modo ordinandus in subdiaconum debet vouere castitatem. 27. dis. diaconus, & 28. nullum, & ca. decernimus, & c. de his.

quod pueri nullatenus ad sacros ordines sunt promouendi 1. quęst. 1. pueri.

quod infantes videlicet septem annos habentes possunt tonsurari in clericos, & beneficia ecclesiastica per consequens habere. 28. distin. de his.

quod ordinandus in lectorem vel exorcistam, xij. annorum debet esse. 10 distin. de his

Item ordinandus in acolythum ad minus debet esse duodecim ann. dist. in singulis.

quod nemo nisi xviij. anno comple-

 to, &

ro & castitate promissa debet in subdiaconum ordinari. 28. distinctione, de his.

Quod in diaconum ordinandus, xxv. annos debet habere, 28. di. de his.

Quod excepta necessitate nec in presbyterum nec in episcopum quis debet ordinari nisi tricesimo anno completo, 77. dist. ca. episcopus, & c. seq. 78. dist. per totum.

Quod à minoribus ordinibus incipiendo debet gradatim ascendere in presbyterum vel episcopum ordinandus, 77. dis. c. 1. & c. seq.

Quod qui pretermissis aliquibus ordinibus episcopus efficit, illos ordines quos non habet, aliis dare non potest, 1. q. 1. gratia de conse dist 3. quando ab Hierosolymis.

De modo ordinandi episcopū habes 23. dis. episcopus.

De modo ordinandi presbyterum habes. 2. distinct. presbyter, & c. ecclesiastica.

Quod episcopus ordinando presbyterum dicit hæc verba Consecrentur & sanctificentur domine manus istæ vt quicquid consecrauerint, consecratum sit, & quæcumque benedixerint benedicta sint, 16. quæstione, 1. generaliter in fi.

De modo ordinandi diaconū habes, 23. dis. diaconus, & c. seq.

De modo ordinandi subdiaconum habes 23. dis. subdiaconus.

De modo ordinandi acolythum habes 23. dis. acolythus.

De modo ordinandi exorcistam habes, 23. dis. exorcista.

De modo ordinandi ostiarium habes, 23. dis. ostiarius.

De modo ordinandi lectorem habes 23. dis. lector.

De modo ordinandi psalmistam habes 23. dis. psalmista.

Quod in ordinando solum diacono & presbytero ab episcopo manus imponuntur, 23. distinctione, quorundam.

Quod si episcopus manum tantum super ordinandos ponat, & alter verba consecrationis proferat, nihil fit, 23 dist. quorundam.

Quod duos primos ordines minores in suo monasterio possint conferre abbates, 69 dis. quoniam.

Quod ordinandi siue sint episcopi siue alii clerici, sunt prius diligenter examinandi, 24 dis per totum, 76. dis. si quis, & c. seq.

quod ordinandus vel per se vel coram se per fide dignos tribus diebus ante ordinationem ordinandos debet in fide, moribus, & fama examinare 24 dis. quando episcopus & c. seq. 77. dis monachus.

quod ad ordinationem clerici sufficit testimonium episcopi proprii sine examinatione, 16. quæstione, 1. si quis.

quod in examinatione monachi, testimonium sufficit proprii abbatis, sine examinatione ordinantis, 16. q. 1. monachi.

quod sine examinatione ordinatus debet deponi, 24. distinctione, si quis presbyter, 50. distinctione, ex pœnitentibus.

quod tempus ordinationis sacerdotum & aliorum clericorum est sabbatum quattuor temporum, & sabbatum præcedens dominicam passionis, & sabbatum sanctum 65. distinctione, literas, 75. dis quoniam, §. cæterum. usque ad finem 76 dis per totum.

quod mane dominici diei sequentis continuato ieiunio possunt fieri ordinationes, 75. dist. quod à patribus & c. seq.

quod episcopi die dominico, & alij clerici die sabbati, propter domini cum debeant ordinari, sicut ab apostolis traditum inuenitur, 75 dist. quod die.

quod episcopus faciens ordines sabbato, post nonam missam decantare debet, quia officium ad dominicam spectat, 75 dis. c. vlt

quod propter dignitatem diei dominicæ statutum est ordines fieri illo die, quia Deus illam diem maximis operibus quæ fecit, consecrauit 75 dist. quod die.

quod ordinantes & ordinandi debent esse ieiuni, 75. dist. quod à patribus & c. seq

quod ordinandi promissionem debent episcopo facere sub iuratoria cautione de obedientia & aliis honestis, 23 dist. quamquam.

quod nullus sine certo titulo est ordinandus, & si ordinatur, vacua & irrita est quantum ad executionē eius ordinatio, 70. dist. neminem & c. seq.

quod monachus etiam si non professus fuit, vel quilibet alter religiosus sub titulo monasterij ordinatus, ad seruiendum ibi perpetuo obligatur.

quod nemo debet coactus ordinari: quia, vt videtur, talis non recipit characterem, 74 distinctione per totum.

quod nullus debet pretio vel fauore, sed ex vitæ merito ordinari, 1. quæst 1 pueri.

quod ordinandus debet esse sobrius, non uinolentus, 35 distinctione per totum.

Item debet esse hospitalis 42. distin. § primo.

Item debet esse prudens in sacra scientia, 36 distinct. usque ad 38. dist per totum

Item debet esse domui bene præpositus, vtpote qui familiam suam bene educauerit, 47 dist. sicut hi. § necesse, & c. seq.

quod multi faciunt se ordinari non propter deuotionem, sed propter supplendam penuriam, 77 distin. monachus.

quod beneficiati vt ordinentur per episcopum sunt compellendi 60 dist. innouamus.

quod sicut inuitus qui ordinari renuit sacris altaribus est amouendus, sic ambiens vltro se offerens est repellendus. 1. q. 6. sicut.

quod nolentes ordinari ad illos ordines quos status requirit per episcopum honore sunt priuandi. 60. dist. innouamus.

quod non debet ordinari nisi diaconus in archidiaconum, & presbyter in archipresbyterum, & in decanum, non nisi presbyter. 60. dist. §. 1. & tribus c. seq.

De multis generibus hominum non ordinandorum habes 34. distinct. præcipimus & quatuor cap. sequen. 50 distinctio ex pœnitentibus. 51. distinctio. per totum.

Item de bigamis non ordinandis habes 33 dis. per totum & habes supra vbi agitur de Bigamia.

quod habens vxorem ante baptismum, & aliam post siue vxorem, concubinam, non est ordinandus, nisi cum dispensatione 33. distinctione, si quis, & cap. maritum, & cap. habuisse, & 43. distinct. c. fraternitatis.

quod bigamus ad subdiaconatum, & supra ordinari non potest 34. dist fraternitatem.

quod nemo coniugatus ordinari debet nisi vxore requisita, & castitate prius ei promissa 77. dist. cl episcopus.

quod in orientali ecclesia ordinandi etiam ad sacros ordines licite contrahunt, sed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur, 31. dist aliter.

quod corrumpens virginem & post contrahens cum eadem, videtur quod non possit ordinari 34. dis. quorundam, & cap seq.

An in ordine lapsus post peractam penitentiam in suo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conscendere. 50. distinctione, per totum.

quod usurarii & cupidi quia tales de facili à vero deuiant, ordinari prohibentur, 47 dis. per totum.

quod homicidium siue pagani, siue Christiani, siue publicum, siue priuatum, etiam post peractam pœnitentiam impedit ordinandum, & ordinati officium exequēdum 50. dist. miror & cap. seq.

quod serui nisi libertati fuerint dati, non sunt ordinandi. 54 distin. per totum.

quod mulier non debet ordinari. 32. dis mulieres.

Item illegitimi, nisi sint in religione, abique dispensatione non debent ordinari, maxime ad curam animarum, 56. dist per totum.

quod ordinādus debet recipere literas suæ ordinationis 2. q. 1 legum.

quod non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt. 83. q 1 si quis.

quod ordinatus in presbiterum prætermisso ordine vno de minoribus, no debet exequi officium 59. dist.

dist.si officia,& duobus c.seq.

Quod ordinati ab hæreticis suspensis & interdictis in forma ecclesiæ,recipiunt characterē,sed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem qua carent, 1.q.1.si qui à simoniacis.

Quod ordinatus ab hæretico non est reordinandus,18.dist.secundum.

Quod ordinati ab hæreticis, si alias digni sunt,tolerantur, nisi se fecērint reordinari ab ipsis, 1.q.7.saluberrimum, in fi.

Item nisi se simoniace à simoniaco fecerint ordinari,9.q.1.excommunicati.

Item nisi se fecerint rebaptizari, de consecr.dist.4 eos quos.

Item nisi in contemptum fidei,& ecclesiæ se fecerint ab hæreticis baptizari,1.q.7.conuenientibus,Vnde versus.

Siue bis ordo datur, seu baptismus repetatur.
Vel si præstatur, vt vtrumque Simon operetur.
Seu vt euertatur fidei status, ordo petatur.
Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

Quod qui coactus ab hæretico, vel simoniaco ordinem receperit, cōsequitur executionem, 1.q.1.constat.

Quod ficte ordinatus vel in mortali peccato,non est reordinandus,64.dist.sicut.

Quod ordinati ad sacros vxor post mortem eius non potest contrahere, 28.dist.quia sunt culpæ.

Quod episcopus ordinās scienter indignum punitur, 34.dist.quando, in fi. & 50.dist. ex pœnitentibus, & 59.dis qui ecclesiasticis.

Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis: vt cū seruus alterius ordinatur, & tunc ordinans cōdemnatur in duplum. 54.dis.si seruus.

Item ratione ætatis: & tunc ordinatus deponitur, 77. dist. subdiaconus.

Item ratione temporis,sicut quatuor tempora, & quæ sunt legitime ordinata. & tunc ille ordinatus deponitur,& ordinans ordinandi potestate priuatur,77.dis subdiaconus.

Item ratione carentiæ beneficij: & tunc ad iniuriam episcopi deponitur,70.dist. neminem.

Item ratione bigamiæ, vel alterius irregularitatis, & tunc episcopus ordinādi potestate priuatur,& ordinatus ordine spoliatur, 50.dist. ex penitentibus.

Item ratione publici criminis, & tā ordinator quàm ordinatus deponitur, 51.dist.aliquantos.

Item ratione inscientiæ, & tunc ordinator ordinandi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatur, 56.dist. qui ecclesiasticis.

Quod ordinatus à non episcopo, debet reordinari,68.dist.per totum.

Quod episcopus alterius diœcesis clericū sine dimissoriis ordinare non debet,9.q 2.per totum,71.dist.clericos 21.q.1 quoniam.

Quod episcopus clericum suum ab alieno episcopo sine consensu suo ordinatum, ante executionem officij recipere potest,& secum dispēsare, dum modo sententiam contra tales non tulerit, 3.q 2.Lugdunen.§.seq.

Quod illi furtiue dicuntur ordinem recipere, qui absque conscientia episcopi, & absque examinatione ordinantur, 64 dist.extra conscientiam,24.distin.quando.

Quod tales ipso iure sunt irregulares & prohibiti vel excommunicati sunt promoti,sunt deponendi,24.dist.cap.vlt.

Quod exceptis minoribus ordinibus vt est consuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere, 77.dist. monachus.

Quod accipiens duos ordines simul, maxime post examinationem, est deponendus,77.distinctio.subd aconus.

ORNATVS. Quod ornatus hominis est duplex, videlicet interior, & exterior,41.dist.1.

Quod ornatus Christianorum verus est non in splendentia vestimenti, sed moris boni, de consec.disti 5. fucare.

Quod nihil in corona episcopi splēdidus est quàm humilitas,100.distinctione contra morem,post medium.

Quod ornatus episcopi,vel clerici exterior in multis consistit, videlicet,vt comam non nutriat,23.dis. clerici qui.

Itē vt vestes religiosas habeat 21.q.4.omnis.41.dist.§.1.

Item vt sine operimento decenti, nō incedat,21.q 4 episcopi.

Item vt numquam guttur vel fauces vel faciem vnguento liniat 92.dis. cantantes.

Item vt in religionis habitu, & cibo cum quibus viuit,conueniat, dist. 41.§.vlt.

Item ut incessu graui maturitatem mentis ostendat, 41.dist.clericus.

Item in cibo,& potu temperantiam, & sobrietatem prætendat, 41. distinct.§.vlt.

Quod in ornamento summi Pontificis rationale designat, quia in pectore pontificis debet esse cognitio veritatis,36. dist. qui ecclesiasticis,§.ecce.

Quod clerici debent esse ornati exterius,videlicet incessu,& habitu,vt non sordidis, vel fulgidis vestibus se ornent, 40 dist.§.1.

Quod tunc incessus sacerdotis est ornatus quando grauitate itineris mentis maturitatem ostendit. 41. dist. persimoniam.

Quod exterior ornatus tolerabilior est in fœminis quàm in viris, de consecr. distinctio. 5 fucare.

Quod ornatus meretricius nō est ad placendum hominibus,sed ad placendum dæmonibus, de consecr. dist.5.fucare, in fi.

Quod prælati debent intendere, vt templa Dei ornata resplendeant, 86. distinctio. non satis, §. item perfecta.

Quod nullus ornatus ecclesiæ sic debet esse carus quin pro necessitate pauperum, & captiuorum sit expendendus 86 dist.non satis.§.itē perfecta,12. quæstio.2 aurum, & cap. gloria.

OSCVLVM. Quod osculum pacis in missa ante communionem est dandum de consecr. distinctio. 2. pacem.

Quod osculum lasciuum, libidinis est incitamentum, 27. quæstio.1. nec aliqua.

Quod quid monachi semper debent esse puri,fœminas non debent osculari de consecr. distinct.4 monachi.

Quod excommunicatis non est communicandum in osculo, 11. quæstione vltima.

OTTO. Quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, & omnia iura papalia defensare, 63. distinctio. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

OVIS. Quod oues Christi vocantur omnes Christiani, 23. quæst. 4 displicet.

Quod is qui valet Christo oues, & tenuerit pascere ostendit se pastorem suum minime amare, 6.qu.1. in scripturis. 16 q.1.vos.

Quod ouis perdita scilicet genus humanum per Christum ad ouile cęleste est reportata, 12.quæstio.1. quia tua, ante fin. 16. quæstio. 7. pœnitentem.

Quod vulnerato pastore, idest, prælato, & oues infirmantur, 1.qu.1. fertur,§.vulnerato.

Quod oues contra pastorem, nisi in fide errauerit, insurgere non debent 2.quæst.7.oues6. quæstio.1. oues.

Quod scabiosa ouis ne pecora, & etiam ne tota domus inficiatur, est repellenda,24.quęst.3.resecandæ.

Quod sicut ab vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic ab vno peccatore populus inficitur, 45. distinct.sed illud in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PABVLVM. Quod papulum a fure quandoque auertendis pecoribus spargitur, vt abiugantur, 6. quæstio. 5.non omnis, in fine.

PATIENTIA: quod patientia est suas & suorum iniurias æquanimiter tolerare, 23. q. 1. circa medium.

Quod non reddere mala pro bonis, sed reddere bona pro malis, signa sunt perfectæ patientiæ, 23. q. 3. lex differentiæ.

Quod iniuria propriæ personæ cum patientia & gaudio est sustinenda: sed iniuria Dei ulciscenda 23. q. 4. quod Christus, §. proxi.

Quod ubi hostis non personam, sed sedem ecclesiæ quærit; si sibi non resistitur, non patientia, sed negligentia iudicatur, 23. q. 3. Maximianus, & capro membris.

Quod laudabilior est fraudis passio quam vindictæ actio 23. q. 1. nisi, circa med & c. seq.

Quod præcepta patientiæ non tam in ostentatione corporis quam in præparatione cordis sunt seruanda, 23. q. 1. nisi, §. his.

Quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia: in manifesto exhibenda sunt periecutorum saluti expedientia. 23. q. 1. paratus.

Quod prælatorum est pestifera patientia per quam nutriuntur in subditis vitia 23. q. 3 iustum.

Quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquentium per patientiam ad pœnitentiam est expectanda, 23. q 4 quid fac. post medium, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia: & vbi agitur de Persecutione.

PACTA. Quod pacta contra bonos mores, vel leges contra honestas consuetudines, nullius sunt momenti, 8. dist. quæ contra.

quæ pacta licita sunt, 10. q. vlt. relatum, quod ardua pacta in scriptis sunt redigenda propter formam pacti & temporis, 10. q. 2. casellis, § vltimo

Quod generale pactum est societatis humanæ, regibus suis obtemperare, 8. dist. quæ contra.

Quod pacta cum dæmonibus per magicarum artium molimina fœderata, sunt ab omni Christiano fugienda. 26 q 3 igitur.

Quod mandatum Dei dicitur super omne pactum: nec contra ipsum potest fieri pactum 8 dist quæ contra, 10. q. 1 puella, in fi.

Quod in spiritualibus videtur posse fieri pactio sine peccato. 18. q 2. Eleutherius. & 18 q vlt. c. nec numerus. in fine. & c seq.

Quod in spiritualibus nulla potest fieri pactio inhonesta; sed si postmodum aliqua subsidij gratia cōferuntur, licite recipiuntur, 1. q. 2. quam pio. in fi. & 100. dist. in ea synodo.

PALLIUM. Quod pallium quod datur archiepiscopis repræsentat specialem dignitatem & honorē, 100. distinctione prisca, & c. contra, ante fi.

Quod petens pallium, antequam accipiat, debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorum, & pontificum Romanorum, 100. distinctio. nouit, §. causarum, & cap. optatum.

Quod confirmatus in archiepiscopū intra tres menses debet à sede apostolica pallium quærere, 100. dist. quoniam.

Quod antequam habeat pallium, licet episcopus, nō potest episcopos consecrare, 100. dist. quoniam.

Quod pro pallio nihil dari vel accipi debet. 100. dist. nouit.

Quod pallium non debet negari vbi est petentis, meritorum exigentia, & feruens instantia, 100 dist. prisca.

Quod cum pallio semper cōceditur aliquod speciale priuilegium, & renouatur antiquum, 100. dist. rationis.

Quod in pupillo significatur, quod archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamento actionis, 100. distinct. rationis.

Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suam prouinciam & hoc non in processionibus, sed tantum in missarum solemnijs, 100. distinctio. pallium tibi, & c. contra.

Quod quia pallium sigillatim traditur, innuitur quod est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cū habente sepeliri, 100. distin. scriptorum.

PALMA. Quod palmæ, quæ in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionem bonorum, qui inferius sunt parui, sed sursum se erigendo in cœlestibus desiderijs sunt ampli 47. dist omnes.

PANIS. Quod est panis eleemosynæ, 85. distinct. pasce. & 5 q. 5. non omnis

Item Eucharistiæ, de cons dist 2. fere per totum.

Item panis tribulationis siue pœnitentiæ, 23 q 4. Guilisarus.

Item panis doctrinæ, 8. q 1. audacter. in fine.

PAPA. Quod Papa aut sanctus eligitur aut ex promotione clarus efficitur, 40 dist. non nos.

Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quam alij Christiani, 23. q 1. officij.

Quod propentius est pro ipso orandum, quia ex ipso dependet salus omnium, 46. dist si Papa.

Quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q 3 aliorum.

Quod non necessitate, sed propria voluntate de obiectis se criminibus purgat, 2 q. 4. mandastis. Exēplum ibi de Sixto Papa, & cap. auditum. Exemplum de Leone Papa q. 7. nos si, in fi. Exemplum ibi de Damaso Papa.

Quod Papa nisi à fide errauerit, à nemine est iudicandus, 40. distinct. si Papa.

Quod quia Papa est vicarius Petri, non de facili debet de eo haberi præsumptio mali, 40. distinctione non nos.

Quod non omnis Papa est sanctus, sed quandoque à Deo tamquam reprobatus punitur, 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.

Quod bonitas ipsius salus est omnium, & peruersitas eius cedit in damnationem innumerabilium pertinarum, 40. dist. si Papa.

Quod Papa est iudex omnium etiam si non appellatur ad ipsum. 9. q 3. conquestus.

Quod auctoritate eius conciliorum statuta roborantur 17. distin. concilia.

Quod Papa potest absoluere quos concilium male damnauit, 9 q 3. cuncta, & quatuor c. seq.

Quod potest vbique iudices delegare, 2. q 6. ideo.

Quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari. 93 si inimicus.

Quod sic debet recipi statutum Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum, 19. distinctio sic omnes.

Quod non licet alicui de ipsius iudicio disputare, 17. quæst. 4. si quis suadente.

Quod adimplendum est eius mandatum, etiam si viderit vix ferendum. 19. dist in memoriam.

quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari, 12 distinct præceptis.

quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida, 3. q. 6. hac quippe, ante finem.

quod potest restituere famæ infamatum 3 quæstio 3. Euphemium, §. prox.

quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quæ statuit, tamen honestum est vt ea præ cæteris seruet, 25 q 1. confidimus, & c ideo.

quod ordo iustitiæ requirit vt Papa antecessorum statuta custodiat, quia sua à successoribus vult custodiri, 25 q. primæ, iustitiæ, & q. secunda, in Galliarum, c. fin ca. & cap. quod vere.

quod non dat priuilegia ecclesiæ in damnum alterius, 25 q. 2. de ecclesiasticis priuilegijs.

quod olim de sacerdotibus in matrimonio nati licite promouebantur in Papatū, 56. dist. Cœnomanen. §. cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papa, & vbi agitur de Sede apostolica.

PA-

PARENS. Quod primos parentes princeps vitiorum gratuitis expoliauit de pœn.dist.2.§.Romanos.
quod parentes carnales sunt ex debito honorandi, 30.distinct. si qui filii, 86.dist.in singulis, in fin.
quod si se à Christo auertunt, sunt omnino dimittendi, 38.quæst 1.si infidelis.
quod tempore necessitatis magis succurrendum est parentibus quam aliis, 86 d.in singulis, in fin.
quod dispiciens parentes necessitatis tempore, meretur mortem temporalem, & æternam.
quod potius debet quis parentibus egeniis maxime fidelibus prouidere, quam religionem intrare, 30. dist.si qui filii.
quod nec parentes debent deserere filios egentes, 30.dist.si quis reliquerit.
quod illi qui aduersus parentes armātur, vbi quę notam infamiæ incurrunt, 6 q.1.infames.
quod ex malis parentibus vt plurimum mala proles generatur, 56. distinct si genus.
quod de meretrice natus, si propria decoratur virtute, non debet parentum decorari opprobriis. 51 dist. numquam & cap.seq.
quod non parentum sed propria culpa quemque condemnat, 56.dist. vndecumque, & 3.c.seq.
quod frequenter leguntur filii pro peccatis parentum puniri, etiam in quartam generationem, 24.q. 3.§.1.
quod parentes suos pueros ante ætatem legitimam religionem intrantes possunt reuocare, 20.quæst.2. puella.
quod si a parentibus religionis habitum susceperint, nisi consenserint, eum deserere possunt, 20.quæst.1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filiis, & vbi agitur de Patre & Filys.

PARENTELA. De hac materia habes vbi agitur de aliis.
PASCHA. Quod pascha die Dominica semper debet celebrari. de consec dist.3 nosse, & c.seq.
quod mense, & quota luna debet celebrari, habes de consec. dist 3.celebritatem.
quod in hoc quod quadraginta dies ante pascha cum labore peragimus, & post pasca quinquaginta dies cum lætitia: præsens labor, & futura lętitia designatur, de consec.dist.5.ieiunium.
quod pascha intra 14. lunam, & 21. diem mensis Aprilis inclusiue est celebrandum, de consec.dist.3.celebritatem.
PASSIO. quod passio Christi fuit multiplex, & grauis, 7.quæst.1 suggestum.
Quod Christi passio fuit præfigurata & prænunciata in veteri testamento, de consec.dist.2.in calice,
quod ipsius passionis fuit multa efficacia, 7.q 1 suggestum, de consec. dist 4 proprie, in fi.
PASTOR. Quod pastor dicitur Christus, 7.q 2.in scripturis, 2 q. 7.testes, §.Christus.
quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ, prælatus, §.1.sciscitaris.
Quod pastor ecclesiæ nisi diligenter pascat oues, Christum pastorem eorum videtur amare, 8.quæst.1. in scripturis.
quod pastor debet oues pascere instructionis verbo.43.di. Ephesus, q.8.1.audacter in fin.
Item conuersationis exemplo. 11.q. 3.præcipue.
Item Eucharistiæ sacramento.de consec.dist.2.non prohibeat.
Item temporali subsidio, 16.q.1.nulli episcoporum.
quod exemplo Christi opportuno tempore debet animam suam pro ouibus exponere, 7. quæst. 1.suggestum, & cap sciscitaris, & cap.aduersitas.
quod languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur, 7.quæst.1.quamuis.
quod pastoris somnia gregi semper est timenda, 11.quæst.3.non solum, & cap.sequen.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PATER. Quod pater dicitur Deus creatione, 12 quæst 2.qui abstulerit 24.quæst 1.omnibus.
Item dicitur diabolus pater criminis imitatione, 1.quæst.1.cum ordinaretur.
Item dicitur pater auctoritate, sicut episcopi & prælati patres sunt, 17. dist. synodum, & quattuor c.seq.
Item dicitur pater temporis antiquitate: sicut veteris testamenti dicuntur patres 23 quęst.4.cum in lege.
Item dicitur pater spiritualis sacramenti colatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ, 30 q.1.de his, & cap omnes.
Item dicitur pater carnalis generis propagatione, 48.dist. sicut hi, §. necesse.
quod filius carnalis à patre non est semper osculandus, sed quandoque castigandus, 5.quæstio. 5.non osculatur.
quod illi dicuntur filii abominationū, ad quos carnalium patrum flagitia descendunt.56. distinctio.Cęnomanensem, §.cum ergo.
quod plus videtur peccare patrem spiritualem contemnens quam carnalem, 2 q. 7.qualis.
PATRIARCHA. quod Patriarcha Gręca lingua summus patrum interpretatur, 21.dist cleros.
quod Patriarcha est post Papam primus in dignitate, & auctoritate. 80 dist. vrbes, & c seq.
quod Patriarchæ, & primates licet sint diuersa nomina; idem tamen sunt quantum ad officium, 99.di. prouinciæ.
Quod Patriachę primo ab apostolis pręcipue beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem Protoflamines habuerāt, sunt instituti, 80.dist.vrbes, & cap.sequen.
Quod post Papam quatuor sunt patriarchę principales, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus, 22.dist. renouantes, §.prox. & cap seq.
Quod patriarchis subsunt archiepiscopi & causas ab ipsis ad eos per appellationes deuolutas possunt diffinire, 9.quæst 3 conquestus.
Quod archiepiscopus inconsulto patriarcha non debet aliquem in episcopum ordinare, & propter necessitatem ordinatnm, debet post consecrationem Patriarchæ pręsentare, 65.dist placet, & cap.& quoniam, §.sequen.

De Patriarchis habes vbi agitur de Sedibus.

PATROCINIVM Quod patrocinium viduis, & orphanis episcopi in necessitate non debent negare, & 87.distinct.§.1.& duobus c. sequen.
Quod qui in malo patrocinium dat malis, socius est criminis, 14.q.1. circa med.
PATRONATVS. Quod patronatus ius attenditur per fundationem, & ædificationem, vel possessionem ecclesiæ, 16.q 6 piæ mentis.& c seq.& 18 q.2 abbatem.
Item in rebus ecclesiæ conferendis, & manumittendis.16.q.7.filiis, & & quatuor cap.sequen.
Item in personis quę præesse debent ecclesiis episcopo offerendis, 16. quæstio.7 decernimus, & duobus cap. seq. & quæstio si quis episcoporum.
Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidiis recipiendis, 16.q. 7.quicumque.
Item patroni habent ius in monastęriis suis in electione abbatis, 18. quæst.2 abb tem.
Item in monasteriis habent ius aduocationis, 17. quæstio. secunda, Gonsaldus.
Quod patroni ecclesias vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum murare non possunt, 16 quæst.vlt.considerandum.
Item ab eis ecclesię (nisi de consensu episcopi) non sunt recipiendæ, 16. quæstio. 7.si plures, & duobus cap.sequen.
Item patroni ecclesias nec auferre, nec conferre possunt sine consensu episcopi, 16. quæstion. 7 inuentum.
Item renunciatio beneficii ecclesiastici in manu patroni non tenet sine consensu episcopi, 17.quæst.2. Gonsaldus.
Quod non patronus, sed episcopus debet

quod

Quod cum originali peccato patris polluitur filius & non actuali, qa in originali vnum cum patre fuit, sed in actuali alter effectus nō pollutur si non consentit. 1. q.4.iam itaque, 24 q.3.§.1. ante fi.

Quod actuale est duplex, videlicet mortale,& veniale, de pęn dist.1. medicina § tres sunt

Quod peccatum mortale est volūtas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat.15. q.1.ante fi.

Quod nemo peccatum mortale committere appetit propter ipsum peccatum sed propter illud quod ex eo consequitur. 15.q.1. merito.

Quod inter duo peccata vbi vtrunque vitari non potest,minus est eligendum 13 dist duo.

Quod mortalia peccata dicuntur criminalis & capitalia, & quæ sunt illa habes.25.dist.vnum orarium, §. aliàs.

De criminali peccato habes vbi agitur de crimine.

Quod tribus modis impletur omne peccatum mortale, videlicet suggestione,delectatione, & cōsensu.6. dist. testamentum post medium.

Quod aggrauatur ex circunstantijs. 40.dist homo 50. dist. quia tua de pęn.dist.5.§ in princ.

Quod quandoque alleuiatur ex circunstantijs.15. q 1. inebriauerunt. Exemplum. ibi de Loth.

Quod habet gradus inæqualitatis, quia adulterium vincit fornicationem,incestus adulteriū, vitiū contra naturam incestum,& sic de similibus, 32. q. septima quemadmodum. & quatuor c.seq.

Quod quantitas ipsius pensatur secū dum qualitatem peccantium, 24. q.1.qui contra.26.quæst.5. contra idolorum.

Item considerata qualitate pęnę,24. q. non offeramur, vbi dicitur scelerātius commissum quod grauius est punitum.

Item considerato exemplo quod inde sumitur. 11. q.3. præcipue. vbi dicitur quo prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occidunt.

Item cōsiderata qualitate peccati. 3. 32.q.7. quemadmodum. vbi dicitur, quod grauius peccat adulter quam fornicator, & adulter vincitur,ab incestu.

Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione, de pœn. distin. 5.§. 1. vbi multa aggrauantia ponuntur.

Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quàm paganus, 33.q.4.in eo.

Item aggrauatur ratione personæ, vel rei in qua peccatur, 12 q. 2. gloria 22.q 1. mouet, 27.q.1. nuptiarum.

Item ex temporibus diuturnitate augetur 24.quæst.1.schisma.de pœn. dist. 5.§.1.

Item voluntarium grauius est inuoluntario quod procedit ex infirmitate,vel ignorantia,vel coactione.15.q.1.§.1 c.seq. vsque ad cap. mulier.

Quod si non est voluntarium, non est peccatum,20.q.1 § 1. 32. q.5. sicut enim.

Quod peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur. 6.q.1. quæro.

Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur, facile dimittuntur.25.dist. vnum orarium. §. criminis.

Quod aliena peccata nemini præiudicant.23.q.4 si quis

An minus malum committendum sit,ne alter grauius peccet 14. distinct.quod ait. Exemplum ibi de Loth.

Quod peccata suos auctores tenere debent. 24. q.1. non turbatur de pœn.dist.1. qui puero.

Quod indecens videtur crimen suū alienis criminibus impendere.46. dist.sicut non.

Item videtur, quòd nec venialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale23.q.5.cum homo.in fin. 22 q.2. faciat.

Quod peccatum vnius frequenter multi luunt 24.q.1. non turbatur. 45. dist. sed illud.

Quod alterius peccatum non imputatur illi qui fecit quod debet 47. dist.quod ad nos, 7. q.1. aduersitas.post medium.

Quod nullus debet gaudere de multa societate peccantium,quia non minus ardebit qui cum multis ardebit.2 q.1.multi,in fi.

Quod occulta peccata non sunt publice condemnanda 2.q 1.si peccauerit 23. q. 4. si quis potestatem. exemplum ibi de Christo,& de Iuda 15 q.5.c vlt.

quod occultum peccatum dicitur quod nec confessione,nec probatione publicatur 15.q 5 c.vlt.

quod publicum peccatum corā omnibus puniendum est,2.q.2.si peccauerit.

quòd prælatorum peccatum vel religiosorum propter maius scandalum est celandum,95 dist.in scripturis.

quod peccata incorrigibilium licet non possint probari, sunt prælatis denuncianda.5.q.5.non vos,22.q. 5.hoc videtur.

quod peccatum in spiritum sanctum committit qui ex proposito bonū deserit. & malum vsque ad mortem facit.de pœn distin.1.§.Deus quis similis.& dist.1. inter hæc.

De peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

quod in peccatis perseuerantes nec à Deo, nec ab homine absoluuntur 24 quæstio.2. legatur. & cap. damnationis de pœnit.distinct.5. fallas.

quod qui numquam peccare desinunt dum viuunt,ostendunt quia in peccato semper viuere cupiūt, de pœn.dist. 1. voluissent, §. siuè autem.

quod assidue peccantium non miseretur Deus,93. dist. diaconi sunt, in fi.

quod qui in vno peccato mortali offendit,sic vita æterna priuatur, ac si omnium esset reus.de pęn. dist. 5.fratres.

quod pluribus modis peccata remittuntur,23.q.5 remittuntur.de cōfec.dist 4.ecclesiæ charitas. de pę. dist. 1.medicina.§.tres sunt,

quod sine pœna non dimittuntur, quia aut Deus punit, aut homo, de pœniten distin.1. medicina.§. proxi.

quod dimissum vltra non punitur de pęn.dist.3. sunt plures, §. auctoritas,23.q 5. quid ergo.

quod dimissa quandoque redire dicuntur de pęn. dist.4. fere per totum.

quod dimissa non sunt recogitanda ad dilectionem, sed ad pœnitentiæ amaritudinem, de pęn. dist 3. Iudas pœnituit

quod in pluribus peccatis manens, de vno peccato pœnitentiam veram agere non potest, quia Deus partem condemnare nō nouit de pœn.dist.3.sceleratior §. hic auctoritatibus. Vnde versus.

Summa Dei pietas veniam non dimidiabit.
Aut totum, aut nihil pro certo propitiabit.

quod peccatoribus tamen consulendum est, vt in statu peccati bonū facere non omittant.de pœn.dist. 5. falsas, in fi. Nam propter hoc Deus, aut cor ipsorum ad pœnitentiam illustrat.de pœnit dist 5. falsas, aut ipsos temporaliter in præsenti remunerat,de pœ dist. 3. pium est credere. §. ex hoc sensu. Aut ipsis æternum supplicium tolerabilius fiet,de pœn.dist.3.quid ergo.§ potest etiam referri. Vnde versus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terra,
Cor faciunt habile, minuunt tormenta gehennæ.

quod Deus non obliuiscitur paucorum bonorum factorum in multitudinem peccatorum de consec. dist.3.pium est credere, §. ex hoc sensu.

De mortali peccato habes vbi agitur de culpa.

Venialia peccata quæ sint, habetur 25 distinctione,vnum orarium §. aliàs:

quod nemo mundus est a peccato veniali,de pęn. dist 2. vt cognouerunt.

runt,§.opponitur, circa medium.
Quod venialia peccata non sunt con tēptibiliter committenda, quia non refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes sub mergantur,de pœn.dist.1.medicina post med.
Quod nullum peccatum est adeo veniale quod non fiat mortale dum placet.25. distinct. vnum orarium §. criminis, & vide quod ibi notatur.
Quod quia venialia ex fragilitate humana committūtur, nullus homo ea vitare potest de pęn dist. 1. medicina,§. tres sunt.& dist. 2. in cassum,§ sed verba.
Quod excepto Deo omnes peccare possunt de pœn. dist.2. sic enim in quit. in fi.
Quod posse peccare non est posse. de pœn distinct. ante fi 45. distin sed illud.
Quod venialia delentur per dominicam orationem, per eleemosynæ largitionem,& pectoris tunsionē, & per ieiunij castigationē, de pœ. dist.1 medicina, §. proximo.
Item delentur per aquæ benedictæ aspersionem,de cons.dis.3.aquam sale.
Item per Eucharistiæ dignam sumptionem de pœn. dist 2. ante fi.& c.panem de altari.
Item per episcopi vel presbyteri benedictionē.28. dist. presbyterum.
PECVNIA. Quod pecunia dicitur à pecoribus, quia antiqui hoc quod habebant, ex pecoribus habebant. 1.q.3. per totum.
Quod largo nomine quidquid homines in terra possident,pecunia vocatur. 1.q.3.per totum.
Quod amor pecuniæ contrariatur iustitiæ.11. quæst. 3.qui recte. & cap. pauper.
Quod simonia non debet committi pro pecunia,1.q.3. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

PEDAGIVM. Quod pedagium nouum imponentes sunt excommunicandi 24 q.3. si quis Romipetas.
Quod maxime à peregrinis & à fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda 24.q.3. si quis Romipetas.
POENA. Quod pœna est duplex videlicet temporalis, & æterna de pœn.dist.3. sunt plures.§. auctoritas.
Quod pœna temporalis est duplex vna in hac vita, alia post hanc vitam.25 dist.qui in aliud.
Item in hac vita temporali,aut infligitur à Deo,aut ab homine.45.dis. sed illud.
Quod pęna in hac vita temporaliter à Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo, paupertas, mors, non est mala dicenda. 15. quæstio. 1. illa.
Quod pœna Aegyptiorū fuit à Deo, in correctionem eorum. 15. q. 1. nec is qui.
Quod Deus temporaliter punit quenque vt in æternū non cruciet. 23. q.5 quid ergo. de pœn.dist.3.sunt plures.§. auctoritas.
Quod Deus quandoque in præsenti grauiter, & subito punit propter criminis detestationem,19.distin. Anastasius Vide quod ibi notatur.
Quod quandoque pœna temporalis transfertur in posteros,de pęn.distinct 3.illud vero, §.ecce.Exemplum. ibi de Achab.
Quod puniuntur quandoque multi propter vnum. 45. dist. sed illud. 47.dist. si gens 23.q 4.si ea.24 q 1. non turbatur.
Quod nemo debet mutari de afflictione bonorum, & de prosperitate malorum in præsenti: quia afflictio est bonis in iudicium salutis, & prosperitas malis in iudicium reprobationis de pœn. distin.3. si quando.
Quod frequenter qui non meruerūt sunt à Deo propter alios puniti. 42 dist §.1.
Quod punitur quis pro alio à Deo temporaliter, æternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. 24.q 3.§ primo post medium.
Item punitur quis à Deo pro alio tēporaliter,iustus pro iniusto,vt Petrus pro Iuda.24 quæst.1.non turbatur.
Item punitur à Deo iniustus propter iustum, sicut Maria murmurans pro Moyse lepra percussa est. 2. q. 7.plerumque, §.hoc etiam.
Quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis vel hæresis. 6 q.2.quo ergo,§.verum;& § seq.
Item punitur quis spiritualiter pro alio,vt in excommunicatione,17. q 4 miror.
Quod punitur quis pro alio spiritualiter, vt in priuatione diuinorum officiorum, familia propter dominum priuatur.11.q.3.si quis episcopus damnatur.& c seq.
Quod illi non puniuntur à Deo bis in idipsum, qui in flagellis pœnitentiam egerunt,de pę.dist.3. sunt plures, § auctoritas.
Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter.de pęn. dist.1.sunt plures.§. auctoritas.
Quod qui in pęnis duriores efficiuntur, temporalem supplicium fit eis ad æternæ damnationis suppliciū de pęn.distin. 3. sunt plures.§.auctoritas.
Quod Deus quandoque punit pauperes vt ex hoc multitudo ad pœnitentiam prouocetur.23.quęst 4. Guilisarius.
Quod pęna temporalis meritorie infligitur ab homine,quia nisi sic fieret multiplicarent malefactores. 23.q.4.est iniusta.
Quod pœna criminis ex tempore legis est quę crimine inhibuit.32.q. 4. dixit Sara.
Quod culpa est non punire culpam 28.dist.quia sunt.
Quod ad innocētis spectat officium non solum culpam cauere, sed etiam punire peccatum 33. q 5. nō est innocentiæ.
Quod maxime prælatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit.23. q.4. si is qui.
Quod in quo quis peccat,est puniendus 94.dist. si quis.
Quod pœna quandoque par debet esse in vno peccato delinquentiū sicut in simonia,vbi accipiens, & dans æqualiter punitur.1. q.7. per illicitam,§. sancimus.in fi.
Quod par pœna agentes, & consentientes debet comprehendere. 17. q 4.omnes.
Quod quandoque in eodem peccato varietas personarum consequitur varietatem pęnarum 12.q.2 fraternitas.14 q 6.c 1.in fi.
Quod pœnæ non sunt exasperādæ. de pœn. dist. 2. hæc autem verba. §.pœnæ
Quod pœna non est vlterius protrahenda quam delictum fuit in excedente repertum.
Quod pœnæ aggrauantur secundum qualitatem delicti 24 q.1.non afferamus.
Quod quandoque aggrauantur, vt cæteris metus incutiatur. 17. q. 4. frater.in fi 27. quæstio.2. qua propter.
Quod ex causa variatur pęna.29 dist. necesse.
Quod aliquis punitur sine culpa, sed non sine causa. si quis contrahens cum corrupta, quam credit esse virginem,& bigamus efficitur.51. dist qui in aliquo.
De tribus generibus hominum,quorum pœnæ sunt dissimulandæ, & diuino iudicio reseruandæ 24.q.4. num in lege,§.his ita.
Quod stultus in culpa, sapiens fit in pęna 38 dist qui ca.27. q 1. si custos,circa fi.
Quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerunt, ne refricetur facti memoria. 15. quæst. 1 mulier.
Quod rigor pœnarum canonicorum temperatur propter necessitatem temporis & vtilitatem,1.quæst.7. requiritis.
Quod vna pœna est maior altera diuersimode, videlicet ratione effectus vt excōmunicatio quæ maior est omnibus,24 quæst 3.corripiantur.occidit enim animam 24.quęstione 3. si habes. 11. q. 3. nemo episcoporum.
Item ratione durationis,vt degradatio quæ maior est propter durationem quam excommunicatio. 50.dist. si episcopus presbyter.
Item ratione asperitatis, vt pœna corporalis, quæ maior dicitur, quia actualiter sentitur,24.quæst. 4.si habes,

Item

Item ratione opprobriositatis, vt pęna suspensionis in patibulis, verberationis per ciuitatē, 23. quęst. 5. cap. primo.

Quod in inferenda pęna multa sunt consideranda, videlicet dignitas, quia talis punitur per dignitatis subtractionem, 50. dist. contumaces, 2. q. 8. quisquis.

Item diuitiæ siue nobilitas, quia talis plus punitur pęna pecuniaria, quam corporali, 24. q. 1. qui cōtra.

Item paupertas, quia talis plus punitur pœna corporali quam pecuniaria, 24 q. 1. qui contra.

Item ordo, quia in ordine constituti sunt moderatè flagellandi, aliàs excommunicatio incurritur, 45. dist. cum beatus.

Item religio, quia regulares aliter sunt puniendi, quàm alij, 18. q. 2. quidam monachorum.

Item mentis insania, quia taliū excessus non imputatur ad pęnam, 15. q. 1. si quis insaniens

Quod pœna ecclesiastica est dignitatibus priuare, 16. quæst. 6. si episcopus.

Item in monasterijs pro pœnitentia recludere, 16. quæst. 6. de lapsis, & cap. episcopo.

Item carceri vel exilio deputare, 17. q. 4. attendendum.

Item in pecunia, & etiam in alijs rebus condemnare, 17. quæstio 4. si quis contumax. & capitu si quis deinceps, 21. quæstio. 5. si quis cuiuslibet.

Item corporaliter flagellare, 23. q. 5. cap. 1. post medium, 32. quæst. 1. de benedicto.

Item excommunicare, 15. q. 4. nullus, c. si quis deinceps, & cap. seq. & c diffiniuit.

Item contumacibus pęnam augere, 74. dist. honoratus, in fi. 23. q. 5. de Liguribus, 31. dist quoniam, in fi. 34. dist quorundam.

Quod pœna purgatorij, & si non sit æterna, tamen grauis est, excedens omnem pęnam præsentis vitę, 25. dist. qui in aliud.

De Officijs ecclesiæ, habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pęna æterna in peccato perseuerantibus & fidei transgressoribus, 12. q. 1. scimus.

Quod iustè punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita numquam voluerunt peccato carere, numquam careant supplicio, de pœnit. dist. 1. si sacerdos, §. potest etiam.

Quod grauius ibi puniuntur Christiani quàm pagani, 12. quæstio. 1. scimus.

Quod in pęna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit, 2 q. 1. multi, in fi.

Quod quidquid est contra conscientiam, s. præcepti vel prohibitionis, ædificat ad gehennā, 28. q. 1. omnes, §. ex his,

POENITENTIA. Quod pęnitentia est duplex, videlicet Dei, & hominis, 22. q 4. incommutabilis.

Quod pęnitentia Dei est à seipso ordinata, cum voluerit immutare, 22. q. 4. incommutabilis.

Quod pœnitentia hominis est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet admisisse, de pœn. dist. 3. quamuis cautè, §. hac auctoritate.

Quod pęnitentia, est perpetrata mala plangere, & plangenda nō perpetrare, de pœnit. dist. 3. §. 1. circa principium.

Quod pęnitere est quasi semper pęnam tenere, de pœnit. dist. 3. circa princ.

Quod pęnitentia, est secunda tabula post naufragium, de pœnit. dist. 1. §. secunda, ante c. medicina.

Quod pœnitentia alia est priuata, alia solennis siue publica, 5. dist. si quis post, §. seq.

Quod priuata diuersas habet species, de pœn. dist. 1. medicina.

Quod alia est incipientiū, alia proficientium, alia perfectorum, de pœn dist. 3. quamuis caute, §. hac auctoritate.

Quod ante ipsam peccatori non datur à Deo misericordia, 50. distin. quia sanctitas.

Quod sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita falsa Deū irritat, de pœnit. distin. 3. cap. intantum, §. siue, in fi. cap. inter hæc, 2. circa finem.

Quod falsa pœnitentia est cui numquam venia promittitur, de pœn. dist 3. intantum, §. siue.

Item falsa pœnitentia est cū res aliena per quam contractū est peccatum, non restituitur, 14. q. 6. si res.

Item falsa pęnitentia est, quando de pęnitentia agitur pœnitentia, 17. q. 4 sunt qui.

Item falsa dicitur quæ non secundū auctoritatem Patrum iuxta qualitatem criminū imponitur, de pęnit dist. 5 fallas.

Item falsa est cum spretis alijs peccatis, de vno solo pęnitentia agitur, de pęnit. distinct. 5 fratres, & distin. 3. sceleratior, §. his auctoritatibus.

Nam de vno pœnitentiam, & non de alijs agere, est quasi crudum latere lauare, de pœn. distinc. 3. ille pœnitentiam.

Quod vera pœnitentia est cui numquā venia denegatur, de pę. dis. 3. in tantum, §. siue, 5. dist. §. 1 in fi.

Quod per ipsam omne peccatum deletur, de pœn. distin. 3. §. siue, cap. inter hæc, 2.

Item opera per peccatum sordidata facit Deo accepta, 50. dist. & purgabit, in fine.

Itē facit surgere ad opera fortiora 30. dist quid est, in fi. & tribus c seq.

Item restituit dignitatis officia, 50. dist. quia sanctitas tua, in fine. Exemplum ibi de Petro Apostolo, 2. q. 5. quanto,

Quod Deus peccatores ad pœnitentiam inuitat, 93 dist. diacon. sunt.

Quod Deus nūquam spernit pœnitentiam, etiam si ad summū quis malorum perueniat, de pęnit. distin. 3. illud, §. ecce.

Quod quantumcūque paruam pœnitentiam, & quantocumque paruo tempore factam Deus nō respuit, de pœn. dist. 3. illud, §. ecce.

Item sæpius iteratam Deus nō contemnit, de pęn. distinc. 3. §. hac, & §. quod autem, & c. septies.

Quod pęnitentia in vltimo momento vitæ potest esse vtilis ad salutem. 26. q 6. si presbyter, & c. seq. Exemplum ibi de latrone.

Quod dubia est pœnitentia ad vltimam necessitatem dilata, de pęn. dist. 7. §. 1. dist. 3. § siue.

Quod facilius est inuenire qui rectè seruauerit innocētiam, quàm qui congruè egerit pœnitentiam, de pęniten. distinct. 3. reperiuntur, §. at ego.

Qui sunt digni fructus pęnitentiæ, 50 dist. quia tua, de pęnit. dist. 5. §. 1. in fine.

Quod verè pęnitens semper dolet, & de dolore gaudet, de pęnit. dist. 3. circa princ. c. si apostolus.

Quod qui pęnitet, non est dicendus peccator, 32. quæstione 1. quod autem.

Quod discretum debet quærere confessorem, de pęnit. distin. 1. quem pęnitet.

Quod pęnitens debet considerare multa de quibus debet pęnitere, de pęn. dist. 5. § 1. quæ in his versibus continentur.

Aggrauat ordo, locus, peccata, scientia, tempus:
Aetas, conditio, mora, motus, copia, status.

Quod pęnitens debet promittere vlterius se talia non facturum, 12. quæst. 2 de viro, 23. quæstione vlt. pessimam.

Quod verè pęnitens omnia quæ ei imponuntur sustinere debet libenter, de pęniten. distinctio. 2. circa principium.

Quod pęnitenti prosunt orationes, eleemosynæ, & alia bona ecclesię, de pęnit distin. 6. §. 1.

Quod pęnitentia Nabuchodonosor dicitur fructuosa, 23 quæstione 4. Nabuchodonosor.

Quod nullus debet pęnitentiam alteri imponere, vel absolutionem facere sine episcopali licētia, nisi sit priuilegiatus auctoritate apostolica, 16. quæst. 1. peruenit.

Quod confessor cum gaudio & pio affectu debet suscipere pęnitentes exemplo Christi, 26. quæstione 7. pęnitentem.

Quod per pęnitentiam contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum, 30. q 1. omnes.

Quod nulli pęnitēti venia debet denegari, 2, quæst. 5. quanto.

Quod

Quod pęnitenti ne homines despe- rent quandoque est mitiganda, quia melius est reddere rationem de misericordia quàm de crudelitate, 26. quæstio. 7. de his, & cap. alligant.

Quod indiscretè imposita nocet, qa ex hoc præcedens contemnitur, & futura fugitur, 26. quæstione, alligant.

Quod in extremis nulli est deneganda, 26. q 6. si quis de corpore, & septem cap. seq.

Quod in articulo mortis si pœnitēs, loqui non valens per signa petit pœnitentiam, debet absolui, 16. q. qui recedunt, & tribus capitu. sequentib.

Quod clericis petentibus pœnitentiam non est neganda, 26. quęst. 6. qui recedunt.

Quod clerici quidam peius agunt pœnitentiam quàm laici, de pęn. dist. mensuram.

Quod clerici quidam prompti sunt alijs pondus pęnitentiæ imponere, sed suo digito non curant tangere, 36 q 7. alligant.

Quod imponenda est pœnitentia secundum qualitatē delicti, 15. q. 1. si quis, 23 q 5. circa fin.

Item secundum qualitatē delinquentis, 26. q 7. tempora pęnitudinis, & quinque cap. seq. de consecr. distin. 4 de pœnitentibus, de pœni. dist. 1. in actione.

Quod imponitur pęnitentia ad cautelam, 15. q. 1. si quis insaniens, 23 q 5. excommunicatorum.

Quod criminosi sunt compellendi ad pęnitentiam agendam, 23. q. 4. displicet.

Quod pęnitentia est arbitraria iuxta discretionem imponentis, 26. quęstio. 7. hoc sit, de pœnit. distin. 1. mensuram.

Item est arbitraria secundū exigentiam ætatis, ægritudinis, & necessitatis, 20 q. 7. tempora pœnitudinis, & c hoc sit.

Quod licet pœnitentia sit arbitraria, pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentiæ, à canone sunt impositi, de pœnitent. distinctio. 1. mensuram.

Quod episcopo siue presbytero fornicanti cū filia spirituali est quindecim annorum pœnitentia imponenda, 30. quæstione 1. si quis sacerdos.

Quod decennis pro matricidio, 33. q. 2. latorem.

Item pro fornicatione religiosi, vel religiosæ, 27. q. 1 deuotam

Quod septennis imponitur pro ecclesiæ inuasione, 12. quæstione 2. de viro.

Item pro incestu, 30. q 4. si pater.

Item pro vxoricidio, 33. quæstio 2. admonere.

Item pro homicidio, adulterio, & periurio, sed differenter, 22. q. 1. prędicandum.

Quod quandoque periurantis pęnitentia sunt septē anni, quandoq; tres, quandoque vnus quandoque minus, secundum iuramenti differentiam, 22 q. 5 qui compulsus, & tribus cap. sequen.

Quod ecclesia consueuit pro quolibet peccato mortali septenne pęnitentiam iniungere, sed magis & minus aggrauare, 33. quæstione 2. hoc ipsum.

Quod ab hæreticis sacramenta recipientes diuersimodè puniuntur, 34 q. 1. si quis dederit.

Quod pęnitentia rebaptizatorū diuersificatur, de consecr. dist. 4. qui bis, & c eos quos.

Quod pœnitentia incendiariorum est, quod post damni restitutionem in terra sancta per vnum annum demorentur, 23. quæstio. vlt. pessimam.

Qualiter pœnitentia solennis, & publica est imponenda, & assumenda est, 50. distinct. pœnitentes, & cap. seq.

Quod imponitur pro magnis criminibus, de pœniten. distinctio. 1. in actione.

quod iuuenibus non est facile imponenda, 50. dist. pœnitentes.

Item nec clericis nisi prius suis ordinibus degradatis, 50. dist. confirmandum, & duobus cap seq.

quod non debet iterari, 50. distinct. si quis post remissionem, §. proximo.

quod facientes eam non debent interim communicare, nisi in articulo mortis, 25. q. 6. si quis, & tribus cap. seq.

quod non debent malitiam sæcularem vel pompam exercere, de pęnit. distin. 5. contrarium, 50. dist. cap. vltimo.

quod tales non possunt ad sacros ordines promoueri, 50. dist. ex pœnitentibus, & quatuor cap. sequent. & c. illud, & c. placuit.

quod quamdiu sunt in pœnitentia actu non possunt in curia sæculari aliquem accusare, 11. quæstione 1. aliud.

quod post pœnitentiam matrimonio possunt vti, & de licentia contrahere, 33 q. 2 audiuimus, vsque ad finem quæstionis.

De pœnitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confessione, & vbi agitur de Satisfactione.

PENTECOSTE. Quod Pentecoste in eadem lętitia, & reuerentia est sicut festum Paschæ, 76. distinc. nosse.

Quod in vigilia Pentecostes diaconi propter aduentum spiritus sancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua non debet dici, 76. distin de ieiunio.

Quod à pascha vsq; ad pentecostem si qui ieiunare voluerint, nō sunt prohibendi, 76. distinctione, post pascha.

PERCVSSIO. Quod percussio est duplex, videlicet spiritualis, & corporalis. Spiritualis quæ fit verbo, Corporalis, quæ fit facto, 45. dist. cum beatus.

Quod spiritualis percussio fit quando doctor inutili sermone conscientiam percutit infirmorum, 45. dist. c. vltimo.

Quod corporalis percussio fit aut à Deo, aut ab homine, 6. q. 1. cum percussio.

quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio, 19 dist. Anastasius, 15. q. 1. nec his, & c. seq.

quod diuinæ percussioni percussio hominum non debet superaddi, 7. q. 1. cum percussio.

quod percussio corporalis ab homine qui præest ad correctionem, est meritoria, 45. distin. cum beatus, §. Salomon, & c. seq.

Nam qui emendat verbere in quem ei potestas datur, misericordiam facit, 45. dist & qui emendat.

quod beatus Benedictus percutiēdo corporaliter quēdam monachum sanauit spiritualiter, 45. dist. cum beatus, §. Salomon.

Quod percussio ex odio vel ira, mala est, 45 dist. quid autem.

Quod prælati debent esse pastores, non percussores gregis, 45. distinc. cap primo.

Quod prælati qui percussione non vitia corrigunt, sed timeri quærunt, culpantur, 46. distinct. duæ, § prox.

quod episcopus nullum suis manibus, sed per alium debet percutere, 86 distinct. non liceat, & 5. quæst 5.

quod episcopus vel presbyter percusser debet deponi, 1. quæst. 7. si quis omnem, in fi 45 distin. duæ, §. ex his.

quod minores clerici ab his qui prosunt, pro ipsorum excessibus possunt percuti, 45. dist. cum beatus, §. Salomon.

quod illud, qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei, & alteram, non ad literam intelligitur, quia nec Christus, nec Paulus apostolus hęc ad literam impleuerut, 23 quęst. 1. paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

PEREGRINATIO. Quod peregrinatio ad loca sanctorum non est contemnenda, quia à sanctis Patribus est approbata, 30. distinc. si quis per superbiam.

quod nulli religioso, vel clerico licet vouere peregrinationem, vel assumere sine licentia sui prelati, 20. q. 4. cap. vlt. & §. seq. de consecr. dist. 5. non oportet.

Quod peregrini sanctorum, & præcipue Apostolorum vbicunque sine pedagijs, & sine alijs nocumentis debent transire, 23. quæstione quarta, si quis Romipetas, & cap. illi qui.

Quod

Quod non est laudabile peregrinum fuisse Hierosolymis, sed ibi bene vixisse, 12.q.2.§.Crates.
Quod peregrini clerici absque formata in alia diœcesi non debent recipi, 71.d.c vlt.
quod transmarini vel alij clerici peregrini non debent nisi cum quinque sigillis episcoporum ad ordines recipi, 98.d.per totum.
quod peregrini episcopi, vel presbyteri in via peregrinationum possunt occulte celebrare, 7. quæst. 1. episcopi, vel presbyteri, 9.q.2.per totum.
quod possunt tabernas ingredi, 44.d. clerici.
Item licet eis mutare habitum, 21.q. 4.episcopi.
Item licet eis excommunicatis in cibis communicare, 11.quæst.3. quoniam.
PERFECTIO. Quod perfectio non admittit personalem rerum repetitionem, 13.q.1. per totum, 11.q.1.te quidem.
quod omnes episcopi debent esse in statu perfectorum, 14 q.1 episcopus, & § seq.12.q.1.expedit.
quod perfecti debent tēporalia contemnere. 12. q 1. clericus.
Item nil debent extra Christū quærere, 12.q 1.cui portio Deus est.
Item totaliter contemplationi intendere, 12 q.1 duo sunt.
Item iniurias patienter tolerare, 14. q.1.quod debetur.
quod perfectis nec mentiri, nec dicere falsum est permissum, 22 q.2. ne quis.
quod illi perfecti dicuntur in charitate qui pro fratribus parati sunt mortem subire, de pœ.d.2. §. hæc quæ.in fi.
quod perfecta non videntur quæ per fectionis ordine non complentur, 7.q.1.nihil. Exemplum ibi de Missa per alium complenda.
PERIVRIVM. Quod periurium est nequiter decipere credentem, 22.q.2.c.1.
Item periurium est falsa iuratio ignoranter facta, hoc non est peccatum vbi non temere iuratur, 22. q.2. beatus.
Item periurium est falsa iuratio sciēter facta, i.actus firmandi mendaciū iuramento hoc semper est mortale, 22.q 2.homines.
Item periurium est indiscretum iuramentum, licet non sit mortale, 22.q.4.qui sacramento, 25.d. vnū orarium, § alias.
Item periurium est transgressio iuramenti: hoc quandoque est peccatū quandoque nullum, 22.q.4 inter cetera, & c.seq.
quod vbi tres comites, videlicet veritas, iustitia, & iudiciū desunt, non est iuramentum, sed periurium, 22 q.2.animaduertendum.
quod etiam si non iuretur super sacra, & iuratur in communi locutione, incurritur periurium, 22.q. 1.habemus.
Quod minus malum est incurrere periurium quam noxia promissa adimplere, 13.d.duo, 22.q 4.vnusquisque.
quod periurium sine deliberatione, vel iocose cōmissum reputatur veniale peccatum, 25.d.vnum orariū §.quæ, autem.
quod pœna periurij est sicut homicidæ, 22.quæst.4.inter cætera, circa med.
quod periurus est infamis, nec admittitur ad ordines sacros, 6.q.2.infames.
Item non admittitur ad testimoniū ferendum. 6.q.1.quicumque, 22. q. 5.si quis conuictus.

De Periurio habes vbi agitur de Iuramento, & de pœna periurij vbi agitur de pœna.

PERMISSIO. Quod est permissio prouidæ concessionis, vt matrimonij contractus, causa vitandæ fornicationis, 13.d. nerui, & hæc ex toto facta excusat.
Item est permissio indifferentis actionis, quæ non præcipitur, nec prohibetur, vt dum vir fortis petit præmium 3 d. omnis.
Item est permissio rationis, vt cum permittitur minus malum, & il licitum ne committatur grauius 13 q.d nerui.
Item est permissio obligationis, vt cum vir permittit vxorem aliquo voto se adstringere quod post de necessitate est implendum, 33.q.5 manifestum.
PERMVTATIO. Quod permutatio ecclesiarum, vel monasteriorum potest fieri, sed non per sæculares, 16 q 6.nemini.
Quod talis permutatio non debet fieri causa leuitatis, sed causa meliorandi, 16.q.7 si quis vult.
Quod permutatio ecclesiarum non debet fieri sine consensu episcopi, 16.q 7 si quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

PERSECVTIO. Quod persecutio est duplex, videlicet carnalis, qua malus persequitur bonū, & spiritualis, qua bonus malum propter bonum persequitur, 23.q. 4 qui secundum, 6.q.1.quiescite.
Quod semper mali bonos persequūtur, 3.q.1.nulli dubium.
quod persecutio fit inuidia cordis, detractione oris, & inflictione operis, 6.q.1.sunt plurimi, §. verum, & 3.q 4.detractores.
quod Deus permittit persequi bonos, vt excessus eorum ex hoc suffocentur, 6.q.1.sunt plurimi.
quod diabolus præcipue prælatis persecutionem a subditis procurat, vt capite languescente facilius membra ruant, 6.q.1. sunt plurimi, §. verum.
quod persequi prælatum est persequi Christum, quia vicarius suus est, 7.q.1 omnis.
quod prælati exemplo Christi debēt persecutores patienter tolerare, 7. q.5.suggestum, & duobus c.seq
quod prælatorum est duplex persecutio, vna exterior, quæ respicit passionem, alia interior, quæ respicit compassionem, 7. q.1. aduersitas, ante med.
quod exterior persecutio cum prælato infertur ratione personę, est exēplo Christi fugienda, sed cum ratione gregis, vel fidei est constanter subeunda, 7.q.1.aduersitas.
quod prælatos iniuste persequentes sunt infames, & exilio relegantur 3.q.4.clericus, & c seq.
quod malos persequi propter correctiones eorum non est malum, 23.q 4.ille porro, vsque ad c.si nō § breuiter.
quod boni laudabiliter persequūtur malos, & mali damnabiliter bonos, 23.q.4.si non, §.breuiter.
quod Christus non est iniuste persecutus flagellando, quos expulit de templo, 23 q 4 ille, §.porro.
quod non est iniquitas, sed potius pietas, criminis esse persecutorum 13.q 5.non est iniquitatis, & c.si propterea, & c non vos
quod hæreticos, & alios infideles persequi non ratione zeli, sed ratione vindictæ, vel rapinæ, non est sine crimine, 23 q.4.remittuntur, & q. 7.quicumque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate, & vbi agitur de Patientia.

PERSEVERANTIA. Quod perseuerantia bona est ex virtute patientiæ, 7.q.1.suggestum.
quod perseuerentia habēda est in bono proposito conseruando, 16.q. 1.vos autem.
Item mala præterita ne redeant solicite cauendo, de pœn.d.2.c. quærendum, post med.
Item tribulationem vsque ad finem sustinendo, 7.q.1 suggestum.
quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, 7.q.1. suggestum, de pœn.d 2.non reuertebantur.
quod illud quod voluntate fit perseuerat, quod necessitate, cito soluitur, de conse.d.5.quidquid.
quod retro post aratrum respicit, qui in incepto bono non perseuerat, de pęn.d.2.pennata animalia.
quod perseuerantia in bono est donū Dei de pęn.d.3.si quis, circa fi.
quod multis Deus dat dilectionem sui quibus non dat perseuerantiā, de pę.d. 2.c. quærendum, in fi. & § non autem, ante fi.
quod incassum bonum agitur si ante vitæ terminum deseratur, quia & frustra velociter currit qui prius quam veniat ad metas deficit, de pœn.dist.3.§.1.in fin. cap. incassum.

PER-

PERSONA. Quod persona vna tãtum est in Christo licet diuersæ naturæ, 15.d.canones, ante med.

Quod Arius damnatus est quia ponebat inæqualitatem in diuinis personis, 15.d.canones, ante med.

Quod personarum acceptio non est apud Deum, 32.q.4.sicut, de conse. d.4.nec quemquam.

Item nec debet esse apud homines, videlicet in prælatorum electione 63 d.sacrorum.

Quod personarum trinitas semper est exprimenda in baptismo, de cõsec. dis.4.de trina.& quinque cap. seq.

Item in sententiæ executione, 2.q.2. si quis presbyter, 11.q.3. summopere.

Item in pœnitentiæ impositione, 26 q.7.sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Vtrum plures personatus vnus possit tenere, 21.q.1.& 2.per totum.

PETITIO. Quod petitio est duplex, videlicet iusta,& iniusta, 23. q.3.lex differentiæ ante fi.

Quod iuste petitur a Deo, & ab homine auxilium, vt tribulatio remoueatur, sed iniuste petitur, vt voluptuosus status conseruatur, ibi.

Quod Paulus, vt conseruaretur, non ad voluptatem, sed ad aliorum vtilitate iuste petiuit auxilium armatorum.

De hac materia habes infra vbi ponitur plus petitio.

PETRVS. Quod Petrus a petra Christo nomen accepit, 21.d.§.decretis, ante fi.

Item dictus est cephas, idest, caput, quia principium tenebat apostolatus, 22.d.sacrosancta, 21.d. §. decretis.

Quod a Domino princeps apostolorum constituitur, vt ab ipso velut a capite in membra, velut a fonte in riuos omnis vigor spiritualis descenderet, 19.dist.ita Dominus, 21.d.in nouo, 80.d.in illis, 24.q.1. loquitur, c.manet ergo, & tribus c.seq.

Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totam ecclesiam omnino inseparabiliter collocauit, 19.d.ita Dominus, 22 dis. omnes, 24 q.1.non turbatur.

Quod in eo quod aurem Malchi pręscidit, innuitur, quod sua protessione fidei, auditum infidelitatis amputauit, 24 q.1.si Petrus.

Quod ipsum Dominum cadere permisit, vt & fortior post casum resurgeret, & ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet, 50.d.considerandum, & c.seq.

Quod ter negauit, & ter confessus est se amare, innuitur quod satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti, 6.quæstio.1 imitare.

Quod in hoc, quod dictum est Petro. Conuerte gladium tuum in vaginam, prælatis, & clericis vltio inhibetur, 23.q.8.§.1.

Quod Tabitham suscitauit, & Ananiam cum Sapphira morti tradidit, 13.q.8.Petrus.

Quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi, 2 q.7. Petrus, & c.seq.

Quod in hoc, quod Dominus Petrũ post trinam negationem non statim iudicauit, exemplũ dat, quod prælati non statim sunt iudicandi, sed potius corrigendi, 45.dist.licet plerumque.

Quod Christus respiciens Petrum fecit eum suum deflere peccatum, 23.q.4.sicut non est.

Quod Petrus Linum, & Cletum in administrationem exteriorem assumpsit. Ipse vero Petrus orationi, & prædicationi vacauit, 8.q.1.si Petrus.

Quod Petrus,& Paulus fuerunt pares quo ad meritum, non quo ad dignitatem, in qua præcessit Petrus, 2.q.7.Paulus Petrum.

Quod ambo simul in vno die in vrbe Romana sunt occisi a Nerone, 21.d quamuis, 22.d.sacrosancta, 2.q.7.beati.

PHILOSOPHIA. Quod philosophia liberalium artium non reprobatur, salubrior tamen est sacra scriptura, 37.d.si quis artem.

Quod scientia philosophia sicut Astrologia, & huiusmodi non ducit ad salutem, sed mittit in errorẽ, 37.d.legimus, §.sed, & contra.

Quod non Dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnũ Dei in simplicitate fidei est, 26.d. omnem.

Quod garrulitas philosophica garrulitati ranarum comparatur, 27.d. legimus, §.hinc etiam.

Quod in illis præcipue philosophia vituperatur, qui ipsa vtuntur ad delectationem, non ad fidei vtilitatem, 37.d.turbat, §. cum ergo.

Quod sancti quandoque vsi sunt philosophia, 37.d.turbat,& c.qui de mensa,& 1.q.1. Dominus declarauit.

quod dicta Sibillæ,& aliorum philosophorum valent ad conuincendum paganorum vanitatem, 37.d. si quid.

Quod sacra scriptura, nec sub venustate nec sub philosophicis terminis est proferenda, 38.d.ecclesiastica.

PIETAS. Quod pietas est mater boni operis, 22.q.2.si qualibet.

Quod culpa purgatur pietate, 22.q.2. si qualibet.

Item meretur tempora liter,& æternaliter remunerari.

Quod scientia est pietatis veteris, & noui testamenti intelligentia, 37. d.si quis artem.

Quod non est mentiendum in doctrina pietatis, 22.q.2.primum.

Quod sub specie pietatis peccatum mortale non est committendum, 22.q.8.ne quis.

Quod crimina punire non est crudelitas, sed pietas, 23.q.8.legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna, & vbi agitur de Misericordia.

PISCES. Quod pisces ad manducandum a carne abstinentib conceduntur, 4.d.denique.

Quod pœnitentes, non piscibus, sed pisciculis vti debent, 82.d. presbyter.

Quod cum a carnibus abstinetur, a carioribus cibis piscium est abstinendum, 4.d.denique.

Quod propter pisces malos retia prædicationis non rumpuntur, 23.q. 7.c.1.in fi.

PLACENTIA. Quod placentia malorum a prælatis non est appetenda, 83.d.nihil.

Quod placendi causa hominibus veritas non est annuncianda, 22.q.1. primum.

Quod pastor quærens lupis placere, pernicies est ouium, 80.d.nihil.

Quod sicut Abraham placuit in cõiugio, sic nunc placent virgines in castitate, de pę d.2.si enim inquit, vitia medium.

Quod secundum carnem viuentes Deo placere non possunt, 82.dist. proposuisti circa fi.

PLANCTVS. Quod planctus cõuenit pœnitentibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pę.d. 3.§.1.

Item conuenit bene monachis. quia monachus non habet Doctoris officium, sed plangentis, 16.q.1 monachus.

Item conuenit compatientibus, sed discrete, sicut quando mortui plãguntur, 13.q.2. quam præposterũ, & c.seq.§.hoc aurum.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lachrymis.

PLVS PETITIO. Quod plus petitur multipliciter, videlicet re, vt quando pro decem viginti petũtur, 14.q.1.quod debetur.

Item plus petitus tempore quando ante tempus petitur, 78. d.ca.1.2. & 3.

Item loco plus petitur quando non vbi soluere conuenit petitur, sed alibi, 33.q.2.siue 7.q.1.si quis episcopus.

Item causa, vt vbi duo promittuntur sub alternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, vel non debet 13.d.nerui.22.q.4. vnusquisque. Exemplum ibi de Herode,& saltatrice.

POLLVTIO. Quod pollutio carnalis lasciuiæ, plus inquinat homines inter septem peccata mortalia 32. quæstione septima, non solum.

Quod

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando, 6. dist. testamentum.

Quod dormienti quatuor de causis contingit, aut ex crapula, aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione, 6. dist. testamentum.

Quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatum generat, sed differenter, 6 dist. testamentum.

An taliter pollutus debeat celebrare vel communicare, habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod vigilando contingit pollutio ordinarie sicut cum vxore propria propter quam olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mundantur, 33. quæst. 4. vir cum propria

Item extraordinariè, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum, 36 q. 1 lex illa, §. cum ergo.

Item per adulterium, 32 q. 5. puto.

Item per incestum, 35. q. 2 & 3. de incestis, & duobus c. seq.

Quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 3. quæstio 3. extraordinaria.

Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie contra naturam, 32. q. 7. flagitia, & cap. vsus.

Item extraordinaria est quãdo peccatur contra naturam in alia specie, sicut cum brutis, 16. q. 1. mulier.

Quod caro quandoque polluitur sine mentis pollutione, sicut cõtingit in oppressione. 32 q. 5. §. ille.

Quod mens quandoque polluitur sine corporis inquinatione, 32. q. 5. nec solo.

POPVLVS. Quod decem faciunt populum, 10. q. 3. vnio, in fi.

Quod propter peccatũ populi quandoque Deus dat malũ prælatum, 8. q. 1. audacter.

POSSESSIO. Quod possessio rerum multiplex reperitur, quia vel est de iure humano, 23 q. 7. c. 1.

Quod possessio terrena non lege diuina quæ vult omnia esse communia, distincta est, sed lege humana quæ statuit meum, & tuum, 7. dist. quo iure.

Quod hæretici, & infideles nec iure humano res possident, 23. quęst. 7. cap. primo.

Quod laici licitè possident temporalia, dummodo licitè vtantur, 12. q. 1. duo, in fi.

Quod labores suos bene possidet, qui non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possidet, 23. q. 7. quemadmodum.

Quod iniustè possidentur male acquisita, & male detenta, 14. q. 4. quid dicam.

Quod qui conquisitis vti nesciunt, aliena possidere conuincũtur, 24. q. 4. quid dicam.

Quod bonæ fidei possessor dicitur quamdiu quis ignoranter possidet alienum, 34. q. 2. si virgo.

Quod bona fides non ad tractũ medij temporis, sed ad initium possessionis refertur, 17. q. 3. placuit, §. potest.

Quod possessor deficiente actore titulũ suæ possessionis probare non cogitur, 2. q. 5. §. 2.

Quod non possident aliena fideles qui bona hæreticorum, & infidelium exceptis Iudæis tenent, 23. quæstio. 7. si de rebus, & duobus cap. seq.

DE POSSESSIONE PERFECTORVM. Quod perfectorum non est possessio, aurum, & huiusmodi, sed ipse Deus, 12. q. 1. clericus, & duobus c. seq.

Quod in communi possidere nõ est contra statũ perfectionis, 12. q. 1. expedit, & c. videntes, & c. habebat. Exemplũ ibi de Christo, qui loculos habuit.

Quod cum Iuda cadit damnabiliter à statu perfectionis qui vsurpat possessionem proprietatis, 12 q. 1. exemplum, & cap. certè, & cap. t. si priuatum.

Quod res in communi possessę fideliter sunt dispensandæ, 12. q. 2 res, & duobus cap. seq.

Quod possessio ecclesię cõmuni pręscriptione non potest alienari, 16. quæst 4. possessiones, & § seq. & cap. seq.

Quod ecclesiæ non est danda sterilis possessio. 19 quæst. secunda, casellas, §. hoc ius.

POSSE. Quod posse peccare, non est posse, de pœn. dist. 2. ante fin.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœniten. distinct. 2. si enim inquit, distinct. 3. siue cap. inter hæc 1.

Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse, de pœnit. distinc 2. circa finem.

Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum, 4. distin. erit, 14. q. 6. si res.

Quod est posse iuris quando istud possumus quod de iure possumus. 2 q. 1. nos in quemquam, 50 dist. si quis præpostera.

Itẽ dicitur posse naturę, vltra quod natura non potest, de consecr. distin 4 numquam.

Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest, repetitio non competit, 14. q 6. cap 1.

Item dicitur posse officij, vbi quantum committitur tantum potest, 2. q 6 decreto.

Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impenditur, 22. q 2. faciat.

Item est posse diuinę voluntatis, quod sanctorum Patrum, & omnium hominum statuta transcendit, 25. q. 1. contra. Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, natura, facultas. Officium pietas, sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

POSTVLATIO. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione, vel pro petitione, 3 q. 7. infames, 61. dist. Osius, §. sed alius.

Quod postulatio primo modo est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni pręest, exponere, 3. q. 7. infames.

Quod quidam prohibentur omnino postulare, vel propter ætatem, vt minores 17. annis, vel propter causam, vt surdus, vel propter sexum, vt fœmina, vel propter notã turpitudinis, vt hermaphroditi, vel cęci qui sunt vtroque lumine priuati, 3. q 7 infames.

Item nulli criminosi, & infames, nisi prius restituti, non possunt postulare.

Quod in alieno negotio nunquã postulare siue aduocare debet episcopus, 14 q. 1. c. 1.

Quod episcopus pro pœnę remissione miserorum postulare potest, 14. quęst. 6. hi qui in furtis, & 13. quęstio. 5. cap. 1.

Item pro se, & ecclesia sua, & miserabilib. personis postulare potest, & hoc non sæpe, ne vilescat dignitas, 88. dist. peruatum.

Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis, 23. quęst 5. cap primo.

Quod in causa ciuili seculari diaconus, & superiores postulantes repelluntur, 11. q. 1. te quidem.

Quod in ciuili ecclesiastica diaconus & superiores admittuntur, sed salarium nequeunt petere, 15. q. 2. obseruandum, 11. q. 1 experientiæ, & cap seq.

Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua, & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare, 16. q. 1. monachi à monasterio, & c. placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur, Aduocatus.

Quod postulatio siue petitio fit de laico, vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatem personæ, 71. distinct. Osius, & §. sequen & capit. nullus inuitus, 71. distinct. primatus.

Quod aliud est postulari, aliud eligi, 61. dist. Osius.

Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nullum habens impedimentum, 61 dist Osius, § sed aliud est.

Quod postulatio fit simpliciter petitione vel electione cum solemnitate decreti omnium, subscriptione roboratã, 61. dist. Osius, §. sed aliud est, & c. seq.

Quod laicus primo est postulandus, demum

demum eligẽdus: sed clericus primo eligendus, demũ postulandus, 61 dist. Osius, §. sed aliud est.

Quod in postulatione omniũ eligentium requiritur consensus, 61. dist. episcopus dum, 63. distin. literas, 76. dist. dilectionis.

Quod postulatus per suum prelatum debet concedi, 76. dist. dilectionis, 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod vacante ecclesia capitulũ non potest concedere postulatum, 71. dis. fraternitatem, 24. dist. c. 3. & 4.

Quod episcopus non potest cõpelli ad dandum clericum postulatum. 85. distin archidiaconum Florentinum, in fine, 76 dist. dilectionis, 63 dist. literas.

Quod episcopus videtur posse compelli ad dandum clericum postulatum per superiorem, 12. quęst. 1. omnis, in fine.

Quod postulatio non iuri, sed gratiæ innititur, 63. dist literas.

Quod postulatio vitiatur, si postulantes diffidunt de iure suo nisi sit iam superiori præsentata, 28. dist. de Syracusanæ.

POTESTAS. Quod potestas Dei præcedit omnium hominum potestatem, 8. dist. quæ contra.

Quod potestas non est nisi à Deo siue iubente siue sinente, 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod potestati Dei resistit qui ordinationi Dei resistit, 11. quæstio. 3. qui resistit.

Quod illud quis potest quod de iure potest, 2. q. 1. nos in quemquam, 22 q 2. faciat.

Quod aliud est iniusta potestate iustè vti, & aliud iusta iniuste vti, 14 q 5. neque, in fi.

Quod meretur potestatem amittere qui sibi cõcessa abutitur potestate, 11. q. 3. priuilegium.

Quod potestas est duplex, videlicet pontificalis, & regalis 96. dis. duo. 23. q. 5. principes.

Quod Christus actibus suis officia potestatis tam Pontificum quàm Imperatorum discreuit, 96. distin. cum ad verum.

Quod vtraque potestas se debet iuuare mutuo, 23 q. 5. principes, & quatuor cap. seq.

Quod sicut antecedunt diuina humana, & cœlestia terrena, & spiritus carnẽ, sic antecedit põtificalis potestas regalem, 10 dist suscipitis.

Quod Imperator debet subesse potestati Papæ, 96. dist. si Imperator, & c. sicut, vsque ad finem.

Quod potestas Papæ in concilijs excipitur, & statuta conciliorum sua potestate confirmantur, 17. distin. per totum.

Quod potestas Imperialis, siue regia nõ est vituperanda, 14 q. 5. neque.

Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorum tenentur potestatibus sæcularibus obedire, 23. q. 8. conuenior, & c. tributum. Exemplum ibi de Christo.

Quod potestas sęcularis nõ habet ius in spiritualibus, 23. q. 8. tributum.

Quod cum pręcipitur, quod non licet, ibi potestas est contemnenda, 11. q. 3. qui resistit.

Quod alia est potestas officij, alia executionis, 14. q. 1. miramur §. prox.

Quod suspensi habent potestatẽ, sed non executionẽ potestatis, 1. q. 1. quod quidã, §. ex his, circa princ. 24 q. 1. miramur. §. prox.

PROVINCIA. quod prouincia dicitur quæ habet decem, vel vndecim ciuitates, & vnum regem, 6. q. 3. scitote.
quod non licet habere iudicem alterius prouinciæ, nisi detur per superiorem 6. q. 3. §. 5 11. quæstio. 1. iudices.
quod reus non debet trahi extra prouinciam nisi ratione rei quæ debet discuti vbi contingit, 3. q. 6. neminem.
Item ratione appellationis, 3. q. 6 peregrina, 6. quæst. 3. scitote, 2. q. 6. qui se scit.
Item ratione mandati maioris iudicis 3. 6. vnaquæque.
Item ratione criminis, 17. q. 4 si quis suadente.
Item ratione quæstionis & dubitationis circa fidem vbi recurritur ad Papam, 24 q. 1. quoties.
Item ratione personæ, sicut est episcopus de quo non est diffiniendum sine Papa, 3. quæst. 6. quamuis, 11 q. 1. iudices.
PROXIMVS. quod proximus diligitur cum à malo retrahitur, & ad Deum colendum perducitur, 23. q. 4. c. vlt.
quod prælatus non debet secretum suum præponere vtilitati proximorum, 8 q 1. scripturis, & cap. qui episcoporum.
quod nos proximus Deo loca non faciunt, sed merita. 40. dist. nō loca.

De Proximo habes vbi agitur de Dilectione proximi.

PRVDENTIA quod prudentia maxime debet esse in prælatis, 36. distinct. §. 1.
quod prudentia prælatorum debet esse non solum in literarū peritia sed etiam in negociorum sæcularium solertia. ibid. & 38. dist. §. 1.
PSALMISTA. quod psamistæ à psalmis canendis dicti sunt. 25. dist. perlectis, 21. dist cleros.
quod psalmistæ officium est canere responsoria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam 25. dist. perlectis.
PVBERTAS. quod pubertas masculi sunt xiiij an. & fœminæ duodecim, 20. q. 1. puellæ, §. cum ergo. q 2. si in qualibet.
quod infra pubertatis annos, nec ad religionem, nec ad matrimonium quis obligatur 20. q. 1 additis, & q. 2 si in qualibet, & c. puella.
quod propter publicam honestatem nemo potest sponsam alterius consanguinei ducere & ducens separatur 35. q. 1. §. porro.
PVDICITIA. quod pudicitia est animæ virtus, quæ plus vult quæque mala tolerare, quam malo cōsentire. 32. q. ita ne. Exemplum ibi de Lucretia 2.
quod nemo pudicitiam seruat in corpore nisi prius spiritui insita castitate. 32. q. 5. ita ne.
quod pudicitia si mente seruatur propter corporis violentiam non violatur. 32. q. 5. magis & c. ille autem.

Quod animus pudicus, nō habet oculum impudicum, 32.q.5.nec solo.
Quod pudici filii paternam verecundiam contegunt, 96. dist.in scripturis Exemplū ibi de filiis Noe.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate.

PVNITIO Quod punitio parentum qui deliquerunt, in quartam generationem dilata, est signum diuinæ clementiæ, dum semper expectat ad pœnitentiam, 1.q.4. homini qui §.e contra.
Quod Deus punit peccata per nesciētes sicut per Sennacherib. vnde de propheta. Virga furoris mei Assur.
Quod quis nō Deo, sed viribus suis attribuit, dictum est ei. Numquid gloriabatur securis, & cap 23.q.5. §.vlt.
Item per Nabuchodonosor. vnde dominus, quid dabo ei qui seruiuit mihi apud Tyrum? & tamē idem postea inde superbiens factus, est bos.
item per Antiochum, qui suis viribus hæc ascribens audiuit. Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.
item per Romanos qui necem Christi in iudæis vindicauerunt, quod quia sibi ascripserunt, dictū est eis. Eleua manus tuas super gētes quę te non nouerunt.
item punit Deus per sciētes, scilicet filios israel qui ex mandato occiderunt Amorrhæos, ibidem, post medium.
item punit quoscumque vbi iustum bellum geritur, & vires Deo ascribuntur, ibi circa fi. & c. sunt quædam. 15.q.1.non est,
Quod punitur sola attentatio. 36.q.2.si quis virginem
Quod punitur sola voluntas, 27.q.1. nuptiarum.
Item punitur sola spes vel expectatio. 14.q.3. si fœnerauerıs.
item punitur sola cogitatio, 47.dist. quoniam multi.
item punitur sola intentio, de pęn. dist.1.quis.
item punitur sola aggressio de pęn. dist.1.si quis necandi.
item punitur solus ausus, de pęn. di. 1.si quis pulsatus.
item punitur sola solicitatio, 36.q.2. si quis non dicam.
PVRGATIO Quod purgatio est quadruplex: videlicet spiritualis, canonica, vulgaris, & purgatorii ignis.
Quod spiritualis purgatio quæ est à peccatis, fit per fidei feruorem, 15. q.vlt.c.vlt.
Item fit per baptismum, & pœnitentiam de consecr.dist 4 non potest
item fit per Eucharistiæ, & aliorum sacramentorum acceptationem,
item fit per quælibet opera pietatis 22.q 2.si quælibet.
item fit per aduersitatem, & tribulationum tolerantiam 50. distin. & purgabit.
item in hoc quod Esaias fuit purgatus calculo ante quam missus, innuitur quod non nisi purgatus debet secreta cęlestia aliis nunciare, 8 q 1 in scripturis.
Quod canonica purgatio fit per iuramenti sacramentum, 2.q.5.presbyter vel quilibet.
item indicitur quando quis infamatur apud bonas, & graues personas, siue per inimicos, siue per alios, 2.q.5.presbyter si. & c. omnibus, 6.q.vlt per totum.
Quod non indicitur purgatio, quando apud viles personas quacumque præsumptione infamatus fuerit 2.q.5.omnibus.
Quod cum certo numero manum debeat fieri purgatio, iudicis tamen arbitrio relinquitur, 2. q. 5. presbyter si & c.omnibus.
item debet fieri purgatio apud quos est infamatus, vt ibi moriatur malum vbi contingit, de consec. dis. 2. ego Berengarius, in fi.
Quod purgatio in manifestis, & notoriis non requiritur, 11.q 3.curę fit.
Quod canonica purgatio diuersimode exercetur in clericis, 2.q 5 per totum.
Quod summus Pontifex propter scādalum sedandum sine pręiudicio aliorum pontificum purgat quandoque semetipsum, 2.q.5.auditū, & §.seq.
Quod Leo papa purgauit se cū duodecim episcopis, 2.q.5.omnibus, circa fi.
Quod Sixtus papa purgauit seipsum in concilio, 2.q 4.mandastis.
item Damasus papa cum quadraginta duobus episcopis in concilio se purgauit, 2 q.7.nos, circa fi.
Quod episcopus vel electus infamatus cum quinque vel septem episcopis debet se purgare, 23.distin. illud.
Quod episcopus vel presbyter potest se purgare per iuramentum super altare vel Euangelia, 2.q 5.habet, & cap. Mennam, & omnibus cap.seq.
Quod purgatus coram superiori sine literis expurgationis, non debet redire 8.q 5.quilibet.
Quod clericus infamatus si non potest conuinci, tenetur se per iuramentum purgare, 2.q.5.presbyter, c.omnibus, & cap.seq. vsque ad finem quæstionis.
Quod clericorum purgatio debet fieri coram episcopo vel coram datis ab episcopo 15. qu.5.c.22. q.5. presbyter si.
Quod suspicio episcopi contra presbyterum vel clericum inducit purgationem, 2.q 5 omnibus, post medium.
Quod presbyter cum septem sacerdotibus debet se purgare, 2.q.5 si legitimi.& duobus c.seq.
Quod episcopus numerū expurgantium potest minuere uel augere 2. q.4. presbyter si.& c.omnibus, ante fi.
Quod purgatio religiosorum super furtis, fiebat olim per Eucharistię receptionem, 2.q.5 sæpe.
Quod purgatio vulgaris, quæ fit per aquam frigidam, vel feruentem, vel ignitum ferrum, vel per duellum, firmiter prohibetur. quia ibi tentatur Deus, 2.q.5.& Mennam, & cap cōsuluisti.& cap.monomachiam.
Quod purgatio zelothypiæ, quæ olim in lege veteri fiebat, modo non obseruatur, 2.q.5, consuluisti.
quod purgatorii pœna licet non æterna, excedit tamen omnem præsentem pœnam 25. dist. qui in aliud de pœnit.dist.vlt.circa fi.
Quod venialia peccata, quæ deportantur illuc, ibi purgantur, 25 dis. qualis.
item de grauibus hic per pęnitentiā dimissis, sed non plene satisfactis ibi grauissime purgantur, de pęn. dist. vlt.circa fi c.nullus.
PVRIFICATIO. Quod purificatio mulieris post partum in lege descripta seruabatur, 5. distinctione § 1.
quod modo si mulier non completo tempore purificationis vult intrare ecclesiam, non est prohibenda 5.distinct.cum enixa, & cap.si mulier.

QVADRAGESIMA. Quod quadragesima est decima dierū totius anni. nam qui vnum diem vel plures frangit, decimam dierum non exsoluit, de cons. dist.5. quadragesima.
Quod excepta causa necessitatis est ab omnibus seruanda, de cons dist. 3.non liceat, & duob.c. seq.
Quod quadragesimam abstinentiæ bene celebramus cum bene viuimus, de cons.dist.5. ieiunium.
Quod in quadragesima sicut à cibis, ita & ab alijs nociuis animæ est abstinendum, 4. dist. denique.
Quod clerici in obseruatione eius laicos debent præcedere, 4. dist. ita tuimus.
Quod nō solum à carnibus, sed etiā à caseo, & ouis est in ea abstinendum, 4. dist. denique.
Quod sumptuosiora cibaria, quā carnium in quadragesima non sunt præparanda, 4.distinct. denique, in fin.
Quod in quadragesima nisi dictis vesperis non est comedendum. de cō sec dist.1.solent.
Quod nuptiæ & conuiuia non sunt in ea exercenda, 33.q.4. nec vxorem, & tribus c præced.
Quod in capite quadragesimæ pœnitentes debent se episcopo præsentare.50 dist.in capite.
Quatuor tempora quomodo olim seruabantur, & quo modo nunc, habes vbi agitur de ieiunio, & de Missa,

QVÆ-

QVESTIO. Quod quæstio criminalis præiudicaret ciuili, 3.q.3. non est credendum.

Item ciminalis quæstio aliquando præiudicat ciuili, & etiam crimina li.

Item vbi est perplexa quæstio de sacra scriptura ad sanctorum scripta vel ad plurium seniorem responsum recurrendum est, 20.distinct. de quibus.

Quod facilius inuenitur quod à pluribus senioribus quæritur.

QVESTVS. Quod quæstus est duplex videlicet honestus, & turpis. de pœn.dist.5.qualitas.

Quod prælati quæstum pietatem putant qui pro structuris ecclesiarum lucris illicitis vacat, 16 quæstio.7 & hoc diximus.

quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quæstum 74. dist.contulit

Quod illi sunt sua quærentes, qui non Deum propter Deum, sed propter temporalia quærunt. 8.q 1. sunt in ecclesia.

QVIES. Quod quies oratio, & labor manuum, debet esse in monasterio, 16 q.1.de præsentium.

Quod prælatis quies contemplationis corde est appetenda, & tamen pro lucro animarum quandoque postponenda, 8.q. 1.in scripturis.

QVINQVAGESIMA. Quod quinquagesima pars census ecclesiæ potest dari episcopo pro monasterii constructione: & centesima pro ecclesia, 12.q 2. Bonæ.

Quod sacerdotes, & clerici ante quadragesimā à quinquagesima ieiunium debent inchoare, 4.dis.deni que.

Quod à quinquagesima vsq; ad octauas paschæ causæ non sunt audiendæ, 15.q.4.placita.

RATIO. Quod oratio sana exemplis est ante ponenda 9.distinct.sana.

Quod rationem prælati tutius reddent de misericordia quam de crudelitate, 26.q.vlt. alligant.

quod illud quod caret ratione, necesse est extirpare, 63.distinct. chorepiscopi.

Item quod ratione constat, lex est, 1. distinct.consuetudo.

quod ij qui carent ratione de factis suis non reddent rationem 15.q.1. firmissime, §.ex eo.

quod homo qui rationalis est, de factis suis reddet Deo rationem.

Item de omni verbo otioso, 22.q.vlt. quoties.

Item de negligenter commissis, 23. q.4.quando.

quod à principib. sæcularibus, & prę latis ecclesiasticis grauis à Deo exigitur ratio, 23.q.5. principes.

quod inferiores superioribus de cura commissa tenentur reddere rationem, 16.quæstio. secunda, sane.

RADIX. Quod radix arboris sicut vigorem dat multis ramis, sic ecclesia in beato Petro fundata cęteris apostolis, & aliis prælatis virtutem administrat, spiritualem, 24.q.prima, loquitur, & 23.q.5. ipsa pietas, post medium.

quod radix omnium malorum est auaritia, 47.dist bonorum.

quod sicut radix omnium malorum est cupiditas: sic radix omnium bonorum est charitas & simul ambæ esse non possunt, de pęn dist. 2 §.ex præmissis.

quod nisi vna radix euulsa fuerit, alia plantari non potest: quia frustra ramus inciditur, si radix non euellatur.

RAPINA. Quod rapina dupliciter dicitur fieri, vel quando res rapitur, vel quando vsus rei violenter eripitur, 16quæstio.1.c.vlt.circa fi.§ ex hac.

quod rapinam non permisit qui furtum prohibuit, 14.q 5 pœnale.

quod rapina prohibetur, 14.q.5.pœnale.

quod rapaor proprie dicitur qui violenter, & publice tulit aliena.

quod raptor est vsurarum fęnerator, 14 q si quis vsuram.

Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor, 14.q. 5.siq uid, & c.seq.

Item raptor est prælatus, rerum, ecclesiasticarum dilapidator, 10.q.2. si quis episcopus.

quod raptor dicitur qui vltra sibi necessaria retinere probatur, 42.dis. hospitalem 47. dist. sicut hi.

Item raptor dicitur famæ alterius prauator, 6.q.1.deteriores.

quod raptor magis delinquit quàm fur.14 q.5.pœnale.

quod raptores sunt infames, 3.q.4. consanguineorum, & q. 5.constituimus.

RAPTVS. Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptiis nil ante constiterat, violenter abducitur, 27.quæst.vltimæ. lex illa.

Item raptus est illcitus coitus a rapiēdo, idest, corrumpendo dictus. 27.q.vltima.raptus, & 36 q 1.c.1.

Item raptum committit qui florem virginitatis puellæ violenter eripit, 36.quæstio 1.de raptoribus, §. sequen.in fine.

An raptum committat qui fœminam promissionibus abducit, 36. q.1.per totum.

An raptor raptam possit ducere vxorem, 36.q 3.eos qui.

quod si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, ab ipsa debet tueri, 36.q.1.lex.

quod raptor publica pœnitentia punitur, 27.q.2.raptor.

quod si rapta non redditur, excommunicatur, 27 q.2. Agat.hosa. 26. q.2.per totum,

RARITAS. Quod raritas facit pretiositatem. 59.dist.si officia.in fin 93 dist legimus.

Quod rarum dicitur omne quod mā gnum est, 2.q.7.in sancta,

Quod omne quod est rarum plus appetitur, 93.dist.legimus post medium, exemplum ibi de pulegio, quod apud Indos carius est pipere.

RATIHABITIO Quod ratihabitio confirmat male possessa 16. q.1.quoniam quiquid 16 q 3 placuit, §. potest etiam. 3.quæst.6. hęc quippe.

RECESSVS. Quod recessus bonorum à malis mente semper debet esse, licet quandoque non fiat corpore 23. q.4.tolerandi. & ostea cap seq.

quando prælatus debet recedere à malis subditis, & quando non habes 7.q.1.aduersitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

RECIDIVATIO. Quod recidiuatio est de bono redire ad malum de pœnit. dist.2 per totum, & dist.3.per totum.

quod post bonum castitatis vel religionis recidiuare est sacrilegium committere, 28.dist.de his.

quod recidiuare post uotum castitatis est incestum committere, 27. dist virgines.

quod recidiuans comparatur illi qui manum mittit ad aratrum, & retro aspicit, de pœn. dist. 2.quærendū.

An aliquis vere pęnituit, & recidiuauit vide de pœn. dist.2.& 3. per totum.

An recidiuanti post pœnitentiam iterato sit pœnitentia iniungēda, ex pęnit. dist. 3.scelerattor, §.his auctoritatibus.

RECONCILIATIO. Quod reconciliatio est ad primum statum restitutio, 2 q.1.notum sit.

quod reconciliatio solennis in scriptis fieri debet, 2.q. 1.legum 1 q. 7 si quis uoluerit.

quod episcopi officium est reconciliare pœnitentes, 27.q.6 c.1. & c. qui recedunt & c.sequen.

quod excepta vltima necessitate p̄sbyter non debet reconciliare solenniter pœnitentes, sed episcopus, 26.quæst.6.cap. vltimo.

quod quem episcopus excommunicat, presbyter sine consensu episcopi reconciliare non potest, 26.q. 6.ministrare, §.proxi.& omnibus c.sequen vsque ad fin.

De forma solenniter excommunicati habes 11.q.vlt.debent, & duobus cap sequen.

quod perseuerās in malitia reconciliari non debet, 24. quæst.2.legatur, & c.damnationis.

quod in extrema necessitate nulli pęnitenti reconciliatio est deneganda, 26.quæst.6 his, & cap. seq.

quod ecclesię per sanguinem vel fornicationem pollutæ sunt reconciliandæ de cons. dist. 1.si motum, & c.sequen.

De forma reconciliationis coniugum habes 35 q.6.c.vlt.

RECONVENTIO. Quod reconuentio inhibetur accusato in pari crimine priusquam se de crimine quo accusatus est, exuerit.3.q 11. neganda, & c.seq.

Quod secundum canones condemnatus de crimine, amodo non potest conuenire nec suū nec extraneum 6.q.1.qui.crimen.

Quod maiori crimine potest accusatus recōuenire, puta accusatus de fornicatione potest de homicidio vel simonia reconuenire. 3. quæstio 11.non est, §.hoc autem. vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem, & criminalem quæstionem.

REDEMPTIO. Quod Christi passio fuit redemptio viuorū, & mortuorum. de consecr. dist.2 semel.

Quod pro opere misericordiæ peccata propria redimuntur 86 dist. est probanda.

quod multa sunt alia bona, quibus possunt homines peccata redimere de pœn.distinctione, 1.medicina.in princ.

quod captiuos, & oppressos tenemur redimere.86. distinctio. non satis. in fine.

quod etiam ornatus ecclesiarum redemptio est captiuorum 12. quęstione 2.aurum.

quod vasa ecclesiæ, & res propriæ spectant ad redemptionem captiuorum 12.quæstione 2.apostolicos 86.distin.pulchra.

REDDERE. quod reddenda non sunt mala pro bonis, 23 quæst.3. sex differentiæ.

quod debemus reddere, pro malis bona.23.q.3.sex.differentiæ.

quod reddenda est Deo ratio.25.q.1. firmissime § ex eo.

quod serui sine consensu domini clerici vel monachi facti, reddendi sunt 54.dist.generalis.

quod pro rebus Deo consecratis, licet fuerint alienatæ, non illæ sed aliæ redduntur. 14. quæst. 6.comperimus.

quod ecclesiæ ablata reddi debent, & ipsa sine augumento debet recipere 12.quæst.2 fraternitas.

quod quandoque simpliciter, quandoque in quadruplum, quandoq; amplius ablata redduntur.12.q.2. in antiquis, & tribus c.seq.

quod res ecclesiæ propter delictum episcopi, ablatę reddendæ sunt.16. quæst.6 si episcopum.

quod ecclesia potissime debet reddere aliena, quia nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus, sibi ea, quæ sunt aliena, reddatur 94 dist.generalis.

quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

quod fingitur pœnitentia vbi, cum possit, non redditur alienum. 14. quæst.6.si res.

quod qui rem ecclesiæ precarie possidet, si non reddit eam, repetitur, & anathema incurrit.12.quæst.2. apostolicos.

quod qui inuentam rem non reddit, fur, & raptor existit. 14 quæst. 5. si quid.

quod commune ciuitatis tenetur cogere ciuem ad reddendū aliena 23. q. 2. dominus noster.

quod non habens vnde reddat, non tenetur. 14 q.6.si res.

quod qui non est reddendo, maior pro culpa imponenda est ei corporalis afflictio. 14.q 6.c.1.

quod particeps est criminis qui fouet aliena nō reddentē.14 q.6 c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Restitutione.

REDIRE. quod pœnitens non debet redire ad peccatum, sicut, & canis ad vomitum, & sus ad luti volutabrum, de pęn. dist.3.irrisor est.

An peccata dimissa redeant propter peccatum aut non. de pęn. dist.3. fere per totum.

REGENERATIO. quod regeneratio est duplex, videlicet carnalis, per quam peccatum originale cōtrahitur: & spiritualis, per quam non solum originale, verum etiā voluntarium peccatum deletur. de consec. dist.4.regenerante.

De hac materia habes vbi agitur de Generatione.

REGIMEN. quod in creaturis sine regimine recta non potest consistere administratio 89.dist ad hoc

quod cælestis militia, in qua angelis archangeli præsunt, nobis etiā exemplificat, quod nulla alia vniuersitas sine regimine potest consistere.

quod etiam bruta animalia sub regimine viuunt 7. q.1.in apibus.

quod etiam omnis ordo ecclesiasticus suis innititur rectoribus, sicut apibus, & gruibus vnus rector est 7.q 1.in apibus.

quod qui non sunt alicuius regiminis, sunt acephali 93.dist.nulla 18. qu.abbatibus.

quod non solum necessarium est regimen episcopo regenti plebem suam vel etiam pauperi regenti domum suam; sed diuiti regenti familiam suam, & regi regenti gentem suam 23.q 4 duo.

quod episcopi maiores sunt presbyteris tamen vtrique in communi regimine ecclesiæ debent intendere. 95 dist olim.in fine.

quod talis ponendus est in regimine, qui non solum de salute animarum, verum etiam de exterioribus sit solitus.39.dist.Petrus.

Item talis qui valetudinem habeat corporis ad exequendum quod debet.89.distinctio. archidiaconum Florentinum.

quod regimini derogatur, cum prælati ad subditos, nimia humilitas monstratur.86. dist.quando.

De hac materia habes vbi agitur de Prælatis.

REGVLA, quod regula dicitur eo quod recte agat vel normam recte viuendi præbeat, 3 dist.regula.

quod omnis ecclesia est regulanda secundum Romanam Ecclesiam, ex qua habet principium, 11.dist. consequens, & c.seq.

quod iustum est vnusquisque sumat regulas magistri vnde honoris cōsecrationem accepit 12.distinctione de iis.

quod ad regulam seruandam cogendi sunt subditi. 12.distinctione de iis, in fine.

quod regula apostoli. quæ debet in ordinandis seruari, incipit 25.di. vnum orarium. §.nunc autem.

REX. quod prauus rex non dicitur veraciter rex.2.q.1.scelus.

quod regis officium est iusta præcipere: illicita prohibere, 23.q.4 si ecclesia, in fi.

quod rex aliter seruit quia homo, aliter quia rex est nam vt homo seruit fideliter viuendo, vt rex seruit leges iustas exequendo, 23.q.4. si ecclesia in fi.

quod regia potestas est instituta, vt mali à malo coerceantur, & boni quiete inter malos viuant.23.q.5. non frustra, & ca. regum, & qu.4. qui peccatum ante fin.

quod Nabuchodonosor, qui prius ad idololatriā compulit, & post idololatras puniuit, duplicem statum videlicet ecclesię primitiuę, & modernæ repræsentat, 23.q.4 non inuenitur, & c.quando.

quod regum est proprie facere iudicium, & iustitiam, 24.q.5.regum officium est.

Item debet ecclesiam defendere. 23. quæst.3. Maximianus, & duobus cap. sequen.

Item personas ecclesiasticas. 11.q.1. Christianis.

Item debet hæreses repellere.23.q 4 quando, & cap.si ecclesia, in fine.

Item debet oppressos releuare.23.q. 5.regum.

quod generale pactum est societatis humanæ suis regibus obtemperare 8. distin.quæ contra.

Item regibus debetur fidelitas, 22.q. q.5.si apud.

Item debetur eis subiecto, & tributi solutio 11.q.1.si tributum, & c. magnum, & q.3.si d dominus, & cap.seq 28 q.1.tributum.

quod debent præcipue Deum blasphemantes punire, 23. quæstio 4. non inuenitur.

quod salubre est eis episcopis, & pr̄sbyteris sua colla subdere.10. dist. certum est.63.distin. Valentinianus.

quod reges dicūtur clerici, se, & alios bene regentes 12.q.2.duo.

quod peccatū dicitur regnare in homine 32.q.7.non solum.

RELIGIO. quod intrantes religionem diligenter sunt animandi super conditione generis, & super statu præterito. 55.distin. priscis.

quod pro ingressu religionis non licet pecuniā exigere: sed potest recipi voluntariæ oblāta.1.q.2.§.1. &

& c. placuit vt nullus & c seq. & c. placuit vt de consec. dist. 1.

Quod intrans religionem vel monasterium, si habet hæredes, & est illectus totum suam datur hæredib. 20. q. 3. constituit.

Item si habet hæredes, & non est illectus, hæredes legitimam habebunt partem, & monasterio det tãtum quantum vni ex filijs, 19. q. 3. si qua.

Item si non habet hæredes & nõ est illectus, totum cedit monasterio. 19. q. 2. perlatum.

Quod non sufficit parentum oblatio ad religionem, si inadulta ætate pueri non consenserint, 20. q. 1. §. 1. & q. 2. si in qualibet.

Quod nõ licet pueris resilire ab oblatione parentum ad religionem postquam in ætate legitima mutuum adhibuerunt cõsensum, 20. q. 1 firma. & quatuor c. seq.

Quod quilibet intrans religionem absolute intra annum & diem potest exire, 20. q. 2. puella.

Quod coactus quandocunque vult potest recedere, si postea suus non accesserit consensus, 20. quæst. 1. sicut.

Quod adolescentes eam intrantes non possunt a parentibus extrahi. 20. q. 2. puella.

Quod promissionibus ad religionis ingressum illecti, religiosi esse tenentur, licet res propinquis sint restituendæ, 20. quæstio 3. præsens, in fine.

Quod ante annos xiiij. masculus, vel ante xij puella, eam intrãs potest à parentibus reuocari, 20. q 2. si in qualibet, & c. seq.

Quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitum nunquam consenserit, 20 q 3. præsens.

Quod vt non sequatur contradictio, ipsam intrantes non furtiue, sed sub presbyterorũ testimonio sunt recipiendi 20. q 2 oportet.

Quod seruus sine consensu domini sui ad religionem non debet recipi, 16. q. 1 qui vere.

Quod coniuges ad religionem intrare volentes sunt coram episcopo separandi, & in diuersis monasterijs ponendi 27. q. 2. si vir. 18. q. 2. diffinimus.

Quod religio non liberat a iugo seruituris inuito domino, 54 dist. generalis, & c. si seruus sciente, 17. q. 2. si quis incognitus.

Quod nulli licet aliam religionem, vel aliud monasterium, nisi petita licentia sui prælati intrare, 20. q. 4. monachum.

Quod sine licentia sui prælati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur, 19. q. 3. nullus. & c seq.

Quod ideo de religione ad religionem transeuntes licentiam debẽt petere, ne leuitas animi vel euagationis ausu, eis imponatur. 20. q 4. §. vltimo.

Quod religiosi ad austeriorem vitam primo petita a prælato licentia etiam non obtentat, possunt transire, 20. q. 4. monachum, & 19. q. 2. duæ, in fin.

quod canonici siue clerici etiam episcopo contradicente possunt religionem intrare: quia vbi spiritus Dei, ibi libertas, 19. q 2. duæ.

quod religiosi præ alijs diuinis officijs debent inuigilare, 12. quæst. 6. quia tua.

quod propter pecuniam receptus ad religionem, tenetur quidem in ipsa remanere, res vero hæredibus sunt restituendæ, 20. quæst. 3. constituit.

quod intra tempus probationis põt quis probari in habitu laudabili, 54. dist. multos, 17 q. 2. si quis.

quod post ingressum religionis, & tempus probationis potest quis liberis suis, & propinquis bona diuidere, 19. q. vlt. si qua mulier.

quod recedens a religione intra tempus probationis, omnia quæ ecclesiæ tradidit potest deportare. 17. q. 2. si quis.

quod clericus religionem intrans, & intra annum exiens potest suum repetere beneficium, 17. q 2. Gunfaldus.

quod religio tollit proprietatẽ, & ꝓpriam voluntatem, 12. q. 1. nõ dicatis, & c. expedit, & c. cui portio.

Item astringit ad castitatem, 27. q. 1. impudicas.

quod communem vitam debent habere, nec denarium, nec aliquam rem priuatam debent possidere, si cum Anania nolunt interire, 12 q. 1. dilectissimis, & c. scimus, & c. nolo, in fine.

Item non debẽt assumi ad officia ecclesiastica: vel ad sacros ordines promoueri sine licẽtia prælati, 58. dist per totum, & 16. q. 1. si quis monachus & tribus c. seq.

Item non licet eis sine prælato voue re: & vota talia per prælatos eorũ franguntur, 20 q. 4 monacho.

Item religioso sine licentia sui prælati non licet aliquid accipere, 12. q. 1. non dicatis.

quod religiosi testamentum facere non possunt, 12. q. 1. nolo, in fin. 19 q. 3. quia.

quod fęmina in religione caput & faciem debet velare, 7. q. 1. omnis.

quod officia clamosa & litigiosa nõ conuenit eis exercere, 16. q. 1. de præsentium.

quod quantumcunq; religiosa sit cõgregatio, inueniuntur in ea mali 47. dist. quantumlibet.

quod qui in religione sæculariter viuit, non sæculum fugit sed imitatur, 53. dist. legem.

quod detestabile est pauperẽ in sæculo delicatum esse in religione, & ibi mella fastidire, 12. q. 2 gloria.

quod mali religiosi quia nomen sanctitatis habent, peruerse agendo, amplius nocent in ecclesia, quam alij. 83. dist. nemo, 19. q. 3. monasterijs.

quod deficientes in religione sunt pessimi, & proficiẽtes optimi. 47. dist quantumlibet.

quod quãdoq; mutatio loci prodest religiosis: quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mens & affectus 81. dist. valet.

quod excessus religiosorum propter malus scandalum sunt occultandi. 96. dist. in scripturis.

quod religiosi vere præ alijs sunt honorandi. 16. q. 1. qui vere.

quod facilius dispensatur cum religiosa persona, quàm cum alia. 66. dist. monachus.

quod in fauorem religionis potest quis sine interstitio ad ordines ꝓmoueri. ibid.

An alias ad ordinẽ indigni, propter religionem admittuntur, 56. dist. presbyterorum 77. dist. c. vlt.

quod religiosi nisi per Papam fuerint exempti, tenentur episcopo subesse, 16. q 1. qui vere.

quod locus religiosorum sine cõsensu episcopi non debet mutari, 19. q. 7. si quis vult.

quod episcopi & alij prælati religiosos consilio & auxilio debent fouere, 12 q 2. religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & de Monasterijs.

REMISSIO. Quod remissio peccati fit non tantum in præsenti, sed etiam in futuro, 25. dist. qualis hinc, & cap. seq.

quod remissio peccati fit per auctoritatem: & sic fit à solo Deo, 1. q. 1. ita fit & c euidenter, de pœ. dist. 2. §. opponitur.

Item fit per officium, sic fit ab omni pręlato tam bono quàm malo, 23. q. 5. remittuntur.

Item fit per ministri meritum, sic fit tantum per bonũ, 1. q. 1. remissionem, de cons. dist. 4. quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO Quod episcopus, vel superior prælatus non remouetur de episcopatu, nisi per solum Papam, 7. q. 1. mutationes.

Item remouetur propter crimen, 50. dist. si episcopus, & c. seq. 7. q. 1. remoto.

Item remouetur propter vtilitatem, 7. q. 1. mutationes.

Item propter senectutẽ, 7. q 1. petisti.

Item propter necessitatem, 7 q. 1 pastoralis.

Item propter simplicitatem, 74. dist. episcoporum.

quod remouet se quis de loco ad locum propter leuitatem, 7. q. 1. non oportet & pluribus c. seq.

Item propter ambitionem, 7. q. 1. si quis de pluribus c seq.

REMVNERATIO. Quod qlibet remuneratur à Deo secundũ merita, 15. q. 1 firmissime. §, ex. eo. in fi. 23. q. 5. displicet, ante finem.

Quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat 22.quæst.2.si quælibet.
Quod nemo debet quærere ꝓ bono quod agit, tēporalē remunerationem, de pœ.dist 4.§. quamquam.
Quod qui pro bono quod agit tēporaliter remunerari non quærit, illius Deus merces erit 31 q 4 dicat. Exemplum ibi de Abraham, de conf.dist.5. ieiunium.
Quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur, de pęn.dist.3.§. ex hoc, & § seq.
Quod mali qui ꝓ paucis bonis, quæ faciunt, in præsenti remunerantur in futuro plenius punientur, de pęn.dist.3.§. quamquam.

RENVNTIATIO. Quod quilibet potest suo iuri renuntiare, 7.q. 1.quam periculosum.
Quod furiosus nisi habeat lucida interualla, renuntiare non potest, 7. q 2. quamuis sit triste.
Quod non tenet renuntiatio nisi illi fiat cuius est institutio. 17 quæst. 2. Gonsaldus.
Quod prælati non possunt renuntiare nisi de licentia superioris, 7.q. 1.si quis presbyter.
Quod renuntiatio episcopatuum tantum dēt fieri domino Papæ, 7 q.1. quam periculosum, & c.qualiter.
Quod renuntiatio prælaturæ non debet admitti de facili, 7 q.1. quam periculosum, & c quamuis.
Quod quando renuntiatio admittitur, debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate, 7.q.1. qualiter, & cap.seq.
Quod renuntiatio prælationis fienda est in scriptis, 7.quæst.1. sicut, §. ecce.
Quod renuntians vlterius nō potest repetere illud quod renuntiauit, 7.q.1.quam periculosum, & c.hoc nequaquam, 21.q.2.si quis.
Quod renuncians videtur posse repetere, 22.q.4. magnæ.
Quod ecclesia vel superior potest repetere renunciantem, 7. q 1. non oportet, & c.si qui vero, & c.seq.

REPETITIO. Quod debitum benigne remissum non inique repetitur, 14 q. 1.quod debetur.
Quod cum dn̄s dixit, si quis abstulerit, tibi tunicam, non repetas: non præcipiendo, sed exhortando dixit, 14.q.1.episcopus, §. is ita, in fi.
Quod episcopus vel alius prælatus res transitorias tumultuose & litigiose non debet repetere, 14 q.1.c. 1.& c.seq. 88. dist.inutile.
Quod prælati quantumcunque perfecti tenentur res ablatas modeste repetere, quia res pauperum sunt quas possident, & episcopi tātum sunt dispensatores, 14.q 1.episcopus, §.his ita.
Quod vbi non potest esse redditio, supersedenda est repetitio, 14. q. 6.c.1.
Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse non debet pecunia iniuste repetitur, 14.quæstio.5.non sane.
Quod res ecclesiæ ꝓ captiuis, & pauperibus erogatæ nō debent ab erogatore repeti 12 q.2. sacrorum

REPREHENSIO. Quod reprehensio tunc est iusta quando primo fit in se, & postea exercetur in aliū, 3. q.7. qui sine, & c.iudicet, & c. postulatus.
Quod est reprehensio auctoritatis, quę solum maioribus conuenit, & hæc debet fieri cum beneuolentia 44.dist.licet 86. d st.quando.
Item est reprehensio zeli, quæ minoribus conceditur in minores: & hæc debet fieri cum reuerētia, 21. dist nolite: 2.q 7.si quis super his, §.prcxi.
Item est reprehensio temeraria, quæ vergit ad infamiā, & hæc, nec prælato ad subditū, nec subdito ad p̄latum conceditur, 21.dis nolite, 2. q 7 plerumque. & c.quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accusatione, & Correptione.

REPVLSIO. An repellere vim sit peccatum, 23.q 1.§.1.
Quod perfectus debet patienter iniuriam sustinere ab his, quos optat bonos esse, 23.q.1.paratus, 11.q.3. ita sæpe.
Quod perfectis licet iniuriam verbis & non verberibus repellere, 23. q.1. paratus. Exemplum ibi de Christo.
Qualiter cuilibet licet iniuriam repellere, & qualiter non habes 23. q 3 sex differentiæ, sed.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & de Tolerātia, & de iniuria.

RESCRIPTVM. Quod rescriptum principis quamuis præcipiat reprehensibile, dummodo nō fiat contra fidem, est recipiēdum, 100. dist.contra morem, 19.dist in memoriam.
Quod rescriptum apostolicum contra euangelium & contra Apostolos nō admittitur, 25.q.1.sunt quidam, & c.seq.
Quod rescriptum contra ius commune factum, ab omnibus est refutandum, 25.q.2. rescripta.
Quod rescriptum posterius arctat eos ad dirigitur. 19. distinct. in memoria.
Quod in arduis non scripta, sed ipsa originalia manu principis subscripta debent monstrari, 25. q. 2. §. sancimus.
Quod rescripta personalia sine die, & consule facta carent auctoritate, 24 q.2.§. si qua.
Quod rescriptū cassatur si a curia nō emanauit, 19. dist in memoram.
Item cassatur si tacita veritate fuit impetratum, 25. q. 2. diceati.
Item cassatur si non fuerit honestū, iustum, possibile, tempori & loco conueniens, 4.dist.erit autem lex.
Item cassatur si non habet subscriptionem petitionis, 81.dist Maximianus.
Item si expresse nō continet in se, si preces veritate nitantur, 25.q.2.§. vniuersa.
Item si non expresse continet nomē eius, qui vult cōtinere, 2.q.8.quisquis, & §. vlt.
Item si obscurum fuerit, ita vt plene intelligi nō possit, 4.dis.erit autē.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

RESIDENTIA. Quod episcopi qui curam gregis debent gerere, præcipue debent residere, 7.q. 1. pontifices.
Quod non licet benef ciato vltra tres hebdomadas abesse, 7.q 1.si quis in clero.
Quod propter negotia ecclesiæ, vel propter ægritudinem de residentia quilibet excusatur, 7.q.1. præsentium.
Quod in ecclesia sine legitima causa non residenti, iuste alter substituitur, 7.q.1. præsentium

RESISTENTIA. Quod posse resistere peruersis & non facere, est ipsis consentire, 23. q. 3. qui potest.
Quod rusticitas sancta quantum ex vitæ merito ecclesiam Dei ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistit, 2. quæstio. 7. sancta quippe.
Quod resistere malis manu armata maxime perfectis sit peccatū, 23. q 3. per totum.
Quod de prælatorū prouisione principes sæculi persecutoribus pauperum debent resistere, 23. quæstio. 3. ab Imperatoribus, & c. Maximianus
Quod cum dicitur resistere malo: nō mali coerctio, sed proprię vindictę executio prohibetur, 23.q.5.de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & vbi agitur de Iniuria & vbi agitur de Tolerantia.

RESPONDERE. Quod bonum est quandocumque respondere auditoribus, ne æstiment nos responsionis penuria declinare certamē, 43 distinct. in mandatis, & tribus cap. seq.
Quod propter hoc nemo debet respondere, vt plus videatur scire quam sciat, quia esset iactātia, 44. dist dispensatio.§ pariter.
Quod garrulos, & procuratores prudentia est responsionibus eludere. 43.dist.in mandatis.

RESTITVTIO. Quod restitutio in integrum est, quando quis honoribus & ordinibus & cæteris restituitur, 2.q.3.c.vlt.in fi.
Quod cum princeps in integrum restituit, infamiam tollit, 2.q.3.c. vlt.in fin.

Quod

Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrum restituendus, 22. q 2. per totum.
Quod etiam prædo est ante iudiciũ restituendus, 3. q. 1. Deus.
Quod antequã in causa iudicij procedatur, mulier est primo restituẽda, 33. q. 2. siue de coniugij.
Quod sex mensium dantur induciæ restitutis antequam respondeant, 3. q. 2. electis.
Quod restitutio rerum quãdoque fit in simplum, 14. q. 5. non sanè.
Item quandoque in duplũ, 89 dist. decenter. 12. q. 2. in legibus.
Item quandoque in quadruplum, 12. q. 2. cum deuotissimam.
Item quãdoque in nouem partibus, 17 q. 4. quisquis.
Item quandoque in decuplum, 12. q. 2 in legibus.
Quod non dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum, 14. q. 6. si res.
Quod non verè pœnitet qui ablata non restituit cum potest, 14. q. 6. si res, 25. q. 8. pessimam.
Quod non est super restitutione molestandus, cui non est vnde soluat. 14. q 6 si res
Quod qui rem alienam Deo consecrat, non rem sed æstimationem restituat, 14. q. vlt comperimus.
De restitutione lapsorum habes 50. dist. ferè per totum. Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis.
In restitutione lapsorum consideranda est quantitas criminis vtrũ sit enorme, vel mediocre: quia quanto minus tãto facilius restituitur, 10. dist. quia sanctitas.
Item qualitas criminis, vtrum scilicet sit publicum, vel occultum: nã publicatio multis imped. t restitutionem, 50. distin. sacerdos si. & cap. seq.
Item modus redeũdi, scilicet vtrum sit conuictus, vel sponte cõfessus: nam mitius agitur cum sponte confessus est, 50. distinctio. si quis p. a postera.
Item modus satisfactionis, an scilicet sit verus, vel fictus: nam verè contritis facilius parcitur, 50. distin. bene.
Quod restituitur quis vt possit ad omnia promoueri, distin. 50 considerandum, vbi agitur quomodo Petrus apostolus p. st negationem restitutus fuit.
Item restituitur quis, vt maneat tantum in susceptis, vt reuertentes ab hæreticorum errore, 5. quæst. 7. saluberrimum.
Item restituitur quis vt tantum ministret in minoribus, vt scienter simoniaci, 15. q. 5 c. 1.
Item restituitur quis vt laicam tantum habeat cõmunionem, vt doctor, & auctor hæreticorum, 1. quæst. 7. cap. 1.
RESVRRECTIO. Quod ecclesia vt gaudium resurrectionis insinuet à Pascha vsque ad Pentecostẽ non ieiunat. 30. dist. si quis presbyter. 76. dist. scire debet.
Quod olim baptismus ideo tempore resurrectionis fiebat, vt sicut Christus resurrexit à mortuis: sic nos in nouitate vitæ ambulemus, de consecr. dist. 4. proprie.
REVERENTIA. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis, vel superioris potestatis, 16. quæst. 2 visis.
Quod inutili prælato quamdiu sustinetur reuerentia est exhibenda, 16. quęst. 6. si fortassis.
Quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis, 97. distin. esto 2. q 5. habet.
Item ipsis obediendo, 93. dist. §. 1. & cap. seq. 2. q. 7. sacerdotes.
Item ipsis subsequendo, 95. distinc. non oportet.
Item eorum officium temerariè non vsurpando, 95. dist presbyter.
Item eorum statuta seruando, 7. q. 1. quia.
Item eos temerariè nõ arguendo, vel iudicando, 21. dist. nolite.
Item defectus eorum non reuelando, sed potius cooperiendo, 96. distinct in scripturis.
REVELATIO. Quod reuelatio diuina instruit in agendis, 8. quęst. 1. si ego.
Item reuelatio diuina dirigit in scripturis, 9. dist. noli.
Quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda, 2. quęs. 1. si peccauerit.
Quod fraudulentus est qui reuelat arcana, 5. q. 5. qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de inspiratione.

RIGOR. Quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonum quandoque temperatur, 14. dist sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur, detrahendum est rigori, 50. distin. vt constitueretur, 1. quæst. 7. quoties à populis.
Quod multi canones constituti sunt in rigorem disciplinæ, 50. distinc. vt constitueretur.
ROGATIO. Quod Rogationum tres dies ieiunandi sunt & feriandi, de consecrat. distinct. 3 Pronunciandum, & cap. rogationes.
Quod tribus diebus rogationum serui & ancillæ ab opere seruili debent esse liberi, de consecr. dist. 3. rogationes.
Quod in triduo rogationum, quadragesimali cibo est vtendum.
ROMA. Quod Roma caput, & principatum obtinet nationum, 2. q. 7. beati.
Quod iura Romanorum alijs gentibus non conueniunt, 1. distinctio. ius qui ritum.
In quibus iura Romanorum consistunt habes 1. distinctio. ius qui ritum.
Quod qui Romanam ecclesiam annihilat, ipse se hæreticum insinuat, 22. dist. omnes.
Quod Romana Ecclesia est principium omnium ecclesiarum, 21. distin. quamuis.

De Ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM. Quod die sabbati non est festinandum, ne Iudaizare videamur, de consecr. distin. 3 peruenit.
Quod Antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicum obseruari, vt propter obseruationẽ sabbati Iudæos: & propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat. de consecrat. distin. 3. peruenit.
Quod sabbatum non vbique, sed secundum aliqua loca ieiunatur. 12. distinc. illa. Exemplum ibi de matre Augustini.
Quod die sabbati nisi propter festiuitatem, aut propter infirmitatem à carnibus est abstinendum, de consecr dist 5. quia.
SACERDOS. Quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans. 21 dist. cleros, ante med.
Quod sacerdotalis ordo incępit à sancto Petro, 21. dist. in nouo.
Quod maiores sacerdotes in Apostolis, minores in septuaginta duobus discipulis sunt designati, 21. dist. §. 1. post med.
Quod sacerdotes angeli & dij nuncupantur, 11. q. 1. sacerdotibus.
Quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali, 96. distin. duo, in princ & in fi.
Quod ipse Christus ei reuerentiam exhibuit, dum ad eos leprosos remisit, 1. q 1 nonne.
Quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiã sacerdotum, 11. quæstione 1. sacerdotibus.
Quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur, 95. dist. ecce ego, circa med.
Item benedictio populis & gratia diuina datur, 1. q. 1. dictum est, 6. q. 1. sacerdotes.
Item peccata delentur, 1. q. 1. ipsi sacerdotes.
Item merito officij eorũ futura reuelantur, 1. q dictum est à Domino. Exemplum ibi de Caipha.
Item sacerdotes sunt lumen mundi, 92. dist. sacerdotes.
Item sunt omnium patres & magistri, 86. dist. quis dubitet.
Quod debent esse corpore & mente mundi: quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti, 1. q. 1. necesse, 3. q. 7. in grauibus, & duobus cap. seq.
Item sobrij, 35 dist. vinolentum.
Item discreti & docti, 37. distinct. per totum, 38. dist. in pluribus capitulis.
Item debent esse in officio suo cauti. 14. q 6 c. 3 in fine.
Item in vestibus & gestu debent esse maturi.

maturi. 41. distinct. clericus.
Quod sacerdotes instituũtur ad laudandum Deum, & ad exemplum bonæ actionis, 5. quæstio. 3. quia episcopus.
Quod sacerdotes ratione oblationũ tenetur orare pro populo, 1. q. 1. sacerdotes.
Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi plurib. modis, videlicet precibus, & orationibus peccata consumendo, 1. quæst. 1. si ipsi sacerdotes.
Item oblatis pro peccatis vtendo, 1. q. 2 pastor.
Item aliena peccata per consensum incorporando, in fi.
Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicitè exercere debent, 91 dist. presbyter.
Quod non facili est suspicandũ malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt, 11. quęst. 3. absit.
Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet: & ideo mundius est suscipiendus quàm alij ordines, 1. q. 1. si qui episcopi talem, §. prox.
Quod sacerdos membrorum deformitatẽ notabilem habere non debet, 49. dist §. 1.
Quod sacerdotes propter multitudinem sunt contemptibiles, 39. dist. legimus, in fi.
Quod multi sunt sacerdotes nomine pauci opere, 40 dist. multi.
Quod non cathedra facit sacerdotẽ, sed sacerdos cathedram.
Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus, quàm qui peruerse agens nomen sacerdotis habet, 83. distinc. nemo.
Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.
Quod multi sacerdotes nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt: & panem pollutum offerunt, 49. dist sacerdotes.
Quod magnum inconueniens est sacerdotẽ corpus Christi conficientem immundum esse, 1. q. 1. sacrosancta, & c. seq.
Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs, 12. q. 2 gloria.
Quod sacerdos qui aliorũ debet audire confessiones debet esse in scientia discretus, & in vita bonus, de pęn dist. 6. §. 1.
Quod malus sacerdos comparatur simiæ, 1. q. 1. si quis inquit.
Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi, 1. q. 1. significastis, & c. seq.
An promotus in sacerdotem in mortali peccato, possit exequi officiũ suum, 15. q. vlt per totum.
Quod peccatum est detrahere sacerdotibus, 6. q. 1. sacerdotes.
Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus, 6. q. 1. sunt plurimi, §. proximo.
Quod nemo debet audire Missam à sacerdote, quem scit indubitanter habere concubinam, 32. distinct. nullus, vbi exponit glossa. Ioann. ꝙ hoc est indubitanter *scire*, quod scitur scientia iuris, & non facti: & ad hoc expresse faciunt multa iura, vt 15. q. 8. sciscitantibus, 83. q. nihil. §. quamquam. 1. quæst. 1. multi. 30. quæst. 5. cap. nec illud, §. is ita, & cap. nullum Nam ante scientiã à nullo est recedendum, 8. q. 4. nonne.
Quod autem sacramenta à malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnẽda, plura docent capitula: quia ipsi non suis, sed Christi verbis sacramenta conficiunt, de consecrat dist 2. panis est, 1. quæst. 1. significastis, & c. Christus, & c. seq.
Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata, 1. q. 1. dedit.
quod sibi iudicium tantum manducant & bibunt, 1. q. 1. per Esaiam.
Quia sacramenta, sicut nec Sol, à locis immundis, per quæ transit, ab ipsis non inquinantur, 19. dist. secundum ecclesiæ.
Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent, quamuis sibi noceant, 15. q. vlt. cap. vlt.
quod ipsi veluti lixiuium lauant, & non lauantur, 83. dist nihil §. seq.
quod sacerdos licitè potest operas suas alijs locare, 10. quæst. 2. precariæ, 1.
quod sacerdos non debet alijs irrogare supplicium, 22. quæst. 5. hoc videtur.
quod promotus in sacerdotem tenetur vxori necessarijs prouidere: nõ tamen tenetur debitum reddere, 31. dist. omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. Quod sacramentum inuisibilis gratiæ est visibilis forma, de consecrat distinct. 2. sacrificium.
quod sacramenta dicuntur, quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus eorundem sacramentorum salutem operatur; vnde à secretis virtutibus, vel sacri sacramenta dicuntur, 1. quęst. 1. multi, circa med.
Quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicũtur necessitatis, vt baptismus, de consecrat. dist 4. nulla præter.
Item confirmatio, de consecr. dist 4. nullus ministrorum.
Item Eucharistia, de consecr. dist. 1. omnis Christianus.
Item extrema vnctio. 26. q. 7 c. 1.
Item pœnitentia, de pœnit. distin. 1. non potest.
quod alia duo sacramẽta sunt voluntatis, videlicet ordo, 74. distinct. vbi ista.
Item matrimoniũ, 30 q. 8. vbi nõ est.
Quod baptismus est sacramentũ intrantium, de consecr. dist. 4. nulla præter. §. porro, ante fin.
Quod confirmatio est sacramentum pugnantium, de consec. dist. 5. spiritus sanctus.
Quod Eucharistia est sacramentum progredientium, propter quod & viaticum dicitur, 26 q 6 qui recedunt, & c de his.
Quod pœnitentia est sacramentum redeuntium, 26. q. 7 his qui. de pœnit. dist. 3. c 2.
Quod extrema vnctio est sacramẽtum exeuntium, 26. quæst. 7. c ab infirmis.
Item subiecto, vt Eucharistia, 95 dist. ecce.
Item significatione, vt matrimoniũ, 27. q. 2. cum societas.
Item ministri dignitate, vt confirmatio, de consecra distin 5 de his, & duobus c. seq. 68. distin. quamuis. Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus in esse,
Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta à suis parochianis sunt recipienda, 16. quæst. 1. interdicimus.
Quod dęmones maxime in somnis infideles deludunt diuersas eis species, & similitudines offerentes, & per deuia quæque ducendo, & hoc cum solus patiatur spiritus in corpore euenire opinatur 26 q.5. episcopi, post med.

quod somniando illusiones contingunt hominibus multipliciter. 6. dist.testamentum, & cap. seq.

SORS. quod sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem. 26.q.2.sors.

quod licet sortibus nihil mali insit tamen prohibentur homines: ne sub hac specie ad antiquos idololatriæ cultus redeant, ibidem, §. pr. x.mo.

Quod

quod qui sortibus vtuntur ad negotia sæcularia, & ad vanitatem diuina oracula uidentur conuertere, 26.q.2 hi qui.

quod sortes quæ dicuntur apostolorum vel aliorum sanctorum, sunt damnatæ, & exercentes sunt excommunicati 26.q 5. si quis clericus,& q.7.non obseruetis, & cap. sequen.

quod omne genus sortium sub anathemate prohibetur 26.q 5.sortes & cap.seq.

quod tempore necessitatis in libris diuinis præmissa oratione dominica uel alia, sortes uidentur concedi 26. q.2.hi qui & c. seq.

SORTILEGIVM. Quod sortilegi sunt, qui per quasdam inspectiones sortium uel figurarum futura promittunt 22.quæstio.1. sortilegi.

quod qui obseruant constellationes, sortilegi dicuntur 26. qu.5. non liceat.

quod in calendis ianuarii mensam cum epulis ratione diuinationis parare, sortilegium est committere 26.q.7 si quis.

quod ligaturæ characterũ, uel aliarum rerum quas medicina non requirit, uel obseruatio sternutationis, aut liminis conculcatio, aut dierum Aegyptiorum obseruatio & plura alia, nomine sortilegii damnantur 26 q.2 illud.

quod portare super se lapides pretiosos, vel herbas non est sortilegium, 26. q.vlt.c.vlt.

Quod infirmantibus carmina sortilega nil proficiunt 26.q.7. admoneant.

Quod qui seruant sortilegia, sunt Christianæ fidei & baptismi violatores 26 quæstio. 7. non obseruetis.

Quod sortilegi a diabolo cui deseruiunt, sunt captiuati 26.q. 5. episcopi eorumque.

Quod episcopis de parochijs sunt expellendi.

Item sortilegi sunt excommunicandi 26.q.5. § 1.

Quod sortilegi & eis assentientes ad accusationem non sunt admitten di 11.q.8.quisquis.

Quod serui si sint sortilegi, verberibus: si liberi, carceribus sunt castigandi 26.q.5.contra.

Quod qui credit sortilegis, quinque annis debet pœnitere 26.q.5. non liceat.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & de incantatione.

SPECTACVLVM. Quod die solenni ecclesiã contemnentes, & spectacula custodientes sunt excommunicandi, de consec. dist. 1. qui die.

Quod præcipue clerici curiosis spectaculis non debent interesse, de consec dist.5.non oportet 23 dist. hic igitur.

Quod clerici spectacula saltantium debent vitare 34 dist.presbyteri.

Quod pœnitens si perfecte vult pęnitere, debet se a spectaculis sæculi cohibere, de pęn.dist.5 §.1 ante fi. ver.cohibere.

SPIRITVS SANCTVS. Quod spiritus sanctus æqualis est patri, & filio de consec.dist.5.de spiritu sancto.

Quod a patre & a filio procedit. de consecr.dist 5.saluator.

Quod spiritui sancto attribuitur potentia miraculorum de consec distin.5. de spiritu.

Quod spiritus sanctus extra ecclesiã nihil operatur 24. quæstio. 1 audiuimus.

Quod non scissuras, sed vnitatem amantes, spiritum sanctum accipiunt.

Quod peccata tenere, vel dimittere, vel excommunicare, opus est spiritus sancti. ibid.

Quod in domino semper mansit spiritus sanctus, in alijs vero sanctis qñque manet, quandoque recedit. de pœn.dist.2. quærendum.

Quod nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. ibid. post med.

Quod nemo accipit spiritum sanctum nisi intra ecclesiam 14. q 1. audiuimus.

Quod blasphemare spiritum sanctũ, est contra sacros canones proterue agere 25 q.1. violatores.

Quod Apostolus absens corpore præsens spiritu Corinthium tradidit Satanæ 24. quæstio. 1. audiuimus. circa med.

Quod simoniaci non habent spiritum sanctum veritatis, sed spiritum mendaci,& illum alijs dant. 1.q.1. gratiam.

Quod septem modis in spiritum sanctum quis peccat, videlicet cum quis male sentit de persona spiritus sancti. de conse.dist.4 hi vero.

Item cum quis obstinatur, & dicit omnia mala impunita, & bona non remuneranda. de pœn.dist.3. ad hoc in fi.

Item qui pęnitus desperat, vt Cain qui dixit: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. de pœn. dist 1.voluissent, §.ex his.

Item cum quis veritatem cognitam impugnat, sicut illi qui Christum dixerunt in belzebub Dæmonia eijcere 1.q.1.eos qui.

Item cum quis quocunque modo mortaliter peccat, nam ex hoc spiritum sanctum a se fugat. de pœn. dist.3. inter hæc hircum 2.

Item cum quis scienter in quocumque mortali peccato perseuerat. de pœn. dist.3. ante fi.

Item cum quis existens in peccato habet propositum numquam pęnitere. de pœn dist.1. potest fieri.

SPOLIATO. Quod cum spoliatur quis rebus, vel beneficio ab aduersario, tunc ante litis ingressum restituitur 2.q.2.per totum.3 q.1. episcopi.5 q.2 si primates.33.q 2. historia.

Quod si obijciatur spoliato exceptio rei iudicatæ, a qua non fuit appellatum, tunc non restituitur.2 q.6. ei qui appellat, §. diffinitiua.

Quod cum spoliatur quis a iudice non suo, hic statim restituitur, nisi propter graue scandalum dissimuletur. 3.q.6. hæc quippe.

Quod si spoliatur quis a iudice suo, qui propter iustam causam absens inuenitur, hic statim restituitur. 7. q 1 præsentium, sed absens ex contumacia si intra annum purgare voluerit innocentiam, est audiendus. 11.q.3. rursus.

Quod si spoliatur quis præsens a suo iudice post appellationem, nihil agitur & spoliatus ad omnia restituitur.2.q 6. vlt.§. appellatore.

Quod si spoliatur quis a iudice suo ante appellationem ordine iudiciario, non restituitur 2.q.6. c.vlt. §. quandoque vnam.

Quod si a iudice suo ante appellationem ordine iuris prætermisso quis spoliatur, statim restituitur.2. q.1.notum sit.

Quod spoliatus etiã absens per procuratorem potest restitui.3 q 1 episcopi, §.sed notandum.

SPONSAE. Quod sponsæ promissæ non statim debent dari, ne vilescant 27.q 2 institutum.

Quod vno viuente, alteri alter non debet coniungi.27. quæstio 2. desponsatam.

Quod vterque ipsorum altero inuito potest religionem approbatam intrare 27.q 2. desponsatam.

Quod dos sponsæ scripto debet confirmari 30.q.5.non fratres.

Quod propter publicam honestatem neuter alterius consanguineam, nec in vita, nec post mortem potest accipere 27 q 2 si quis desponsauerit, & cap si quis vxorem, & cap. seq.

Quod fornicatio voluntaria videtur tollere desponsationis vinculum de futuro.27.q 2. raptor.

Quod sponsa iubetur lugere mortẽ sponsi sui, quasi viri sui. 27. q. 2. omne, in fi.

Quod opprimens sponsam alterius, morte puuitur.27. q 2 omne.

Quod sponsa qñque dicitur vxor, & sponsi quandoque viri.27.q 2 qua propter, & pluribus c seq.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere 23. dist.c. sponsus.

SPONSALIA. Quod sponsalia sunt futurarum nuptiarum fœdera.30. q.5. nostrates.

Quod ante septennium nequeunt contrahi sponsalia. 30.q.1.§.1. & c. seq.

Quod sponsalia in cunabulis per parentes contracta non tenent, nisi pueri postquam ad annos discretionis peruenerint, consentiant. 30.q. 2. cap.vbi.

Quod sponsalia quandoque contrahuntur per verba de præsenti, & hæc quia faciunt matrimonium, non soluuntur nisi per religionis ingressum 27.q. 2. scripsit.
Item per frigiditatis perpetuum maleficium 2. q. 4. consuluisti §. hoc autem.
Item verba de futuro hæc impediũt cum alio contrahendum, sed non dirimunt iam contractum. 27. q. vlt & §. seq.
Quod parentibus non licet puerorũ sponsalia frangere, quæ vtrorumque consensu contrahunt 31. q 3. c. si qui parentes.
Quod euidens signum sponsalium. est annuli subharatio 30. q.5 nostrates.

De hoc habes vbi agitur de Annulo.

Quod sponsalia per parentes tantum tractari debent: non est enim virginalis pudoris eligere maritum. 32. q 2. non omnis. §. seq.
Quod viuente auo pater puellæ de sponsalibus tractandis non debet se intromittere, sed auus: quia ipse pater est in potestate aui 32.q. 3. cap. 1.
De desponsatione Mariæ cum Ioseph, habes 27. q. 2. §. 1.

De hac materia, & de Conditionibus turtibus, & honestis, quæ fiunt in sponsalibus, habes vbi agitur de Matrimonio.

STABILITAS. Quod stabilitas prælatis, & clericis in suis ecclesijs.& locis præcipitur, & contrarium inhibetur. 7. q.1. non oportet, per omnia cap. vsque ad cap. sancitum.

De stabilitate habes vbi agitur de Constantia.

STATERA Quod statera dolosa quę grauius pro se leuius pro alio ponderat est vitanda. 24.q. 1. non afferamus.
Quod omnis iudex Stateram gestare debet, vt in vtroque pendo iustitiam, & misericordiam habere. 45. dist. omnis.
Quod qualibet quasi in Statera sermones suos debet pondere 50.distin. ponderet.
STATVTA Quod statuta sanctorum patrum inuiolabiliter sunt seruanda 11. dist. nolite.
Quod ecclesiasticorũ statutorũ quędã Apostolica traditione, quædã auctoritate scripturæ, quædã consuetudine confirmantur. 11 distin. ecclesiasticarum.
Quod Apostolica statuta non debẽt negligi, nec variari, nec per cõcertationem disturbari 25.q.2 amputato.
Quod fit statutum propter honestatem tenendam 35. quæstione 3. porro.

De hac materia habes vbi agitur de publica honestate.

Item fit propter in honestatem delendam de conse. dist. 4. nec quemquam vbi agitur de immunditijs corporalibus.
Item fit propter vtilitatem habendam. 1.q.7. tali vbi constituitur ꝑpter ecclesiæ vtilitatem, vt cum illigitime natis dispensetur.
Item fit propter inutilitatem euadẽdum 12.q 2 terrulas: vbi statuitur quod inutiles res ecclesiæ alienari possunt.
Item fit statutum causa diligentiæ habendæ. 18 dist peruenit. vbi statuitur quod synodi certis temporibus habeantur.
Item fit causa negligentiæ remouendæ 89. distin. volumus. vbi statuitur quod episcopus vicarium habeat.
Item fit causa necessitatis, quæ cessante debet statutum cessare 1. q. 1. quod pro necessitate.
Item fit causa facilitatis 80 q di. fraternitatem vbi statuitur ꝙ episcopales sedes debent esse propinque vt facilius ad electionem archiepiscopi conueniant.
Item fit causa maioris mali vitandi 13. dist. c. 1. & c. 2.
Item fit causa maioris boni adipiscẽdi. 19. q. 2. duæ vbi dicitur, quod clericus contradicente episcopo religionem potest intrare.
Item fit causa oppressionis vitandæ 16.q. prima, prædicator. vbi dicitur quod maior minorem opprimere non debet.
Item fit causa subiectionis seruandę. 95. dist. esto vbi dicitur qualiter episcopi ad presbyteros, & presbyteri ad episcopos se debẽt habere.
Quod legitime statutum potest dissolui propter peccantis abusum 63. dist. quia sancta, §. prox.
Item propter auctoris detestationẽ 16. dist canones vbi dicitur, quod licet boni sint, quæ statuerũt hæretici, tamen sunt detestanda.
Item propter securiorem prouisionem. de consecr. distin 1. vasa vbi dicitur, quod pro ministerio diuino meliora sunt vasa aurea, & argentea quam vitrea, & lignea.
Item propter statuti minimum rigorem. 34. dist. fraternitatis
Item ne præbeat malignãdi occasionem. 12. dist nos consuetudinem. vbi contra primum statutũ de hęreticis statuitur de Domesticis nõ promouendis.
Item propter maiorem honestatem. 31. dist. aliter. vbi statuitur de Græcorum sacerdotũ vxoribus, quod apud Latinos dissoluitur.
Item propter exempli perniciẽ 96 distin. bene. vbi statutum Basilij, licet. fuerit pro ecclesia cassatur.
Quod statutum antecessoris cassatur, si oppressionem infert. 31. dist. ante triennium.
Item si iniustitiam continet 19. dist. secundum, & 10. quest. secunda, de precarijs. 100 distinctione nouit.
Item si casus inopinatus emergit. 12 .q. 1. certe.
Item si exemplum mali inducit. 63. dist. quia sancta, §. verum.
Item melius alteri fuerit reuelatum 9 dist. noli.
Item si causa vel persona, vel aliqd simile causam dederit statuto. 29. dist. regulæ.

De hac materia habes vbi agitur de Constitutione.

STERILITAS. Quod in lege Moysi male dicta erat sterilis 32. q 4. securrat, §. his ita.
Quod nulli licet vxorem dimittere propter sterilitatem, & aliam ducere propter fæcunditatem. 32. q. 7. tantum.
Quod non videtur vere esse, vxor quæ procurat contra bona matrimonij venena sterilitatis. 32. q. 2. aliquando.
Quod sancti patres propter sterilitatem vxorum ex ancillis puerorũ procreauerunt 32 q 4. §. 1.
STOLA Quod Stola dicitur orarium 33. dist. ecclesiastica.
Quod stola episcopus, & sacerdos vtrumque numerum debet ambire pectus in modum Crucis stringendo, ad disignandum qđ Christum crucifixum in pectore portans securis fiet inter prospera, & aduersa 23. distinctio ecclesiastica.
Quod qui sine stola celebrat, vel Euangelium legit, grauiter excedit, vnde, & excommunicari præcipitur 33. dist. ecclesiastica. in fi.
Quod diaconus in sinistro numero stolam gestare debet, vt expedire presbytero ministrare valeat. 25. dist. vnum orarium.
Quod sacerdos nunquam debet corpus Christi sumere, vel pro alijs portare nisi stolam in pectore ad modum Crucis circumseptu. 22. dist ecclesiastica.
STVDIVM, Quod Studium apostolici debet esse circa protectum imperij 97. dist. victor.
Quod studium Episcopi debet esse, vt diuersorum scientiarum studiũ procuret in Ecclesijs baptismalibus 37. dist de quibusdam.
Quod studium debet esse clericis diuinis officijs intendere. 23. distin. his igitur, in fi.
Quod clerici Studium auaritiæ debent declinare. ibid.
Item detestabile Studium simoniæ debent fugere 1. q. 2. qui studet.
Quod studium liberalium artiũ ad vtilitatem ecclesiæ exercendum approbatur. 27. distinct de quibusdam.
Quod studium liberis poetarum ratione curiositatis clericis inhibetur 37 dist. si quis vult.
Item clericis inhibetur ne filios suos in Ecclesiarum sumptibus studijs

cultis sæcularium scientiarum occupent. 37. dist. legant, & c. vino. & c. omnem.

STVLTVM. quod Stultum est nolle à quocumque bona discere. 22. dist. de Constantinop.

Item peccati periculum, & pœnæ correspondentis non pensare. 38. dist. qui ea vbi dicitur. qui stultus est in culpa. sapiens erit in pœna.

STVPRVM. quod Stuprum est illicita virginum defloratio. 36. q. 1. lex, §. cum ergo.

SVBDIACONVS. quod Subdiaconi appellantur qui subiacent officiis, & præceptis Leuitarum. 21. dist. cleros.

Item Subdiaconi officium est calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere. 25. distin. perlectis.

quod nullus debet ordinari in Subdiaconum, nisi promissa castitate. 28 dist. de Syracusanę. §. ecce, & duobus c seq.

quod tempore apostolorum Subdiaconatus non reputabatur sacer ordo. 60. dist. nullus in episcopatum.

quod Subdioconus potest elegi in episcopum, & non in archidiaconum. 70. distin inuocamus. & cap. nullus in episcopatum.

SVBSCRIPTIO quod subscriptio tabellionari, vel si non habetur tabellio, trium testium Subscriptio scripturam facit authenticam 16. q. 3 placuit, §. potest.

quod subscriptio requiritur in electione 63. dist. quanto.

Item requiritur in constitutionis promulgatione 96. dist. bene quidem. 35. quæstio 9. quod quis.

Item requiritur in sententiæ prolatione 17. dist. concilia, §. hinc etiã.

Item requiritur in rerum ecclesiasticarum alienatione. 12. q. 2. sine exceptione.

Item requiritur in libertatis datione 12. quæst. 2 episcopus qui mancipium.

De simili materia habes vbi agitur de Scriptura.

SVCCESSIO. quod in ecclesiis non debet esse successio. 8. quæst. 1. apostolica.

quod episcopus non potest sibi substituere successorem. 8 quęstio. 1. per totum.

quod filius sacerdotis vel clerici nõ potest immediate in ecclesia succedere patri. 1. q. 1 cito turpem.

quod uarietate multiplicis successionis abolet vitiũ prædecessoris.

quod bona defuncti episcopi seruanda sunt diligenter Successori. 12. q. 2 hæc huius placiu, & c. non liceat, & cap. charitatem.

SVCCESSOR. quod successor factum prædecessoris mutat propter subditorum oppressionem. 31. dist. ante triennium.

Item propter manifestam iniquitatem 100. dist. nouit.

Item propter exempli perniciem. 63. dist. quia sancta. §. verum.

Item ob iudicis circumuentionem. 35. quæstione. 9. apostolicæ, & duobus cap seq.

Item ob gratiæ dispensationem. 35. q. 9. sententiam.

Item ob originis intercitudinem 68. dist. chorepiscopi.

De hac materia habes vbi agitur de statuto, & de Constitutione.

SVFFRAGIVM. quod suffragia ecclesię facta pro mortuis prosunt 13. q. 2. non existimemus.

quod quattuor modis fiunt suffragia pro mortuis, aut missis, aut eleemosynis, aut ieiuniis, precibus 13. q. 2. animæ.

quod cum pro centum animabus psalterium vel Missa dicitur, non minus quam si pro qualibet earum diceretur, accipitur de conse. dist. 5. non mediocriter

quod pro suffragiis mortuorum. alij diem tertium, alii diem septimum, alii trigesimum, alii quadragesimum obseruare consueuerunt. 13. q. 2. quia alii.

quod debita suffragia mortuorum non reddentes fures sunt & sacrilegi, & sunt excommunicandi 22. q 2. qui oblationes.

De hac materia habes vbi agitur de Mortuis, & de eleemosynis.

SVPERBIA. quod superbia est bona quę non habet quid, simulare 11. q. 3. si quis vero.

Item superbia est aliis se pręferre. 23. distin. de Constantinopolitana.

Item superbia est vanas opiniones ex scripturis sacris confingere. 30. dist. hæc autem.

Item superbia est subditos non cum beneuolentia, sed cum asperitate corrigere. 45. distin. licet nonnunquam.

Item superbia est arroganter alios instruere, 46. dist. hoc habet 45. di. recedite.

Item superbia est occasione habitus vel religionis simpliciores quosque despicere. 30. distin. si quis per superbiam. 45. dist. vera iustitia.

Item superbia est sine meritis præfici vel ordinari velle 59. distin. officia.

Item superbia est peccatum suum in confessione non manifestare. de pœn. di. 1. §. item taciturnitas.

Item superbia est officia aliis conuenientia sibi vsurpare. 10. dist. quoniam 93. dis. diaconi ecclesię.

quod Nabuchodonosor propter superbiam in bestiam est mutatus. 18. q 4 miror.

SVPERFLVITAS. quod superfluitas cibi, & potus nocet animæ, & corpori. de confec. dist. vlt. nihil enim sic, & duobus c. seq.

quod superfluitas temporalium (maxime in clericis) arguatur. 47 dist. sicut. 12. q 2 aurum

Item arguitur in vsu ciborum, & potuum 44. distinctione. §. 1 & cap. sequen.

Item arguitur in excessu deliciarum & lasciuiarum. 35. distin ecclesiæ. 41. dis quisquis.

Item arguitur in immoderata fusione verborum 43 dist. sit rector. ante med.

Item in constructione ædificiorum. 86. dist. non satis, & cap. pulchra. 12. q 2 gloria.

SVPERSTITIO. quod superstitio est quidquid institutum est per homines ad facienda, & colẽda idola, vel ad colendam sicut Deũ creaturam. 26. q. 2. illud quod.

Itèm superstitio est seruare tempora in agendis, in ędificiis inchoandis in diebus Ægyptiacis custodiendis 26. q. vlt. quis existimaret.

Item superstitio est pacta, quędam, & fœdera cum dæmonibus subire, qualia fiunt per magicas artes. 26. q. 2. illud quod.

Item superstitia est strictius uiuere quam mores eorum cum quibus quis habitat, se extendunt. 41 dis. quisquis.

SVSPENSIO. quod suspensio est duplex videlicet corporalis, & spiritualis.

quod suspensio Iudę corporalis non deleuit peccatum, sed auxit suppli cium 23 q. si non licet.

quotquot seipsos suspendunt, uel aliter occidunt cum Iuda perpetuæ damnationis, exitium incurrunt. 23. q. 5. si non licet.

De suspensione Iudæ habes vbi agitur de Iuda.

quod suspenso in patibulo (si digne pœnituerit) non est neganda eucharistia, neque sepultura, quia talibus supplicium cedit ad peccati remedium. 13. q vlt. c. vlt.

quod suspensio spiritualis est canonica vel ecclesiastica, quæ contingit in officio, & beneficio, vel in vtroque 32. dis. eos qui.

quod à canone suspensi sunt ipso facto clerici publici fornicatores. 32. distinct. nullus, & c. sequen. 15. quæst. 8. suscitantibus.

Item hęretici. 24 quęst. 1. si quis dederit, & cap seq.

Item schismatici. 1 q. 1 quicumque, & cap. reperi untur.

quod suspenduntur clerici turpibus quęstibus, & lucris incumbentes. 88. di. consequens.

Item suspenduntur ab officio dęmoniaci, & epileptici, vel consimilibus vexationibus laborantes. 33. distinct. communiter, & duobus cap. seq.

Item suspenduntur episcopi vel clerici insolentiis se non corrigentes 34. dis. quorumdam.

Item suspenduntur clerici prælatis suis inobedientes, & contumaces. 11. q. 3. si quis uero, & cap. absit.

Item quando quis suspenditur ab officio, intelligitur tantum de officio in ecclesia exequendo, quia in priuato tenetur omnes horas dicere 11.q.2.si quis episcopus in concilio.

Item in officiis eis participantes excommunicantur. 11. qu.3. si quis presbyter.

Item deponitur ab honore.11.q 3. si quis episcopus.

SVSPICIO. Quod omnis suspicio potius repellenda est, quam recipienda, 6 q.1.omnes.

Quod fidelis homo non de facili debet venire in suspicionem, 11.q.3. absit nota glossam.

Quod est suscipio temeraria, & hæc est repellenda, quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio 2.quæstio.1.multi.post medium.

Item suspicio probabilis, & hæc recipit probationem in contrarium 7.q.1 præsentium.

Quod suscipio surgit ex præsumptione, vel ex testium productione 2. q.7.accusatio quoque.

Item suspicio violenta, & hæc sufficit ad sententiam, vt si vxor cum adultero in vno lecto inuenitur. 32 q.1.dixit.

Item ex signis verisimilibus, & ex infamia, & hæc inducit purgationem 2.quæstio 1.Deus.& quæst.5. presbyter.

Item surgit ex aduersariorum confictione, & hæc est contemnenda.11. q.3.in cunctis.

De hac materia habes vbi agitur de Præsumptione.

TABELLIO. Quod quælibet ciuitas debet habere tabellionē 16.quæstione 3.placuit. §.his autem.

Quod vbi tabellio ad instrumentum scribendum non habetur, sufficit trium testium subscriptio.

TABERNA. Quod tabernas clerici pro aliis non debent tenere. 44 dist.nulli.

Item nisi in necessitate peregrinationis tabernas ad comedendum, vel bibendum non debent intrare 44. dist. clerici.

Quod clericus tabernam frequentās si admonitus non cessat, debet deponi, 44.dist.nulli.

TACITVRNITAS. Quod est taciturnitas bona, & mala.43.dist.sit rector per totum.

Quod in concilio vel in capitulo bona est taciturnitas, & mala tumultuosa verbositas 5.q.4.in loco.

Quod tacenda sunt coram indignis fidei sacramenta 43. dist. in mandatis.

Quod qui in obligatione tacet, ipsa taciturnitas sibi præiudicat 28.distinct. diaconi.

Quod taciturnitas mala est in peccati confessione de pœnit. distinctio.2.§. item taciturnitas.

Item in veritatis defensione.11.quæstione tertia quisquis & c. nolite timere.

Item in subditorum correctione: propter quod prælatus canis mutus dicitur, 43. distinctione sit rector.

Quod taciturnitas siue bona, siue mala quandoque trahitur ad consensum, videlicet propter fauorem ordinis 54 dist. si seruus sciente vbi dicitur quod si scit seruum ordinari, & tacet, videtur consentire.

Item propter fauorem religionis 26. quæstio secunda, cap. primo, & secundo, vbi dicitur, quod qui anno & die vno in religione steterit, etiam si voce professus non sit, uidetur ex taciturnitate in professionem consensisse.

Item propter fauorem matrimonii. 29.q 2.si quis ingenuus. vbi dicitur, quod ducens ancillam in vxorem scienter, non potest eam dimittere quia tacendo videtur in eam consensisse.

Item propter fauorem castitatis 27. dist diaconus, vbi dicitur, quod sacrum ordinem recipiens etiam tacendo de tenenda castitate, in eam consentit.

De hac materia habes vbi agitur de Silentio.

TANGERE. Quod qui iustos tangit, velut pupillam oculi Domini tangit, 2.quæst. 7 accusatio quoque.

Quod tangere immundum est peccatis aliorum consentire dist. 45. recedite.

Quod cui peccatum displicet, & illud redarguit, immundum non tangit ibidem, & capit. toleranda.

Quod etiam sine coitu lasciuus tactus graue est peccatum 27. qu. 1.nec aliqua,32.q 5.nec solo.

TEMERITAS. Quod temeritas est maiorum statuta ausu proprio contemnere, 2.q.1.notum q. 7 nihil 10.q.1 hanc consuetudinem.in fi.25.q 4.episcopi.

Quod temeritas incurritur, cum a subditis vita, & facta superiorum diiudicantur vel reprehenduntur. 21. dist nolite, 13.q.4.placuit, & cap.seq.

Quod temeritas facilitatis veniam continet, & inconsultus calor calumnia vitio caret. 2 quæst. 3.si quem §.notandum.

Quod temeritas accusatorum tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur, 2.q. 3.si quem, § proximo.

De temerario iudicio, & de Suspicione habes in suis locis.

TEMPERANTIA. Quod temperantia cibi est cum non plus quam necesse est sequitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendæ virtutis aptum habeatur. 44. dist. conuiuia de consecr. dist.5 non dico.

Quod temperantia prodest animæ & corpori, quia nihil sic homini prodest sicut moderata refectio, de consecr. dist.5. nihil enim sic.

Quod nec in manducando, nec in abstinendo consistit iustitia, sed in vtriusque secundum naturæ capacitatem temperantia, 41 dist. qd dicit, & tribus cap. præced.

Quod tempore ieiunii maxime est seruanda, de consec. distinct. 5. sint tibi.

Quod temperantia attenditur in moribus, 23 dist. qui episcopus.

Item est habenda in dandis eleemosynis, 86.dist.non satis, §. item per fecta.

Item in infligendis pœnis 45.dist.disciplina. vbi dicitur, quod de lenitate, & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.

TEMPORALIS. Quod Deus largitur temporalia propter eleemosinæ largitionem, 16 quæst 1. reuertimini.

Item propter pietatem factam. 22. q 2.si qualibet exemplum ibi de obstetricibus.

Item propter decimarum solutionem.16 q. 1.decimæ.

Quod subtrahuntur temporalia cum ex ipsis non fiunt eleemosynæ, 16. q.1.reuertimini.

Item cum non soluuntur decimæ, 16 q. 1.decimæ.

Quod contemplatiui ab omni strepitu temporalium quiescere, debent 12.q. 1.duo.

Quod tpalia dēnt possideri, sed non nisi ad vsum ibidem, post med.

Quod de omnibus tēporalibus Deo ab hominibus reddenda est ratio, 15.q.1.firmissime § ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.

TEMPVS. Quod tempora propter diuinationem non sunt seruanda, 26.q vlt.non licet.

Quod tempus merendi non est, nisi in præsenti 13.q 2 in præsenti.

Quod temporis qualitate res mutantur 10.q.1. priscis & c.seq.35.dist. ab exordio.

Quod Christus veniens in fine temporum traxit finem ad principiū, 35.dist.ab exordio.

De quatuor temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod tpalibus nostris non solū corpora, sed & merita in hominibus decreuerunt 34.dist. fraternitas.

Quod multi tolerantur propter temporum necessitatem vel utilitatē, vel scandalum 1 q.6.requiritis. & c.seq.4.q 1 pudenda, in fi.

De Temporibus habes vbi agitur de pscriptione, & in multis locis vbi agitur cum temporis adiunctione.

TENTA-

TENTATIO. Quod tentatio est multiplex, videlicet Dei, hominis, & diaboli. de pęniten. distin.2.§. opponitur & §.econtrario.
Quod tentat Deus ad instruendum. 1.q.1.prophetauit §. quinque.
Item ad pugnandum 6.q.1. sunt plurimi.de pęn.distin.2.§.opponitur post med.vbi agitur de Tentatione tribulationis.
Quod tentatio est vita hominis super terram. de pœn. dist 2.§. opponitur.
Quod humana tentatio est cum in animo de illicitis tentamur etiam nolentes:sed diabolica.cum quod caro suggerit, animus cōsentit. de pœn dist 2.§.econtrario.
Quod sunt quidam qui non expectant tentationem, sed præueniūt voluntate.de pœn.dist.5.§.1. circa prin.
Quod cum tentatio in corde non reprimitur etiam in actione dominatur 39 dist. hinc etenim.
Quod nemo debet tentare Deum dum habet, quod consilio rationabili faciat.22.q.2 quæritur.
Quod iud cium per duellum, & per ferrum calid um, siue per aliquam aliam probationem prohibetur, quia Deus tentari videtur. 2. q. 4. monomachiam,& c.consuluisti.
Quod Deum tentat qui habet quod faciat vnde suam,& aliorum salutem præcauere quæat,& non procurat.25.q.8. si nulla.
Quod tentat hominem diabolus de pœn dist.2 §.opponitur, ante fi.
Item tentat bonos, vt iaceret, & deuoret. 3. q.1.nulli.
Item tentat dormientes. 6.dist.testamentum.
Quod mille modos habet tentandi. 6 quæst. 2 c.1.
Item tentat sub specie boni mala suggerendo 14 q 5.forte.
Quod pręcipue sancti a peccato mūdi sustinet tentationes diaboli de pœn.dist 2.§ opponitur.
Quod maxime illos tentat qui Deo sunt familiariores, & in eius seruitio feruentiores 3. q. 1. nulli.
TERGIVERSATIO. Quod tergiuersatio est verborum cauta prolatione peccata sua leuigare. de pœ dist.1.§.econtra 2.in fine.
Quod tergiuersari est ab accusatione desistere 2.q.3. si quem, §.notandum.
TESTAMENTVM. Quod testamētum vetus differt a nouo in pluribus: quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati promittitur 23.q 4 c. hac autem §.prox.
Quod illud terrorem, illud mansuetudinem inducit. ibid.
Item in veteri pro culpa morte moriebantur, in nouo pœnitenti misericordia promittitur. ibidem
Item differt in matrimonij coniunctione.35 q. 1. §.1.
Item plurium vxorum, & concubinarum permissione 32.q.4. recurrat.§.his ita.
Item differt in multorum cæremonialium obseruatione 5. dist. § 1. sexta distinctio.non est peccatum, § his ita.
Item differt, quia vetus requirit opera, nouum autem non tantum opera, sed voluntatem 15. quæst. 1. si quis non.
Item testamentum vetus virginitatem non approbat, quam nouum commendat 32.quæst.4 recurrat, §.his ita.
Quod concordat nouum testāmentum cum veteri in moralium obseruatione, quia obseruat decalogum. 32. quæstione quarta meretrices.
Quod in testamentis decedentium vltima voluntas testatoris est seruanda 13 quæstione 2. vltima.26. quæstione 1.admonere & c.consideratio.
Quod eremitæ, quia proprium habent, possunt testari.19. q 3 perlatum, § prox.
Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari. 19.quæstione 3.quia, & cap.seq.
Item seruus (quia omnia sunt Domini) testamentum condere non potest.13. q.2.illud.
Quod vtrum liceat episcopis, & clericis condere testamentum, habes 12.q.1. episcopi.
Quod nō licet eis de rebus ecclesiæ, sicut agris,& frugibus, siue oblationibus, siue de quibuscumque alijs testar 12.quæstione 1.episcopi.ibidem, & quæstione 2. per totum,& quæstione 4.nulli, & cap. sequen.
Item bona propria decedentium ab intestato si non habent filios, vel nepotes, sunt ecclesiarum in quibus ministrant.12. q.3. quicumq; & quæst.5. cap. vlt.& q.2. episcopus qui filios.
Quod in testamento Christus semper pro vno filiorum reputandus est 23 q.2.si quis irascitur.
Quod testamentorum non executores sunt sacrilegi fores 13.q.2. qui oblationes 17.q.4. sacrilegium.
Item sunt egenorum homicidæ 13. q. 2. clerici.
Item sunt excommunicandi.ibid.
Quod successor non seruans defuncti testamentum est exhęredādus. 11.q. 1.Siluester.
TESTIS. Quod triplex est testis, videlicet superior, scilicet Deus. 11. quæst. 3.inter verba, vbi dicitur. Ecce in cœlo testis meus, & 21.q.1. si peccatum.
Item est testis interior, videlicet conscientia 11.q.3.inter verba, vbi dicitur: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ,& c. custodi.
Item est testis exterior, scilicet proximus de consec.distin.1. iubemus. 11.quæst.3. non sunt 12. quæst. 1. nolo vt.
Quod est testimonium non solum verbale, sed etiā reale, scilicet facti euidentia 28 dist. priusquam. 82.dist proposuisti 33. quæst.2.de his vero.
Quod Apostoli,verbo, & opere sunt testes Christi in Hierusalem,& in omni Iudæa 11. quæstio. 3. existiman. in fi.
Quod voluntas morientis etiam sine instrumento probari potest ex circumstantium testimonijs. 29. quæstione sexta, his qui tempore.
Quod in testimonio est attendenda diuersitas locorum,& temporum 35.quæst.6 de parentela.
Quod ad probationem ingenuitatis soli testes non sufficiunt nisi instrumentis, & argumentis adiuuētur.4 q 3.placuit, §.item in criminali post med.
Quod nullus potest esse iudex, & testis,4 q 4 nullus vmquam.
Quod testibus non testimonijs per scripturam delatis credēdum est. 3 q.9.testes. § proximo & c.hortamur.
quod de illo est verum testimonium quod in præsentia testificantium contigisse perhibetur 3. quæst. 9. testes, §.de his.
quod etiam non rogati, dummodo interfuerint, testes esse possunt 4. quæst.3.placuit, §.item in criminali.
quod testes super vno facto in tempore & loco discrepantes repellūtur 3 q.9 testes §.seq.
quod illi testes sunt grauiter puniendi quos temporum diuersitas simul facto non interfuisse ostendit 3.q.8.nihilominus.
quod in causa criminali testimoniū debet esse de visis, notis, & auditis 3.q.9.testes.
quod in testibus attendenda est status dignitas,fidei puritas,& morū grauitas.4. q 3.testes § seq.
quod illi pręcipue recipiendi sunt in testes,de quibus præsumitur, q veritatem facti magis sciant. 35.q. 6. cap.1.
quod licet simplici verbo iudicis credendum sit, tamen si ab ipso appellant, non potest esse testis in causa appellationis.16.q.1. statuendum.
quod ad vnius testimonium nemo condemnatur nisi forte fama publica contra eum laboret 3.q 3.testes, §.seq.35.q 6 §.vlt 33 q.2.admonere, 2 q.5.si mala.
Item nec ad testimonium vnius, et si sit episcopus.6.q.2.per totum 4. quæstio.3.testes,§.sequen. versic. vnius.
quod ex hoc episcopo, vel alteri prælato iniuria non infertur, cum sibi soli in testimonium non creditur 6 q.2.c.vlt.
quod ad probandum duo testes sufficiunt, vel tres, nisi in aliquibus casibus singularibus vbi plures requiruntur 4.q.3. testes. §.seq.post med.2.q.4.§.1.
quod præsul non damnatur nisi 72.

testibus presbyter autem nisi 44. diaconus vero Cardinalis nisi viginti tribus inferioris autem gradus clerici nisi septem testibus cõuicti, non debent condemnari.2. q.5 præsul.

Quod nullus est idoneus testis in causa propria 15.q.3 sane, in fine.

Quod nec in re nec in causa propria quis ad testificandum admittitur 4 quæstio.3.testes.§. sequen. post med.

Quod contra se quisque testari potest, pro se vero minime 14. q. 2. §. 1.

Quod propter inimicitias põt quis repellere testes contra se, quos ad mitit pro se: alias non 4. q. 3. testes. §.seq.ver.si quis.

Quod qui agit, non potest à reo petere testimonium 4 q.3.testes.ver. item qui intendit.

Quod testes non videntur idonei, quibus potest imperari 4.q. 3. testes.§ seq.ante med.

Quod testis videtur suspectus si sit de domo iudicis 4.q 4.contra.

Quod nullus debet cogi, ut ferat testimonium contra consanguineũ, affinem.4.q.3.testes.§.seq. versic. item lege Iulia.

Quod nec parentes, nec liberi inuicem aduersus se testificari possunt 4.quæstio.3.testes .versi.item codicem.

Quod pater & filius, & duo fratres in eadem causa testes esse possunt. 4.q.3.testes §.sequen.

Quod in alieno negotio plures testes produci possunt ex eadem domo 4.quæst.3.testes, §.sequen.circa med.

Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica 14. quæstio. 2. super.

Item in causa matrimoniali. 35.q.6. de parentela.

Item admittitur in causa ciuili, sed non in criminali 4.q 3.testes,§ sequen. ver. quos accusator 14. q.2. per totum.

Quod hæreticus pro Christiano potest testificari contra hæreticum, sed non cõtra Christianum 24. q. 1.miramur.§ seq.

Quod inhabilis ad sacerdotium, contra sacerdotem non potest testificari in causa criminali. 2. q.7. ipsi Apostoli.

An clericus ad testificandum possit compelli.2. q.6. statutum.

Quod episcopus, vel presbyter nisi in causa quæ aliter sciri non possit adducatur in testem: quia ex hoc sacerdotium dehonestatur.11. q.1. testimonium.

Quod episcopus, vel presbyter in necessitate testimonium perhibens non debet iurare sicut alij super librum, sed tãtum videre librum, in fi.

Quod episcopus, vel presbyter potest loco iuramenti per sanctã consecrationem dicere 2. q.4. si quis presbyter,

Quod omnes alij testes debent primo iurare de veritate dicenda factis sacrosanctis Euangelijs. 3. q. 9.hortamur.4. quæstio.3.testes §. prox.

Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate 3. quæstio. 9. hortamur.

Quod testibus expensæ sunt ministrandæ.4.q.3.testes.§.seq.

Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suæ negotio potest ferre testimonium.14.q 2 super.

Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili 11.q.1.testimonium. 14 q.2. super.

Quod in conficiendis instrumentis sæcularium, presbyteri non debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi.14 q.2.super.in fi.ibid.

Quod testi honestiori maior fides est adhibẽda 4.q.3.testes versic.item iurisiurandi.

Quod vtrum hermaphroditus possit fieri testis, qualitas incalescentis sexus declarabit 4.q.3. testes. ver. item hermaphroditus.

Quod mulier potest esse testis pro parentibus, & amicis, & consanguineis. & pro crimine læsæ maiestatis, & contra hæresim & simoniam.15 q 3. de crimine.

Quod de vnoquoque minus est dubitandũ vbi prior vita qualis fuerit testimonium reddit 61. distin. miramur.

Quod testes debent esse bonæ opinionis.2.q 1. in primis circa med. 3.q 5 suspectos 4 quæst 3. testes, §. primo.

Quod ad testificandum non admittuntur alias inimici 2. q.1.in primis.circa med.

Item nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis.4.q 3 testes.

Item nec infideles 2.q.7. nõ potest. 3 q 5. suspectos.

Item nec a fide apostatantes. 2. q. 7. non potest

Item nec infames 2 q.7.testes 3.q.5. similiter & c.seq.6. quæstio.1.qui crimen.

Item criminosi 2.q.7.testes 3 q.5.cõ stituimus.

Item nec complices in crimine quando illud de se confitentur. 15.q 3. c.vlt 4.q.3 testes, § sequen.

Item nec nimia paupertate laborantes 4.q.3.testes, § seq.

Item nec consanguinei, vel propinqui nisi cum contra seipsos mutuo testificari voluerint.3.quæst. 5. cap. 1.

Item nec familiares scilicet de propria domo prodeuntes 3 q.5.ca.1. & c accusatores.

Item nec affines 3.quæst.9.absens & q.5.similiter.

Item nec litigiosi 3.q.5 suspectos, & cap. seq.

Item nec impuberes qui intra quartumdecimum annum consistunt. 4 q.3.testes, & §.seq.

Item nec liberi contra ecclesiam, vel contra dominum, cuius fuerunt serui 12 quæstio 2. episcopus qui mãcipium,§.vlt 4. quæst.3.testes, §.seq.ver.item patroni.& versicu. item liberi.

Item nec serui, nisi dum aliqui testes deficiunt 4.q.5.testes, §.seq. ante fi.

Item nec ille qui iudex, vel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa 16.q 2 statuendum.

Item quicunque ad accusandum nõ admittitur, nec ad testificandum. 4 q.4 c. 1.

Quod testimonium numquam est vendendum 14.q.5. non sane.

Quod non testificans veritatem grauiter peccat 11. q. 3. vnicuique.§. sic quoque.

Quod falsus testis est, qui etiam contra seipsum falsum dicit, & per hoc Deum, qui est veritas vendit. 11 q 2 abijt.

Quod presbyteri, vel diaconi, in falso testimonio inuenti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere 5 quæst.6. quia in fi.

Quod quilibet falsus testis septem annorum pœnitentia punitur 22. q 5 si quis peierauerit.

Quod infamis fit, & a testimonio repellitur 12.q 5. si quis cõuictus.

Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat, & consimili pœna punitur 22 quæstio. 5. si quis peierauerit, & capitu.si quis conuictus.

TIMOR. Quod timor est multiplex, videlicet seruilis, quando quis timore pœnæ facit quod facit 23.q 4 hæc autem, §.seq.in fi.

Item est timor initialis, si qui sicut seta introducit filium, ita & ipse charitatem, de pœniten. dist.2.sicut seta.

Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus, vel castus dicitur, & hic est perfectorum 23 q. 6. schismatici, & §.vlt in fi.

Item est timor naturalis, quem et ipse Christus habuit, & alij perfecti 7 q.1.c vlt. circa fi.

Item est timor mundanus, quando peccator timore temporalium 47. dist. sicut 1 .q 3.quisquis.

Item est timor mundanus quo quis peccat timore pellis propriæ. 11. q. 3 nolite.

quod humanum est timere eũ qui potest opprimere, vel eripere.16.q. 2 c 1.post med.

quod timendum est de sero pœnitente de pœn.dist.7.post med.

quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetant.3.q.5 accusatores, uel testes. 11 q.4 quatuor.

Item ibi væ est vbi timoratus periit a terra. 16. q. 7. & hoc diximus. post med.

TITVLVS. Quod titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo vere possidet 16.q 3. dilectio

dilectio. §. potest, ante med. & 17. q 4 quem.

Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vendicāda positum, 16. q 6. consuetudo, 12. q 2. non habenti.

Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis, 15. dist. sancta, & c. in primis, ante med.

Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ sub quo quis ordinatur, & vbi tenetur seruire quādiu viuit, 70 dist. sanctorum.

Quod nemo sine titulo ordinari debet. ibid.

TOLERANTIA. Quod tolerantur à bonis infirmi ipsis consueta non denegando, 4 dist denique.

Item debilitati quantum ad labores condescendendo, 47. dist. omnes, in fi.

Item ipsorū defectus ad infamiam non detegendo, 95. distinctio. in scripturis.

Item commissa eorum propter spem correctionis patienter supportando, 45. dist. licet.

Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non damnauit, & cap. recedite, & 50. dist considerandum. vbi dicitur, quod ideo dominus Petrum tolerauit, vt postea aliorum defectus tolerarer.

Item tolerantur à bonis mali ipsorū detractiones, & talia iudicia æquanimiter tolerando, 6. q. 1. deteriores, & c. seq. & c. ex merito.

Item tolerantur à bonis ipsorū verba, & alias persecutiones patienter sustinendo, 6. q 1 quiescite.

Item tolerantur de omnibus ipsorū iniurijs se non vindicando, 23 quęstio. 3. sex differentiæ. & quæst. 8. conuenior.

Quod qui malos non tolerat ipse sibi per hoc testis est, quia bonus non est, 23 q 4 hæc autem.

Quod mali à bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt, 23. q. 7. c. 1. in fi.

De Tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

TONSVRA. Quod tonsura clericalis in circuitu & in summitate capitis in modum sphæræ debet radi. 23 dist prohibete.

Quod tonsura designat in clericis contemptum temporalium, 12. q. 1. duo.

Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter, potest dari. 69. distinct. quoniam.

Quod prima tonsura facit clericum, 23. distinc. clerici. & est ordo, qui dicitur psalmistatus, 23. distinct. psalmista.

Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publicè in pulpito non debent legere, 69. dist. quoniam.

Quod tōsura clericalis sic debet tonderi vt sit super aures, 23. dist. non liceat cuilibet.

Quod ad eam deferēdam clerici per archidiaconum sunt compellendi. 23. dist. si quis.

Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsuram portare, si clericali priuilegio volunt gaudere, 84. dist. quisquis.

Quod clericus contrahens cum corrupta, quia videtur renunciare priuilegio clericali, cōmunem cum laicis tonsuram deportabit. ibid.

TORMENTVM. Quod tormentum quandoque verberibus infertur, 12. q. 2. fraternitas.

Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos, vt veritatem facti possit exquirere, 5. q. 5. illi qui.

Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum, secundum magis & minus excedentem potest tormentare, 23 q. 5 cap. 1. in fine.

Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare, 86 dist. non liceat.

TRANSACTIO. Quod transactio est cum aliquo dato vel retento, vel promisso ab actione litigij recedere, 54. distinct. generalis, circa finem.

Quod transactio debet fieri de scire iudicis vel superioris. 23. quæst. 4. si illic.

Quod propriè loquendo transactio, non potest fieri in spiritualibus, 1. q. 2. quam pio, 14 quæst. denique, 16. q. 7. decimas, 13. q. 2. in ecclesiastico.

Quod quando seruus diaconus effectus aliam personam pro se restituat, in tali transactione nō committitur simonia: non pro ordine, sed pro seruitio fit restitutio. 54. distinct. antiquis, in fi. & capit. generalis.

TRANSITVS. Quod in successores res transit cum onere suo, 11. q. 1. Syluester.

Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratiā, de terrenis ad cęlestia, de consec. dist. 4. per aquam.

De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

TRANSLATIO. Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem, vel vtilitatem, 7. q. 1. mutationes, & tribus cap. seq.

Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem, dicitur adulter: sic se prælatus qui propria temeritate se transfert ad aliam ecclesiam, 7. quæst. 1. sicut.

Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem, & non econuerso, 93. dist legimus, circa mediū, 7. q. 1. mutationes.

Quod Petrus de Antiochia Romam tamquam ad maiorem ecclesiam est translatus, 7. quæstione 1. mutationes.

Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transfertur. 7. q. 1. si quis episcopus, & c. seq.

Quod translatio vtilitatis plurimorum, vnius vtilitati pręferēda est, 8. quæst. 1 scias.

Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet, 21. q 2 si quis.

Quod translatus nō priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda, 92. dist. si quis episcopus, & cap. si qui episcopi.

Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locum redire, 7. q. 1. pastoralis, 1. q. 1. quod pro necessitate.

Quod solius Papæ est transferre episcopos, 7 quæst. 1. mutationes, & c sicut alterius, in fine.

Quod presbyteri siue inferiores prę-lati de ecclesia ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi, 7. quæstione 1. episcopus de loco.

Quod ad aliam ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita, 7 q. 1. si quis episcopus, & c. seq.

Quod in translatione clericorum vel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consilium capituli: quia fit quædam alienatio, 12. q 2. sine exceptione.

De Translatione habes vbi agitur de Mutatione, & de Permutatione.

